69
1 D
3

(43 [illegible]

[illegible]

PAVLINA
DE RECTA PASCHAE CELEBRATIONE: ET DE DIE PASSIONIS DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI:-

Ex Legato Ill.mi Cocini

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

℃ Priuilegium conceſſum autori operis a ſanctiſſimo domino noſtro Leone decimo ꝙ nullus poſſit imprimere, neq; imprimi facere, neq; uendere hoc opus de recta paſchæ celebratione, & de die paſſionis domini noſtri Ieſu Chriſti intitulatum, ſine licentia autoris ipſius libri Pauli de Middelburgo Epiſcopi foroſempronienſis, quoad uixerit, ſub pœna excōmunicationis latæ ſententiæ & amiſſionis librorum ut patet in breui apoſtolico ſuper hoc confecto, cujus exemplar hoc eſt.



℃ LEO PAPA DECIMVS.

℃ Venerabili fratri Epiſcopo Foroſempronienſi.

℃ Venerabilis frater ſalutē & apoſtolicā bn̄dictionē: Egregiā ī omni prope diſciplina doctrinā tuā plurimarūq; optimaꝝ artiū præſtantē ſciētiā maximi ſēper fecimus facturiq; īdies magis ac magis ſumus: Quāobrē excellēs tuū ingeniū proſequi fauōre cu piētes libros de paſchæ obſeruatione, paſſioniſq; dn̄icæ die quos nouiſſime cōfeciſti, eſq; (ut ītelleximus) editurus, uolumꝰ & ſub excōmunicationis latæ ſententiæ librorumq; amittēdorum pœna mandamus, ne quis imprimere poſſit, imprimi ue facere, aut impreſſos uendere quoad uixeris præter te, ut utilitatem aliquā ex tuis laboribus hac etiam ex parte percipias, ipſiq; tui libri diligentius impreſſi in lucem prodeant: Datum Romæ apud Sanctum Petrū ſub Anulo Piſcatoris Die.xxix. Aprilis. M.D.xiii. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

℃ Petrus Bembus.

¶ Ad ſummū chriſtianæ ariſtocratiæ principē, maxi
mūq; ſacrorū antiſtitem, Leonem decimū: Pauli ger
mani de Middelburgo dei & apoſtolicæ ſedis gratia
epiſcopi foroſempronienſis i libros ſuos de recta paſ
chæ obſeruatione, & de die paſſionis Chriſti præfatio
in qua exponit cauſam, quæ eū ad ſcribēdū impulit.

CVm ſacri collegii uoto ad meſſem
euāgelicā nuper uocatus fuerim iu
gumq; dñi aſſumpſerim, & cor pec
tuſq; totū deo dicauerim: uiſum eſt
mihi rationem aliquā uillicationis
meæ ſanctitati tuæ reddere debere:
atq; in gazophylacio domini ſi non talentū ſaltem
didrachmum, aut quadrantem minimum apponere
oportere. nā ut euangelica teſtatur doctrina talentū
nobis creditū haudquaquam terræ ſuffodiēdum eſt,
ſed elaborādum potius ut domino a quo accepimus
duplicatū (ſi fieri poteſt) reſtituamus: ne torpore op/
preſſi, & inertia notati comminātis dei uocem audi/
re mereamur: qua ſeruum nequam increpat, quod
talentū ſibi creditum terræ ſuffoderit: ocioſos quoq;
in theatro inuentos ſaluator noſter obiurgat; atq; in
uineam ſuam properare iubet. Itaq; colonus & ſer/
uus Chriſti factus, meſſemq; domini ingreſſus, altam
illam ac æditiſſimam ſpeculam chriſtianæ religionis
propugnaculum caluariæ montis uerticem aſcendi,
ex qua lōge lateq; proſpiciens multa ſpeculatus plæ
raq; perluſtrās ſciſcitatus ſum ſi forte partē aliquam
a meſſoribus neglectam conſpicerem: quā cum inue
nire non ualerē ne tamen uacuus tabernaculum dñi



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ingrederer: ſpicas ſaltem aliquas,(quæ meſſorum manus effuge-
rant inſtar ruth pauperculæ)colligere ſtatui,eaſq; in ſanctuario
domini primitias offerre propoſui: Verum dum inter quæren-
dum ſpicas per crepidinem montis caluariæ in campum domi-
nicæ reſurrectionis deſcendiſſem impegi in rabbi quendam iu-
dæorum e crypta dominici ſepulchri prodeuntem, qui magna
petulātia in chriſtianam religionem inuectus multa nobis teme
re obiecit,tum de paſchæ celebratione quod legitimum paſcha
iuxta patrum decreta non obſeruemus: tum de Chriſti morte,
ac reſurrectione diminutam eius moram in ſepulchro calumni-
ans: quinimmo ad tantam deuenit inſaniam,ut mendacio inſi-
mulare Chriſtū non erubeſceret: quod iuxta ſuā de Ione ſigno
ſententiam tribus diebus & tribus noctibus in ſepulchro non
perſeuerauerit atq; durauerit: aliaq; multa poſtea referenda no
bis obiecit. His itaq; opprobriis,& contumeliis a perfido iudæo
uexatus,& ob hoc in agro dominicæ paſſionis ac diuinæ reſurrec
tionis pauliſper commoratus: collegi nōnullos ſpicarum mani-
pulos,quos tribus & triginta faſciculis diſtinxi iuxta numerum
annorum quibus Chriſtus ī humanis uixiſſe creditur: primitias
deo pro azymis conficiendis in templo domini offerendos: ut
talentū mihi creditū dño a quo accepi reſtituerem: quinimmo
ut duplicatū illud iuxta euangelicā doctrinā reddere ualerē(du
plici iudæoꝝ calūnia hoc exigente)binos ex faſciculis collectis
aceruos compoſui: quorum primus quatuordecim conſtans faſ
ciculis iuxta numeꝝ annoꝝ quibus ſaluator ſub Auguſto uixit
ueram paſchæ rationem quatuordecim libris exponit: alter ue-
ro decem & nouem faſciculis integratus pro numero annorum
quibus Chriſtus ſub Tiberio uixit: totidem libris dominicæ paſ
ſionis,& reſurrectionis diē inueſtigat: & perfidorum iudæoꝝ ca
lumniis, ac cōtumeliis reſpōdet: totiuſq; operis lucubratio, pau
lina, ex nomīe autoris uocabitur. binos ergo hos ſpicaꝝ aceruos
licet exiguos in ſanctuario domini offerre non erubui: confi-
ſus Chriſti ſaluatoris benignitate,q pauperculæ uiduæ quadrā-
tē pluris fecit q̄ præpotētis diuitis talentum in gazopylacio pro
iectum: paucula etiam libani grana deuota mente oblata aſper-
nari deus nō ſolet: non enim oblectatur his quæ offeruntur ſed
uoluntatē offerentiū reſpicit: ímo quib⁹ tura deſunt, lacte & mo
la nō ſolum ſacrificare, ſed & litare aliquando conceſſum fuit.
quippe ut in priſcoꝝ annalibus legitur: Ante deos homines qđ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

conciliare ualeret Far erat.& puri lucida mica ſalis.Nondũ per
tulerat lachrimatas cortice myrrhas,Acta per æquoreas hoſpita
nauis aquas.Thura nec Euphrates,nec miſerat india coſtũ,Nec
fuerant rubri cognita fila croci.Ara dabat fumos herbis conten
ta ſabinis,Et nõ exiguo laurus aduſta ſono.ſi quis erat factis pra
ti de flore coronis Qui poſſet uiolas addere diues erat.ut etiam
apud ethnicos & gẽtiles legitur magis grata accepta ꝙ erat Apol
lini uilis illa placenta ab Hermione deuota mente oblata q̃ cẽ
tũ boues uno ſacrificio mactati.unuſquiſq; enĩ in tẽplo dei of
fert pro facultate q̃ poſſidet,alius aurum,alius argentũ,aut lapi
des precioſos,purpurã,aut hecatomben:Ego uero a perfidis iu
dæis & ĩpiis maranis deprędatus,& fortunæ bonis ſpoliatꝰ tenue
iſtud munus pietate,& caritate mẽtis ornatũ(cũ qua omnia deo
grata,& cara eſſe ſolent,& ſine qua nihil deo acceptũ eſſe poteſt)
in ſãctuario dñi offerre ſtatui,ut Chriſtianã hãc noſtrã religionẽ
ab iniuria,& petulãtia perfidoꝝ iudæoꝝ pro uiribus uindicarẽ
& talẽtũ mihi creditum dño a quo accepi reſtituerẽ.Vale.

¶ Ad eundẽ ſũmũ potificem Leonem decimum:Pauli de mid
delburgo epiſcopi foroſẽpronienſis exhortatio, ut legitimam
paſchæ celebrationem,defectu calẽdarii abolitã, in uſum reuo
cet:& in priſtinũ ſtatum reducat.

SOla religione differt homo a beſtiis,& brutis anima
libus:ſolus enĩ homo deũ agnoſcit,qui ut ĩgenioſus
poeta ĩquit ſtatu recto & ore ſublimi ad cõtẽplationẽ
cœli erectus,cõfert cũ deo uultũ.Pronaq; cũ ſpectẽt
animalia cætera terrã,Os homini ſublime dedit,cœlũq; uidere
iuſſit,& erectos ad ſydera tollere uultus.quoꝝ cõtẽplatione deũ
eſſe cognouit,quẽ cætera animalia humi prona & in terrã forma
uergente depreſſa penitus ignorãt.ut enĩ Ariſtoteles libro quar
to de partibus animaliũ docet,omnia animalia excepto homi
ne formã pomilionis gerunt:q̃obrẽ corpora eoꝝ(ob grauitatẽ in
natã)in terrã uergere neceſſe eſt.ſolus autẽ homo(quia eius na
tura atq; ſubſtãtia diuinitatis eſt particeps)ad ſpectaculũ cœli ere
ctus,& ad cõtẽplationẽ dei excitatus,celſus & rectus incedit.un
de & homo(quẽ latini ab humo nominatũ uolũt)a græcis uoca
tur ἄνθρωπος hoc eſt ſurſum ſpectans, ut te minime latet qui
græcam linguam adeo calles acſi mediis Athenis natus eſſes:
hæc eſt ergo hominis atq; brutorũ uel ſola uel præcipua diſtãtia
ꝙ religiõe differant: nam licet homo intellectu ac ratione ante

cellat muta animalia,eſt tamen in multis ipſorũ ſimilitudo quædam rationis & naturalis induſtria,qua parua etiã animalia hominem longe ſuperẽt ut in araneis formicis & apibus uidere licet,ſed nullum in eis religionis ueſtigium inuenitur:ſolus ergo homo deo religatur.caput autem religionis noſtræ eſt Chriſtus cuius in terris tu põtifex maxime uices geris.primum uero chriſtianæ religionis myſterium eſt paſcha,quod trãſitum Chriſti & immolationem eius in cruce præfigurabat.necnõ & reſurrectionem eius ad uitam ſignificabat.ſummopere ergo ãniti debemus ut paſcha ſanctũ iuxta patrum decreta obſeruetur,ut a perfidorum iudæorum calũniis ĩmunes eſſe poſſimus. ſolet enim ſeruile illud iudæorũ pecus obſeruationem noſtram taxare carpere & criminari,quaſi nõ ſolum ineptam,& a ſanctionibus patrum alienam,uerum etiã tanq̃ probroſam ac ĩmundis deputatam,& ꝙ nõ ſolum moſaicam ſpernamus conſtitutionẽ,ſed & nicænæ ſynodi decreta ac romanæ eccleſiæ laudabilia præcepta negligamus,quibus mandatum omnibus extat paſcha ſanctum die dominica a quartadecima luna uſq; ad.21.lunam primi menſis obſeruandum eſſe,quod ſecundo nõnũquã menſe & poſt.25.lunã ſæpenumero celebramus,quorũ primũ ĩmũdis,alterũ impiis proprium fuiſſe aſſerunt.quod numeri nono ſcriptum rabbi ipſorũ obſtinatiſſimi linguis ſuis maledicis ſic contra nos allegare ſolẽt locutus eſt dominus ad Moſen dicens loquere filiis iſrael homo qui fuerit ĩmundus ſuper anima,ſiue in uia procul in gente ueſtra faciat phaſe domino in ſecundo menſe.rurſus,ſi quis autẽ & mundus eſt,& in itinere nõ fuerit,& tamen nõ fecerit phaſe in primo mẽſe,exterminabitur anima illa de populis ſuis,quia ſacrificium domino non obtulit tempore ſuo.quæ etſi de ueteri ſolemnitate paſchali dicta fateãtur,de noua tamen & noſtra ſolemnitate figuratiua cõtendũt,eo ꝙ legis noſtræ de paſchæ celebrationẽ munimenta ex auita ipſorum religione mutuati ſumus,illa præcipue quæ agni paſchalis typo dominicam paſſionẽ & reſurrectionẽ præfigurabãt:ex quibus ulterius eſum carniũ in quadrageſima & alia cõplura feſtorũ incõueniẽtia contra nos indies inferunt:nã ſi in paſchæ obſeruatione error cõmittitur, ĩ quadrageſima quoq;,ĩ feſto aſcẽſionis,& feſto pẽtecoſtes,& cæteris feſtis mobilibus lunæ motũ cõſequẽtibus errorẽ contingere neceſſe eſt,ĩmo ad oẽs fere dñicas quæ in horis legendis diuiniſq; officiis decãtandis paſcha & pẽtecoſten cõſequuntur error

iſte diffunditur. horret profecto animus & rigent capilli quoties hæc a perfidis iudæis nobis obiiciũtur, quãdoquidẽ nihil habeamus quod reſpondere eis poſſimus, niſi ꝙ errorẽ fateamur. adeo enĩ hic error paulatĩ adoleuit & creuit ut iã maximus euaſerit, ad tantãq; deformitatẽ peruenit ut intolerabilis factus ſit, ut a deuota anima ferri amplius nõ poſſit, cũ iã nõ ſolũ doctis ĩnoteſcat, ſed proh pudor mulierculas nõ lateat. quis enĩ tã demens: tã excors tã mentis inops reperiri poterit, qui in cœlũ ſuſpiciens & lunã ipſam intuens, uiſu nequeat diſcernere an noua & lumine priuata, an quinta dici debeat? cũ tamen indies accidere uideamus ut ab ecclesia luna ipſa denũcietur prima quæ in cœlo quinta oculis conſpicitur. quis eſt tã rudis qui ignoret æquinoctiũ uernale hac tẽpeſtate fieri die decima uel undecima martii, cur ergo obſeruamus ipſum die uigeſimaprima martii? ꝙ ſi exiguus hic error eſſet tolerari fortaſſe poſſet, ea fiduciæ ſpe ꝙ aliarũ ſectaꝝ gẽtes ipſum nõ animaduerterint: ſed ꝙ præter ſanctiones, imo cõtra decreta patrũ paſcha ſanctũ ad triginta quinq; dies prorogetur, & uſq; in ſecundũ menſem differatur, & luna. 25. uel. 26. celebretur (queadmodũ ſæpenumero accidere uidemus): nõ facile fieri poteſt, quin per aliaꝝ ſectarum gentes animaduerſum nõnunq̃ nobis obiiciatur. ¶ Ad hæc accedit ꝙ tãta paſchalis diei & quadrageſimæ prorogatio & poſtpoſitio fieri nõ poteſt ſine magno ĩcommodo ieiunãtium: quia difficilius eſt a cibis abſtinere tempore calido & uere iam adulto quam uere incipiẽte. q̃tum etiam dies paſchalis ultra legitimum ſuum terminũ prorogatur, tãtum quoq; ĩteruallum temporis ĩter natalem dñi & carniuorum cõtra decreta patrum extẽditur & prolõgatur, ſcilicet nõnũquam ad dies trigĩtaquinq; cum maximo chriſtianorum ludibrio, ſed laruãtium plauſu, qui perſonati per uicos ciuitatum quaſi amẽtes diſcurrẽtes ex errore noſtro lõgum laruãdi & peccãdi tempus lucrãtur. quorum demerita hoc tempore aliquãdo ſunt maiora meritis ieiunãtium ĩ quadrageſima. Deteſtatur etiam deus ſæpenumero hãc nouilunii celebritatẽ per ſuos prophetas, quinetiam hanc noſtram obſeruationem ſtomachatus & faſtiditus comminaci uoce contra nos uociferans per Eſaiam prophetam clamat, ſolemnitates ueſtras odit anima mea, laboraui ſuſtinens, non feram amplius neomenias ueſtras, hoc eſt, nouilunia ueſtra. repudiato ergo nouilunio iube obſeruari plenilunium primi menſis ut ſecundum legem

uiuentes, ſanctorumq́ patrum decreta obſeruantes a iudæorū conuitiis & contumeliis immunes eſſe poſſimus: ne pro panſe-leno neomeniam celebrantes iuſti iudicis dei ſummi ſententia modo aliquo arguamur, ſed patrum noſtrorum decreta & laudabilia ſtatuta immo omnipotentis dei de paſchæ celebratione mādata obſeruare præcipias, quandoquidem ipſorum abolitio non ſine peccato tranſigi poſſe uidetur, immo in calcedonenſi concilio anathema declaratur, quinimmo & deus ipſe exterminium minatur animæ quæ paſcha non fecerit tempore definito continue nanq́ in tenebris ambulat qui dominicæ reſurrectionis lucem ignorat. ut etiam beatus Auguſtinus libro ſecundo de doctrina chriſtiana inquit, quamuis de ægypto diues exeat, tamen niſi paſcha fecerit ſaluum ſe eſſe non poſſe intelligat. conandum eſt igitur beatiſſime pater ut paſcha ſanctum iuxta patrum decreta celebretur: ne deus iratus dicat nobis quod Oſee ſecundo legitur, ceſſare faciam omne gaudium ueſtrum neomeniam ueſtram & omnia feſta temporalia. de quo & Amos propheta capite quinto dixit, odi & proieci feſtiuitates ueſtras, ac tandem concludens dicit conuertam feſtiuitates ueſtras in luctum: quod hac tempeſtate noſtra experti ſumus, quando iam anno proxime præterito ipſo die paſchæ in cōflictu prope Rauēnam habito multa chriſtianorum milia gladio interempta fuerunt: & dies ſolemnis quam fecit dominus (in qua exultare & lætari debemus) conuerſa fuit in luctum: cuius etiam cladis ſanctitas tua recordari poteſt. ſummopere ergo elaborandum eſt ut paſcha recte celebretur: in quo poteris imitari ueſtigia prædeceſſoris tui Leonis primi cuius nomen aſſumpſiſti, qui (orta diſſenſione inter latinos & græcos de paſchæ celebratione) Martianum orientis principem exhortatus fuit, ut paſchalis ſolemnitatis rationem a Proterio alexandrino antiſtite addiſceret, & apoſtolicæ ſedi intimaret, ut per eam cæteris eccleſiis occidentalibus ſignificari poſſit quo die paſchalis ſolemnitas rite debeat celebrari. priſci nanq́ romanæ eccleſiæ pontifices & ſacerdotes ne tantillū quidē errorē in paſchæ celebratione committerent non contenti propriis ſupputationibus ab externis etiā & ægiptiis de luna quartadecima & paſchæ celebratione intimari ſemper uoluerunt, & certiores fieri: ægyptii enim & alexandrini pręcipue in ſolis & lunæ motibus (a quibus primi menſis & paſchę ratio dependet) tempeſtate illa peritiores habebantur: nam ſup

putationis

putationis artem plus cæteris callebant(quippe Ptolemæus aſtrologus ſummus & mathematicus alexandrinus extitit) quo factum erat,immo teſte Cyrillo diuturno iam uſu obſeruatum ut alexandrinus antiſtes qui ægyptiis præſidebat de primi menſis exordio & luna quartadecima romanum pontificem quotānis certiorem redderet,diemq; paſchalis ſolemnitatis eidem intimaret.ſed quia alexandrina eccleſia iam a fide Chriſti apoſtatauit poterit ſanctitas tua conſulere uiros doctos in concilio lateranoiam congregatos:poterit etiam conuocare ex omni chriſtianitate uiros peritos & præmio eos allicere ut quiſq; pro uirili paſchalis ſolemnitatis canones conſcribat. quandoquidem Hilarius pōtifex romanus Leonis primi ſucceſſor nondedignatus fuit requirere Victorium quendam aquitanicum lemonicēſis urbis calculatorem,ut quartædecimæ lunæ ſupputationem, & paſchalis ſolemnitatis rationem conſcriberet. eſt etiam litteris proditum non ſolum romanos pontifices & ſacerdotes, ſed etiam aliarum eccleſiarum præſules & antiſtites huic rei ſanctæ operam dediſſe:inter quos Theophilus cæſarienſis, Narciſſus, Hirenæus,Hippolytus,Anatolius,Clemens,Origenes, Iulius aphricanus, Dionyſius alexādrinus,Zeno ueronenſis,Theophilus alexādrinus,Ambroſius,Cyrillus,Victorius,Dionyſius romanus,Beda atq; alii complures eccleſiarum præſides huius rei prouinciam obiuerunt,annitentes omnes ad hoc ut paſcha ſanctum ſecundum patrum decreta & romanorum pontificum ſtatuta per uniuerſum orbem celebretur.qui etſi maxima locorū intercapedine & temporum interuallo ac linguarum diuerſitate inter ſe diſtiterint,unius tamen ſpiritus inſtinctu & una ſciētia edocti eandem omnes ſententiam diuerſis conciliis confirmatā ac celeberrima nicæna ſynodo ſtabilitam atq; ſancitā ædiderunt annitentes omnes ad hoc quod paſcha ſanctum die dominica poſt quartamdecimam lunam primi menſis celebretur. properandum eſt igitur & feſtinādum pater beatiſſime ad tam enormis huius erroris emendationem,neq; locum habet conſueta illa procraſtinatio dicentium hæc fieri non poſſe ſine concilio generali: quia iam adeſt concilium lateranum doctiſſimorum uirorū ex omni chriſtiana natione & ex uniuerſo litteratorū cōſortio congregatum,cui hanc calēdarii correctionem pro recta paſchæ celebratione committere potes, non obſtante quod ſine cōcilio per ſolum pontificale collegium iure optimo hæc fieri

poſſent,quemadmodum alias multis argumentis probauimus.
omnium nanq; eccleſiarum autoritas,& totius reipublicæ chri
ſtianæ poteſtas, & iuriſdictionis plenitudo,in ſcrinio tui pecto
ris & collegii poſita eſt. romana nanq; eccleſia Chriſti ſaluato-
ris uoce inſtituta & ſanctificata, omnium eccleſiarum caput &
ſola totius religionis chriſtianę angularis lapis,immobilis petra,
& firmiſſimum columen exiſtens,eandem hac noſtra tempeſtate
ſortita eſt poteſtatem,quam in priſco illo eccleſiæ ſtatu, genera
lis quinq; eccleſiarum ſynodus habere conſueuit,nam cum priſ
cis illis temporibus antiochena eccleſia a beato Petro primum
condita & inſtaurata,ac conſtantinopolitana eccleſia imperiali
ſceptro fulta & exornata,hieroſolymitana quoq; Chriſti ſangui
ne dotata & ſanctificata,& alexandrina eccleſia Petri nomine a
Marco eius diſcipulo inſtituta,ac ſanctis ſemper doctoribus pol
lens,de autoritate,præſidentia,& præeminētia,inuicem & cum
romana eccleſia fruſtra contenderent,differētiæ ipſarum (ſi quę
forte acciderit) cōciliari nō poterāt niſi generali adhibito con-
cilio,nūc uero reliquis omnibus eccleſiis proh dolor per imma
niſſimos Chriſti nominis hoſtes e medio ſublatis, ſola romana
eccleſia ſuperſtes ſine contradictione caput omnium eccleſiarū
manens,generalis concilii uices ſupplere & præoccupare uide-
tur. Ad quod etiam accedit quod prædictarum orientalium ec
cleſiarum præſides & patriarchæ,non ſolum a romano pontifi-
ce hac tempeſtate creati,dignitatem ab eo accipiunt & mutuan
tur,uerum etiam plures eorum romæ commorantes in pontifi
cali collegio locum habent. græci quoq; omnes qui Chriſti ſal-
uatoris fidem profitentur,quiq; aliis ex prænominatis eccleſiis
iamdudum ſuppoſiti erant, hac noſtra tempeſtate romanæ ec-
cleſiæ ſubduntur. ut in celeberrima illa ſynodo florentina græ-
carum & orientalium eccleſiarum communi conſenſu decretū
& ſancitum extitit. quinimmo antequam eccleſiæ prædictæ per
immaniſſimos Chriſti nominis hoſtes occupatæ & deſtructæ eſ
ſent,conſentiente Foca imperatore tempore Bonifacii tertii in
ſtitutum fuit,ut romana eccleſia caput eſſet omnium eccleſiarum
cum antea conſtantinopolitana eccleſia id uſurpare tentaſſet. ſo
la ergo pōtificii collegii autoritas per ſe ſufficiens exiſtit nouā
calendarii rationem inſtituere & paſcha ſanctum ſecundum pa
trum decreta obſeruandum præcipere,quandoquidem non ſo-
lum latini,uerum etiam & græci ac barbari unanimiter omnes

ſatentur paſcha ſanctum celebrandum eſſe die dominica poſt plenilunium primi menſis. Præterea quod a primordio urbis conditæ ſeptingentis annis ante Chriſti ſaluatoris aduẽtum & natiuitatem, romano pontifici & ſacerdotibus fuit conceſſum, haudquaquam hac noſtra tempeſtate & poſt Chriſti aduentum ab eis debet auferri, non enim Chriſtus ſaluator ademit pontifici romano poteſtatem immo adauxit, & claues binas ſcilicet ſapientiæ & poteſtatis ei tribuit, ac dominum uniuerſorum ipſum conſtituit, ſed ante Chriſti aduentum totius anni ratio & intercalandi poteſtas pontifici romano & ſacerdotibus fuit attributa ut priſcorum autorum perhibent ſcripta, quinimmo in romani pontificis libertate & poteſtate erat non ſolum ut calẽdarium immutaret aut inſtauraret, uerum etiam ut nouum calendarium conficeret, & obſeruandum inſtitueret, quemadmodum de Romulo, Numa pompilio, & Iulio cæſare põtificibus ſcriptum legitur: ſemper enim pontifex romanus ſummæ fuit dignitatis & ampliſſimæ poteſtatis, quamobrem Quintus mutius ſceuola teſte Varrone dicere ſolebat pontifices dictos non a pontis factione, ſed a poſſe & facere appellatos eſſe. erant enim pontifices antequam pons ſublicius fieret: Vnde & romanus pontifex hac tempeſtate uocatur papa hoc eſt pater patriæ, non ab interiectione admirantis (ut quidam autumant) priſci nanqꝫ romani patrem patriæ ſignificare uolentes duas duntaxat primas ſyllabas ſcribere conſueuerunt, ut in antiquis monumentis & numiſmatibus uidere licet. Ad hæc accedit quod paſchalis ſolemnitatis canon ſæpenumero immutatus uel inſtauratus fit per pontifices inferiores utputa per patriarcham alexandrinum, antiochenum, & per archiepiſcopum cæſarienſem, nullo interueniente concilio ut poſtea declarabimus: ergo multo magis per romanum pontificem nullo intercedente concilio hæc fieri poterunt. immo legimus id ipſum ſæpenumero per romanos pontifices factum fuiſſe, uidelicet per Pium primum, per Eleutherium, per Victorem, ac poſt nicænum concilium per Innocentium, per Leonem, & Hilarium pontifices, itaqꝫ in libertate ſummi pontificis poſitum eſt ut uel per ſeipſum uel una cũ collegio uel alio quouis cõcilio cõuocato uerã paſchę rationẽ defectu calẽdarii abolitam in uſum reuocare poſſit, & cũctis obſeruãdam præcipere. Sed quod Vberius unquam cõcilium fieri poterit quam lateranẽſe ĩ urbe roma iam congregatum? quod

ex omni chriſtiana natione doctiſſimorum uirorum conuentu percelebre extat. properandum eſt igitur ad tam enormis huius erroris emendationem, nec in annos neq; in dies amplius deferri debet. Iam enim per concilium lateranum omnis procraſtinatio & omnis perendinatio ſublata eſt, quia cauſam hãc piam & chriſtianæ religioni neceſſariam libenter ſuſcipiet: quandoquidẽ non ſolum per concilium uel per pontificale collegium, uerum etiam per quemlibet epiſcopum aut diœceſanum ordinarium hæc fieri poſſe uidentur: nam quæcunq; domini uoce ſunt inſtituta, & per romanos pontifices decreta ac ſtabilita, ac demũ per celeberrimã illã nicænam ſynodum ſancita ſunt & confirmata, non ſolum ſummus pontifex aut eius collegium, uerum etiam quilibet particularis epiſcopus in ſua diœceſi executioni mandare poteſt & debet: ſed paſcha ſanctum a quartadecima luna uſq; ad uigeſimam primam lunam primi menſis celebrandum, domini primum uoce, deinde romanorum pontificum & nicæni concilii decreto fuit inſtitutum & comprobatum, ut poſtea docebimus. ergo non ſolum per concilium uel pontificale collegium, uerum etiam per diœceſanum quemlibet epiſcopum executioni mandari poteſt & debet. immo per quemlibet iureconſultum aut decretorum doctorem hæc confici poſſent & executioni mandari: ſingulas nanq; romanæ eccleſiæ ſanctiones a Gratiano in decretorum uolumine collectas, nec paleæ nota diffamatas, quilibet iureconſultus conſeruare, & aliis obſeruãda præcipere tenetur: & cõtrauenietes punire ac caſtigare: ſed huiuſmodi eſt canon paſchæ a ſanctis patribus inſtitutus, atq; in decretorum uolumine de conſecratione diſtinctione tertia a Gratiano connumeratus, nec paleæ nota inguſatus, ergo nõ ſolum per ſummum pontificem, neq; ſolum per diœceſanos epiſcopos, uerum etiam per quemlibet priuatum, & per quoſlibet iureconſultos executioni mandari poteſt & debet. Tamen pro unitate eccleſiarum & unanimi ipſarum in paſchæ celebratione concordia conſeruãda, decens magis eſt atq; decorum per ſummum põtificem primum chriſtianitatis principem, aut per eius collegium uel cõcilium hæc fieri & determinari: ut iuxta patrũ conſtitutiones paſcha ſãctum ab omnibus chriſtianis ubiq; terrarum uno eodemq; die celebretur. Quæ cum ita ſint beatiſſime pater, pro mea in te ſeruitute & obſeruantia, humiliter atq; ſuppliciter te rogare obſecrare exhortari, & per paſſionem ac

crucem domini nostri Ieſu Chriſti obteſtari non deſinam, ut
præclariſſimam atq; ſanctiſſimam hanc operam, christianæ re
ligioni tam utilem quam neceſſariam, tuæq; maieſtati maxime
conſentaneam, acri ſtudio nauandam ſuſcipias: nam & tibi ſin
gularem gloriam, & eccleſiæ tuæ præcipuum decoré ac ornamé
tum afferet: quam ſcilicet ab infami detrectatoꝝ nota, & igno
minioſo iudeoꝝ opprobrio, ac perpetua ſceleratorum calumnia
uindicabis. ad hæc accedit quod factu facilis & nullo uel labore
uel impendio tráſigi poterit, immo per unicũ breue apoſtolicũ
executioni poterit mandari, ſi per edictum præceperis æquinoc
tium collocari die decima martii ubi hac tempeſtate ut plurimũ
fieri ipſum uidemus: terminos quoq; paſchales iuſſeris annotari
dieb⁹ in quibus quartadecima luna paſchalis plurimũ cótingit;
nam dominica ſequente iuxta patrum decreta celebrandum eſt
paſcha, quemadmodum in opere præſente expoſui, non qd ſup
putationem meam in hoc ſuſcipiendam procurem, ſed poteris
conſulere diuerſos per orbem terrarum theologos, aſtrologos &
alios uiros in omni facultate doctos, ex omni chriſtiana religio
ne ad hanc rem electos & euocatos, conſulas teipſum qui ab
ineunte ætate litteris ſemper deditus (inſtar Leonis papæ cuius
nomen aſſumpſiſti) bonarum artium ſtudio magis quam armis
gaudes: hanc ergo facultatem & emendandi calendarii autorita
té romano pontifici a primordio urbis conditæ diuino quodam
numine conceſſam, ſilétio præterire non ſinas. nec ſolita procra
ſtinatione ex anno in annũ duci permittas, ſed rem profecto ſãc
tam ab omnibus deſideratam, tuis fœliciſſimis auſpiciis aggre
diaris, & aggreſſam ad finem optatum perducere enixiſſime cu
res: ſanctorumq; patrum decreta, & maiorum tuorum laudabi
lia ſtatuta, immo omnipotentis dei de paſchæ celebratione mã
data obſeruáda præcipias: ne in fermento ignorátiæ diutius uer
ſati; & a deo reprobati iudęoꝝ calũniis ampli⁹ uexemur: nihil enĩ
hac tépeſtate fieri poſſet ꝙ chriſtianæ religioni magis cõduceret, ꝙ
honori tuo magis cõgrueret, q̃ feſta paſchalia iuxta patrũ ſáctio
nes rite obſeruáda præcipere. quæ ſi executioni mádaueris (qd ſu
tuꝝ oíno ſpero) nõ minoré ex eis q̃ ex ſũma dignitate (cui⁹ apicé
cõſcendiſti) laudem & gloriá cõſequeris, & in tui extabũt memo
riá nominis ſépiterná. Vale, & dñicũ gregé tibi cõmendatum a
luporũ morſibus & perfidorum iudęoꝝ detrectationibus defen
dere, & ſapientiſſimo pectoris tui uelaméto protegere dignare.

¶ Ad ſacratiſſimam cæſaream maieſtatem epiſtola exhortato-
ria pro recta paſchæ celebratione & calendarii correctione.

¶ Paulus germanus de middelburgo, dei & apoſtolicæ ſedis gra
tia epiſcopus foroſempronienſis, ſereniſſimo romanorum regi
Maximiliano īperatori electo ſemper auguſto fœlicitatē optat.

MAximum eſſe & fuiſſe ſemper myſterium paſ-
chalis ſolemnitatis maximiliane rex ſereniſſi-
me ex hoc animaduerti poteſt quod non ſo-
lum pontifices & ſacerdotes, uerum etiam im-
peratores, Reges, Duces, & Principes, magnā
curam & diligentiam iugiter adhibuerunt,
ut paſcha ſanctum iuxta dei mandata & patrum decreta celebra
retur. ſunt enī imperatores & reges (ut Homerus īquit) ποιμέ-
νες λαῶν, hoc eſt, paſtores populorum. ut autē ab antiquiſſimis
incipiamus Moſes primus iudæorum imperator & dux in libris
exodi, leuitici, numerorum, & deuteronomii, multis in locis po
pulum iſraeliticum hortatur & monet, ut paſcha ſanctum tan-
quam primum legis ſacramentum iuxta dei mandatum ſemper
obſeruet. quinimmo & animæ exterminium, & dei ultionem
minatur populo, qui paſcha non fecerit tempore ſuo. Ezechias
rex hieruſalem, fama maxime celebratur, quia paſcha abolitum
magnis ſumptibus & impenſis inſtaurauit & ſolemni pompa ce-
lebrauit. poſt hunc Ioſias rex ante alios reges maxime laudatur
quia paſcha celebrauit in quo tria milia boum & triginta mi-
lia pecorum populo donauit: factaq; eſt grandis celebritas in hie
ruſalem qualis ante non fuerat a diebus Samuelis prophetæ.
Conſtantinus imperator chriſtianiſſimus maxima diligentia at-
q; impenſa nicænam ſynodum conuocauit, ut chriſtianos de
ὁμοουσίῳ & paſchæ celebratione diſſentientes ad concordiam
reduceret. Theodoſius magnus, imperator religioſiſſimus, ani-
maduertens paſcha non recte a chriſtianis celebrari, Theophilū
alexādrinum patriarcham in aſtrologia peritum exhortatus eſt
ut nouos paſchæ cyclos conſcriberet, qui paſcha uerum ad cen
tum annos calculatum eidem tranſmiſit. Martianus princeps
pientiſſimus Proterium alexandrinum antiſtitem requiſiuit ut
paſchalis ſolemnitatis rationem exponeret, & chriſtianos in paſ
chæ celebratione tumultuantes concordaret. ſic & alii nonnul
li orbis terrarum principes magnam curam & diligentiam in

paſchæ celebratione adhibuerunt,quia primum & præcipuum
religionis noſtrę myſterium fuit.in hoc nanq; feſta quę lunæ mo
tum conſequuntur,& quæ mobilia uocantur,differunt a feſtis
fixis,quia fixa feſta nullam habent in ſe figuram uel ſacramen-
tum,ſed ſolum ſignificant rem geſtam.feſta uero mobilia habēt
in ſe myſterium aliquod,& ultra rem geſtam aliquid aliud præ-
figurant.exempli gratia dies natalis dñi nihil futuꝝ demonſtrat,
ſed ſolum ſignificat Chriſtum eo die natum fuiſſe.paſcha uero
a deo inſtitutū habet in ſe myſteriū,quia nō ſolū ſignificat rē eo
die geſtā uel agni ímaculati ímolationē,ſed fuit etiā figuratiuū
rei futuræ & rememoratiuū rei præteritæ.pręfigurabat nāq; Chri
ſtū tanquā agnum immaculatum eodem die in cruce immolan-
dum,per cuius ſanguinem in ara crucis effuſum humanum ge-
nus liberaretur a diabolo inſidiante,ſicut filii iſrael per ſangui
nem agni poſtibus illitum liberati ſunt ab angelo deuaſtante:
quemadmodum docet Moſes legiſlator exodi.12.dicēs,erit uo
bis ſanguis in ſignum,hoc eſt,in ſacramentum,eſt enim ſacra-
mentum ſacræ rei ſignum,& habebitis hunc diem in monumē-
tum:quod idem legiſlator exponens ſic de paſcha ſcripſit,cum
interrogauerint uos filii ueſtri quæ eſt iſta religio?dicetis eis uic
tima tranſitus domini eſt,quando tranſiuit ſuper domos filio-
rum iſrael in ægypto percutiens ægyptios,& domos noſtras li-
berans per ſanguinem agni in ſuperliminaribus domorum aſ-
perſum:hæc autem facta ſunt in figura ſanguinis Chriſti,per
quem eodem die ab angelo inſidiante liberati ſumus.hæc eſt er
go religio paſchę & ſacramētum atq; myſterium immolationis
agni paſchalis,quod noſtræ redemptionis exordium atq; princi
pium fuit.eſt etiam paſcha noſtrum reſurrectionis noſtræ figu
ratiuum,dicente apoſtolo,quia Chriſtus reſurrexit & nos reſur
gemus.ſed quorſum hæc?arbitror non latere maieſtatem tuam
quantis iudæorum conuitiis & obtrectationibus indies ſubii-
ciamur,qui ſingulis fere annis nobis obiiciūt;quod paſcha ſan
ctum iuxta patrum decreta non celebramus:quod æquinoctiū
uernale iuxta dei mandatum nō obſeruamus:quod paſcha nō
nunquam ad quadragintaquinq; dies poſt æquinoctium faci-
mus:quod quartamdecimam lunam non cuſtodimus:quod
paſcha in ſecundo menſe immundis deputato ſæpenumero ce-
lebramus:autumantes nos ī aliis fidei noſtræ ſacramētis errare
quando in paſcha & primo religionis noſtræ myſterio tam obſti

nate nos falli contendunt : ut autem aſtrologicas ſupputatio-
nes(quas ad demonſtrandum hæc adducunt)omittamus, pote-
runt ea oculis conſpici,& uiſu comprobari : nam quoties luna
ab eccleſiaſticis denominatur prima toties in cœlo quinta uel
ſexta conſpicitur : & æquinoctium uernale quod pro paſchæ
celebratione obſeruamus die uigeſima prima martii, fieri ui
demus die decima uel undecima martii : didicit etiam maieſ-
tas tua ex euangelio Chriſti, obſeruationem noſtram non con-
gruere ſacræ doctrinæ: omnes namq; euangeliſtę docent quod tē
pore paſſionis Chriſti in ciuitate hieruſalem fuit frigus: ut enim
Marcus euangeliſta ſcripſit, Petrus ſedebat cū miniſtris ad ignē
& calefaciebat ſe: Lucas quoq; dixit, accenſo igne in medio atrii
& circunſedentibus illis, erat Petrus in medio eorum: Ioannes
quoq; qui omnibus interfuit idem inſinuauit dicens, ſtabant au
tem ſerui & miniſtri ad prunas, quia frigus erat: & calefaciebant
ſe. ſi ergo frigus erat in hieruſalem quæ auſtrum uerſus poſita
eſt, multo magis frigus eſſe debet tempore paſchæ ī regionē iſta
quę reſpectu ciuitatis ſanctæ poſita eſt ſeptentrionem uerſus: er-
go non recte poteſt celebrari paſcha in fine menſis aprilis uere
iam adulto quando calores incipiunt intendi, ſed obſeruari de
bet in initio primi ueris, pręcipiēte deo & dicente, obſerua uer-
ni primum temporis ut facias paſcha domino deo tuo, quod &
commodius eſſet ieiunātibus, nam facilius a cibo & potu abſti
nere poſſumus ante principium ueris quam uere iam prouecto
& æſtate appropinquante, quādo calor extraneus corpora occu-
pans & humiditates reſoluens facit neceſſitatem reficiendi cor-
pora ſæpius. ad hæc accedit quod Chriſtus cuius acta imitari de
bemus ieiunauit ante initium ueris in fine hyemis. Perturba-
uit iampridem hæc quæſtio bremenſes germaniæ ſacerdotes, qui
errorem hunc animaduertentes zelo dei moti, ſed non ſecundū
ſcientiam, anticiparunt paſcha per menſem unum canentes re
ſurrexi dum populus dei cantauit oculi mei. Non minorem ca
lumniam iudæi ſabbatarii nobis inferunt de die paſſionis do-
mini noſtri Ieſu Chriſti autumantes eum haudquaquam die ue
neris crucifixum fuiſſe, diminutam quoq; moram eius in ſepul
chro calumniantes. his itaq; iudæorum argumentis prouocatus
duo uolumina cōſcripſi, primū de recta paſchæ celebratione, al
terum de die paſſionis domini noſtri Ieſu Chriſti: primum ſum
mo pontifici tanquam primo chriſtianæ reipublicæ luminari

dedicaui,tum quia ad eum ſpectat calēdarium corrigere,& paſcha ſanctū iuxtra patrū decreta celebrandū præcipere. Alteꝝ de die paſſionis Chriſti ītitulatū, tuę maieſtati tāquā ſecūdo luminari dicare ſtatui.tū quia(ut a fide dignis accepi)ipſo die quādo Chriſti ſaluatoris paſſio recolebatur hanc lucē primū ingreſſus fuiſti.tū propter alias cauſas quas poſtea in ſecūda operis parte exponemus. quantū igitur ad primā operis partē ſpectat,reſtinguenda eſt cōtumelia piētiſſime īperator quā perfidi iudęi in paſchæ celebratione indies nobis obiiciūt autumantes nos paſcha in ſecūdo menſe īmundis deputato celebrare:ne cōminātis dei uocē audire mereamur,qui per Moſen exterminiū minatur animæ quæ paſcha nō fecerit tēpore ſuo, quāobrē exoratā uelim maieſtatē tuā ut imitetur in hoc Conſtantinū īperatorē chriſtianiſſimū, & Theodoſiū ac Martianū īperatores religioſiſſimos,ſūmumq; pontificē Leonē decimū exhortari dignetur,ut ad correctionē calendarii animū apponat,& paſcha ſanctum iuxta patrum decreta celebrari præcipiat:ut ſecundū legem uiuentes & mandata dei obſeruantes a iudæorum calumniis atq; conuitiis immunes eſſe poſſimus. Vale.

¶ Ad apoſtolicum cœtū & chriſtianæ religionis reipublicæ ſenatum pro calendarii emendatione exhortatio,ut legitima paſchę celebratio errore calendarii abolita in uſum reuocetur.

SI uera eſt Platonis ſententia qua beatam eſſe rēpublicam aſſeuerat,in qua aut philoſophi regnāt aut reges philoſophantur: fieri non poteſt quin chriſtianę religionis ariſtocratia fœliciſſima ac beatiſſima ī primis cēſeatur:ī qua diui Petri ſucceſſores chriſti ſaluatoris uicarii ex omni chriſtiana natione uiros doctiſſimos & ornatiſſimos quoſq; fœcūdiſſimis pollentes īgeniis omniq; exceptione maiores ī partē ſolicitudinis dn̄ici gregis ſibi acciuerūt,qui nuper ī ſpiritu ſancto cōgregati pro nouo pōtifice aſſumēdo ſolū deū præ oculis habētes elegerūt Leonē decimū uiꝝ doctū,manſuetum,caſtū,pudicū,& ſanctū:de quo uere dici poteſt quod Paulus apoſtolus ad hebræos ſcripſit:talis enim decebat ut eſſet nobis pontifex ſanctus,innocens & īpollutus,ſegregatus a peccatoribus qui nō habet neceſſitatem offerēdi hoſtias prius pro ſuis peccatis,deinde pro populi delictis,ſed ſine ītermiſſione ſēper poterit orare pro populo. ſi etiam anteacta tempora reuoluere & mente conſiderare uelimus,per doctiſſimos ſemper uiros philoſophos non minus quam principes chriſtianam hanc noſtram rem-

publicam adminiſtratam fuiſſe comperiemus, qui diuino accenſi
zelo ab acerrimis Chriſti nominis hoſtibus ac perfidorum iudæo/
rum detrectationibus maximo ſemper conatu defendere eam & tu
tari ſtuduerũt: utq; cætera omittamus in paſchalis ſolemnitatis ob
ſeruatione (de qua hac noſtra lucubratiũcula ſcripturi ſumus) maxi
mam ſemper & diligẽtiſſimam curam habuerunt, ut paſcha ſanctũ
iuxta patrum decreta & romanorum pontificum ac nicænę ſynodi
ſtatuta ſemper obſeruaretur: qui omnes uno ſpiritu & una ſciẽtia
edocti ſtatuerunt antiquam illam normam a romanis põtificibus
prius inſtitutam omnibus obſeruãdam eſſe: quam Victor romanę
urbis antiſtes his uerbis annotauit. Celebritatem ſancti paſchę die
dominica agi debere & prædeceſſores noſtri iam ſtatuerunt, & nos
ill ud eadem die celebrari ſolemniter mandamus: quia non decet
ut mẽbra a capite diſcrepent, nec cont raria gerant: a quartadecima
uero luna primi mẽſis uſq; ad uigeſimãprimã eiuſdẽ menſis eadẽ ce
lebretur feſtiuitas. Verum enimuero quoniã ſacratiſſimus hic paſ/
chæ ſolemnitatis canon dñi primũ uoce ac tot ſanctorum patrũ &
ſynodorum decretis ſancitus, hac tẽpeſtate noſtra calendarii romã/
ni errore ac tẽporum uiciſſitudine collapſus immo abolitus in pre
ceps ruit, factum eſt ut continuis iudæoꝝ & prauoꝝ hominum ca/
lumniis & cõtumeliis ſubiiciamur, qui obſeruationẽ noſtrã obſtina
ta ceruice nobis exprobrãtes, & capita ſua mouentes in nos ſubſan
nant, pro ridiculo ducentes ꝙ lunã nuncupemus primã quę quinta
in cœlo conſpicitur. præſumẽtes nos in cæteris legis noſtræ muni/
mẽtis errare, quãdo in hoc præcipuo ecclesiæ ſacramẽto obſtinatiſſi
me nos falli cõtendũt. peſſundãda ergo & reſtinguenda eſt cõtume
lia, neq; diutius ferẽda eſt perfidoꝝ iudæoꝝ in nos ſubſannatio, ſed
conandũ eſt ſũmopere ut paſcha ſanctũ iuxta patrũ decreta obſer/
uetur: nã & Chriſtus dñs ſaluator noſter hanc quartædecimæ lunę
primi mẽſis cõſtellationẽ obſeruauit: & tanquã paſſioni ſuæ cõgruẽ
tẽ apprime cuſtodiuit. neq; ante hoc pleniluniũ ad paſſionẽ uenire
uoluit, ſed cũ a perfidis iudęis tẽpore nõ opportuno quæreretur ad
necẽ, ſeceſſit ĩ galilęã, quia nõdũ uenerat hora eius: at poſtquã aduẽ
taſſet iã luna quartadecima qua agnus ſine macula ĩmolari debuit:
nõ ãplius ſubterfugit mortẽ: ĩmo ſpõte ad paſſionẽ uenit: & ſuble/
uatis in cœlũ oculis dixit, pater iã uenit hora ut tranſeã ex hoc mũ
do quamobrem conuocatis in unum diſcipulis paſcha ſecundum
legem parari iuſſit: ut non ſolum uerbo, ſed & opere nos doceret
paſcha ſanctum debito, & ſtatuto tempore iuxta lunæ curſum

celebrandũ eſſe:quibus & animi expectationẽ atq; affectionem ex-
promens iter cœnãdũ ait,deſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare
uobiſcum antequam patiar:& facta cœna cũ iam tẽpus immolatio
nis ſuæ inſtare animaduerteret,nouum eccleſię ſacramentum,& paſ
cha noſtrum,tanquam ultimum ſuum teſtamentum inſtituit,qđ i
ſui memoriam obſeruari nobis iuſſit: teſtamentum inquam bonũ
nõ pecuniæ ſed corporis & ſãguinis,dicẽte Ieſu hoc eſt corpus meũ:
hic eſt calix nouũ teſtamẽtũ i meo ſãguine qui pro uobis effũdetur.
teſtamentum dico non corruptibilis hęreditatis,ſed uitę ęternę,nõ
atramento ſcriptum,ſed ſanguine exaratum & obſignatum nõ cæl
te cælatum,nec ſtilo ſculptum,ſed cœlo ſignificatum.non humana
uoce recitatum,ſed ſpiritu dei uiui prolatum atq; ſancitum.qui per
prophetã ait ligua mea calamus ſcribę ueolciter ſcribẽtis,efficax nãq;
eſt ſermo dei,& penetrabilior omni gladio ancipiti. Hæc autẽ per
agnum paſchalem quartadecima luna primi menſis immolandum
prototypo quodam myſtico ſignificato de Chriſto eodẽ die in cru
ce oblato iam pridem pręfigurata erãt.& ſicut agnus paſchalis fuit
ſignum præfiguratiuum futuræ paſſionis Chriſti,ſic euchariſtiæ ſa
cramentum eſt ſignum rememoratiuum dominicæ paſſionis præte
ritæ,& ergo imminente paſſione nouum hoc ſacramentum inſtitu
it,quod in ſui memoriam obſeruari iuſſit dicens, hoc facite in me
am commemorationem. huius ergo teſtamenti uos mundi cardi-
nes auguſtiſſimos ſenatores (qui apoſtolorũ uices geritis)fideicom-
miſſarios & executores inſtituit:toti uſq; chriſtianæ reipublicæ tu-
tores moderatores & procuratores eſſe uoluit.quæ cum ita ſint pa
tres conſcripti ueſtra intereſſe uidetur huiuſce myſterii ſacramen-
tum errore calendarii iam abolitum in uſum reuocare:diemq; paſ
chalis celebritatis in priſtinum ſtatum reducere:nam & ante Chriſ
ti ſaluatoris aduentum romanis pontificibus & ſacerdotibus pro-
prium eſſe ſolebat anni rationem cuſtodire & faſtorum ordinem
obſeruare atq; intercalandi poteſtatem habere. Vos ergo clariſſima
mundi lumina,& orbis cardines,chriſtianam rempublicam admi-
niſtrãtes,qui labentes cœlo & aberrantes animas ſalubri ueſtra doc
trina in cœlum reducitis,pro ueſtra caritate ac fide qua diuino ze
lo accenſi eſtis, expergiſcimini quæſo,errori q; huic tam enormi a
perfidis iudæis nobis obiecto ſuccurrere maturetis,& ad calendarii
emendationem rem profecto ſanctam,ac chriſtianæ religioni maxi
me utilem immo neceſſariam,animum pauliſper intendatis:ut ue
re de uobis dici poſſit quod Petrus apoſtolus prima eius epiſtola de

uobis ſcripſit:uos autem genus electum,regale ſacerdotiū,gens ſā
cta,populus acquiſitionis ut uirtutes ānūcietis eius qui de tenebris
uos uocauit in admirabile lumen ſuū.qđ ſi forte aſtrologoꝝ ſuppu
tationibus de æquinoctio & luna quartadecima nō confiditis reſpi
ciatis uolatilia cœli quæ ſuis nutibus & uolatibus ſuiſq; acceſſibus
ad nos ęquinoctiū docēt.reſpiciatis piſces maris & reptilia terrę quę
ſuis medullis atq; uiſceribus quartādecimā lunā oſtēdūt.cōſulatis
nautas qui maris icremētū & fluctuū ęſtus per quartādecimā lunā co
gnoſcūt.cuius etiā īfluxū mulierculę ſētiūt.ruſtici quoq; ī ſecādis ar
boribus,ī ſerēdis ſeminibus,& colligēdis fructibus,imo ī cūctis ip
ſoꝝ actibus nullo dei mādato eos cogēte lunā ſēper obſeruāt.Vos er
go chriſtianæ reipublicæ moderatores & teſtamēti Chriſti executo-
res , quos dei præceptū ad quartādecimam lunam primi mēſis ī paſ
cha obſeruandam ſtrictius obligauit,ad correctionem calēdarii ani
mum apponatis,ne pro panſeleno & plenilunio neomeniā celebran
tes dei ſummi & iuſti iudicis ſententia modo aliquo arguamur:ſed
ſecundum legem uiuentes ſanctorumq; patrum decreta & laudabi
lia ſtatuta,immo omnipotentis dei de paſchæ celebratione manda-
ta obſeruantes,a perfidorum iudæorum conuitiis & cōtumeliis dū
uiuimus immunes eſſe poſſimus:& poſt mortem animam nulla ſce
lerum contagione pollutam,ſed deo obedientem omniq; uirtutū
genere ornatam creatori noſtro deo reddamus.Valete.

¶ Ad ſacroſanctum lateranenſe concilium pro calendarii emēda
tione exhortatio , ut legitima paſchæ obſeruatio errore calendarii
abolita in uſum reuocetur:

ETſi multa ſunt.B.P.cæteriq; patres reuerēdiſſimi
ardua negocia in hac ſacroſancta ſynodo pertractā
da,minime tamen ſilentio prętereundum eſſe ar-
bitror romani calendarii pro recta paſchæ celebra
tione emendationis ſtudium:quinimmo hoc tan-
quam primum chriſtianæ religionis myſterium ī
primis commemorandum & diſcutiendum eſſe cenſeo:quia ſpiri-
tualia temporalibus præferri debent:dicente domino primum quæ
rite regnum dei & reliqua omnia adiicientur uobis:quærere regnū
dei eſt mandata eius cuſtodire:obſerua inquit deus uerni primum
tēporis ut facias paſcha dn̄o deo tuo,hoc autē paſcha trophei crucis
Chriſti pri⁹ fuit figuratiuū,nūc uero triūphalis reſurrectionis eiuſdē
ſignū eſt rememoratiuū,& reſurrectionis noſtrę ſignificatiuū,ſūmo

pete ergo anniti debemus ut paſcha ſanctũ iuxta patrũ decreta cele
bretur, ut a iudæoꝝ calũniis ĩmunes eſſe poſſimus qui ĩdies nobis
obiiciunt ꝙ paſcha noſtrũ ĩ ſecundo mẽſe ĩmundis deputato ſæpe-
numero celebremus: & qđ ad dies quadraginta quinq; poſt æqui-
noctiũ ſole exiſtẽte ĩ medio tauri paſcha nõnunq̃ obſeruem⁹: ĩ quo
irridẽt nos iudęi, redarguũt nos uolatilia cœli, quę æqnoctiũ accura
te ſẽper cuſtodiũt, nã & ciconię, qualeæ, & hirundines quotãnis ĩ æq
noctio ſuũ paſcha hoc eſt tranſitũ faciũt paſcha nanq; tranſitũ ſigni
ficat. ĩ quo repræhẽdit nos de⁹ (ꝑ hieremiã prophetã capite octauo)
dicẽs cognouit tẽpus ſuũ turtur, & hirundo ac ciconię cuſtodierunt
tẽpus aduentus ſui, populus autẽ meus nõ cognouit iudiciũ dñi ſui
quomodo dicitis ſapiẽtes nos ſumus & lex dñi nobiſcũ eſt uere mẽ
daciũ operatus eſt ſtilus mendax uerbũ enĩ dñi proiecerunt & ſapiẽ
tia nulla eſt in eis, hæc Hieremias. Similẽ errorẽ in luna paſchali in
daganda ſabbatarii nobis impigunt, arguẽtes nos ꝙ lunã primã uo
cem⁹ quã quintã ĩ cœlo cõſpicimus, adeo ꝙ cũ propheta dicere poſ
ſimus opprobriũ facti ſumus uicinis noſtris, quinimo nõ ſolũ uici-
nis ſed & his qui longe ſtant. & niſi errores iſti corrigãtur accidet ali
quãdo paſcha qđ uerni tẽporis initio obſeruari pręcipitur, æſtate ce
lebretur. lunã quoq; lumine plenã ĩ cœlo aſpici cõtiget, qñ ab eccle
ſia prima ſeu noua denũciabiť. imo poſt paucos ãnos eueniet ut paſ
cha ſanctũ qđ ĩ plenilunio celebrari præcipitur, ĩ nouilunio aut ꝓ
pe interluniũ obſeruetur. eclipſes quoq; ſolares die ueneris ſancta
magno iudæoꝝ plauſu & chriſtianoꝝ ludibrio accidere poterunt:
nuper cũ obiicerẽ iudæo uerbũ apoſtoli dicẽtis cæcitas ex parte ceci
dit ĩ iſrael donec plenitudo gentiũ ĩtroiret, cõfutãs hoc iudæus reſ
pondit cæcitas totaliter oppreſſit chriſtianos qui neſciũt diſcernere
ĩter lunã plenã & nouã, inter lunã rotundã & cornutã: nã ut in pro
uerbio dicitur cæcus eſt qui luna plena errat. quæ cũ ita ſint patres
conſcripti ueſtra intereſſe uidetur ſacramenti huius myſterium er
rore calẽdarii iã abolitũ ĩ uſũ reuocare: diẽq; paſchalis celebritatis ĩ
priſtinũ ſtatũ reducere: ĩ quo priſci patres maximã curã & diligẽtiã
adhibuerũt qui ne error unq̃ ĩ celebratione paſchę cõtigeret ſtatue
rũt lunę ętatẽ quotidie poſt primã diei horã ĩ eccleſia pronũciãdã eſ
ſe. utq; clero occaſionẽ addiſcẽdi diligẽtius lunæ curſũ darẽt, decre
uerũt neminẽ ad ſacerdotiũ eſſe ꝓmouẽdũ q lunę ætatẽ ĩ prõptu nõ
habuerit, ĩmo ut diſtĩctione 38. beat⁹ Auguſtin⁹ ĩquit, nõ eſt ſacerdo
tio dignus qui cõputũ (hoc eſt ætatis lunæ regulã) feſtoꝝq; mobiliũ
ordinẽ ignorauerit hoc enĩ tẽp⁹ præcipue ſcire debem⁹ quo per uni

uerſum orbē cōſona ſacræ diei fūdatur oratio,quia & tēpore commendantur preces ſicut ſcriptum eſt tempore accepto exaudiui te, expectaui iāpridē magno deſiderio & ore tantaleo hāc ſacroſanctā ſynodū tāq̄ unicū & ultimuū correctionis calēdarii remediū,nā cū ſuperioribus annis propoſuiſſem in eccleſia dei hāc paſchalis celebritatis emendationē,reſpōſum fuit eam fieri nō poſſe ſine concilio generali,ad qđ cōuocādū nulla tūc erat diſpoſitio,quāobrē multis argumētis conat⁹ fui probare atq; oſtēdere hæc iure optimo fieri poſſe,imo iā ſæpenumero facta fuiſſe ſine cōcilio generali a ſolo pōtifice uel ei⁹ collegio:ſed quia iā celeberrima iſta ſynodus nutu dei cōgregata eſt,ceſſat nunc omnis procraſtinatio,omnis perendinatio,& tergiuerſatio:expectaui ergo hoc ſacrū cōciliū firmiſſime rat⁹ nullū poſſe fieri hominū cœtū ī noīe dei cōgregatū ſine religione ſine numine diuū,dicente dn̄o ubi duo uel tres cōgregati fuerint in nomine meo ī medio ipſoꝝ ego ſū,niſi enī deus præſens ſit uoléſq; humanis rebus interſit,ludibriū eſt quicquid homines cogitāt nō cōſiliū.Sūmopere ergo ānitendū eſt ut paſcha ſanctū iuxta patrū decreta celebretur,& aureus ille numerus in romano calēdario ānotatus(qui diuturnitate tēporis iā factus eſt plūbe⁹)corrigatur:& æquinoctiū uernale decima die martii ſtatuatur,ubi hac tēpeſtate ut plurimū ipſū fieri uidemus.poterit etiā ī eodē calēdario declarari & reformari numerus & ordo feſtoꝝ ab eccleſia celebrandoꝝ,quia ſæpe nūmero pauperes(qui per operas quotidianas ex laborib⁹ manuū uiuūt,cōquerūtur magnā nimis eſſe feſtoꝝ multitudinē,quibus ab opere eis cōſueto(quo uictū quæritāt)ceſſare cogūtur:deridet ſeneca cordubēſis iudæos ſabbatarios ꝙ ſeptimā tēporis partē perdant per ſabbatū qđ obſeruāt:nos uero nō ſolū ſeptimā partē anni celebramus,ueꝝ etiā plus q̄ quartā tēporis partē ſolēnem facimus:indigent ergo hæc moderatione aliqua. Sed redeūtes ad primū noſtrū īſtitutū de paſchæ celebratione propoſitū,dicemus cū apoſtolo Paulo ecce nūc tēpus acceptabile,ecce nūc dies ſalutis,ecce nūc cōgregatū eſt cōciliū lateranēſe per qđ ſublatū eſt omne ſubterfugiū corrigēdi calēdarii & omnis perēdinatio ceſſauit iā enī nulla eſt excuſatio,nullū eſt īpedimētū ſed error eſt manifeſtus adeo ꝙ mulierculas nō lateat,quæ cū ita ſint patres cōſcripti rogo obſecro & per agnū paſchalē ac per dn̄icā paſſionē obteſtor uos,ut pręclariſſimā hāc operā chriſtianæ religioni tā oportunā q̄ neceſſariā aggrediamini & aggreſſam ad finē optatum perducatis ut paſcha ſanctum iuxta patrū decreta celebrantes,dei comminantis iram effugiamus. Valete.

¶ Ad illuſtriſſimum principem Franciſcummariam urbini ducem almæ urbis præfectū, ſanctæq; romanæ eccleſiæ uexilliferū epiſtola.

PVdenda nimis eſt cōtumelia illuſtriſſime prīceps quā perfidi iudæi ſabbatarii ī paſchæ celebratiōe nobis inferre ſolent, autumātes nos in ſecūdo non nunq̄ mēſe īmundis deputato paſcha celebrare qḋ deus ī primo menſe poſt uernale æquinoctiū ob ſeruari præcepit: cōtingit enī nōnunq̄ ꝙ paſcha ad trigīta quiq; dies tardi⁹ celebretur q̄ obſeruari deberet. q̄obrē ſuperioribus ānis adhortatus fui ſæpenumero Iuliū ſecūdū piæ memoriæ pontificē maximū & ſecūdū carnē patruū tuū: ut animū ad correctionē calēdarii apponeret, & paſcha ſanctū iuxta patrū decreta celebrari præciperet. ſed quia aliis negociis occupatus fuit, res de anno in annū prorogata eſt: ac tādē morte præuētus īfectā eā reliquit. q̄obrē ſimili conatu præſētē pōtificē rogare & exhortari decreui ut hāc calēdarii correctionē & rectā paſchæ celebrationē chriſtianæ religioni maxime utilē ac neceſſariā aggrediatur, & ad finē optatū perducat, & quia uexillifer es romanæ eccleſiæ, & magna apud ſūmū pōtificē dignitate & autoritate uiges, obteſtor etiā te per Chriſti ſaluatoris paſſionē ut apud eūdē ītercedere digneris, & eū exorare qḋ paſcha ſanctū iuxta patrū decreta celebrari præcipiat. ex quo chriſtiani duplicē utilitatē cōſequētur, nā facilius ieiunare poterūt dū dies ſūt breuiores. erit etiā breuius nōnūq̄ ad dies trigītaquīq; īteruallū tēporis īter diē natalē dn̄i & carniuoꝝ īterceptū & laruantes qui perſonati īcedūt ac tripudiātes minus delīquēt. neq; facies rē moleſtā Leonorę uxori tuæ & choro uirginū comitātiū eā, quę hoc tēporis īteruallo ſolatiū tripudiādo q̄doq; accipere ſolēt: nā licet ęta te ſit iuuenis, tamē morib⁹ matura & deū timēs, hæc uana mūdi gaudia ſpernit: edocta a duab⁹ Eliſabeth, quaꝝ altera adhuc ī ſæculo degēs cōtinuis orationib⁹ & elemoſynis īſtar Eliſabeth ſāctæ, pauperꝝ neceſſitatibus ſubuenit: altera defuncta ſęculo, calcatis diuitiis, & peſſundata pōpa & gloria mūdi, uitā cōtēplatiuā elegit inſtar diuæ clarę in monaſterio clarenſi cōcluſa cōtinuis ieiuniis & orationib⁹ deo uiuit. iſtis magiſtris īſtructa & edocta Leonora uanitates mūdi ſpernit. his itaq; non obſtantibus, ſed adiuuantibus, non deſiſtas a bono propoſito, ſummumq; pontificem Leonem decimum exhortari digneris ut paſcha ſanctum iuxta patrum decreta celebrari præcipiat, ut dei præcepta ſeruantes a perfidorum iudæorum calumniis immunes eſſe poſſimus. Vale.

¶ Ad eūdē Leonem decimum pōtificē maximū, operis de recta paſ
chæ celebratione & calendarii emendatione dedicatio.

PRopriū eſſe romano pōtifici & ſacerdotib⁹ āni ra
tionē cuſtodire & faſtoꝝ dieꝝ ordinē obſeruare pri
ſcoꝝ ānales perhibēt: quinimo ut Lucius feneſtel
la ſcriptū reliqt ſolis & lunę tabulas ante oculos ſē
per pōtifices habebant, ī quibus luminariū curſus
& anni ac mēſiū ratio faſtorūq; dieꝝ ordo perſpi-
ciebatur, & quoties lumini caligo uel eclipſis fieret demōſtrabatur.
ſic enim priſcis illis tēporib⁹ diſtributa erant pontificalia munera ut
minor pontifex nouæ lunæ primum obſeruaret aſpectum, uiſamq;
maiori pōtifici nūciaret. ſic Numa pōpilius ſecūdus romanoꝝ rex
& ſacroꝝ antiſtes (qui regnū nō minus religione quā Romul⁹ armis
auxerat) annū lunarē pro anno Romuli decē mēſiū (nō quia rex ſed
quia pōtifex) īſtituit. ſic Iulius cæſar dictator & pontifex romanoꝝ
maximus, cū animaduerteret annū lunarē (quē romani tūc obſerua
bāt) numero dieꝝ trecētoꝝ & quīquagīta quīq; temere claudi, & ne
q; motui ſolis neq; lunę coequari, & ſacrificia frugū ī tēp⁹ uīdemiaꝝ
īcidere, uolens hāc tēpoꝝ īcōſtātiā cōponere nō ut īperator, aut dic
tator, ſed ut pontifex maximus annum ſolarem īſtituit: quem poſ
tea negligētia ſacerdotū cōtaminatū Auguſtus nō ut īperator, ſed
ut pontifex maximus correxit & emendauit. propriū ergo fuit ro-
mano pontifici a primordio urbis conditæ anni & calēdarii rationē
& faſtoꝝ ordinē ſēper cuſtodire. Idē poſt Chriſti ſaluatoris aduentū
romani pontifices Pius primus, Anicetus, Eleutherius, Victor, Sil
ueſter, Innocentius, & Leo pōtifex tui nominis primus, ac cæteri ro
manæ urbis antiſtites, & Chriſti ſaluatoris uicarii ſēper obſeruarūt
& legitimā paſchalis ſolēnitatis celebritatē chriſtianis oībus obſer-
uandā præceperunt. quæ cū ita ſint beatiſſime pater ſola tua ſancti
tas mihi uiſa eſt apprime digna, cui has meas lucubratiunculas de-
recta paſchæ celebratione & calendarii emendatione inſcriptas de-
dicarē: quas ſi executioni mandaueris laudē apud oēs chriſtianos &
gloriā dignitati tuæ cōſentaneā conſequeris: & quod in ſummo pō
tifice maxime deſiderādū eſt ad uirtutum tuaꝝ cumulum, aceruum
non modicum adiicies: nam quantum dignitate cæteris mortalib⁹
præſtas tantum etiā uirtutibus excellere alios pulcherrimum erit:
eccleſiæ quoq; tuæ materiali & tēplo cuius iā fundamenta iacta ſunt
præcipuum ornamentum afferes, ſpiritalē animam ei īfundēdo: nam
ſicut materialis illa eccleſia ex lapidibus & cæmento compoſita, ter

ræ inititur & i ea fūdatur, ſic ſpiritualis eccleſia cōſtās cōgregatione
fideliū i Chriſto Ieſu, & obſeruatione ſacramentoꝝ ac myſterioꝝ a
deo nobis traditoꝝ, cordibus hominū īſiſtit & ī Chriſto angulari la
pide cōglutinatur. & eſt tanꝗ anima eccleſię materialis ex lapidibus
& cæmēto cōſtitutæ, quā utiqꝫ i cœlo ex uiuis lapidib⁹ cōſtruem⁹ &
precioſis gēmis adornabim⁹, ſi Chriſti ſaluatoris præcepta de paſchę
myſterio nobis tradita obſeruauerim⁹: nā ut Chryſoſtomus ſuper
Matthęū īquit, homo ī ædificatione parietū delectat̄, deus autē i cō
uerſatione ſāctoꝝ, dicēte propheta dn̄e dilexi decorē domus tuę, quē
decorē? nō quē diuerſitas ſplēdētiū marmoꝝ facit, ſed quē pręſtat ua
rietas uiuētiū gratiaꝝ. ille decor carnē delectat: iſte uiuificat animā
ille pro tēpore decipit oculos & deludit: iſte autē i perpetuū ędificat
ītellectū: nulla eni machina nullū ædificiū ex lapidib⁹ & cęmēto cō
poſitū quātūcūqꝫ magnū fuerit ꝑpetuo neqꝫ lōgo tēpore durare po/
teſt, quēadmodū urbis romanę ruina docet: lex autē dei i æternū ma
net. maiorē laudē & gloriā Iulius cæſar priſcus ille romanoꝝ pōti
fex ex calēdarii reformatione quæ adhuc durat cōſecutus eſt, quā ex
pyramidib⁹ æditiſſimis, theatris āpliſſimis, ędificiis maximis, per eū
aut poſteros eius cōſtructis, quæ cū ita ſint pater beatiſſime ſūo opere
āniti debes ut paſchalis ſolēnitatis myſteria, negligētia prędeceſſoꝝ
abolita ī uſū reuocētur: quæ ſi ad finē optatū perduxeris, beatū hoc
ſęculū noſtrū dicā quo te pōtificē nacti ſum⁹ quo benigniſſim⁹ & idē
optimus deus chriſtianæ religionis ſaluti prouide ſēper cōſulēs, ſa
croſanctæ reipublicæ ſuæ adminiſtrationē tibi optime merito detu
lit, qn̄ qdē mūdi huius gubernacula nullo meliore loco quā humeris
tuis collocare potuiſſet, ꝗ chriſtianę religionis protegēdę defēdēdęqꝫ
zelo accēſus ſēper fuiſti, cui⁹ ductu & prouidētia a perfidoꝝ iudęoꝝ
calūniis ac cōtumeliis īmunes eſſe ualeam⁹. Ad hęc (quātū ad me ꝑ
tinet) accedit mādatū dn̄i leuitici. 23. præcipiētis poſt īgreſſū ciuita
tis manipulos ſpicaꝝ primitias meſſis ad pōtificē eſſe ferēdos, ꝗ ele/
uabit faſciculū corā dn̄o ut acceptabile ſit ſacrificiū pro eo altero
die paſchæ & ſāctificabit illū. itaqꝫ beatiſſime pater hūc paſchalis ce
lebritatis faſciculū tibi offerre ſtatui, ut abs te ſāctificat⁹ acceptabilis
fiat deo ꝓ paſcha i poſteꝝ rite celebrādo, neqꝫ operę meę p̄ciū neqꝫ
lucubrationū meaꝝ pręmiū aliud expoſtulo ꝗ̄ ut paſchalis ſolēnita
tis norma errore calēdarii abolita naturali tua īduſtria ī uſū reuocet̄
ne ī fermēto ignorātię diuti⁹ uerſati ꝑfidoꝝ iudęoꝝ calūmniis āpli⁹
uexemur, ſed ī azymis ſinceritatis & ueritatis paſchali tp̄e una cū
Chriſto epulari poſſim⁹. Vale. & prędeceſſoris tui Leonis primi ue/
ſtigia ī paſchæ celebratione ſequi dignare.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

¶ Libri de paſchę celebratione exordiũ eiuſq; diui ſio i partes quatuordeci: diuiniq; numinis iuocatio.

Cœpit Ieſus facere & docere, ut nõ ſolum uerbo, ſed & opere nos erudiret: omnis nanq; Chriſti actio ad noſtram iſtructionem facta dignoſcitur: obſeruauit itaq; legale & legitimum paſcha, ut & nos admoneret paſcha noſtrum iuxta patrum decreta, & ſanctorum traditiones celebrare debere. quod ut fieri poſſit uerum paſchæ canonem a ſanctis patribus inſtitutum (ſed errore calendarii abolitum) cõſcribere ſtatui: nõ obſtantibus aliorum æditionibus, qui etſi antehac errores calendarii aliqua ex parte notauerit, cum adeo ſint manifeſti ut neq; mulierculas lateant, tamẽ quia ueram paſchæ rationẽ non ſatis expoſuerunt, neq; lunares cyclos adamuſſim diſtinxerunt, haudquaquam ſcribendi facultatem nobis ſurripuerunt: uerum potius anſas præbentes ad ſcribendum nos impulerunt ut errores quos ſeminauerũt, & quibus ſimpliciores ſeduxerunt patefaciamus, & ſeductos in uiam ueritatis reducamus: ipſorum tamen ſententias pro uirib⁹ euitare conabimur, ne aliorũ ſcripta recenſendo fundum noſtrum ex alieno fonte irrigare uideamur. Nouam itaq; hanc paſchalis normæ deſcriptionem, ac cycli lunaris rationem nullo uerborum ornatu uel apparatu ſed orationis ſimplicitate, ac facilitate qua poſſumus conſcribere aggrediemur: quando quidem no



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

bis ſub alio cœlo ortis (ubi philomenæ ſuauis uox non auditur) romanæ linguæ elegantiæ non ſuppeditant : ut enim Manlius inquit, ornari res ipſa negat contenta doceri. In omnibus autem his & ſingulis quæ hactenus ſcripſi, & in poſterum ſcripturus ſum, nihil de me temere prꝗſumens, nihil mihi arrogans, ſemper in primis a me pronunciatum eſſe uolo, non eſſe propoſiti mei inſtitutum quicquam aſſerere, deteminare, aut affirmare uelle, quod ſacroſanctæ romanæ eccleſiæ aut chriſtianæ religioni (ne tantillum quidem) obſiſtere poſſit, ſed quaſi quæſtiones & problemata delibãdo narrare. quod ſi aliquid fortaſſe minus probatum dixero id nũc reſignari & obeliſco deleri, ac pro non dicto haberi cupio: ſingula mea ſcripta & dicta ſcrutinio tuo, tuiq; collegii iudicio (non minus accutiſſimo quam rectiſſimo) examinanda, corrigendaq; ſubmittens: ea ſemper præfatione ut id ſolum ratum habeam quod ueſtro iudicio approbatum fuerit, quorum caſtam & infallibilem cenſuram eſſe nõ dubito : quos enim iuſtiores, æquiores, aut doctiores iudices mihi dari poſtulem? quam hos chriſtianæ ariſtocratię adminiſtratores qui omni litterarum genere eruditi, ſumma atq; omnibus numeris perfecta ſapientia præditi, ex ſingulis mundi nationibus electi in curã dominici gregis acciti ſunt. Huius itaq; paſchalis ſolemnitatis rationem quatuordecim libris explicabimus. Primo libro Chriſti ſaluatoris, ac diſcipulorum eius paſchalem obſeruationem exponemus: priſcorumq; doctorum de paſchæ celebratione opiniones ſuccincte ac breuiter enarrabimus, & obſeruationes antiquas uſq; ad celeberrimam illam nicænam ſynodum conſcribemus. Secundo libro nouas inter latinos, & græcos de paſchæ celebratione cõtrouerſias poſt nicænam ſynodum exortas proferemus, & cauſas diſſenſionum ex diuerſitate cycli lunaris hebræorum & priſcorum patrum ac decemnouenalis alexandrinorum oſtendemus: cyclumq; lunarem in prima eccleſia ab omnibus chriſtianis obſeruari ſolitum deſcribemus. Tertio cycli decemnouenalis alexãdrinorum rationem exponemus. Quarto libro utrũq; cyclum tam lunarem priſcorum patrum, quam decemnouenalem alexandrinorum romano calendario inſcribemus, & controuerſias ex diuerſitate ipſorum inter grę cos & latinos exortas declarabimus. Quinto libro alias inter gręcos & latinos diſſenſiones, & cõtrouerſias proferemus. Sexto libro paſchalis ſolemnitatis canonem iuxta uſum, & obſeruationem romanæ eccleſiæ exponemus. Septimo libro errores in calendario, & cyclo decemnouenali contingentes, & rectam paſchæ celebrationem

impedientes exponemus,& aliorum reſponſiones narrabimus.Oc
tauo libro ueram paſchæ rationem iuxta patrum decreta conſcribe
mus,& breuem emendandi calẽdarii modum proponemus. Nono
libro nouum lunæ cyclum romano calendario congruentem affe-
remus. Decimo libro menſem paſchalem ab æquinoctio uernali
dependentem per aſtrologicam ſupputationem inueſtigabimus.
Vndecimo libro ueras lunationum epactas extrahere docebimus,
necnon & totius rei ſupputationem perpetuam quatuor cyclis cõ
cludemus.Duodecimo libro uerum paſcha uſq; ad annum a nata
li domini ter milleſimum continuo calculo extendemus.Tertiode
cimo libro indagabimus an pontifex romanus uel generale conci-
lium poſſit immutare canonem paſchæ a ſanctis patribus in nicæ-
na ſynodo inſtitutum,& nouam paſchalis ſolemnitatis normam
inducere.Quartodecimo & ultimo libro diuerſos alios modos ob
ſeruandi paſcha proponemus:& an paſcha,uel dies paſſionis domi
ni,& reſurrectionis eius celebrari poſſint tanquam feſta fixa diſpu
tabimus,& calumnias ac contumelias a perfidis iudæis nobis ob-
iectas in eos retorquebimus.Quæ ut fœliciter exequi ualeamus cœ
leſtia primum inuocantes numina,ſupplicesq; ad deum manus ten
dentes diuinum implorabimus auxilium.Tu igitur omnium con-
ditor & moderator deus qui paſcha ſanctum & immolationem agni
immaculati,ſolis & lunæ motum conſequi uoluiſti: eiuſq; ſolem-
nitatem in plenilunio uernalis æquinoctii ſub anathematis pœna
perpetuo celebrari iuſſiſti:ut filii tui unigeniti in cruce immola-
tionem pro redemptione & ſalute humani generis eodem die fu-
turam ſignificares: cuius paſſionis myſterium & reſurrectionis me
moriam in paſcha nobis reliquiſti:huic noſtro cœpto adſis precor:
rectãq; ſcribendi uiam,& ueram ſupputandi paſchæ rationem ſer
uo tuo Paulo explicandam reueles: ſummumq; pontificem Leo-
nem decimum cui gregem tuum paſcendum commendaſti,ac reli
quos eius coadiutores cardinales,quos eccleſiæ tuæ præeſſe uoluiſti
æterni ſplendoris tui radio illuſtrando illumines,eorumq; uolun
tates excites,ut ueram paſchæ rationem & calendarii correctionẽ
a maioribus noſtris ſæpenumero tentatam (ſed neſcio qua negli-
gentia aut procraſtinatione ex anno in annum duci ſolitam) aggre
di diutius non differant:aggreſſiq; diuini operis ſtudium propen-
ſius exæquantur,& ad finem optatum perducere queant:ut ſecun
dum legem uiuentes,& paſcha ſanctũ iuxta mandata tua obſeruã
tes tibi placere & tãdẽ glorioſiſſima tua uiſione frui ualeamus amẽ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

❡ Liber primus Chriſti ſaluatoris ac diſcipulorum eius paſcha
lem obſeruationem continet : priſcorumq; doctorum de paſchæ
celebratione opiniones ſuccincte & breuiter narrat : & obſerua-
tiones antiquas uſq; ad celebratiſſimam illam nicænam ſynodum
exponit : inqua confutata, & extirpata opinione quartadecimano
rum (qui una cum iudæis paſcha faciebant) canon orthodoxorum
confirmatus fuit.

DE PASCHA IVXTA OBSERVATIO NEM IESV CHRISTI.

NOn uenit Ieſus ſoluere legem ſed adim
plere : fuit enim factus ſub lege : quam
obrem legalia obſeruare uoluit : ut eos,
qui ſub lege erãt : ab obligatõe legalium
redimeret. quã per ſuam paſſionẽ abſtu
lit, atq; deleuit. ſicq; paſcha legitimũ ac-
curate ſemp cuſtodire, & iuxta legis mã-
datũ diligẽter obſeruare curauit. quini-
mo ut Ioãnes euangeliſta teſtat ſingulis
quibuſq; annis dum per ætatem licuit : hieroſolymam accedere ſo
lebat ad ſolemnitatem paſchalem rite celebrãdam. Et ut Chryſo-
ſtomus inquit a, principio circũciſionis ſuę uſq; ad diem paſſionis
nunquam fuit contrarius legi diuinæ ſed normã legis in omnibus
ſemper obſeruauit : ne Iudæi iuſtam calumnię cauſam contra eum
quaſi in legis trãſgreſſorẽ nanciſci poſſent : quemadmodum etiam
de ſe teſtatur Matthei tertio dicẽs : ſic enim decet nos implere oẽm
iuſticiam : iuſticia ſiquidem eſt omnium mandatorum plena cuſto
dia : lex autẽ paſcha celebrari pręcepit die quartadecima primi men
ſis ad ueſperam a, qua azymorum dies exordium ſumunt. Vnde &
euangeliſtę ſcripſerunt cum iam aduentaſſet prima dies azymorũ
acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes ubi uis paremus tibi come
dere paſcha? qui miſit Petrum, & Ioannem in ciuitatem ut paſcha
pararent. Nec obſtat ꝙ græci Ioannis euangeliſtæ teſtimonio indu
cti aſſerant chriſtum ſaluatorem ultimum ſuum paſcha non ſecun
dum legẽ obſeruaſſe ſed per diem anticipaſſe, quia præſciuit ſe pro
redẽptiõe humani generis immolandũ eſſe eo ipſo die, quo agnus
paſchalis immaculatus ĩ memoriam redemptionis filiorũ iſrael de
manu pharaonis ex lege immolari debuit : ſic enim Ioannes euange

liſta innuere uidetur ſcribẽs iudęos chriſtũ accuſantes ipſo die paſſionis nõ uoluiſſe introire in prętorium Pilati ethnici hominis, & gentilis ne contaminarentur, ſed ut ab omni contagione mundi paſcha, hoc eſt, agnum paſchalem ueſpere mãducare poſſent. Quib° reſponſuri dicemus chriſtum dominum legitimum paſcha obſeruaſſe, ſed Iudæos ipſos pręuaricatos & legẽ trãſgreſſos fuiſſe quemadmodũ poſtea in ſecunda huius operis parte oſtẽdemus ubi diem paſſionis domini indagaturi probabimus chriſtum ſaluatorem legitimam primi menſis cõſtellationem, & quartamdecimam lunam nõ friuolam, ſed opportunã, nõ fatalem, ſed paſſioni ſuę cõgruam diuina prouidentia ab ęterno pręordinatam diligenter, & accurate ſemper obſeruaſſe: & uniuerſaliter tempora omnia quæ in paſcha hebræorum, uel immolatione agni paſchalis requirebantur apprime ſemper cuſtodiſſe: quia omnia hęc tempora myſtice figurabant paſſionem eius in cruce pro redemptiõe humani generis eiſdẽ, uel ſimilibus temporibus futuram. eodem modo & tẽpora omnia quæ concurrerant in prima mundi, & hominis plaſmatione: in ſua quoq; paſſione obſeruare uoluit, ut maculam illam, quã per protoplaſti peccatum & pręuaricationem cõtraxerant, per ſuam paſſionem deleret, ac pura & nitida redderet: atq; humanam naturam in priſtinam innocentiam reſtitueret. Hæc autem tempora deſignãt æquinoctium, & ſol in æquinoctio uernali poſitus. luna lumine plena ex ſolis oppoſito in ęquinoctio autũnali collocata. feria ſexta, hoc eſt, dies ueneris ĩ qua homo creatus, & per cõtumaciam lapſus hęc omnia tempora contaminauit. Idem nanq; modus eſſe debuit innouationis mũdi, & redemptionis humani generis: qui fuit primæ eius creationis: cuncta ergo tẽpora, quę cõcurrebant in pria mũdi, & hominis plaſmatiõe, & quę per lapſum eius, & pręuaricationẽ cõtaminata fuerãt: debebant eadem ſerie reſumi ĩ redemptione eius, & una cum homine purificari: & quia Ieſus uenit ſaluos facere nõ ſolum Iudęos, uerum etiam gentes omnes credẽtes in eum uoluit in die paſſionis ſuę cõcurrere paſcha Iudęorum, hoc eſt, diem ſalutis Iudæorum cum die ſalutis gẽtium in quo ſcilicet agnus immaculatus non ſolum apud Iudæos, uerum etiam apud gentes immolabatur, ſed de his in ſecunda operis huius parte diſſeremus in qua dominicę paſſionis diem indagabimus. Difficile nanq; fuit, & rarũ hæc omnia tẽpora in unũ diem cõcurrere. Expectãs ergo hũc diem myſteriis plenũ paſſioni deputatũ, expectans etiam finem ſeptuaginta hebdomadarum a daniele denũciatarum cum antea ſæpenu

mero a iudęis quęreretur ad necem tempore nondum opportuno, et temporibus prædictis nondum in diem unum concurrentibus dedita opera ſeceſſit, et abſcondit ſe. hoc autem myſterium non nulli timorem putabant: non enim erat timor ſed temporis idonei expectatio, et obſeruatio ímo plenitudinis tēporis affectatio in quo ſcilicet omnia paſſionis myſteria concurrerent. Cum ergo hęc omnia aduētaſſent, & in foribus adeſſent, atq; in diem unum concidiſſent non ſubterfugit mortem, ſed ſponte ad paſſionem uenit, & ſubleuatis in cœlum oculis dixit Pater iam uenit hora ut tranſeam ex hoc mundo clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te: iam enim tempora omnia, et temporum myſteria paſſioni meæ congrua, et redemptioni humani generis conſentanea de proximo inſtant: Quamobrem conuocatis ī unum diſcipulis prima die azymorum ciuitatem ingreſſurus paſcha ſanctum ſecūdū legem parari iuſſit, & luna quartadecima agnum paſchalem una cum diſcipulis manducauit, ut non ſolum uerbo, ſed & opere nos doceret paſcha ſanctum debito, & ſtatuto tempore ſecundum lunę curſum celebrandum eſſe.

ℭ De paſcha iuxta obſeruationem diſcipulorum chriſti.

APoſtoli, et diſcipuli chriſti poſt mortem, et reſurrectionem domini imitantes magiſtrum obſeruarūt paſcha legitimum, & una cum Iudęis luna quartadecima quacunq; feria acciderit agnum paſchalem comedebant quinimmo non ſolum paſcha, uerum etiam ſabbatum, & neomenias, ac reliqua legalia, & cerimonialia una cum Iudęis obſeruaſſe uidentur: ob metum fortaſſe iudæorum, ne ritum ipſorum uiderentur ſpernere, & legis abolitionem uelle inducere, ſiue ut Iudęos lucrifacerent, & ad chriſti fidem paulatim allicerent. Nam & Paulus uocatus apoſtolus prima ad corinthios nono inquit Cum liber eſſem ex omnibus omnium me ſeruū feci, ut plures lucrifacerem, & factus ſum Iudęis tanq̄ Iudęus ut Iudęos lucrarer: his qui ſub lege ſunt quaſi ſub lege eſſem cum ipſe non eſſem ſub lege: ut eos qui ſub lege erant lucrifacerem. his qui ſine lege erāt tanq̄ ſine lege eſſem cum ſine lege dei nō eſſem ſed in lege eſſem chriſti, ut lucrifacerem eos qui ſine lege erant: factus ſum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem: omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſaluos. Vt etiam in actis apoſtolorum legitur diſputabat in ſynagoga Pau-

lus per ſabbatum:aliis autem diebus intendebat operi manuali: erat enim ſcęnofactoriæ artis: ex quibus apparet Paulum obſeruaſſe ſabbatum. Nec mirum uideri debet ꝙ paſcha, aut ſabbatum iuxta ritum iudæorum in legis primordio apoſtoli obſeruauerint quando & ueteris legis circuncifionem admiſerint, quinimmo et eam fieri aliquando non modo Iudæis, ſed et gentibus mandauerint. Paulus nanqꝫ Timotheum ethnicum ex patre gentili natum circuncidit, & comam quam ex uoto nutriuerat totondit ex lege in cenchris nazaręorũ more. Immo cum a iudæis accuſatus eſſet pontifici ꝙ hebręis per europam diſperſis prædicaſſet legis abolitionem monitus fuit a Iacobo, et aliis apoſtolis ut ſe ſecundum legem purificaret, & oſtenderet populo ſe legem in omnibus ſeruaſſe. de quo Lucas euãgeliſta libro ſuo de actis apoſtolorum .21. ſic ſcripſit Et cum ueniſſemus Hieroſolymam libẽter exceperũt nos fratres. ſequenti autem die introibat Paulus nobiſcum ad Iacobum: omneſqꝫ collecti ſunt ſeniores, quos cum ſalutaſſet narrabat per ſingula, quæ deus feciſſet in gentibus per miniſteriũ illius at illi cum audiſſent magnificabãt deũ dixeruntqꝫ ei uides frater quot milia ſunt ĩ iudæis, qui crediderũt, & oẽs æmulatores ſunt legis: audierũt autẽ de te quia diſceſſionẽ doceas a Moſe eoꝝ, qui ꝑ gentes ſunt iudæorũ dicens nõ debere eos circũcidere filios ſuos neqꝫ ſecundũ cõſuetudinẽ ingredi: quid ergo eſt? utiqꝫ oportet cõuenire multitudinẽ, audient. n. te ſuperueniſſe: hoc ergo fac quod tibi dicimus. ſunt nobis uiri quatuor uotũ habẽtes ſuper ſe, his aſſumptis ſanctifica te cũ illis, & ĩpẽde illis ut radant capita et ſcient oẽs quia quæ de te audierunt falſa ſunt, ſed ambulas & ipſe cuſtodiẽs legẽ. Tunc Paulus aſſumptis uiris poſtera die purificatus cũ illis ĩtroiuit in tẽplũ. Sæpe etiã Paulus ęmulatorẽ legis ſe uocat ut in actis apoſtolorũ uidere licet. unde in oratiõe, quã ad iudæos habuit libro actorũ capite. 22. ſic ĩquit. Ego ſum uir iudęus natus in tharſo ciliciæ nutritus ĩ ciuitate iſta ſecus pedes Gamalielis erudit⁹ iuxta ueritatẽ paternę legis ęmulator legis, ſicut & uos oẽs eſtis hodie. ĩmo corã Agrippa rege calũniis iudęorum reſponſurus dixit ſe legẽ in oĩbus ſeruaſſe ſic inquiẽs. Et quidẽ uitã meã a iuuentute, quæ ab initio fuit in gente mea in Hieroſolymis nouerunt oẽs iudęi pręſcientes me ab initio ſi uelĩt teſtimoniũ ꝓhibere, qm̃ ſecũdũ certiſſimã ſectã noſtræ religiõis uixi phariſęus. Petr⁹ quoqꝫ apoſtolus teſte eodẽ paulo gẽtiles nõnullos, ac ethnicos iudaizare coegit. Vt. n. doctores ſctĩ ꝓhibẽt legalia & cerimõialia tpe illo

quanquam per chriſti paſſionem fuerant mortificata,& ſine fru-ctu,nondum tamen erant mortifera . neq; enim lex uetus ſubito erat diripienda aut exterminanda ſed paulatim & cum tempore abolenda,& tanquam figura legis nouę cum honore potius ſepe lienda,quam ſubito cum dedecore exterminanda . Vnde beatus Auguſtinus circa hoc diſtinguit tria tempora.unum ante chriſti paſſionem,in quo legalia obſeruanda erāt: aliud poſt diuulgatio nem euangelii per apoſtolorum prędicationē in quo legalia erant mortifera,& nullo modo obſeruanda:tertium eſt tempus mediū ſcilicet a paſſione chriſti uſq; ad diuulgationem euangelii in quo legalia erant tanquam mortua, quia nullam uim habebant, neq; aliquis ea obſeruare tenebatur:tamen non erant mortifera quia conuerſi de iudaiſmo ad fidem chriſti poterant ea licite obſerua-re,dummodo tamen non ponerent in eis ſpem ſalutis:ſic ꝙ repu tarent ea neceſſaria ad ſalutem quaſi ſine eis fides chriſti iuſtifica ri non poſſet.unde Euſebius libro ſecundo capite .17. eccleſiaſti-cæ hiſtoriæ ſcribens de Marco euāgeliſta, & Philone philoſopho id ipſum teſtatur dicens:Conſtat quidem ꝙ hi, qui ſub apoſtolis iſrahelitis credebant iudaicis adhuc inſtitutionibus,& legis obſer uationibus inhęrebant:imo ut in actis apoſtolorum.15.legiē magna inter fratres orta eſt cōtētio ſuper circūciſione, an ex gentibns cō-uerſi circūcidi debeāt dicētes niſi circūcidamini ſecūdū legē Mo-ſi nō poteſtis ſaluari.Facta ergo ſeditiōe ſtatuerūt ut aſcenderent Paulus & Barnabas ad apoſtolos,& presbyteros in Hieruſalē ſu per hac quæſtione decidēda quo cum perueniſſent propoſita & di ſputata quæſtiōe cōuenerūt ſeniores in hoc ꝑ ſententiā Petri , & Iacobi ꝙ circuncifio non ſit neceſſaria ad ſalutem his qui ex gen tibus conuerſi eſſent, ſed ſatis eſſe ut abſtineant ſe a contamina-tionibus ſimulacrorum, & fornicatiōe.ex quibus elici poteſt chri ſtianos ex iudæis conuerſis natos patrio more circuncidi ſolere , licet ex gentibus ad chriſti fidem conuerſi circuncifioni nō fuerit obnoxii.Verum creſcente poſtea fidelium numero,& corrobora-ta iam chriſti fide : apoſtoli ipſi animaduertentes legalia complu-ra umbras eſſe,& nouæ legis figuras: docuerunt non amplius ob-ſeruanda eſſe legalia ſed per aduentum chriſti,qui uera eſt mundi lux et iubar : umbras iſtas ceſſare debere :feſtorum quoq;,& neo meniarum, ac ſabbatorum obſeruationes tanq̄ umbras deſeren-das,& in alias ſolemnitates commutandas eſſe docuerūt. unde & Paulus ad Colloſſenſes ſcribens dicit Nemo uos iudicet in cibo,

aut ī potu, aut ī parte diei feſti, aut neomenię aut ſabbatoꝝ quę ſũt umbra futuroꝝ. ad gallatas quoq; ſcribens mõet eos ut cõtentiones de feſtiuitatibus abiiciant docens non obſeruandos eſſe dies annos & menſes iuxta hebręorum legalem conſtitutionem. nã ut ad hebręos dicit mutato ſacerdotio, legis mutatio fieri debet & ut ad corinthios ſcripſit paſcha noſtrum immolatus eſt chriſtus ac rurſus cum uenerit quod perfectum eſt euacuabitur quod ex parte eſt: erat enim lex uetus imperfecta, & figura legis nouæ, & per immolationem chriſti in cruce ipſo die paraſceues paſchę adimpleta erat figura, & umbra illius agni paſchalis, qui a iudęis ex lege in paraſceue paſchę immolari ſolet. Debuit ergo ceſſare legalis paſchę obſeruatio ſicut & alia legis cerimonialia. Immo circũciſionem quam in Timotheo gentili prius fieri mãdauerat, ipſemet Paulus galatis deteſtatur dicens Ecce ego Paulus dico uobis quoniam ſi circuncidamini chriſtus nihil uobis proderit. teſtificor autem rurſus omni homini circuncidenti ſe quoniam debitor eſt uniuerſæ legis euacuati eſtis a chriſto qui ex lege iuſtificamini a gratia excidiſtis. Petrum quoq; apoſtolum Paulus incuſat, immo acriter coram reprehendit, & in faciem ei reſtitit ꝙ gentes iudaizare coegerit ſic Galatis ſcribens. cum autem ueniſſet Petrus antiochiam in faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat. Prius enim quam uenirent quidam a Iacobo cum gentibus edebat: Cum autem ueniſſent ſubtrahebat, & ſegregabat ſe timens eos, qui ex circunciſione erant, & ſimulationi eius conſenſerunt cæteri iudæi ita ut et Barnabas duceretur ab eis in illam ſimulationem: ſed cum uidiſſem ꝙ non recte ambularent ad ueritatem euangelii dixi cephe coram omnibus ſi tu cum iudæus ſis gentiliter uiuis, & non iudaice quomodo gentes cogis iudaizare? non enim iuſtificatur homo ex operibus legis niſi per fidem Ieſu chriſti. Quinimmo Paulus infenſus Galatis quod legalia obſeruare contenderint exclamat contra eos dicens O inſenſati Galatę quis uos faſcinauit non obedire ueritati ante quorum oculos chriſtus Ieſus proſcriptus eſt & in uobis crucifixus. ac tandem epiſtolam ſuam ſic finiuit. Videte qualibus litteris ſcripſi uobis mea manu, quicunq; enim uolunt placere in carne hi cogunt uos circuncidi tantum, ut crucis chriſti perſecutionem nõ patiantur neq; enim qui circunciduntur legem cuſtodiunt, ſed uolunt uos circuncidi ut in carne ueſtra glorientur: Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu chriſti per

quem mihi mundus crucifixus eſt & ego mũdo: ĩ chriſto enim ieſu neq; circuncifio aliquid ualet, neq; præputium ſed noua creatura. hęc paulus. Ex quibus perſpicuũ extat legalia & cerimonialia omnia poſt diuulgationem euangelii tanq̃ mortifera deleta fuiſſe, licet in legis primordio fuerit etiam ab ipſis apoſtolis obſeruata. Quo factum eſt ut creſcẽte fidelium numero ne iudæos in aliquo imitari uideremur paſcha ſanctum non obſeruaretur amplius iuxta legalem hebræorum conſtitutionẽ, quinimmo ſanctus Ignatius antiochenus epiſcopus a beato Petro apoſtolo tertius in epiſtola ad philippenſes comminatur his, qui cum iudęis paſcha faciebant dicens quicunq; cum iudæis paſcha fecerit, aut ſolemnia dierũ feſtoꝝ eorum ſuſceperit cõparticipabit eis, qui dominũ, & apoſtolos eius occiderunt. Sicq; adulta iam, & corroborata eccleſia dei poſthabita obſeruatiõe legaliũ diuerſi uariis modis paſcha celebrare cæperunt. quemadmodum nunc declarabimus.

❡ De controuerſiis in primo eccleſię ſtatu, de paſchę celebratiõe habitis uſq; ad celebratiſſimam illam nicænam ſynodum.

PAſchalis ſolemnitatis obſeruatiões ab initio repetenti: primum animaduerti conuenit: q paſchali celebritati ĩ priſco illo eccleſię ſtatu nullus terminus præfixus fuit neq; ab apoſtolis lex aliqua de paſchę obſeruatione tradita uidetur. Et licet in ipſo legis chriſtianę primordio apoſtoli, atq; diſcipuli legale paſcha una cum iudęis obſeruauerint: tamen adulta iam eccleſia dei, & corroborata chriſtiana religione ac fide: iudaicam illam, & legalem paſchæ conſtitutionem negligentes, ac deſerentes: uariis modis paſcha obſeruare cœperunt. Nam alii octauo Calẽdas apriles paſcha quotannis celebrabant, quia chriſtum ſaluatorem die illo a, mortuis reſurexiſſe credebant: ad quod etiam acceſſit q luminaria duo quib9 anni tẽpora diſtingunt, & quoꝝ motum paſcha uetus cõſequebat eo die creata arbitrabant. Eodẽ quoq; die ſalus mundi angelo nũciante cõcepta fuit. Hoc modo montanos quoſdam in Aſia degẽtes paſcha ſuũ obſeruaſſe eccleſiaſtica docet hiſtoria. Theophilus quoq; cęſariẽſis antiqu9 uicinuſq; apoſtolicoꝝ temporũ doctor ĩ epiſtola ſynodali & uenerabilis Beda libro de temporibus capitulo. 47. Gallis & tuſcis idem aſſcribunt. Alii uero licet a die iam dicto uidelicet octauo calẽdas apriles annũ inchoante

rint,nõ tamẽ eodẽ die paſcha celebrabãt,ſed quartodecimo ab hoc
die hoc eſt ſeptimo idus aprilis paſcha obſeruare ſolebãt quaſi iux
ta legis mandatum quartodecimo die primi menſis paſcha obſer-
uauerint,non diſcernentes inter menſem ſolarem,& lunatem ut
Zozomenes tradit. Aſiani uero una cum iudæis luna quartadeci-
ma in memoriam cœnæ domini paſcha ſemper faciebant : ſeq; in-
ſtructos,et ſic eruditos eſſe dicebant a Ioanne apoſtolo,& euange-
liſta Epheſino epiſcopo,& a Philippo chriſti diſcipulo:non ꝙ uete
ris legis umbras dilectiſſimi chriſti apoſtoli cuſtodierint,ſed ſalua-
toris inſtar paſcha ſanctũ luna quartadecima celebrare maluerũt.
Verum ne Iudæos aliqua ex parte imitari uideremur,& legalia ob
ſeruare,quę nobis tandem mortifera ſunt reputata placuit ſanctis
patribus celebritatem paſchæ die dominico poſt quartamdecimã
lunam agi debere in memoriam potius reſurrectionis,ꝗ̃ cœnæ do-
mini cum dies exultationis ſit,& læticię dicente propheta Hæc eſt
dies quam fecit dominus exultemus,& lętemur in ea : De hoc ta-
men ab apoſtolis nulla lex tradita reperitur,ſed per cõſuetudinem
huiuſcemodi obſeruatio primum inducta uidetur ut innuit So-
crates in tripartita hiſtoria ſic inquiens. Mihi uidetur ꝙ ſicut mul-
ta alia per prouincias in conſuetudinem uenerunt,ſic & paſchę fe-
ſtiuitas tradita eſt,eo ꝙ nullus apoſtolorum aliquid de hac ſanxiſ
ſet donec Victor romanus pontifex orientales omnes cum Iudæis
paſcha facientes ab eccleſia ſeparaſſet hæc Socrates. Nos tamen per
prædeceſſores Victoris conſtitutionem de hoc editam inuenimus
per Pium papam primum per Anicetum,& per Eleutherium ꝗ̃ꝗ̃
Aſianos contrauenientes conſtitutioni ab eccleſia non ſegregaue-
rint Itaq; primus omnium pius pontifex a,beato Petro apoſtolo
in ordine octauus imperante Antonino pio paſcha die dominico
celebrari mandauit. hanc quoq; decretalem epiſtolam eccleſiis om
nibus deſtinare curauit. Pius apoſtolicæ ſedis archiepiſcopus eccle
ſiis omnibus in eadem in qua ſumus fide,& doctrina manentibus
gratias agimus fratres deo quoniam creſcit fides ueſtra,& abundat
caritas uniuſcuiuſq; ueſtrum,& poſt pauca. Cęterum noſſe uos uo
lumus ꝙ paſcha domini die dominico annuis temporibus ſit cele-
brandum: Iſtis enim temporibus Hermes doctor fidei,& ſcriptu-
rarum effulſit inter nos,& licet idem paſcha prædicto die celebrare
mus,quia tamen de hoc quidam dubitarunt ideo ad corroboran-
das eorum animas eidem Hermæ angelus domini in habitu paſto-
ris apparuit,& præcepit ei ut paſcha die dominico ab omnibus ce-
lebraretur.

lebraretur. Vude & nos apoſtolica auctoritate præcipimus eadem obſeruari debere, quia & nos eadem ſeruamus, nec debetis a, capite aliquo modo diſcedete. hęc pius papa. Quibus tamen nõ obſtantibus Aſiani omnes ſecundum moſaicam inſtitutionem hæbreorum moræ luna quartadecima quacunq; feria acciderit paſcha celebrabant Ioannis apoſtoli, & euangeliſtæ traditionem imitantes ut ex diſceptatione Polycarpi ſmyrnę ciuitatis epiſcopi beati Ioannis diſcipuli, & controuerſia eius cum Aniceto romano pontifice Pii ſucceſſore liquide patet. qui cum ſub Aniceto romam ueniſſet de paſchali ſolemnitate quęſtione orta ab eo diſſenſit. Polycarpus nanq; maiorum ſuorum traditione luna quartadecima paſcha celebrandum dixit. Anicetus uero die dominica agi debere aſſerebat: quemadmodum a Pio pontifice prædeceſſore eius ſancitum erat: uerum nemine alteri cedente, ſed utroq; pertinacius inſiſtente nihil determinatum fuit: neq; enim Anicetus Polycarpo ſuadere potuit ut non obſeruaret ea quę nouerat Ioannem euangeliſtam, & Philippum chriſti diſcipulum cum quibus ſemper conuerſatus fuerat obſeruaſſe: ut enim Hirenęus Polycarpi diſcipulus ſcribit: Polycarpus non ſolum ab apoſtolis eruditus fuit, ſed etiam ab eiſdem Smyrnęorum eccleſię epiſcopus eſt ordinatus: Neq; rurſus Polycarpus Anicetum inducere potuit ut ea deſereret, quę maiores ſui, & prędeceſſores obſeruanda ſtatuerũt. ſibi inuicem tamen cõmunicarunt: quãq̃ in paſchę celebratione diſſentirent: hanc Polycarpi opinionem confirmarunt Traſeas ſmyrnenſis & ſagaris Laodicenus. poſt paucos annos imperantibus Marco Antonio uero, & Lucio Aurelio cõmodo facta perſecutiõe eccleſię ſub Sergio Paulo proconſule Aſię in qua Polycarpus, & Sagaris epiſcopi una cum duodecim diſcipulis, qui a laodicia uenientes Polycarpum ſecuti erant martyrio coronati ſunt: orta eſt demum ingens quęſtio apud laodiciam de paſchæ celebratione dicentibus laodicenis paſcha celebrandum eſſe ſecundũ traditioné Polycarpi, quã a Ioanne euangeliſta didicerat, ſed Eleutherius romanus pontifex reſtitit, & cõtradixit eis, ac Pii pontificis prędeceſſoris ſui ſentẽtiã cõfirmauit: ſtatuitq; paſcha ſanctũ die dominica poſt quartãdecimam lunam celebrandum eſſe quo tamen mandato non obſtante Aſiani hebræorum more paſcha ſeruabãt. Dumq; huiuſcemodi contentio diutius perſeueraret Melito ſardenſis eccleſiæ epiſcopus qui propter regnum dei eunuchum ſe fecerat (defenſurus opinionem aſianorum) duobus libris paſchæ

rationem conſcripſit docens paſcha celebrandum eſſe luna quarta decima ſecundum traditionem Sancti Ioannis euangeliſtæ. Hire/næus quoq; lugdunenſis epiſcopus Polycarpi diſcipulus eadē tem/peſtate paſchæ rationem expoſuit. quorum ſcriptis incitatus, & ꝓ/uocatus Clemēs alexandrinæ eccleſiæ preſbyter, & Origenis pręce/ptor paſchalis ſolemnitatis canonem, & ipſe edidit rogatus a fratri/bus ut ea quæ a, preſbyteris, ideſt, a ſucceſſoribus apoſtolorum ui/ua uoce acceperat memoriæ cōmendaret, qui iuxta romanoꝝ pon/tificum traditionem docuit paſcha die dominica celebrādum eſſe. His tamen non obſtantibus paruo temporis interuallo circa annū domini centeſimū nonageſimum nonū imperante Seuero pertina/ce: magna denuo, & obſtinata oborta eſt controuerſia inter Victo/rem romanum pontificem, & orientales in paſchæ celebratione di/ſcrepātes, mandante Victore paſcha ſanctum die dominica agi de/bere, ſed Aſiæ epiſcopi morem traditionis antiquæ de paſchæ ob/ſeruatione a chriſti diſcipulis acceptum relinquere recuſarunt. Vi/ctor uero pertinacius opinioni ſuæ inſiſtens totius Aſiæ eccleſias a communionis ſocietate reſcindere ſollicitauit. Theophilū quo/q; cæſarienſem, ac reliquos orientalium eccleſiarum præſides litte/ris adhortatus eſt, ut una cum romana eccleſia paſcha celebrarēt de quo hāc inuenimus epiſtolā. Victor romanæ, ac uniuerſalis eccleſię archiepiſcopus Theophilo cęſariēſi epiſcopo, & cūctis fratribus cæ/ſareę dn̄o famulātib⁹. S. Multa mihi gratulatio dilectiſimi fratres ꝙ manifeſtato, ſicut optamus, per gratiam dei lumine euangelicæ claritatis, & ab eccleſia iam magna ex parte pernicioſi erroris nocte depulſa creditę nobis diſpenſationis fructus creſcit, & augumenta/tur ī domino, celebritatem ſancti paſchę die dominico agi debere, & prędeceſſores noſtri iam ſtatuerunt, & nos illud eadem die cele/brari ſolemniter mandamus. quia non decet ut membra a, capite diſcrepent, nec contraria gerant: a, quartadecima uero luna primi menſis uſq; ad primam, & uigeſimam eiuſdem menſis lunam ea/dem celebretur feſtiuitas. Itaq; ſynodo in cæſarea paleſtina facta, cui præfuit Theophilus cæſareæ epiſcopus Narciſſus Hieroſoly/morum ſacerdos, Caſſius Tyrius, & Clarus de Ptolemaide ſtatue/runt paſcha Iuxta apoſtolicam traditionem die dominica celebrā/dum eſſe quod & aliis eccleſiis intimandum Euſebio auctore his uerbis in fine decreti denunciarunt: epiſtolæ autem noſtræ exem/plaria per omnes eccleſias tranſmittantur ne rei efficiamur ani/marum, quę diuerſis erroribus immergūtur. Significamus etiam

uobis quod & apud Alexandriam eadem qua apud nos die pa/
ſchæ ſolemnitas celebratur, quia & ipſorum nobis litteræ deferun
tur, & ipſi noſtra ſcripta ſuſcipiunt ut pariter, & conſonanter diē
feſtum celebremus. hæc Euſebius. Scripſit etiam de hoc epiſtolam
ſynodalem Theophilus, non ſolum aduerſus Aſianos quartadeci
manos uerum etiam aduerſus, eos: qui octauo calendas aprilis
quacunq; feria acciderit paſcha celebrabant, quod Gallos obſer
uaſſe eadem teſtatur epiſtola eo q dominum ſaluatorem octauo
calendas apriles reſurrexiſſe credebant. Statutumq; eſt in ſynodo
illa tres illos dies ab octauo calendas aprilis uſq; ad .xi. earundē
interceptos, & dominicę paſſioni aſcriptos addendos eſſe ad ter/
minos paſchales. indecorum & impium eſſe cenſentes quod tanti
ſacramenti myſterium foras limites paſchales excludatur. Statu/
tumq; eſt in ſynodo illa ab undecimo calēdas apriles uſq; in duo
decimum calendas maias paſcha celebrari poſſe. Cæterum ani/
maduertendum eſt ex hac ſynodali conſtitutione magnam inter
gręcos, & latinos poſt nicęnam ſynodum ortam eſſe controuer/
ſiam de terminis paſchæ conſtituendis dicētibus gręcis paſcha ſan
ctum celebrari poſſe ab .xi. calendas apriles uſq; in .7. calendas ma
ias uidelicet per dies triginta quinq; cōtra dicentibus latinis per
hanc conſtitutionem ad triginta dumtaxat dies extendi poſſe ui/
delicet ab .xi. calendas apriles uſq; ad .xii. calendas maias quia non
licet primi menſis terminos tranſgredi, de quibus ſequenti li//
bro diſſeremus. Eodem tempore facta eſt ſynodus epiſcoporū in
urbe roma, cui præfuit. Victor in Achaia quoq; cui præfuit Bac
chilus Corinthiorum epiſcopus, ſimiliter & in ponto ubi pręſide
bat Palmeas. In gallia quoq; ſacerdotalis conuentus eſt habitus:
qui omnes diuerſis in locis unam eandemq; iudicii ſui ſententiā
protulere paſcha die dominico a quartadecima luna uſq; ad pri
mam & uigeſimam lunam primi menſis celebrandum decer//
nentes. His itaq; ſynodis Victor romanus pontifex ſtipatus iuſ
ſit omnibus chriſtianis ſub anathematis pœna ut paſcha ſanctum
die dominica iuxta patrum decreta celebrarent. Aſianos uero
quartamdecimam lunam obſeruantes, & ſynodorum decreta
ſpernentes ab eccleſia ſegregauit. Verum Polycrates, qui inter
Aſianos epiſcopos primatum agere uidebatur, ubi ſuos ab uni
tate eccleſiæ ſegregatos intellexit minas Victoris paruipendens
pontifici romano per id ab apoſtolis, & martyribus chriſti ſæ/
penumero uſurpatum reſpondit πειθαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλ //

λον ἢ ἀνθρώποις, hoc eſt deo magis q̃ hominibus obtemperare
oportere moréq; traditionis antiquæ ab apoſtolis ad ſe uſq; dela-
tum Victori per hęc uerba Hirenæo autore deſignauit. Nos in-
quit inuiolabilem paſchæ colimus ſolemnitatem, neq; addentes,
neq; auferentes aliquid: etenim magna quędam luminaria apud
Aſiam dormierunt ſummi, & electi uiri quos dominus ſuſcitabit
in aduētu ſuo cū ueniet de cœlis in gloria & requiret omnes ſan
ctos ſuos in quibus eſt Philippus apoſtolus, qui dormit Hieropo
li, ſed & duę eius filię, quę uirgines ſenuerunt, & alia eius filia ſpi-
ritu ſancto repleta, quæ apud Epheſum requieſcit, nec non & Ioá
nes euangeliſta, qui ſuper pectus domini in cœna recubuit ſum
mus ſacerdos martyr, & doctor eccleſiæ in Epheſo dormit. Poly-
carpus quoq; epiſcopus & martyr Smyrnæ requieſcit, ſimiliter &
Traſeas epiſcopus & martyr í eadem Smyrna requieſcit, quid ne
ceſſe eſt ſagaris epiſcopi & martyris recordari, qui in Laodicia ſo
poratur, & papirii & beati Melitonis in ſpiritu ſancto eunuchi
qui ſemper domino ſeruiens poſitus eſt in Sardis, & expectat in
aduentu eius reſurrectionem. Hi omnes obſeruauerunt diem paſ
chæ quartadecima luna ſecundum euangelium nihil omnino ex-
trinſecus addentes ſed fidei regulam per omnia conſeruantes. Ego
quoq; omnium ueſtrum minimus Polycrates ſecundum traditio
nem parentum meorum obſeruo, quos & ab initio ſecutus ſum
ſeptem nanq; ex parentibus meis per ordinem fuerunt epiſcopi:
ego uero octauus, qui omnes ita obſeruauerunt hūc diem, ut con
ueniret cum illo, quo fermentum Iudæorum populus aufert. Ita
q; fratres cariſſimi quinq; & ſexaginta ætatis annos peragens in
domino, multorum quoq; orbis terræ epiſcoporum noticiam ple
niſſime habens, & ſanctis ſcripturis eruditus non perturbabor ex
his, quæ ad terrorem proferuntur, quia & maiores noſtri dixerunt
obtemperare oportere deo magis q̃ hominibus. & poſt pauca de
his qui ſecum erant epiſcopis ita ſubiungit. Poteram etiam præ-
ſentium epiſcoporun facere mentionem, quorum nomina ſi ſcri-
bam nimia multitudo eſt, qui omnes conſenſu ſuo confirmarunt
quæ ſcripſimus ſcientes ꝙ non inaniter canos attulimus, ſed in di
ſciplina chriſti ſemper uerſati ſumus. hæc Polycrates Victori ro-
mano pontifici reſpondit. Sed Victor pertinacius inſiſtens totius
Aſiæ eccleſias a communionis ſocietate abſcindere nititur tanq̃ í
hęreſim declinantes, & litteras mittit, quibus Aſianos omnes quar
todecimanos ab eccleſiaſtico fœdere ſegregauit, quod reliqui epi-

ſcopi ægreferentes ad pacem, & unionem eccleſiæ Victorem hortati ſunt: inter quos Hirenæus gallus lugdunenſis epiſcopus Polycarpi diſcipulus cum cæteris galliarum epiſcopis & ſi confirmarit paſcha die dominico celebrandum: Victorem tamen acrius reprehendit, & obiurgauit ueluti non utiliter eccleſiæ commodis conſulentem ꝙ tot tanq̧ præclaras dei eccleſias a fidei unitate reſcidiſſet, eo ꝙ morem ſibi antiquitus traditum, & ab apoſtolis acceptum cuſtodirent: Nam & eadem iamdudum controuerſia inter Anicetum pontificem, & Polycarpum Ioannis euangeliſtæ diſcipulum habita fuerat, nec tamen paſchæ diſcrepantia fidei unitatem rupit, ſed pacifici ſemper extiterunt, & inuicem communicarunt, addens & illud ꝙ non ſolum de paſcha acta eſt controuerſia, ſed etiam de ieiunii obſeruatione, nam quidam dixerunt uno dũtaxat die obſeruari debere ieiunium alii duobus, alii uero pluribus, nonnulli etiam quadraginta diebus ieiunandum cenſuerunt, nec tamen ieiunii diſſonantia fidei conſonantiam interrupit. Deniq̧ idem ſubiungit: & illi omnes ante Soterem qui eccleſiæ romanæ, cui nunc præes ſacerdotium tenuerunt Anicetum dico, & Pium Higinum Teleſphorum, & Sixtum aliter quam aſiani paſcha ſeruabant, & tamen pacem ſemper habuere quinimo Polycarpus ſub Aniceto romam ueniens honorifice ab eo ſuſceptus fuit. hęc & alia huiuſcemodi Hirenęus Victori romano pontifici obiecit: ſicq̧ Aſiani in opinione ſua perſiſtentes paſcha ſanctum luna quartadecima una cum iudæis obſeruabant. Sub idem tempus Origẽes Clemẽtis de quo diximus diſcipulus, Iulius quoq̧ aphricanus paſchalis ſolemnitatis rationem cõſcripſerunt. Nec non & Hippolytus ſupputator egregius tempore Alexandri imperatoris paſchalem cyclum ędidit quẽ græci ἑξ καὶ δεκαετέριδα (hoc eſt) cyclum ſexdecim annorum uocant, & Euſebio cęſarienſi occaſionem dedit conſcribendi cyclum lunarem decemnouenalem de quo poſtea diſſeremus. ubi animaduerti conuenit cyclum hunc ſexdecim annorum non eſſe cyclum lunaris curſus ut aliqui opinantur, ſed cyclum reditus paſchę eo ꝙ poſt ſextumdecimum annum paſcha ut plurimum redit prope diem quo primum celebratum fuit iuxta gręcam ſupputationem addito nonunquam die uno, nonunquam hebdomada una ultra diẽ additũ, ſed cyclus decemnouenalis ſolis, & lunę curſum non paſcha reuoluit. Sub idem tempus circa annum domini ducenteſimũ quinquageſimũ Dionyſius alexãdrinus patriarcha paſchalis

ſolemnitatis normam conſcripſit,& canones pro quartadecima lu
na indaganda ędidit,& quoniam ægyptii & alexandrini ea tempe
ſtate ſupputationis artem,& lunæ curſum plus cæteris calluerunt
placuit ſanctis patribus,immo ut beatus Cyrillus teſtatur uniuer
ſali ſynodo decretum fuit,ꝙ alexãdrinus antiſtes quotãnis roma
no pontifici intimaret quo die paſcha ſanctum apud omnes cele-
brandum eſſet,quod per multa ſecula obſeruatum Cyrillus aſſe
rit . quamobrem Dionyſius non obſtante perſecutione per De-
cium gallum & Valerianum facta,romanum pontificem quotan-
nis certiorem reddidit quo die mẽſis paſcha celebrãdum eſſet.de
quo Euſebius libro ſeptimo eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſic ſcriptum re
liquit .Dionyſius alexãdrinus epiſcopus in epiſtola paſchali,quę
per annos ſingulos ſolemniter ſcribi ſolet his uerbis utitur . aliis
fortaſſe hominibus non uidebitur hoc tempus eſſe ſolemnitatis
quoniam ubiq; luctus, & acerba lamentatio in plateis circum-
ſtrepit,gemitus ubiq; ineſt,& mugitus in domibus propter multi
tudinẽ moriẽtium. ſicut enim de primogenitis quõdam ęgyptio
rum refertur,ita etiam nunc ingens ubiq; clamor extollitur.Non
enim eſt domus ſicut ſcriptum eſt in qua nõ ſit mortuus, ſed nos
nec in perſecutionibus dũ iugularemur a feſtiuitate ceſſauimus,
nec unq̃ nobis potuit ſolemnitas ĩpediri quibus pręcipitur in tri-
bulatione gaudere & reliqua . Poſt paucos annos data chriſtianis
pace ꝑ Galenum imperatorẽ ſanctus Zeno ueronenſis epiſcopus
paſchalis ſolẽnitatis canonẽ(ſęuiſſima perſecutiõe iam pene abo-
litũ)inſtaurauit,atq; ĩ uſum reuocauit.Deniq; paruo tẽporis ĩter
uallo circa annũ dñi ducẽteſimũ octuageſimũ ſub Probo ĩperato
re Anatolius Laodicenus epiſcopus philoſophus,ac mathemati-
cus ĩſignis paſchalis ſolemnitatis canonẽ , & primi menſis rõnem
definiuit,qui & ſi natiõe Alexãdrin⁹ extitit,quia tamẽ Laodicẽſis
eccleſia ĩ epiſcopũ ipſum elegerat uiſus eſt fauere opinioni aſiano
rũ q̃ laodiceni a Polycarpo eoꝝ pręceptore didicerant ſic.n.inter
cętera ĩquit.cũ duo ſint ęquinoctia ueris.s.& autũni ęquis ſpaciis
directa & quartadecima die primi mẽſis ſit ſtatuta ſolẽnitas poſt
ueſperam quãdo luna ſoli oppoſita e regiõe deprehenditur ſicut
etiã oculis ꝓbare licet.ĩuenit̃ utiq; uernalis ęquĩoctii partẽ ſol ob
tinẽs lũa uero ecõtrario autũnalis &c.ſcripſit tñ pręcipue cõtra il
los,qui ante uernale ęquinoctiũ paſcha celebrabãt qm̃ nõ primi ,
ſed ultimi mẽſis lunã obſeruabãt:primũ autẽ mẽſem ab æquinoc
tio uernali auſpicari uoluit quod tẽpeſtate illa.xi.calendas apriles

fuiſſe aſſerit de quo ab Euſebio libro ſeptimo eccleſiaſticę hiſtoriæ
ſic ſcriptũ inuenitur. Eſt ergo inquit Anatolius in primo anno ini
tium primi mẽſis ſecundũ ęgyptios quidem mẽſis φαμενωθ' .xxvi.
die qđ eſt ſecundum romanos undecimo Calendas apriles iii qua
die inuenitur ſol primam zodiaci partem cõſcendiſſe. Hæc autem
particula pria uernale eſt æquinoctium, & ipſa eſt initium mẽſium
& caput circuli & abſolutio ſtellarum curſus quæ planetæ uel uagę
dicuntur & finis duodecimæ particulę & totius circuli terminus, &
ideo nõ parum delinquere eos dicimus, qui ante hoc initium noui
anni paſcha putant celebrandum. Poſt paucos annos inſtaurata de
mum perſecutiõe eccleſiæ per Dioclitianum Maximianum Ma-
ximinum & Licinium ceſſauit diſceptatio de paſchali ſolemnitate
fieri ſolita quinimmo ipſo die paſchæ eccleſiæ omnes chriſtianorũ
ſubuerſæ ſolo ęquatæ ſunt. ſcripturæ ſacræ igni ſunt exuſtę, & non
ſolum primogenita domus ut in phaſe hebræorum, ſed omnes qui
ſe chriſtianos fatebantur aut interempti ſunt aut idolis immolare
& ſacrificare coacti. hanc lætiſſimam habuerunt ſolemnitatem bea
ti martyres cum ſanctis angelis in cœlo paſcha celebrantes. Tandẽ
ceſſante perſecutione & pace data chriſtianis a Conſtantino impe-
ratore qui ex perſecutore chriſtianiſſimus eſt factus circa annum
a natiuitate domini trecenteſimum decimum octauum ſub Silue
ſtro romano pontifice. maxima denuo orta eſt contentio inter aſia
nos & orthodoxos de paſchæ celebratione, quam cum moleſte fer
ret imperator religioſiſſimus ad concordiam & fidei unitatem eos
hortatus eſt, & ſperãs hoc malũ præoccupari poſſe anteq̃ latius diſ
funderetur aſianos primum monuit ut paſcha ſanctum die domi-
nico celebrarẽt ne cum Iudęorũ periurio communionem aliquam
uiderentur habere: cuius epiſtolę partem hic inſerẽdam duximus
ſic enim poſt alia dixit. Eſt nanq; ordo decorus quem omnes eccle-
ſiæ in toto orbe apud occidentem meridiem & arctum poſitę ſerua
re noſcuntur nec non & quidam orientalium, qua propter in præ-
ſenti bene habere omnes exiſtimauerũt ut quod in urbe Roma to
ta Italia Aphrica & uniuerſa Aegypto Hiſpania Gallia Britãnia
Hellade Ponto & Cilicia libenter ſub una cõcordia cuſtodit. hoc
etiam & uos ſuſcipiatis conſiderãtes non ſolum multitudinem di-
ctorum locorum & eccleſiarum numerum, ſed etiam quia hoc ma-
xime debetis omnes communiter celebrare quod ratio ſubtilis ui-
detur exigere nullam cum Iudęorum periurio habere communio
nem. hæc Conſtantinus. Verum aſiani litteris imperatoris mini-

me obtemperantes in opinione ſua pertinacius perſtiterūt aſſerentes modum obſeruationis paſchæ a beato Ioanne apoſtolo eis traditum haudquaq̃ deſerēdum eſſe. Neq; ſe Iudęorum paſcha & ueteris legis umbram ſeruare, ſed paſcha nouum a, chriſto ſaluatore īſtitutum cuſtodire. Conſtantinus uero grauiter ferens eccleſiæ diuiſionē miſit ad eos Hoſium cordubæ ciuitatis epiſcopum uirum apud ſe, & uita, & fide atq; doctrina inſignem, ut placaret orientales in paſcha diſcrepantes, & ægyptios propter arianorum dogma tumultuantes cunq; præter ſpem cauſa procederet, & hæreſis potius q̃ pax ſperata inualuiſſet nihil impetrans turbulētus remeauit, qui pro pace fuerat directus. Quo audito celebratiſſimum illud in nicæa concilium feruor principis excitauit: ſuis quoq; impenſis complures epiſcopos ad ſynodum uocare curauit. Itaq; anno dn̄i trecenteſimo uigeſimo ſecundo ſanctiſſima illa ſynodo trecentorum decem, & octo epiſcoporum ī nicæa urbe Bithyniæ ob arrianorū perfidiam, & paſchæ diſcrepantiam congregata, ac arriana hęreſi extirpata paſchalis ſolemnitatis normam tradētes antiquum paſchæ canonem a, romanis pontificibus inſtitutum obſeruandum ſtatuerunt, ut eccleſiaſtica docet hiſtoria. Canon autem antiquus a Victore romano pontifice æditus fuit, ut paſcha ſanctum die domini ca a. xiiii. luna uſq; ad. xxi. primi menſis obſeruetur. huius celeberrimę ſynodi de paſchali ſolemnitate decretum ſuſcepiſſe etiam uidentur aſiani ſaltem ad tēpus aliquod ut innuere uidet̄ Theodoritus in epiſtola ſynodali ad alexandrinos data ubi ſic legitur. Euangelizamus etiā uobis cōcordiam celebrationis paſchæ ita ut orientales fratres, qui cum Iudæis paſcha agebant decætero cum romanis, & orthodoxis paſcha celebrabūt. uerū ſimulatus potius fuit cōſenſus q̃ uerus, nam poſt paucos ānos denuo lapſi ſunt, & priſcam ipſorum conſuetudinem reſumentes paſcha una cum Iudæis ſeruabant. immo ſub Valente Imperatore circa annū dn̄i trecenteſimum ſeptuageſimū temporis opportunitatem nacti per Martianum nouatianum ualentis imperatoris amicum ſynodo epiſcoporum in pazeno Bithyniæ uico cōuocata paſchalis ſolemnitatis rationem a, beato Ioāne apoſtolo ipſis traditam minime īmutandā eſſe decernētes, regulam de paſchæ obſeruatiōe tradiderūt ut luna quartadecima quacūq; feria acciderit paſchalis obſeruet̄ ſolēnitas Orthodoxi uero ſynodi iā dictæ decreta ſpernētes: nicęnę ſynodi ſententię inhæſerunt, quam minime īmutandam eſſe aſſerebant. Demum poſt paucos annos Martiano nouatianorum iam facto epiſcopo

epiſcopo ſeditione denuo orta Sabbatius quidam ex Iudæo Chriſtianus factus una cum Macario, & Theoctiſto iudaizantibus canonem feſtiuitatis paſchalis ſub Valēte īperatore ī paxeno Bithyniæ uico cōſtitutū defendere conati ſunt. Martianus itaq; ſynodū in ſangario Bithyniæ conuocauit in qua Sabbatius cauſas diſſenſionis proponens paſcha ſanctum luna quartadecima (quemadmodū ſub Valēte imperatore in pazeno Bithyniæ conſtitutum fuerat) celebrandū contendit: omnium ergo epiſcoporum conſenſu regulam, aut potius licentiam quandam de paſchæ ſolemnitate conceſſerunt, qua liceret ſingulis modo quo uellent paſcha celebrare, ne propter opinionum contrarietatem, & eccleſiarum diſcrepantiā fidei unitas diſſolueretur: nam & priſci patres in paſchæ celebratione diſcordantes ſibi inuicem communicarunt. ſicq; aſianis & quartadecimanis in ſua opinione perſiſtētibus romani orthodoxi, & occidentales: ægyptii quoq;, & græci paſcha ſanctum die dominica poſt quartamdecimam lunam primi mēſis iuxta patrū decreta, & nicænæ ſynodi ſtatuta ſēper obſeruarūt.

℗ Argumentum ſequentium librorum tenorem exponens, & cauſas nouarum diſſenſionum inter latinos, & græcos de paſchæ celebratione ortarum declarans.

ETſi orthodoxi omnes tā latini, quā græci ſacroſanctæ nicænæ ſynodi conſtitutiones ſēper obſeruauerunt: & paſcha ſanctum die dominico poſt quartamdecimā lunā primi menſis celebrauerunt: tamen quia in quartædecimæ lunæ perſcrutatione, & primi mēſis terminatione ſæpenumero diſſenſerunt, propter uarietatē calendarii, & cyclorū quibus pro quartadecima luna indaganda utebantur: noua inter eos diſcordiarū, & contentionum ſemina iacta ſunt. Alexandrini nanq; qui nicænæ ſynodo interfuerunt nouum cyclum lunarē quē decemnouenalē uocant calendario ſuo coaptantes, a quarto calendas ſeptembres principium eius ſtatuerunt, & a primo anno poſt nicænā ſynodum eum inchoarunt. Latini uero iuxta conſuetudinē ipſorū quā ab hebræis acceperant a lunatione autumnalis æquinoctii hunc cyclum deduxerunt. Ex hac cyclorum & calendarii diuerſitate multæ īter græcos, & latinos contentiones ſunt obortæ. ex quibus etiā aliæ controuerſiæ indies pullularunt: tum de primi menſis exordio quē alexandrini, & græci ab octauo idus martii, ſed latini a tertio nonas martii auſpicādū duxerūt. tū de terminis paſchæ ſiue limitibus con

ſtituendis quos græci ad triginta quinq; dies extenderunt, ſed latini
ad trigita dũtaxat dies limitãdos putarũt: ne paſcha primi mẽſis termi
nos excidat, & abominoſũ paſcha in ſecundo mẽſe fiat. tũ de embo/
liſmis collocandis potiſſimum in anno octauo, & decimonono cycli
decemnouenalis. ipſorum nanq; diuerſa poſitio paſcha nonnunquã
uariat, tum de die paſſionis domini celebrando luna quartadecima
in ſabbato incidente dicentibus latinis non licere paſſionem domini
ante quartamdecimam lunã obſeruare, ſed in ſequentẽ hebdomadã
una cum paſcha tranſferendam eſſe. In primæua nanq; eccleſia paſcha
ĩ memoriã cœnæ domini luna quartadecima a nõnullis celebrari ſolet
& quadrageſima terminabatur feria quinta in cœna domini, unde &
nomen quadrageſima accepit ꝙa, prima eius dominica uſq; in cœnã
domini computentur dies quadraginta. Sed poſtquam per nicænam
ſynodum ſancitum fuit paſcha celebrandum eſſe die dominico poſt
quartamdecimam lunam, cœptum eſt celebrari paſcha in memoriã
reſurrectionis domini. cũ ergo cõſtet dominũ ante ſextamdecimam
lunã non ſurrexiſſe: nõ debet celebrari paſcha ante ſextamdecimam
lunam, neq; cœna domini ante quartamdecimam lunam obſeruari
debet, cuius cõtrariũ græci, & alexãdrini tenebãt quoties quartadeci
ma luna primi mẽſis ĩ ſabbato euenit. tũ de aliis multis cõtrouerſiis
habebant, de quibus in ſequentibus libris ſcribemus. uerũ quia hæc
decerni non poſſunt niſi prius uterque cyclus tã lunaris latinorum,
quã decemnouenalis alexandrinorum deſcribatur. primum lunarẽ
cyclũ hoc libro exponendũ ſumemus, deĩceps ſequẽti libro cyclum
decemnouenalẽ cõſcribemus, poſtea cyclos iſtos inuicẽ cõparabimus
& controuerſias ex eis ortas narrabimus, ac tandem ueram paſchæ
rationem conſcribemus.

ℭ Liber Secundus lunaris cycli rationem, & uarietatem exponit.

CReauit deus ſolem & lunam, ut per curſũ ipſorũ
diſtinguerentur anni, mẽſes, & dies. duæ nanq; ſũt
præcipuæ annorum rationes a diuerſis nationibus
& gentibus uſu habitæ: perſæ, chaldæi, ægyptii, &
alexandrini ſolares annos ſemper obſeruarunt, li/
cet in intercalatione diei ex quadrãtibus reſultãtis
diſſeſerit. Sed priſci romani, & græci lunares ãnos cuſtodierũt, quos
tamẽ per eboliſmos ad ſolis curſum reducere ſolẽt. Iuniores uero ro/
mani per Iulium cæſarem ab alexandrinis edoctum: ſolares annos

receperunt. Arabes lunares annos puros,& immixtos obſeruant.ſed hebræi mediam quandam mixturam ex anno ſolari,atq; lunari confectam in uſu habent. quia annos lunares per menſem emboliſmum anno tertio, uel ſecundo ſuperadditum ad ſolis curſum reducunt. huiuſcemodi autem menſis intercalatio,& annorum lunarium ad ſolis curſum reductio neceſſaria fuit iudæis,propter obſeruationem paſchæ quod uernali menſe celebrari præcipitur. ſi enim non fieret huiuſcemodi intercalatio,paſcha non poſſet celebrari ſemper in principio ueris,ſed contingeret aliquando ipſum in hyeme,aliquando ĩ autummo,aliquando in æſtate fieri. quamobrem cyclum lunarem decemnouenalem obſeruarunt. quia decem & nouem anni lunares cum ſuis emboliſmis,æquantur fere decem & nouem annis ſolaribus cum eorumquadrantibus,& quia multi & uarii ſunt huiuſcemodi cycli lunares non erit abſurdum pauca de ſingulis conſcribere,ut tandem cycli paſchalis ratio magis eluceſcat,ab annis arabum qui ſunt anni pure lunares initium facientes.

¶ De cyclo lunari arabum qui conſtat annis triginta.

ARabes inter cæteras mundi nationes propriam,& peculiarem annorum lunarium rationem cuſtodiũt, nam poſthabita ſolis circuitione annos pure lunares obſeruant:conficientes ſemper annum ex duodecim menſibus lunaribus, hoc eſt, ex diebus trecentis & quinquaginta quatuor addentes nonnunquam propter momenta horarum exuberantiã ſecundo aut tertio anno diem unum,quem intercalarem uocant. His annis ſacra ſcriptura nonnunquam uti uidetur,& abbreuiatos eos uocat,quia abbreuiati ſunt ab annis ſolaribus interuallo dierum undecim.ſunt etiã abbreuiati ab annis hebręorum, nam licet hebræi lunares annos obſeruent,tamen per intercalationem menſis emboliſmi ex epactis conſtituti æquant ſuos annos lunares annis ſolaribus:arabes uero nunquã menſem,ſed diẽ duntaxat intercalant.De his annis nonnulli intelligi uolunt prophetiam Danielis de Chriſti aduentu pronunciatam,qua poſt ſeptuaginta hebdomadas abbreuiatas Chriſti mortem,& templi deſolationem futuram uaticinatur ſed de his poſtea ſcribemus. Itaque Arabes animaduertentes duodecim lunationes compleri in diebus trecentis & quinquaginta quatuor,cum undecim trigeſimis de partibus unius diei,hoc eſt,cum horis octo & minutis.48.inſtituerũt hunc cyclum lunarem triginta

annorum. eo ꝙ undecim illa trigeſima diei ultra dies ĩtegros excreſcentia nõ poſſunt examuſſim per intercalationẽ dierum inſtaurari, niſi in ãnis triginta in quibus undecim dies intercalãtur. huiuſcemodi uero intercalationis talem obſeruant ſeriem: nam quoties horæ exuperantes, medietatem diei, hoc eſt, duodenarium numerũ exceſſerint, diem unum ãno adiiciunt, quo fit ut ſecundum annum intercalarem faciant. quintũ quoqȝ, & ſeptimũ, decimũ, tertiumdecimũ, ſextũdecimũ, decimũoctauum, uigeſimũprimũ, uigeſimumquartum, uigeſimumſextum & uigeſimum nonum. hos nanqȝ omnes ex.355. diebus cõſtituũt, ſed reliquos 354 duntaxat dierum faciunt. Quod autem hic cyclus undecim dierum intercalatione triginta annorum interuallo ad amuſſim reuoluatur uidere licet in tabella annexa in qua unicuiſqȝ anni excreſcentia annotatur: primo nanqȝ anno ſuperabundant horæ octo minuta.48. Secundo anno excreſcunt horę.17. minuta.36. quę cum excedant medietatem diei additur pro eis anno ſecundo dies unus, & fit annus emboliſmicus dierum.355. tertio anno ſuperfluunt dies unus, horæ.2. minuta.24. ſicqȝ in cæteris, adeo ꝙ in trigeſimo anno excreſcãt præciſe dies undecim, qui iam per totidem emboliſmos ſunt intercalati. ſicqȝ arabes ſuos menſes ſemper inchoant a die congreſſus luminarium ſecundum medium motum.

Cyclus lunaris arabũ

Anni cycli lunaris.	Dies.	Horæ.	Minuta.	
1	0	8	48	
2	0	17	36	embol.
3	1	2	24	
4	1	11	12	
5	1	20	0	embol.
6	2	4	48	
7	2	13	36	embol.
8	2	22	24	
9	3	7	12	
10	3	16	0	embol.
11	4	0	48	
12	4	9	36	
13	4	18	24	embol.
14	5	3	12	
15	5	12	0	
16	5	20	48	embol.
17	6	5	36	
18	6	14	24	embol.
19	6	23	12	
20	7	8	0	
21	7	16	48	embol.
22	8	1	36	
23	8	10	24	
24	8	19	12	embol.
25	9	4	0	
26	9	12	48	embol.
27	9	21	36	
28	10	6	24	
29	10	15	12	embol.
30	11	0	0	

¶ Denique animaduertendum eſt ſupputationem prædictam præſupponere duodecim lunationes compleri in diebus. 354. horis octo minutis. 48. ſed quia ultra hæc. 48. minuta reſtant adhuc ſecunda. 36. & tertia. 35. neceſſe eſt in triginta annis uiginti minuta ultra dies undecim abundare, quod aſtrologi arabes animaduertentes uiginti hæc minuta cuilibet lunari cyclo attribuerūt quemadmodum uidere licet in tabulis Azarchelis ad annos arabum conſcriptis. uerum quoniam poſt Azarchelem Alphonſus rex caſtellæ planetarum motus rectificauit atq; correxit, ſecundum alphonſinas tabulas cuilibet cyclo lunari addenda eſſēt minuta duntaxat. 18. ſecunda. 17. tertia 53. quarta. 8. quinta. 13. ſexta. 12. Hæc annorum ſupputatio non congruit calendario romano, neq; coaptari poteſt anno ſolari, niſi per computationem epactarum eo quod annus ſolaris excedit hunc annum lunarem in diebus undecim, neque hic annus idoneus eſt pro indagatione paſchæ, ideo relicto eo ad ogdoadem accedemus.

¶ De cyclo lunari priſcorum græcorum, & romanorum, qui continebat annos octo.

GRęci priſci lunarem annum trecentis & quinquaginta quatuor diebus conſtantem, obſeruabant: quem cum animaduerterent deficere ab anno ſolari in diebus undecim cum quadrāte, conati ſunt reducere ſuos annos lunares ad annos ſolares, per intercalationem nonaginta dierum octauo quoq; anno. nam ſi dies undecim & quadrans quibus annus ſolaris ſuperat lunarem multiplicentur uel coaceruentur per ānos octo aggregabunť ex eis dies nonaginta. hos ī tres mēſes diuiſerūt, quos emboliſmos hoc eſt īteriectos appellabāt. hos, & romani imitati ſūt: nā & ipſi (Numa pōpilio autore) annū lunarē trecētos & quīquaginta quatuor dies continentē obſeruabant. uerū quia Numa rex contemplatione numeri imparis (quem Pythagoras in omnibus obſeruandum monuerat) addidit anno diem unum, non congruebat intercalatio a græcis per ogdoadem obſeruata calendario, & ſupputationi romanorum, quia octauo quoq; anno ſuperabundabant dies octo, ob diem illum quem in honorem imparis numeri ſuperadditum anno diximus. hoc ergo errore cognito alius intercalationis modus inductus eſt. nā tertio quoq; octennio non nonaginta, ſed ſexaginta ſex intercalabāt dies, cōpenſatis uiginti quatuor diebus pro illis, qui per totidē ānos ſupra ānū lunarē excreuerāt. hi tñ modi

intercalandi non reſpondebant examuſſim motui cœleſti, propter octo horas ſuperfluas, quia annus lunaris continens duodecim lunationes conſtat diebus.354.horis octo.minutis.48.ut ſuperius oſtendimus. ſed de his poſtea plura ſcribemus quando primum annum ſolaré a Iulio cæſare inſtitutũ inueſtigabimus. nunc ad ãnos ſolares, quos eccleſia obſeruat, & ad cyclos lunares eis cõgruẽtes accedemus.

¶ Caput ſecundũ exponit cyclos lunares congruentes anno ſolari: incipiens a, cyclo lunari ægyptiorũ, qui conſtat annis uigintiquinq;.

Anni ſolares in duplici ſunt differentia, & iuxta hoc diuerſi cycli lunares eis coaptantur. perſæ chaldæi & priſci ægyptii annum ſolarem conſtituerunt ex diebus.365.ſine quadrante, & huic anno congruit cyclus lunaris uingintiquinq; annorum quem deſcripſit Ptolemæus libro ſexto compoſitionis magnæ quem almageſti uocant. ſed alexandrini, & romani conſtituerunt annum ſolarem ex diebus.365 cum quadrante, pro quo reſarciendo quarto quoq; anno intercalarunt diem unum. huic anno & calendario eius congruit cyclus lunaris decemnouenalis. quemadmodũ nunc de ſingulis exponemus incipientes a cyclo lunari ægyptiorum, qui conſtat annis ſolaribus uigintiquinq; per quem Ptolemæus loco præallegato docet inuenire principia lunationum, & luminarium congreſſus ad quodcunque tempus datum.quod autem hic cyclus maxime congruat calendario priſcorum ægyptiorum, & optime quadret tempori lunationum poteſt ſic demonſtrari. nam anni.25.ſolares ſecluſis biſextis continẽt dies.9125.& fiunt in eis lunationes.309.quæ iuxta aſtrologicam ſupputationem conſtant ex diebus.9124, horis 22, minutis 51, ſecundis 48, redeunt ergo lunationes omnes poſt.25.annos ad eundem diem in quo prius factæ fuerunt, iuxta calendarium ægyptiorum anticipantes ſolum ad horam unam, minuta octo, ſecunda.12.Ex quo patet ridiculum eſſe ꝙ magiſter Petrus de riuo ſcriptum reliquit, Abraham patriarcham primum inſcripſiſſe cyclum lunarem decemnouenalem hebræorum in calendario ægyptiorum, quia cyclus decemnouenalis non poteſt coaptari annis ægyptiorum, ſed cyclus uigintiquinque annorũ iã declaratus cõgruit calendario eorũ ut Ptolemæus docet. In hoc enim differt calendarium alexandrinorum a calendario priſcorum ægyptiorum, quia alexandrini quarto quoque anno intercalabant diem unum, ſed priſci ægyptii nunquam intercalarunt.

ℭ De cyclo lunari decemnouenali in generali.

CYclus lunaris decemnouenalis maxime congruit calendario alexādrino & romano, in quibus quarto quoqꝫ anno additur dies unus ex quadrantibus collectus nam decem & nouem anni ſolares cum ſuis biſextis æquantur decem & nouem annis lunaribus cum ſuis emboliſmis. quod ſic poteſt deduci & declarari, quia in decem & nouem annis ſolaribus fiunt lunationes. 235. quæ iuxta aſtrologicam ſupputationem continent dies. 6939. horas. 16. minuta. 31. ſecunda 57. ſed decem & nouem anni ſolares recompenſatis biſextis iuxta intentionem Iulii cæſaris & alexandrinorum, continent dies. 6939. cū horis. 18. conſtat nanqꝫ quilibet annus Iulii cæſaris diebus trecentis ſexaginta quinqꝫ cum horis ſex. ſicqꝫ cyclus iſte decemnouenalis congruit calendario alexandrino & romano, immo quaſi conformis eſt decem & nouē annis ſolaribus differens ab eis duntaxat in hora una minutis. 28. ſecundis tribus. meminit huius cycli Aratus in phænomenis dicens τὰ ſαξ συναείλεται ἤλη ἐννέα καί λεκα κύκλα φαεινοῦ ἠελίοιο. ſuper quo Rufus feſtus auienius dicit hunc cyclū adiueniſſe primū Metonē ſūpta occaſione ab ātiquiſſimo Harpalo.

ℭ De cyclo lunari decemnouenali hebræorum.

IVdæi annos, & menſes lunares obſeruantes ante legē datam inchoabant eos a lunatione menſis tiſri, qui æquinoctio autumnali reſpondet quemadmodū hac tempeſtate in ſupputationibus temporum adhuc obſeruant, licet in computatione feſtorum ex inſtitutione legis: menſis niſan qui uernali æquinoctio reſpondet dicatur primus dignitate ac præcipuus. & quoniā paſcha celebrari præcipitur menſe uernali neceſſe fuit iudæis reducere annos ſuos lunares ad annos ſolares per interiectionem menſis emboliſmi. aliter paſcha nonnunquam in hyeme uel autumno uel in æſtate celebrari contingeret. hæc autem reductio commodiſſime fieri poteſt: per cyclum lunarem decemnouenalem: quia anni decem & nouem lunares cum ſeptem emboliſmis æquantur fere decē & nouē annis ſolaribus cū ſuis biſextis ut ſuperius oſtēdimus. quāobrē duas ānoꝝ rationes obſeruant: alios uocāt communes alios emboliſmos. Anni com

munes conſtant duodecim menſibus uel lunationibus . anni emboliſmici conſtant menſibus tredecim & totidem lunationibus. & utriꝗ horum adhuc ſunt in triplici differentia, uel enim ſunt ſecundum ordinem, uel uno die deficientes uel uno die abundãtes. ſunt ergo anni iudæorum in ſextuplici differentia: exempli gratia annus communis ſecundum ordinem conſtat diebus trecentis quinquaginta quatuor. annus communis deficiens conſtat diebus trecẽtis quinquaginta tribus. annus cõmunis abundans conſtat diebus trecentis quinquaginta quinqꝫ. annus emboliſmicus iuxta ordinem habet dies trecentos octuaginta quatuor. annus emboliſmicus deficiẽs habet dies trecentos octuaginta tres, & annus emboliſmicus abundans continet dies trecentos octuaginta quinqꝫ. hos autem annos deficiẽtes & abũdantes inſtituerunt, nõ quod ſupputatio aſtrologica eos requirat, ſed propter obſeruationem feſtorum ſuorum ne ſabbatum uioletur. uerum quoniam hæc altioris ſunt indaginis differemus ea ad ſecũdam operis huius partem in qua dominicæ paſſionis diem per hebraicam ſupputationem inueſtigabimus. Eſt & alius cyclus quem hebræi obſeruant continens annos ducentos quadraginta ſeptem qui eſt compoſitus ex tredecim cyclis lunaribus decẽnouenalibus : hunc cyclũ magnum & cyclum feſtorum uocant. quia poſt tot annos redeunt omnia legis feſta ad priſtinum ſtatum in quo prius celebrata fuerũt. quod ideo accidit, quia poſt tot annos reuertũtur etiam lunationes hoc eſt luminarium congreſſus ad eandem feriam & ad eandem fere horã in qua prius acciderũt. ſed de hoc cyclo poſtea plura ſcribemus. nunc de cyclo lunari romanoꝝ & chriſtianoꝝ pauca ſubnectemus.

¶ De cyclo lunari decemnouenali romanorum quem Iulius cæſar ſuo calendario inſcripſit.

ROmani a primordio urbis cõditæ uſqꝫ ad tempora Iulii cæſaris lunares annos cuſtodientes: primo cyclum lunarem octo annorum ſuperius expoſitum obſeruabant: deinde alternis annis modo uiginti duos, modo uiginti tres dies intercalabant. ſed poſtquam a cæſare ſolarem annum accepiſſent : uſi ſunt cyclo lunari decemnouenali. quia hic cyclus maxime congruit anno ſolari conſtanti ex diebus trecentis ſexaginta quinqꝫ cum quadrante. ut enim priſci perhibent autores Iulius cæſar ab alexãdrinis edoctus ſolarem annum romanis inſtituens incepit eum a primo nouilunio poſt ſolſticium hyemale

hyemale a quo reliquas lunationes computans : ſolis & lunæ con/
greſſus in ſuo calendario adnitente ſibi.M.flauio ſcriba & ſoſigene
philoſopho notauit. deſcripſitque in eo hunc numerum decem &
nouem annorum quem uulgus aureum numerum appellat. nõ per
numeros hac tempeſtate in romano calendario annotatos quia iſti
ſunt numeri cycli decemnouenalis ex alexandrino calendario extra/
cti ſed per alios numeros iam abolitos. non enim hi numeri cyclorũ
in calendario deſcripti : longo tempore incolumes perſiſtere poſſũt
ſed poſt trecentos annos mutari deſiderant. quinimmo ut in faſtis
legitur & Plinius docet: nõ ſolum luminarium congreſſus, uerum
etiam æquinoctia atq; ſolſticia & ſtellarum fixarum ortus atq; occa/
ſus cæſar in ſuo calendario conſcripſit, & per edictum cuncta obſer/
uari iuſſit. & quia ex hoc cyclo Iulii cæſaris extractus fuit cyclus il/
le lunaris quem Chriſtiani in primo eccleſiæ ſtatu pro paſcha inda/
gando obſeruabant : expedit ut cyclus iſte Iulianus hic conſcriba/
tur. perhibent autores Iulium cæſarem incepiſſe primum annum
ſolarem a prima lunatione poſt ſolſticium hyemale quemadmodũ
poſtea in ſecunda operis parte probabimus : & ergo e regione primi
diei ianuarii annotauit pro aureo numero unitatem per quam ſigni/
ficauit luminarium congreſſum iuxta medium motum eodem die
fieri debere : incipiendo diem a media nocte iuxta romanorum con/
ſuetudinem. fuit enim luminarium coniunctio eodem die hora ſep
tima poſt meridiem cum minutis ſex & ſecundis.35. ad meridianũ
urbis romæ, & quia ſequens luminarium congreſſus fuit die trigeſi/
ma Ianuarii completa cum horis.19. minutis.50. ſecundis.38. hoc
eſt die trigeſimaprima ianuarii per horas fere quatuor ante meridi/
em : fecit primam lunationem dierum triginta & e regione diei tri/
geſimi primi ianuarii annotauit unitatem, & ſequentem lunationem
fecit dierum.29. ſicq; pariformiter reliquas omnes lunationes forma
uit faciens eas alternis uicibus, alteram earum dierum triginta, alte
ram dierum uigintinouem habita ratione emboliſmorum, quorum
ſex primos fecit dierumtriginta, ſed ultimum conſtituit dierum ui/
gintinouem quemadmodum ſequens deſcriptio docet. in qua hoc
animaduerti cõuenit quod iuxta intentionem Iulii cæſaris numeri
in calendario annotati ſignificant accenſionem lunæ factam fuiſſe eo
dem die, nec non & lunam dici primam eodem die quemadmodum
ſupputatio docet. Illud tamen meminiſſe oportet quod cyclus iſte
poſt tempora iulii cæſaris aliqua ex parte mutatus eſt ob mutilatio/
nem menſis februarii qui tempore inſtitutionis calendarii per Cæſa

rem, habuit dies uigintinouem, & per intercalationem biſexti tri/ginta: ſed poſtquam per ſenatus conſultum Octauius cæſar appellatus fuit Auguſtus, ſubtractus fuit februario dies unus, & additus fuit menſi ſextili, quem tunc Auguſto dedicarunt. De hoc cyclo lunari loqui uidetur Beda de temporibus capitulo quinquageſimo ſexto dicens, quod cyclus lunaris proprie eſt romanorum & ad menſem ianuarium pertinens, nam ſicut annus quiſq; decemnoue/nalis circuli (propter legalem hebræorum obſeruationem) a paſchali menſe incipit, ita & hic romanorum inſtitutione a luna ianuarii menſis auſpicatur. & ſicut ille, ſic & iſte primum & ſecundum annos communes habet: tertium emboliſmicum, quartum & quintum communes, ſextum emboliſmicum ſicq; in cæteris. Annus primus huius cycli lunaris incipit a calendis ianuarii & terminatur tertiodecimo ca/lendas eiuſdem hoc eſt die uigeſimo decembris, habens dies trecentos quinquaginta quatuor. Secundus annus lunaris incipit duode/cimo calendas ianuarii & terminatur quinto idus decembris & eſt communis habens dies trecentos quinquaginta quatuor. Tertius annus incipit quarto idus decembris & terminatur quinto calendas ia/nuarii, & eſt emboliſmicus habens dies trecẽtos octuaginta quatuor Quartus annus lunaris incipit quarto calendas ianuarii & termina/tur ſextodecimo calendas eiuſdem & eſt communis conſtans diebus trecẽtis quinquaginta quatuor. Quintus annus lunaris incipit quintodecimo calendas ianuarii & terminatur octauo idus decẽbris & eſt communis conſtans diebus trecentis quinquaginta quatuor. Sextus annus eſt emboliſmicus habens dies trecentos octuaginta quatuor incipit ſeptimo idus decembris & terminatur octauo calendas ia/nuarii. Septimus annus lunaris incipit ſeptimo calendas ianuarii & terminatur decimonono calendas eiuſdẽ habens dies trecentos quinquaginta quatuor. Octauus annus lunaris incipit decimooctauo ca/lendas ianuarii & terminatur quarto nonas ianuarii & eſt emboliſ/micus habens dies trecentos octuaginta quatuor. Nonus ãnus lunaris incipit tertio nonas ianuarii & terminatur undecimo calendas eiuſdẽ, & eſt communis habens dies trecentos quinquaginta quatuor. Decimus annus lunaris incipit decimo calẽdas ianuarii & terminatur tertio idus decẽbris, & eſt communis habens dies trecẽtos quinquaginta quatuor. Vndecimus annus eſt emboliſmicus conſtans diebus trecẽtis octuaginta quatuor incipit pridie idus decembris & terminatur tertio calendas ianuarii. Duodecimus annus lunaris inci/pit pridie calẽdas ianuarii & terminat̃ quartodecimo calẽdas eiuſdẽ

eſt communis continens dies trecentos quinquaginta quatuor. Tertiuſdecimus annus lunaris incipit tertiodecimo calendas ianuarii & terminatur ſexto idus decembris. eſt communis habens dies trecentos quinquaginta quatuor. Quartuſdecimus annus lunaris incipit quinto idus decembris & terminatur ſexto calendas ianuarii. eſt emboliſmicus habens dies trecentos octuaginta quatuor. Annus lunaris quintuſdecimus incipit quinto calendas ianuarii & terminatur decimoſeptimo calendas eiuſdem. eſt communis habens dies trecētos quinquaginta quatuor. Annus lunaris ſextuſdecimus incipit ſextodecimo calendas ianuarii & terminatur nonis decembris. eſt communis habens dies trecentos quinquaginta quatuor. Annus lunaris decimuſſeptimus incipit octauo idus decembris & terminatur nono calendas ianuarii. eſt emboliſmicus habens dies trecentos octuaginta quatuor. Annus lunaris decimuſoctauus incipit octauo calendas ianuarii & terminatur idibus decembris. eſt communis habens dies trecentos quinquaginta quatuor. Annus lunaris decimuſnonus incipit decimonono calendas ianuarii & terminatur ultima decembris. eſt emboliſmicus habens dies trecentos octuaginta tres duntaxat. eo quod menſis emboliſmus huic anno adiectus non fuit dierum triginta ut cæteri emboliſmi, ſed dierum duntaxat uigintinouem quia tot dies & non plures reſidui erant uſq; ad finem annorum ſolarium decem & nouem Nunc calendarium romanum cum cyclo lunari Iulii cæſaris ſubnectemus. quia ſine eo cognoſci non poteſt priſcus ille cyclus lunaris quē chriſtiani ī prima eccleſia āte nicænā ſynodum pro paſcha indagando in uſu habuerunt. ¶ Emboliſmi huius cycli his locis collocantur. ¶ Emboliſmus anni tertii incipit primo die octobris. ¶ Emboliſmus anni ſexti incipit die ſecundo Iulii. ¶ Emboliſmus anni noni incipit primo die maii. ¶ Emboliſmus anni undecimi incipit primo die decembris. ¶ Emboliſmus anni quartidecimi incipit die trigeſimo octobris. ¶ Emboliſmus anni decimiſeptimi die primo Iulii. ¶ Emboliſmus anni deciminoni die tertio decembris. ſed de his poſtea plura ſcribemus nunc calendarium romanum cum cyclo Iulii cæſaris ſubnectemus. ut ex eo pateat ordo & ratio cycli lunaris chriſtianorum, quem pro quartadecima luna paſchali indaganda ex cyclo Iuliano excerptum priſci patres in prima eccleſia ante nicænam ſynodum in uſu habuerunt. de quo ſequenti capitulo ſcribemus.

¶ Sequitur calendarium romanum cum cyclo lunari Iulii cæſaris.

Cyclus lunaris.	Numerus dierũ.	Calendariũ romanum cũ cyclo lunari Iulii cæſaris. Ianuarius.		
1	1	A	KL	
	2	b	4	nonæ.
9	3	c	3	nonæ.
	4	d	2	nonæ.
17	5	e	NONæ.	
6	6	f	8	idus.
	7	g	7	idus.
14	8	A	6	idus.
3	9	b	5	idus.
	10	c	4	idus.
11	11	d	3	idus.
	12	e	2	idus.
19	13	f	IDVS.	
8	14	g	19	kl.
	15	A	18	kl.
16	16	b	17	kl.
5	17	c	16	kl.
	18	d	15	kl.
13	19	e	14	kl.
2	20	f	13	kl.
	21	g	12	kl.
10	22	A	11	kl.
	23	b	10	kl.
18	24	c	9	kl.
7	25	d	8	kl.
	26	e	7	kl.
15	27	f	6	kl.
4	28	g	5	kl.
	29	A	4	kl.
12	30	b	3	kl.
1	31	c	2	kl.

Cyclus lunaris.	Numerus dierũ.	Calendariũ romanum cũ cyclo lunari Iulii cæſaris. Februarius.		
9	1	d	KL	
	2	e	4	nonæ.
17	3	f	3	nonæ.
6	4	g	2	nonæ.
	5	A	NONæ.	
14	6	b	8	idus.
3	7	c	7	idus.
	8	d	6	idus.
11	9	e	5	idus.
	10	f	4	idus.
19	11	g	3	idus.
8	12	A	2	idus.
	13	b	IDVS.	
16	14	c	16	kl.
5	15	d	15	kl.
	16	e	14	kl.
13	17	f	13	kl.
2	18	g	12	kl.
	19	A	11	kl.
10	20	b	10	kl.
	21	c	9	kl.
18	22	d	8	kl.
7	23	e	7	kl.
	24	f	6	kl.
15	25	g	5	kl.
4	26	A	4	kl.
	27	b	3	kl.
12	28	c	2	kl.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Calendariũ romanum cũ cyclo lunari Iulii cæſaris.

Cyclus lunaris.	Numerus dierũ.		Martius.
1	1	d	KL
	2	e	6 nonæ.
9	3	f	5 nonæ.
	4	g	4 nonæ.
17	5	A	3 nonæ.
6	6	b	2 nonæ.
	7	c	NONæ.
14	8	d	8 idus.
3	9	e	7 idus.
	10	f	6 idus.
11	11	g	5 idus.
	12	A	4 idus.
19	13	b	3 idus.
8	14	c	2 idus.
	15	d	IDVS.
16	16	e	17 kl.
5	17	f	16 kl.
	18	g	15 kl.
13	19	A	14 kl.
2	20	b	13 kl.
	21	c	12 kl.
10	22	d	11 kl.
	23	e	10 kl.
18	24	f	9 kl.
7	25	g	8 kl.
	26	A	7 kl.
15	27	b	6 kl.
4	28	c	5 kl.
	29	d	4 kl.
12	30	e	3 k.
1	31	f	2 k.

Calendariũ romanum cũ cyclo lunari Iulii cæſaris.

Cyclus lunaris.	Numerus dierũ.		Aprilis.
9	1	g	KL
	2	A	4 nonæ.
17	3	b	3 nonæ.
6	4	c	2 nonæ.
	5	d	NONæ.
14	6	e	8 idus.
3	7	f	7 idus.
	8	g	6 idus.
11	9	A	5 idus.
	10	b	4 idus.
19	11	c	3 idus.
8	12	d	2 idus.
	13	e	IDVS.
16	14	f	18 kl.
5	15	g	17 kl.
	16	A	16 kl.
13	17	b	15 kl.
2	18	c	14 kl.
	19	d	13 kl.
10	20	e	12 kl.
	21	f	11 kl.
18	22	g	10 kl.
7	23	A	9 kl.
	24	b	8 kl.
15	25	c	7 kl.
4	26	d	6 kl.
	27	e	5 kl.
12	28	f	4 kl.
1	29	g	3 kl.
	30	A	2 kl.

Cyclus lunaris.	Numerus dierũ.	Calendariũ romanũ cum cyclo lunari Iulii cæſaris. Maius.	
9	1	b	KL
	2	c	6 nonæ.
17	3	d	5 nonæ.
6	4	e	4 nonæ.
	5	f	3 nonæ.
14	6	g	2 nonæ.
3	7	A	NONæ.
	8	b	8 idus.
11	9	c	7 idus.
	10	d	6 idus.
19	11	e	5 idus.
8	12	f	4 idus.
	13	g	3 idus.
16	14	A	2 idus.
5	15	b	IDVS.
	16	c	17 kl.
13	17	d	16 kl.
2	18	e	15 kl.
	19	f	14 kl.
10	20	g	13 kl.
	21	A	12 kl.
18	22	b	11 kl.
7	23	c	10 kl.
	24	d	9 kl.
15	25	e	8 kl.
4	26	f	7 kl.
	27	g	6 kl.
12	28	A	5 kl.
1	29	b	4 kl.
	30	c	3 kl.
9	31	d	2 kl.

Cyclus lunaris.	Numerus dierũ.	Calendariũ romanum cũ cyclo lunari Iulii cæſaris. Iunius.	
17	1	e	KL
6	2	f	4 nonæ.
	3	g	3 nonæ.
14	4	A	2 nonæ.
3	5	b	NONæ.
	6	c	8 idus.
11	7	d	7 idus.
	8	e	6 idus.
19	9	f	5 idus.
8	10	g	4 idus.
	11	A	3 idus.
16	12	b	2 idus.
5	13	c	IDVS.
	14	d	18 kl.
13	15	e	17 kl.
2	16	f	16 kl.
	17	g	15 kl.
10	18	A	14 kl.
	19	b	13 kl.
18	20	c	12 kl.
7	21	d	11 kl.
	22	e	10 kl.
15	23	f	9 kl.
4	24	g	8 kl.
	25	A	7 kl.
12	26	b	6 kl.
1	27	c	5 kl.
	28	d	4 kl.
9	29	e	3 kl.
	30	f	2 kl.

Calendariū romanum cū cyclo lunari Iulii cæſaris.

Iulius.

Aureus numerus cycli lunaris.	Numerus dierū menſis.		
17	1	g	KL
6	2	A	6 nonæ.
	3	b	5 nonæ.
14	4	c	4 nonæ.
3	5	d	3 nonæ.
	6	e	2 nonæ.
11	7	f	NONæ.
	8	g	8 idus.
19	9	A	7 idus.
8	10	b	6 idus.
	11	c	5 idus.
16	12	d	4 idus.
5	13	e	3 idus.
	14	f	2 idus.
13	15	g	IDVS.
2	16	A	17 kl.
	17	b	16 kl.
10	18	c	15 kl.
	19	d	14 kl.
18	20	e	13 kl.
7	21	f	12 kl.
	22	g	11 kl.
15	23	A	10 kl.
4	24	b	9 kl.
	25	c	8 kl.
12	26	d	7 kl.
1	27	e	6 kl.
	28	f	5 kl.
9	29	g	4 kl.
	30	A	3 kl.
17	31	b	2 kl.

Calendariū romanum cū cyclo lunari Iulii cæſaris.

Auguſtus.

Aureus numerus cycli lunaris.	Numerus dierū menſis.		
6	1	c	KL
14	2	d	4 nonæ.
3	3	e	3 nonæ.
	4	f	2 nonæ.
11	5	g	NONæ.
	6	A	8 idus.
19	7	b	7 idus.
8	8	c	6 idus.
	9	d	5 idus.
16	10	e	4 idus.
5	11	f	3 idus.
	12	g	2 idus.
13	13	A	IDVS.
2	14	b	19 kl.
	15	c	18 kl.
10	16	d	17 kl.
	17	e	16 kl.
18	18	f	15 kl.
7	19	g	14 kl.
	20	A	13 kl.
15	21	b	12 kl.
4	22	c	11 kl.
	23	d	10 kl.
12	24	e	9 kl.
1	25	f	8 kl.
	26	g	7 kl.
9	27	A	6 kl.
	28	b	5 kl.
17	29	c	4 kl.
6	30	d	3 kl.
	31	e	2 kl.

Calendariũ rõmanum cũ cyclo lunari Iulii cæſaris.

September.

Aureus numerus cycli lunaris.	Numerus dierũ menſis.			
14	1	f	KL	
3	2	g	4	nonæ.
	3	A	3	nonæ.
11	4	b	2	nonæ.
	5	c	NONæ.	
19	6	d	8	idus.
8	7	e	7	idus.
	8	f	6	idus.
16	9	g	5	idus.
5	10	A	4	idus.
	11	b	3	idus.
13	12	c	2	idus.
2	13	d	IDVS.	
	14	e	18	kl̃.
10	15	f	17	kl̃.
	16	g	16	kl̃.
18	17	A	15	kl̃.
7	18	b	14	kl̃.
	19	c	13	kl̃.
15	20	d	12	kl̃.
4	21	e	11	kl̃.
	22	f	10	kl̃.
12	23	g	9	kl̃.
1	24	A	8	kl̃.
	25	b	7	kl̃.
9	26	c	6	kl̃.
	27	d	5	kl̃.
17	28	e	4	kl̃.
6	29	f	3	kl̃.
14	30	g	2	kl̃.

Calendariũ rõmanum cũ cyclo lunari Iulii cæſaris.

October.

Aureus numerus cycli lunaris.	Numerus dierũ menſis.			
3	1	A	KL	
	2	b	6	nonæ.
11	3	c	5	nonæ.
	4	d	4	nonæ.
19	5	e	3	nonæ.
8	6	f	2	nonæ.
	7	g	NONæ.	
16	8	A	8	idus.
5	9	b	7	idus.
	10	c	6	idus.
13	11	d	5	idus.
2	12	e	4	idus.
	13	f	3	idus.
10	14	g	2	idus.
	15	A	IDVS.	
18	16	b	17	kl̃.
7	17	c	16	kl̃.
	18	d	15	kl̃.
15	19	e	14	kl̃.
4	20	f	13	kl̃.
	21	g	12	kl̃.
12	22	A	11	kl̃.
1	23	b	10	kl̃.
	24	c	9	kl̃.
9	25	d	8	kl̃.
	26	e	7	kl̃.
17	27	f	6	kl̃.
6	28	g	5	kl̃.
	29	A	4	kl̃.
14	30	b	3	kl̃.
3	31	c	2	kl̃.

Calendarium romanum cum cyclo lunari Iulii cæsaris.

Nouember

Aureus numerus cycli lunaris.	Numerus dierū mensis.		
	1	d	KL
11	2	e	4 nonæ.
	3	f	3 nonæ.
19	4	g	2 nonæ.
8	5	A	NONAE.
	6	b	8 idus.
16	7	c	7 idus.
5	8	d	6 idus.
	9	e	5 idus.
13	10	f	4 idus.
2	11	g	3 idus.
	12	A	2 idus.
10	13	b	IDVS.
	14	c	18 kl.
18	15	d	17 kl.
7	16	e	16 kl.
	17	f	15 kl.
15	18	g	14 kl.
4	19	A	13 kl.
	20	b	12 kl.
12	21	c	11 kl.
1	22	d	10 kl.
	23	e	9 kl.
9	24	f	8 kl.
	25	g	7 kl.
17	26	A	6 kl.
6	27	b	5 kl.
	28	c	4 kl.
14	29	d	3 kl.
3	30	e	2 kl.

December

Aureus numerus cycli lunaris.	Numerus dierū mensis.		
11	1	f	KL
	2	g	4 nonæ.
19	3	A	3 nonæ.
8	4	b	2 nonæ.
	5	c	NONAE.
16	6	d	8 idus.
5	7	e	7 idus.
	2	f	6 idus.
13	9	g	5 idus.
2	10	A	4 idus.
	11	b	3 idus.
10	12	c	2 idus.
	13	d	IDVS.
18	14	e	19 kl.
7	15	f	18 kl.
	16	g	17 kl.
15	17	A	16 kl.
4	18	b	15 kl.
	19	c	14 kl.
12	20	d	13 kl.
1	21	e	12 kl.
	22	f	11 kl.
9	23	g	10 kl.
	24	A	9 kl.
17	25	b	8 kl.
6	26	c	7 kl.
	27	d	6 kl.
14	28	e	5 kl.
3	29	f	4 kl.
	30	g	3 kl.
11	31	A	2 kl.

¶ De cyclo lunari decemnouenali Chriſtianorum.

CHriſtiani romano ĩperio ſubiecti & maxime latini in primo eccleſię ſtatu pro paſcha p.14.lunã ĩdagãdo utebanť cyclo lunari eis conſueto a Iulio cæſare ĩſtituto quẽ iã deſcripſim⁹ nulla ĩ eo mutatiõe facta niſi ꝙ chriſtiani imitãtes ĩ hoc hebræos a quib⁹ paſcha mutuati ſũt cyclũ ſuũ paſchalẽ ĩchoabãt ab ęquinoctio autũnali hoc eſt a die 24.ſeptẽbris ĩ quo priſci patres æqnoctiũ collocarũt.& ꝓpter diuerſa prĩcipia hoꝶ cycloꝶ neceſſe fuit nõnunq̃ mutare denominatiões numeroꝶ nõ qđ numeri uel loca ipſoꝶ mutarenť.quo factũ eſt ut a die 24.ſeptẽbris a quo initiũ cycli ſũpſerũt uſq; ad ianuariũ ſequẽtẽ nulla fit numeroꝶ uarietas ſed eoſdẽ numeros quos Cæſar ĩ ſuo calẽdario ãnotauit & eiſdẽ locis diſpoſitos chriſtiani ĩ ſuo cyclo collocarũt ſed ubi ad ianuariũ peruẽtũ fuit: neceſſe erat mutare numeros a Iulio cæſare ĩ ſuo calẽdario conſcriptos,uel ſaltẽ denominationẽ ipſoꝶ nõ ꝙ ratio cycli Iuliani ĩ aliquo uiolareť,ſed quia Cęſar ĩcepit cyclũ ſuũ a ianuario & chriſtiani inchoarũt cyclũ ſuũ ab æquinoctio autũnali,propter hęc diuerſa prĩcipia a qbus hi cycli diuerſi auſpicabanť neceſſe erat mutare denomĩationes numeroꝶ cycli Iuliãi.nõ mutata cycli ratiõe.hũc cyclũ lunarẽ obſeruarũt chriſticolę ꝓ paſchę celebratione uſq; ad nicænã ſynodũ ĩ qua extirpatis quartadecimanis(q paſcha una cũ iudæis faciebãt)alexãdrini nacti occaſionẽ mutãdi cyclũ: nonũ cyclũ decẽnouenalẽ calẽdario ipſoꝶ cõgruẽtẽ ĩſtituerũt : quẽ ſequẽti libro exponem⁹.& quia cyclus iſte alexãdrinoꝶ diſcrepabat in aliquibus a cyclo lunari latinoꝶ maxime ĩ ẽboliſmis & ſaltu lunę factũ eſt ut cõtẽtiones nõnullæ ĩ paſchæ celebratione ĩter latinos & græcos orirenť,quæ durarũt uſq; ad tẽpora Iuſtiniani ĩperatoris.ſub quo Dionyſius quidã abbas romanus cyclũ alexãdrinorũ approbãs & excerpẽs: ĩſcripſit eũ romão calẽdario quẽ eccleſia catholica ad hæc uſq; tẽpora ꝓ.14.lunæ ĩdagatiõe & paſchę celebratiõe obſeruat. hĩc eſt quod Beda libro ſuo de temporibus dixit cyclus lunaris proprie eſt romanorum : decemnouenalis uero alexandrinorum. Sed quia animaduerti multos in his cyclis diſtinguendis erraſſe,immo hunc cyclum lunarem iam abolitum penitus ignoraſſe : expedit eum hoc loco deſcribere,ut ex diuerſitate quam habet cum cyclo decemnouenali alexandrinorum cognoſcantur cauſæ contentionum & controuerſiarum inter latinos & græcos habitarum. Si quis igitur priſcum illum lunarem cyclum romano calẽdario ĩſcribere uelit ſumat in manus calendarium Cęſaris & cyclum lunarem in eo deſcriptum

animaduertat,& incipiēs a die.24.ſeptēbris ubi priſci patres æquinoctiū autūnale collocarūt & pro aureo numero ānotatur unitas:excribat omnes numeros cycli Iuliani eodē ordine quo ī calēdario romano ānotati ſunt nulla mutatione facta donec peruenerit ad finē decēbris:deinde ad ianuariū procedēs cōtinuet numeros ichoatos ac ſi ianuarius ī ordine menſiū ſequeref decēbrē in eodē calēdario ſic ꝙ aureus numerus ī ſeptēbri īchoatus cōtinueť donec fiat reditus ad æquinoctiū autūnale.quo canone obſeruato cadet e regione primi diei Ianuarii pro aureo numero.19.quia ibi terminatur ēboliſmus āni.19. qui incœpit die tertia decēbris & fuit dieꝝ duntaxat.29.propter cauſam ī cyclo Iuliano expreſſam.die tertia ianuarii ānotabitur pro aureo numero octo:quia ibi terminať lunatio āni octaui hui⁹cycli quę incœpit die quarto decēbris & fuit dieꝝ triginta.die quinta Ianuarii annotabitur pro aureo numero.16.quia ibi finē accepit lunatio anni ſextidecimi huius cycli quæ inchoata fuit die ſexta decēbris ſicq̧ ī cæteris.per hūc modū īſcribi poterūt reliqui omnes numeri ī hoc cyclo paſchali chriſtianoꝝ nō mutādo ordinē neq̧ ratione cycli Iuliani ſed denominationē numeroꝝ duntaxat ſic ꝙ ubicunq̧ in cyclo Iulii cæſaris poſt ianuariū ānotatur binarius:ibi e regione eiuſdē diei ī cyclo lunari paſchali debet ſcribi unitas.& ubi cūq̧ in cyclo cæſaris annotatur ternarius:ibi ī cyclo paſchali debet ſcribi binarius.ſicq̧ ī cæteris uſq̧ in finē āni.hūc cyclū ſic ex cyclo Cæſaris excerptū chriſtiani per multa tēpora obſeruarunt.ſed poſtq̄ alexādrini nouū cyclū conſcripſerāt quia peritiores ī ſupputationib⁹ habebātur ad tollēdū diſſenſiones inter latinos & græcos in paſchæ celebratione ortas:latini paulatī in ſententiā alexandrinorū deuenerunt.& ut conformarēt ſe obſeruationi græcoꝝ fecerūt emboliſmos oēs dieꝝ trigita & admiſerūt ſaltū lunę q̄obrē neceſſe fuit mutare nōnullos numeros in tribus ānis ſequētibus ſaltū lunæ uidelicet hos numeros.17.18.&.19.anticipando loca ipſoꝝ per diē unū.Alexandrini nāq̧ ſaltū lunæ in anno 19.inſeruerūt & quia ānus.19.cycli alexādrinoꝝ reſpōdet in cyclo lunari āno.16.ideo anticiparūt loca numeroꝝ prædictoꝝ:mutarūt etiā octo in principio aprilis poſtergātes ſedē eius ut cōformarēt ſe obſeruationi alexandrinorum in paſcha celebrando. Illud tamen animaduertendum eſt quod anticipatio numeri.19.non fit niſi ab ęquinoctio autumnali uſq̧ ad ianuarium.ceſſat nanq̧ prima die ianuarii ubi terminatur ultimus emboliſmus cycli lunaris quem cęſar fecerat dierum uigintinouē ſed chriſtiani imitantes alexandrinos atq̧ hebræos fecerūt eū dierum triginta ſicut & reliquos emboliſmos.ſicq̧ prima

die ianuarii adæquata fuit diuerſitas in anno.19.ex ſaltu lunæ proue
niés & ceſſauit anticipatio huius numeri 19.ſi quis igitur uelit íſcribe
re hũc cyclũ lunaré romano calẽdario a ianuario íchoato per epactas
& regulares debet addere ad epactas conſuetas duos regulares in an/
nis ſequentibus ſaltum lunæ. quæ ut magis pateant ſcire conuenit
epactas græce uocari undeci illos dies quib⁹ ãnus ſolaris ſuperat ãnũ
lunaré.his ſi addatur dies unus hoc eſt primus dies mẽſis qué cõputi
ſtæ regularem uocant proueniet ætas lunæ in principio ianuarii.
¶ Ordo auté & numer⁹epacta℞ talis eſt. Anno primo epactæ ſunt
11. Anno ſecũdo epactæ ſunt.22. Anno tertio epactæ ſunt.3. An
no quarto epactæ ſunt.14. Anno quinto epactæ ſunt.25. Anno ſe
xto epactæ ſunt.6. Anno ſeptimo epactæ ſunt .17. Anno octauo
epactę ſunt.28. Anno nono epactæ ſunt.9. Anno decimo epactæ
ſunt.20. Anno undecimo epactę ſunt.1. Anno 12.epactæ ſunt.12.
Anno.13.epactæ ſunt.23. Anno.14.epactæ ſunt.4. Anno.15.epac
tę ſũt.15.Anno.16.epactæ ſũt.26. Anno.17.epactę ſunt.7. Anno
18.epactæ ſunt.18. Anno.19.epactæ ſunt.29. Poterũt epactæ cuiuſ
libet anni facile hoc modo inueniri,uide quotus eſt í ordine cycli an
nus tuus cui⁹epactas quæris multiplica eũ ꝑ undecí & productũ diuí
de per.30.& qđ reſiduũ fuerit erit epacta illius anni.exẽpli gratia uo
lo ſcire epactas ãni ſexti multiplico ſex per.11.proueniũt.66.diuido
per.30.reſtant ſex. ergo epactæ ãni ſexti ſunt ſex.ſimilitet uolo habe
re epactas ãni decimi multiplico decé per.11.proueniũt.110.diuido ꝑ
30 reſtant.20.ergo epactæ ãni decimi ſunt.20.ſicq; í cæteris eodé mo
do.Per has epactas & regulares inſcribi poterit idé cyclus lunaris ro
mano calẽdario inchoato a ianuario exẽpli gratia anno lunari primo
dãtur epactæ.11.ergo luna erit.12. in calẽdis ianuarii Anno lunari ſe
cũdo ex quo equactæ ſunt.22.addito regulari luna erit.23.í calẽdis ia
nuarii Anno tertio cycli lunaris cũ epactæ ſint.33.ex .30. diebus fit
mẽſis ẽboliſmus & reliqui tres dies ſeruãtur pro epactis.quibus ſi ad
datur prima dies ianuarii pro regulari fiet luna quarta in calẽdis ia/
nuarii ſicq; í cæteris.ex additione unius regularis ad numerũ epacta℞
reſultabit ſẽper ætas lunæ in calẽdis ianuarii.in ãnis tamé ſequẽtibus
annũ illũ qui lunæ ſaltũ recepit duo regulares ad epactas addi debẽt
queadmodũ ſuperius declarauimus.q̃obré in ãno.17.18.&.19. duos
regulares ad epactas addere.oportet.exẽpli gratia ãno.17.cycli luna/
ris currẽte epactæ ſunt.7.quib⁹ ſi addãtur regulares duo luna erit no
na in calẽdis ianuarii.ſimili modo ãno.18.cycli lunaris epactæ ſũt.18.
quibus ſi addanť regulares duo erit luna.20.í calẽdis ianuarii. eodé

modo ĩ ãno.19.epactæ ſũt.29.qbus ſi addas regulares dũos proueni ent.31. erit ergo luna prima in calẽdis ianuarii anno.19. cycli. fuit enĩ lunatio præcedẽs ſecũdũ chriſtianos dieꝝ trigĩta & ĩcœpit ſecunda die decẽbris propter cauſã dictã, licet Cæſar fecerit eã dieꝝ.29.de hoc cyclo lunari a ianuario ĩchoato Beda libro ſuo de tẽporibꝰ capite.57.ſic ſcripſit.poteſt qui uult a cyclo lunari facere argumentũ ad inueniendũ quota ſit luna in calendis Ianuariis ſume enĩ cyclũ lunarẽ quẽlibet utputa quintũ multiplica per undecĩ fiunt.55.adde unũ ſẽper regularẽ fiũt.56.partire per.30.remanẽt.26.ergo.26. fuit luna in calẽdis ianuariis anno quinto cycli lunaris.Itẽ ſume annũ octauũ multiplica per.11.fiũt.88.adde unũ regularẽ fiunt.89.partire per.30. remanẽt.29.ergo ĩ ãno octauo cycli luna in calẽdis ianuariis erit.29. tamẽ memor eſto.17.18.&.19. cycli memorati ãno nõ unũ ut ĩ reliqs ſed duos adiicere regulares & lunã calendarũ ianuarii ſine errore inuenies hæc Beda.quẽ ſi magiſter Petrus de riuo ĩtellexiſſet nõ tã temere ineptias ſuas effudiſſet.Eadẽ per omnia Rabanus ĩ libello ſuo de cyclis ĩſcripto capite.79. affirmat ſic ſcribens. ſi uelis noſſe quota fuerit luna in calẽdis Ianuarii uerbi gratia anno lunari primo qui eſt quartus cycli decẽnouenalis ſume cyclũ lunæ primũ multiplica per.11. adde unũ regularẽ hoc eſt diẽ calẽdaꝝ ianuarii fiunt.12.ergo anno primo cycli lunaris.12. fuit luna in calẽdis ianuarii.Itẽ ſi noſſe uelis ãno quĩto quota ſit luna ĩ calẽdis ianuarii multiplica quĩq; per undecĩ fiũt.55.adde unũ regularẽ fiunt.56.partire p.30.remanẽt.26 ergo.26.fuit luna ĩ calẽdis ianuarii ãno quĩto cycli lunaris ſicq; in cęteris.hæc adeo ſunt manifeſta ut etiã mediocriter ĩ his eruditos nõ lateant.quamobrem admiratus ſum ſæpenumero ſtoliditatẽ hominis ſuperius nominati qui libello nuper impreſſo diuulgauit numeros illos in romano calendario anno tatos:eſſe numeros cycli lunaris cũ ſint numeri cycli decẽnouenalis de quo ſequenti libro ſcribemus. Nunc cyclum hunc lunarem ab æquinoctio autumnali (hoc eſt ab octauo calendas octobris in quo priſci æquinoctiũ collocaruut) inchoatum, in prima ecclesia a chriſtianis pro paſcha indagando obſeruari ſolitum, ſubnectemus.

Numerꝰ cycli lunaris.	Dies ſeptẽbris.	Lrẽ feriaꝝ.	Numerꝰ calendarum		
1	24	a	8	kl.	Hoc die
	25	b	7	kl.	priſci pa-
9	26	c	6	kl.	tres ſtatu
17	27	d	5	kl.	erũt ęqui
	28	e	4	kl.	noctiũ au
6	29	f	3	kl.	tumnale.
14	30	g	2	kl.	

Cyclus lunaris	Numerus dierũ	Calendarium romanum cũ cyclo lunari priſcorum patrum.	
	October.		
3	1	A	KL
	2	b	6 nonæ.
11	3	c	5 nonæ.
19	4	d	4 nonæ.
	5	e	3 nonæ.
8	6	f	2 nonæ.
	7	g	NONæ.
16	8	A	8 idus.
5	9	b	7 idus.
	10	c	6 idus.
13	11	d	5 idus.
2	12	e	4 idus.
	13	f	3 idus.
10	14	g	2 idus.
18	15	A	IDVS.
	16	b	17 kł.
7	17	c	16 kł.
	18	d	15 kł.
15	19	e	14 kł.
4	20	f	13 kł.
	21	g	12 kł.
12	22	A	11 kł.
1	23	b	10 kł.
	24	c	9 kł.
9	25	d	8 kł.
17	26	e	7 kł.
	27	f	6 kł.
6	28	g	5 kł.
	29	A	4 kł.
14	30	b	3 kł.
3	31	c	2 kł.

Cyclus lunaris.	Numerus dierũ.	Calendarium romanum cũ cyclo lunari priſcorum patrum.	
	Nouember.		
	1	d	KL
11	2	e	4 nonæ.
19	3	f	3 nonæ.
	4	g	2 nonæ.
8	5	A	NONæ.
	6	b	8 idus.
16	7	c	7 idus.
5	8	d	6 idus.
	9	e	5 idus.
13	10	f	4 idus.
2	11	g	3 idus.
	12	A	2 idus.
10	13	b	IDVS.
18	14	c	18 kł.
	15	d	17 kł.
7	16	e	16 kł.
	17	f	15 kł.
15	18	g	14 kł.
4	19	A	13 kł.
	20	b	12 kł.
12	21	c	11 kł.
1	22	d	10 kł.
	23	e	9 kł.
9	24	f	8 kł.
17	25	g	7 kł.
	26	A	6 kł.
6	27	b	5 kł.
	28	c	4 kł.
14	29	d	3 kł.
3	30	e	2 kł.

Cyclus lunaris.	Numerus dierũ.	Calendariũ romanũ cũ cyclo lunari priſcorũ patrum. December.	
11	1	f	KL
19	2	g	4 nonæ.
	3	A	3 nonæ.
8	4	b	2 nonæ.
	5	c	NONæ.
16	6	d	8 idus.
5	7	e	7 idus.
	8	f	6 idus.
13	9	g	5 idus.
2	10	A	4 idus.
	11	b	3 idus.
10	12	c	2 idus.
18	13	d	IDVS.
	14	e	19 kl.
7	15	f	18 kl.
	16	g	17 kl.
15	17	A	16 kl.
4	18	b	15 kl.
	19	c	14 kl.
12	20	d	13 kl.
1	21	e	12 kl.
	22	f	11 kl.
9	23	g	10 kl.
17	24	A	9 kl.
	25	b	8 kl.
6	26	c	7 kl.
	27	d	6 kl.
14	28	e	5 kl.
3	29	f	4 kl.
	30	g	3 kl.
11	31	A	2 kl.

Cyclus lunaris.	Numerus dierũ.	Calendariũ romanũ cũ cyclo lunari priſcorũ patrum. Ianuarius.	
19	1	A	KL
	2	b	4 nonæ.
8	3	c	3 nonæ.
	4	d	2 nonæ.
16	5	e	NONæ.
5	6	f	8 idus.
	7	g	7 idus.
13	8	A	6 idus.
2	9	b	5 idus.
	10	c	4 idus.
10	11	d	3 idus.
18	12	e	2 idus.
	13	f	IDVS.
7	14	g	19 kl.
	15	A	18 kl.
15	16	b	17 kl.
4	17	c	16 kl.
	18	d	15 kl.
12	19	e	14 kl.
1	20	f	13 kl.
	21	g	12 kl.
9	22	A	11 kl.
17	23	b	10 kl.
	24	c	9 kl.
6	25	d	8 kl.
	26	e	7 kl.
14	27	f	6 kl.
3	28	g	5 kl.
	29	A	4 kl.
11	30	b	3 kl.
19	31	c	2 kl.

Cyclus lunaris.	Numerus dierũ.		Calendariũ romanũ cũ cyclo lunari priſcorũ patrum. Februarius.
8	1	d	KL
	2	e	4 nonæ.
16	3	f	3 nonæ.
5	4	g	2 nonæ.
	5	A	NONæ.
13	6	b	8 idus.
2	7	c	7 idus.
	8	d	6 idus.
10	9	e	5 idus.
18	10	f	4 idus.
	11	g	3 idus.
7	12	A	2 idus.
	13	b	IDVS.
15	14	c	16 kl.
4	15	d	15 kl.
	16	e	14 kl.
12	17	f	13 kl.
1	18	g	12 kl.
	19	A	11 kl.
9	20	b	10 kl.
17	21	c	9 kl.
	22	d	8 kl.
6	23	e	7 kl.
	24	f	6 kl.
14	25	g	5 kl.
3	26	A	4 kl.
	27	b	3 kl.
11	28	c	2 kl.

Cyclus lunaris.	Numerus dierũ.		Calendariũ romanũ cũ cyclo lunari priſcorũ patrum. Martius.
19	1	d	KL
	2	e	6 nonæ.
8	3	f	5 nonæ.
	4	g	4 nonæ.
16	5	A	3 nonæ.
5	6	b	2 nonæ.
	7	c	NONæ.
13	8	d	8 idus.
2	9	e	7 idus.
	10	f	6 idus.
10	11	g	5 idus.
18	12	A	4 idus.
	13	b	3 idus.
7	14	c	2 idus.
	15	d	IDVS.
15	16	e	17 kl.
4	17	f	16 kl.
	18	g	15 kl.
12	19	A	14 kl.
1	20	b	13 kl.
	21	c	12 kl.
9	22	d	11 kl.
17	23	e	10 kl.
	24	f	9 kl.
6	25	g	8 kl.
	26	A	7 kl.
14	27	b	6 kl.
3	28	c	5 kl.
	29	d	4 kl.
11	30	e	3 kl.
19	31	f	2 kl.

Cyclus lunaris.	Numerus dierũ.		Calendariũ romanũ cũ cyclo lunari priſcorũ patrum. Aprilis.
	1	g	KL
8	2	A	4 nonæ.
16	3	b	3 nonæ.
5	4	c	2 nonæ.
	5	d	NONæ.
13	6	e	8 idus.
2	7	f	7 idus.
	8	g	6 idus.
10	9	A	5 idus.
18	10	b	4 idus.
	11	c	3 idus.
7	12	d	2 idus.
	13	e	IDVS.
15	14	f	18 kľ.
4	15	g	17 kľ.
	16	A	16 kľ.
12	17	b	15 kľ.
1	18	c	14 kľ.
	19	d	13 kľ.
9	20	e	12 kľ.
17	21	f	11 kľ.
	22	g	10 kľ.
6	23	A	9 kľ.
	24	b	8 kľ.
14	25	c	7 kľ.
3	26	d	6 kľ.
	27	e	5 kľ.
11	28	f	4 kľ.
19	29	g	3 kľ.
	30	A	2 kľ.

Cyclus lunaris.	Numerus dierũ.		Calendariũ romanũ cũ cyclo lunari priſcorũ patrum. Maius.
8	1	b	KL
	2	c	6 nonæ.
16	3	d	5 nonæ.
5	4	e	4 nonæ.
	5	f	3 nonæ.
13	6	g	2 nonæ.
2	7	A	NONæ.
	8	b	8 idus.
10	9	c	7 idus.
18	10	d	6 idus.
	11	e	5 idus.
7	12	f	4 idus.
	13	g	3 idus.
15	14	A	2 idus.
4	15	b	IDVS.
	16	c	17 kľ.
12	17	d	16 kľ.
1	18	e	15 kľ.
	19	f	14 kľ.
9	20	g	13 kľ.
17	21	A	12 kľ.
	22	b	11 kľ.
6	23	c	10 kľ.
	24	d	9 kľ.
14	25	e	8 kľ.
3	26	f	7 kľ.
	27	g	6 kľ.
11	28	A	5 kľ.
19	29	b	4 kľ.
	30	c	3 kľ.
8	31	d	2 kľ.

Cyclus lunaris.	Numerus dierũ.		Calendariũ romanũ cũ cyclo lunari priſcorũ patrum. Iunius.
16	1	e	KL
5	2	f	4 nonæ.
	3	g	3 nonæ.
13	4	A	2 nonæ.
2	5	b	NONæ.
	6	c	8 idus.
10	7	d	7 idus.
18	8	e	6 idus.
	9	f	5 idus.
7	10	g	4 idus.
	11	A	3 idus.
15	12	b	2 idus.
4	13	c	IDVS.
	14	d	18 kl.
12	15	e	17 kl.
1	16	f	16 kl.
	17	g	15 kl.
9	18	A	14 kl.
17	19	b	13 kl.
	20	c	12 kl.
6	21	d	11 kl.
	22	e	10 kl.
14	23	f	9 kl.
3	24	g	8 kl.
	25	A	7 kl.
11	26	b	6 kl.
19	27	c	5 kl.
	28	d	4 kl.
8	29	e	3 kl.
	30	f	2 kl.

Cyclus lunaris.	Numerus dierũ.		Calendariũ romanũ cũ cyclo lunari priſcorũ patrum. Iulius.
16	1	g	KL
5	2	A	6 nonæ.
	3	b	5 nonæ.
13	4	c	4 nonæ.
2	5	d	3 nonæ.
	6	e	2 nonæ.
10	7	f	NONæ.
18	8	g	8 idus.
	9	A	7 idus.
7	10	b	6 idus.
	11	c	5 idus.
15	12	d	4 idus.
4	13	e	3 idus.
	14	f	2 idus.
12	15	g	IDVS.
1	16	A	17 kl.
	17	b	16 kl.
9	18	c	15 kl.
17	19	d	14 kl.
	20	e	13 kl.
6	21	f	12 kl.
	22	g	11 kl.
14	23	A	10 kl.
3	24	b	9 kl.
	25	c	8 kl.
11	26	d	7 kl.
19	27	e	6 kl.
	28	f	5 kl.
8	29	g	4 kl.
16	30	A	3 kl.
	31	b	2 kl.

Cyclus lunaris.	Numerus dierũ.	Auguſtus.	Calendarium romanũ cum cyclo lunari priſcorum pa trum.
5	1	c	KL
13	2	d	4 nonæ.
2	3	e	3 nonæ.
	4	f	2 nonæ.
10	5	g	NONæ.
18	6	A	8 idus.
	7	b	7 idus.
7	8	c	6 idus.
	9	d	5 idus.
15	10	e	4 idus.
4	11	f	3 idus.
	12	g	2 idus.
12	13	A	IDVS.
1	14	b	19 kł.
	15	c	18 kł.
9	16	d	17 kł.
17	17	e	16 kł.
	18	f	15 kł.
6	19	g	14 kł.
	20	A	13 kł.
14	21	b	12 kł.
3	22	c	11 kł.
	23	d	10 kł.
11	24	e	9 kł.
19	25	f	8 kł.
	26	g	7 kł.
8	27	A	6 kł.
	28	b	5 kł.
16	29	c	4 kł.
5	30	d	3 kł.
	31	e	2 kł.

Cyclus lunaris.	Numerus dierũ.	September.	Calendarium romanũ cum cyclo lunari priſcorum pa trum.
13	1	f	KL
2	2	g	4 nonæ.
	3	A	3 nonæ.
10	4	b	2 nonæ.
18	5	c	NONæ.
	6	d	8 idus.
7	7	e	7 idus.
decima ſit idonea pro paſchæ celebratione: dicentibus latinis eam conuenire paſchalibus feſtis: græcis uero contradicentibus: & ſuper hoc arguméta utriuſq; partis afferemus deſcripto prius calédario romano cum utroq; cyclo tam latinorum quam græcorum altero a dextris, altero a ſiniſtris collocato, ut quilibet huic arti deditus cauſas diſſenſionum inter græcos & latinos oculata fide conſpicere poſſit, eo maxime quia graues nonnullos cenſores ſuperciliũ magnum & rinocerotis naſum præ ſe ferentes imprudenter in his erraſſe & plures ſeduxiſſe animaduertimus, qui prima ſupputationũ rudiméta ignorantes numerum illum romano calendario inſcribi ſolitum uocant numerum cycli lunaris romanorum cũ ſit numerus cycli decemnouenalis ex alexandrino calendario excerptus, & terminos paſchę quartas decimas lunas paſchales monſtrantes uocant cyclum decemnouenalem. ſed de his alibi ſcripſimus, ubi illorum ineptias confutauimus. Nunc uero cyclos iſtos inuicem comparandos romano calendario inſcribemus: quod facile fieri poterit excerpendo utrunq; ipſorum ex ſuo originali: hoc eſt ex calendariis ſuperius deſcriptis incipiendo a Ianuario & cõtinuando ac excribédo numeros utriuſq; cycli eodem modo quo in ſuis originalibus ſunt deſcripti, donec perueniatur ad finem utriuſq; calendarii: a ſeptembri inchoati, quo cũ peruentũ fuerit non erit mutandus aureus numerus pro reliquis quatuor menſibus, ſed eodem tenore idem aureus numerus continuandus eſt uſq; ad finem decembris ut ſubſequenti deſcriptione perſpicuum erit. patebit etiam ex amborum deſcriptione nullam in eis uarietatem accidere, niſi propter diuerſitaté emboliſmoꝝ q; ſi emboliſmi unius concurriſſent ſemper cũ ẽboliſmis alterius eandẽ ſemper lunæ ætatem numeri utriuſq; cycli monſtraſſent, ſed quia impoſſibile fuit hoc ſẽper contingere propter diuerſa principia horũ cycloꝝ factum eſt ut nonnunquam controuerſiæ orirentur. exempli cauſa, Anno primo poſt nicænam ſynodum incœpit primus annus cycli decemnouenalis alexandrinorum quo anno currebat de cyclo lunari annus decimuſſeptimus, & anno ſecundo cycli decemnouenalis reſpondebat annus decimuſoctauus cycli lunaris, ſicq; in cæteris, anno tertio cycli decemnouenalis reſpondebat ãnus decimus nonus cycli lunaris, & anno quarto reſpondebat annus primus. ſicq; ſemper eodem paſſu, & curſu progrediuntur: unde quilibet conſiderare poterit quibus annis emboliſmi inuicem conueniunt & quibus diſcrepant deſcribendo numeros utriuſq; cycli unum ſub alio uel ſingulos e regione ſingulorum, eo modo quo in margine ſunt annotati.

	Numeri cycli lunaris latinorũ.	Numeri cycli decemnouenalis. alexandrinorum.	
em	17	1	
	18	2	
em	19	3	embolꝭ.
	1	4	
	2	5	
em	3	6	embolꝭ.
	4	7	
	5	8	embolꝭ.
em	6	9	
	7	10	
em	8	11	embolꝭ
	9	12	
	10	13	
em	11	14	embolꝭ
	12	15	
	13	16	
em	14	17	embolꝭ
	15	18	
	16	19	embolꝭ.

¶ Ex hac deſcriptione patet fieri hãc ẽboliſmorũ diſcrepantiã in ãno octauo cycli decẽnouenalis alexandrinoꝝ, qui cũ ſit emboliſmicus reſpõdet ei annus quintus cycli lunaris, qui nõ poteſt eſſe emboliſmicus. ſic & in anno decimonono cycli alexandrinoꝝ, qui etiã eſt emboliſmicus & ei reſpondet annus ſextuſdecimus cycli lunaris, qui nõ poteſt eſſe emboliſmicus. hãc ob rẽ his duobus annis agitatæ ſunt plurimæ cõtentiones inter alexandrinos & latinos. ſunt etiã alii duo ãni emboliſmici in cyclo lunari quibus nõ reſpõdẽt emboliſmi in cyclo decẽnouenali, uidelicet annus ſextus: & annus decimuſſeptimus: quibus reſpõdent in cyclo alexandrinoꝝ ãnus nonus: & annus primus, qui nõ poſſunt eſſe emboliſmici, ſed his ãnis nõ ſunt agitatæ cõtrouerſiæ quia numeri iſti nõ uariabãt rationẽ primi menſis quẽadmodum numeri ſuperius expoſiti. tota nanq; cõtentio inter græcos & latinos habita eſt ſuper his duobus numeris. 8. & . 19. poſitis in cyclo decẽnouenali quinta & ſexta martii an debeãt ĩcludi in primo menſe uel nõ. latini nanq; a quinta martii lunationes primi menſis accipiendas eſſe dixerunt, ſed alexãdrini ab octaua martii cõſiderandas eſſe uoluerunt: non ꝙ in ætate lunæ diſſentirent ſed in exordiendo menſem paſchalem. Cauſa differentiæ & diſſenſionis fuit, quia iuxta ſupputationẽ alexandrinoꝝ lunationes ſignatæ quĩta & ſexta martii terminantur quarta & quinta aprilis, & ſunt emboliſmæ, & ergo non poſſunt eſſe idoneæ pro paſcha celebrando, quia nõ ſunt lunationes primi menſis ſed ultimi. ueꝝ ſecundum latinos lunationes annotatę quĩta & ſexta martii nõ ſunt ẽboliſmæ ſed primi mẽſis, & ergo pro paſchæ celebratione ſunt idoneæ & cõueniẽtes. quæ omnia oculata fide conſpici poterunt ſi utrũq; cyclũ romano calẽdario inſcripſerimus.

¶ Sequitur nunc romanum calendarium cũ utroq; cyclo uidelicet lunari latinoꝝ a ſiniſtris, & decẽnouenali alexandrinorum a dextris.

Cycl⁹ lunaris latinorū.	Numerus dierum.	Calendariū romanum cum utroq; cyclo	Ianuari⁹.		Cyclus decemnouenalis alexandrinorum.
19	1	A	KL		3
	2	b	4	nonæ.	
8	3	c	3	nonæ.	11
	4	d	2	nonæ.	
16	5	e	NONAE.		19
5	6	f	8	idus.	8
	7	g	7	idus.	
13	8	A	6	idus.	16
2	9	b	5	idus.	5
	10	c	4	idus.	
10	11	d	3	idus.	13
18	12	e	2	idus.	2
	13	f	IDVS.		
7	14	g	19	kľ.	10
	15	A	18	kľ.	
15	16	b	17	kľ.	18
4	17	c	16	kľ.	7
	18	d	15	kľ.	
12	19	e	14	kľ.	15
1	20	f	13	kľ.	4
	21	g	12	kľ.	
9	22	A	11	kľ.	12
17	23	b	10	kľ.	1
	24	c	9	kľ.	
6	25	d	8	kľ.	9
	26	e	7	kľ.	17
14	27	f	6	kľ.	6
3	28	g	5	kľ.	
	29	A	4	kľ.	14
11	30	b	3	kľ.	3
19	31	c	2	kľ.	

Cycl⁹ lunaris latinorū.	Numerus dierum.	Calendariū romanum cum utroq; cyclo.	Februari⁹		Cyclus decemnouenalis alexandrinorum.
8	1	d	KL		11
	2	e	4	nonæ.	
16	3	f	3	nonæ.	19
5	4	g	2	nonæ.	8
	5	A	NONAE.		
13	6	b	8	idus.	16
2	7	c	7	idus.	5
	8	d	6	idus.	
10	9	e	5	idus.	13
18	10	f	4	idus.	2
	11	g	3	idus.	
7	12	A	2	idus.	10
	13	b	IDVS.		
15	14	c	16	kľ.	18
4	15	d	15	kľ.	7
	16	e	14	kľ.	
12	17	f	13	kľ.	15
1	18	g	12	kľ.	4
	19	A	11	kľ.	
9	20	b	10	kľ.	12
17	21	c	9	kľ.	1
	22	d	8	kľ.	
6	23	e	7	kľ.	9
	24	f	6	kľ.	
14	25	g	5	kľ.	17
3	26	A	4	kľ.	6
	27	b	3	kľ.	
11	28	c	2	kľ.	14

Cycl° lunaris latinorū.	Numerus dierum.	Calendarium romanū cū utroq; cyclo. Martius.			Cyclus decemnouenalis alexandrinorum.
19	1	d	KL		3
	2	e	6	nonæ.	
8	3	f	5	nonæ.	11
	4	g	4	nonæ.	
16	5	A	3	nonæ.	19
5	6	b	2	nonæ.	8
	7	c	NONAE.		
13	8	d	8	idus.	16
2	9	e	7	idus.	5
	10	f	6	idus.	
10	11	g	5	idus.	13
18	12	A	4	idus.	2
	13	b	3	idus.	
7	14	c	2	idus.	10
	15	d	IDVS.		
15	16	e	17	kl.	18
4	17	f	16	kl.	7
	18	g	15	kl.	
12	19	A	14	kl.	15
1	20	b	13	kl.	4
	21	c	12	kl.	
9	22	d	11	kl.	12
17	23	e	10	kl.	1
	24	f	9	kl.	
6	25	g	8	kl.	9
	26	A	7	kl.	
14	27	b	6	kl.	17
3	28	c	5	kl.	6
	29	d	4	kl.	
11	30	e	3	kl.	14
19	31	f	2	kl.	3

Cycl° lunaris latinorū.	Numerus dierum.	Calendarium romanū cū utroq; cyclo. Aprilis.			Cyclus decemnouenalis alexandrinorum.
	1	g	KL		
8	2	A	4	nonæ.	11
16	3	b	3	nonæ.	
5	4	c	2	nonæ.	19
	5	d	NONAE.		8
13	6	e	8	idus.	16
2	7	f	7	idus.	5
	8	g	6	idus.	
10	9	A	5	idus.	13
18	10	b	4	idus.	2
	11	c	3	idus.	
7	12	d	2	idus.	10
	13	e	IDVS.		
15	14	f	18	kl.	18
4	15	g	17	kl.	7
	16	A	16	kl.	
12	17	b	15	kl.	15
1	18	c	14	kl.	4
	19	d	13	kl.	
9	20	e	12	kl.	12
17	21	f	11	kl.	1
	22	g	10	kl.	
6	23	A	9	kl.	9
	24	b	8	kl.	
14	25	c	7	kl.	17
3	26	d	6	kl.	6
	27	e	5	kl.	
11	28	f	4	kl.	14
19	29	g	3	kl.	3
	30	A	2	kl.	

Cyclꝰ lunaris latinorũ.	Numerus dierum.		Calendariũ romanum cum utroq; cyclo Maius.		Cyclus decemnouenalis alexandrinorum.
8	1	b	KL		11
	2	c	6	nonæ.	
16	3	d	5	nonæ.	19
5	4	e	4	nonæ.	8
	5	f	3	nonæ.	
13	6	g	2	nonæ.	16
2	7	A	NONAE.		5
	8	b	8	idus.	
10	9	c	7	idus.	13
18	10	d	6	idus.	2
	11	e	5	idus.	
7	12	f	4	idus.	10
	13	g	3	idus.	
15	14	A	2	idus.	18
4	15	b	IDVS.		7
	16	c	17	kl.	
12	17	d	16	kl.	15
1	18	e	15	kl.	4
	19	f	14	kl.	
9	20	g	13	kl.	12
17	21	A	12	kl.	1
	22	b	11	kl.	
6	23	c	10	kl.	9
	24	d	9	kl.	
14	25	e	8	kl.	17
3	26	f	7	kl.	6
	27	g	6	kl.	
11	28	A	5	kl.	14
19	29	b	4	kl.	3
	30	c	3	kl.	
8	31	d	2	kl.	11

Cyclꝰ lunaris latinorũ.	Numerus dierum.		Calendariũ romanum cum utroq; cyclo. Iunius.		Cyclus decemnouenalis alexandrinorum.
16	1	e	KL		
5	2	f	4	nonæ.	19
	3	g	3	nonæ.	8
13	4	A	2	nonæ.	16
2	5	b	NONAE.		5
	6	c	8	idus.	
10	7	d	7	idus.	13
18	8	e	6	idus.	2
	9	f	5	idus.	
7	10	g	4	idus.	10
	11	A	3	idus.	
15	12	b	2	idus.	18
4	13	c	IDVS.		7
	14	d	18	kl.	
12	15	e	17	kl.	15
1	16	f	16	kl.	4
	17	g	15	kl.	
9	18	A	14	kl.	12
17	19	b	13	kl.	1
	20	c	12	kl.	
6	21	d	11	kl.	9
	22	e	10	kl.	
14	23	f	9	kl.	17
3	24	g	8	kl.	6
	25	A	7	kl.	
11	26	b	6	kl.	14
19	27	c	5	kl.	3
	28	d	4	kl.	
8	29	e	3	kl.	11
	30	f	2	kl.	

Cyclꝰ lunaris latinorū.	Numerus dierum.		Calendariū romanum cum utroq; cyclo. Iulius.		Cyclus decemnouenalis alexandrinorum.
16	1	g	KL		19
5	2	A	6	nonæ.	8
	3	b	5	nonæ.	
13	4	c	4	nonæ.	16
2	5	d	3	nonæ.	5
	6	e	2	nonæ.	
10	7	f	NONAE.		13
18	8	g	8	idus.	2
	9	A	7	idus.	
7	10	b	6	idus.	10
	11	c	5	idus.	
15	12	d	4	idus.	18
4	13	e	3	idus.	7
	14	f	2	idus.	
12	15	g	IDVS.		15
1	16	A	17	kľ.	4
	17	b	16	kľ.	
9	18	c	15	kľ.	12
17	19	d	14	kľ.	1
	20	e	13	kľ.	
6	21	f	12	kľ.	9
	22	g	11	kľ.	
14	23	A	10	kľ.	17
3	24	b	9	kľ.	6
	25	c	8	kľ.	
11	26	d	7	kľ.	14
19	27	e	6	kľ.	3
	28	f	5	kľ.	
8	29	g	4	kľ.	11
16	30	A	3	kľ.	19 ſaltus lunæ.
	31	b	2	kľ.	

Cyclꝰ lunaris latinorū.	Numerus dierum.		Calendariū romanum cum utroq; cyclo. Auguſtus		Cyclus decemnouenalis alexandrinorum.
5	1	c	KL		8
13	2	d	4	nonæ.	16
2	3	e	3	nonæ.	5
	4	f	2	nonæ.	
10	5	g	NONAE.		13
18	6	A	8	idus.	2
	7	b	7	idus.	
7	8	c	6	idus.	10
	9	d	5	idus.	
15	10	e	4	idus.	18
4	11	f	3	idus.	7
	12	g	2	idus.	
12	13	A	IDVS.		15
1	14	b	19	kľ	4
	15	c	18	kľ	
9	16	d	17	kľ.	12
17	17	e	16	kľ.	1
	18	f	15	kľ.	
6	19	g	14	kľ.	9
	20	A	13	kľ.	
14	21	b	12	kľ.	17
3	22	c	11	kľ.	6
[illegible]	23	d	10	kľ.	[illegible]
11	24	e	9	kľ.	14
19	25	f	8	kľ.	3
[illegible]	26	g	7	kľ.	
8	27	A	6	kľ.	11
	28	b	5	kľ.	19
16	29	c	4	kľ.	[illegible]
5	30	d	3	kľ.	8
[illegible]	31	e	2	kľ.	[illegible]

Cycl⁹ lunaris latinorũ.	Numerus dierum.		Calendariũ romanum cum utroq; cyclo. Septẽber.	Cyclus decemnouenalis alexandrinorum.
13	1	f	KL	16
2	2	g	4 nonæ	5
	3	A	3 nonæ	
10	4	b	2 nonæ	13
18	5	c	NONæ.	2
	6	d	8 idus.	
7	7	e	7 idus.	10
	8	f	6 idus.	
15	9	g	5 idus.	18
4	10	A	4 idus.	7
	11	b	3 idus.	
12	12	c	2 idus.	15
1	13	d	IDVS.	4
	14	e	18 kl.	
9	15	f	17 kl.	12
17	16	g	16 kl.	1
	17	A	15 kl.	
6	18	b	14 kl.	9
	19	c	13 kl.	
14	20	d	12 kl.	17
3	21	e	11 kl.	6
	22	f	10 kl.	
11	23	g	9 kl.	14
19	24	A	8 kl.	3
	25	b	7 kl.	
8	26	c	6 kl.	11
16	27	d	5 kl.	19
	28	e	4 kl.	
5	29	f	3 kl.	8
13	30	g	2 kl.	16

Cycl⁹ lunaris latinorũ.	Numerus dierum.		Calendariũ romanum cum utroq; cyclo. October.	Cyclus decemnouenalis alexandrinorum.
2	1	A	KL	5
	2	b	6 nonæ.	
10	3	c	5 nonæ.	13
18	4	d	4 nonæ.	2
	5	e	3 nonæ.	
7	6	f	2 nonæ.	10
	7	g	NONæ.	
15	8	A	8 idus.	18
4	9	b	7 idus.	7
	10	c	6 idus.	
12	11	d	5 idus.	15
1	12	e	4 idus.	4
	13	f	3 idus.	
9	14	g	2 idus.	12
17	15	A	IDVS.	1
	16	b	17 kl.	
6	17	c	16 kl.	9
	18	d	15 kl.	
14	19	e	14 kl.	17
3	20	f	13 kl.	6
	21	g	12 kl.	
11	22	A	11 kl.	14
19	23	b	10 kl.	3
	24	c	9 kl.	
8	25	d	8 kl.	11
16	26	e	7 kl.	19
	27	f	6 kl.	
5	28	g	5 kl.	8
	29	A	4 kl.	
13	30	b	3 kl.	16
2	31	c	2 kl.	5

Cyclꝰ lunaris latinorũ.	Numerus dierum.		Calendariũ romanum cum utroq; cyclo. Nouẽber	Cyclus decemnouenalis alexandrinorum.
	1	d	KL	
10	2	e	4 nonæ	13
18	3	f	3 nonæ	2
	4	g	2 nonæ	
7	5	A	NONæ	10
	6	b	8 idus.	
15	7	c	7 idus.	18
4	8	d	6 idus.	7
	9	e	5 idus.	
12	10	f	4 idus.	15
1	11	g	3 idus.	4
	12	A	2 idus.	
9	13	b	IDVS.	12
17	14	c	18 kľ.	1
	15	d	17 kľ.	
6	16	e	16 kľ.	9
	17	f	15 kľ.	
14	18	g	14 kľ.	17
3	19	A	13 kľ.	6
	20	b	12 kľ.	
11	21	c	11 kľ.	14
19	22	d	10 kľ.	3
	23	e	9 kľ.	
8	24	f	8 kľ.	11
16	25	g	7 kľ.	19
	26	A	6 kľ.	
5	27	b	5 kľ.	8
	28	c	4 kľ.	16
13	29	d	3 kľ.	5
2	30	e	2 kľ.	

Cyclꝰ lunaris latinorũ.	Numerus dierum.		Calendariũ romanum cum utroq; cyclo. Decẽber.	Cyclus decemnouenalis alexandrinorum.
10	1	f	KL	13
18	2	g	4 nonæ.	2
	3	A	3 nonæ.	
7	4	b	2 nonæ.	10
	5	c	NONæ.	
15	6	d	8 idus.	18
4	7	e	7 idus.	7
	8	f	6 idus.	
12	9	g	5 idus.	15
1	10	A	4 idus.	4
	11	b	3 idus.	
9	12	c	2 idus.	12
17	13	d	IDVS.	1
	14	e	19 kľ.	
6	15	f	18 kľ.	9
	16	g	17 kľ.	
14	17	A	16 kľ.	17
3	18	b	15 kľ.	6
	19	c	14 kľ.	
11	20	d	13 kľ.	14
19	21	e	12 kľ.	3
	22	f	11 kľ.	
8	23	g	10 kľ.	11
16	24	A	9 kľ.	19
	25	b	8 kľ.	
5	26	c	7 kľ.	8
	27	d	6 kľ.	
13	28	e	5 kľ.	16
2	29	f	4 kľ.	5
	30	g	3 kľ.	
10	31	A	2 kľ.	13

¶ Ex deſcriptione utriuſq; cycli in romano calendario iam facta perſpicuum eſt nullam eſſe horum cyclorum diuerſitatem in tribus primis menſibus præterquam in fine Ianuarii, poſt terminum menſis Tybi alexandrinorum qui terminatur die uigeſima quinta menſis Ianuarii, ſed quemadmodum cyclus decemnouenalis ſuperat cyclum lunarem ſpatio annorumtrium, ſic numeri cycli decemnouenalis excedunt numeros cyclilunaris ſibi reſpondentes, & collaterales tribus unitatibus, ſicq; eandem ſemper lunæ ætatem oſtendunt. exempli gratia anno primo poſt nicænam ſynodum, a quo cyclus decemnouenalis exordium ſumit aureus numerus cycli decemnouenalis fuit unitas, & aureus numerus cycli lunaris quem latini obſeruabant fuit. 17. quorum uterque reperitur eregione uigeſimæ tertiæ diei Ianuarii, ergo anno primo poſt nicænã ſynodum ſecundum doctrinã utriuſq; cycli luna debuit dici prima: die uigeſimatertia ianuarii ſi per numeros in calendario deſcriptos primam lunam ſignificari uelimus. Simili modo anno ſecundo poſt nicænam ſynodum aureus numerus cycli decemnouenalis fuit. 2. & aureus numerus cycli lunaris fuit. 18. quorum uterq; reperitur duodecima ianuarii, ergo anno ſecundo poſt nicænã ſynodũ iuxta utriuſq; cycli indicẽ luna debuit dici prima duodecima die ianuarii. Similiter & anno tertio poſt nicænam ſynodum ſecundum utriuſque cycli doctrinam luna debuit dici prima: die primã ianuarii, ſicq; in cæteris ſemper in tribus primis menſibus unam eandemq; lunæ ætatem per utriuſq; cycli doctrinam inuenies. precipua autem horum cyclorum diuerſitas ſiue uarietas accidit die quarta & quinta aprilis, quia iuxta ſupputationẽ alexãdrinorum die quarta aprilis terminatur mẽſis emboliſmus anni deciminoni cycli decemnouenalis, qui mẽſis icẽpit quinta martii ubi pro cyclo decemnouenali ponitur. 19. & pro cyclo lunari ponitur. 16. cum ergo annus ſextuſdecimus in cyclo lunari nõ poſſit fieri emboliſmicus iuxta ordinem emboliſmorum ſuperius expoſitum ſequitur quod hi numeri. 19. &. 16. non poſſunt fieri inuicẽ collaterales neq; ſibi inuicem reſpondere poſſunt quarta die aprilis. Similiter die quinta aprilis terminatur menſis emboliſmus anni octaui, qui mẽſis incœpit ſexta martii ubi e regione eiuſdem diei pro cyclo decemnouenali ponitur octo, & pro cyclo lunari annotatur numerus quinarius, cum ergo annus quintus in cyclo lunari non poſſit fieri emboliſmicus iuxta ordinem emboliſmorum ſuperius expoſitum, ſequitur quod octo & quinq; non poſſunt fieri ſibi inuicẽ collaterales quinta aprilis neq; inuicem reſpondere poſſunt. & hæc

differentia continuatur in alternis menſibus ſequentibus .differunt etiam in fine nouembris poſt terminum menſis ἀθυρ̀ alexandrinorum.cauſa differentiarum eſt,quia menſes alexãdrinorũ non inchoãtur neq; terminantur eiſdem diebus cum menſibus romanorum, & ergo poſt terminum menſis alexandrini contingit aliquando diſcrepantia horum cyclorum. His ſic diſpoſitis ad canones paſchæ exponendos iuxta utrorumque opinionem accedemus.

¶ Caput ſecundum continet canones obſeruationis paſchæ tam latinorum quam græcorum, & diſſenſiones ac controuerſias ipſorum exponit.

POſtquam romanum calendarium cum utroq; cyclo tam latinorum, quam alexandrinorum deſcripſimus, ſupereſt ut cauſas diſſenſionum proferamus, & declaremus . canoneſq; : & normas paſchalis celebritatis ſecundum opinionem utriuſq; partis ſubnectamus . græci nanq; & alexandrini talem paſchæ canonem inſtituerunt . Qualiſcunq; luna nata fuerit a duodecimo die menſis φαμενοθ̀ , hoc eſt , ab octauo idus martii uſq; in diem decimum menſis φαρμουθὶ , hoc eſt , uſq; in diem nouarum aprilis uidelicet per dies uigintinouem : primi menſis oſtendet exordium . cuius quartadecima luna diligenter eſt obſeruanda . nam ſi ſabbato inciderit aut ante ſabbatum euenerit : ſequenti die dominica paſcha celebrandum erit . ſed ſi dominica acciderit ipſa hebdomada tranſmiſſa ad alteram diem dominicam paſcha ſine dubio transferendum erit . ſicq; paſcha celebrari poterit a die uigeſima ſexta menſis phamenoth uſq; ad diem trigeſimum menſis pharmuthi,hoc eſt,ab undecimo calendas apriles uſq; in diem ſeptimum calendas maias uidelicet per dies triginta quinq;. latini uero diſſenſerunt a græcis in hoc canone in duobus præcipue.primo quod lunationes primi mẽſis non inchoarunt ab octauo idus martii, ſed a tertio nonas martii auſpicandas eſſe uoluerunt,hoc eſt, a die quinta martii.ſecũdo quia quod græci quartædecimæ lunæ appropriarunt, latini ad quintam decimam referendum eſſe dixerunt reprobantes in hoc canonem græcorum tanquam dominicæ paſſioni non ſatis congruentem quia non decet domini paſſionem ante quartamdecimam lunã obſeruare quod tamen ſecundum alexandrinorum conſtitutionem contingere neceſſe eſt quoties luna quartadecima ſabbato euenerit . non enim crucifixus fuit dominus ante quartamdecimam lunam ut liquidũ extat.his de cauſis latini qui nicæno concilio intererant ut refert.

Victorius aquitanicus lemonicẽſis talem paſchæ canonem ſtatuerũt. Qualiſcunque luna nata fuerit a tertio nonas martii,uſque ĩ quartũ nonas aprilis uidelicet per dies uigintinouem primi menſis oſtendet exordium. cuius luna quartadecima ſi feria ſexta acciderit uel ante euenerit ſubſequens dominica ideſt luna ſextadecima feſti paſchalis celebritati ſine ambiguo deputetur. Si autem die ſabbati quarta decima luna contigerit & ſequenti dominica lunam quintamdecimã reperiri eadem hebdomada tranſmiſſa in alterum diem dominicum ideſt uſq; ad lunam uigeſimam ſecundam paſcha differendum erit. nec minus eiuſdem feſti peragendo myſterio deſtinarunt quam ſextamdecimam,nec amplius quam uigeſimam ſecundam lunam aliquãdo recipiunt:eligentes potius in lunam uigeſimam ſecundam diem feſti paſchalis extẽdi quam dominicam paſſionem ante lunam quartamdecimam ullatenus inchoari. quartaſdecimas uero lunas eiuſdẽ menſis a quintodecimo calendas apriles uſq; in diem decimumſeptimum calendas maias obſeruandas eſſe dixerunt,uno duntaxat caſu excepto uidelicet quoties contigerit in calendis Ianuarii lunam eſſe uigeſimam ſeptimam die ſabbati abſq; biſexto,tunc enim paſcha non erit celebrandum tertiodecimo calendas aprilis luna ſextadecima quia ante æquinoctium duodecimo calendas apriles collocatum,etiam ſi luna conueniat nunquam debet celebrari paſcha,ſed tunc ad ſequentem menſem debet transferri, & octauo calendas maii celebrari.hunc paſchalis ſolemnitatis canonem priſci patres latini obſeruarunt diſſentientes a græcis & alexandrinis quoties aureus numerus cycli decemnouenalis fuit octo,aut decem & nouem non quod in ætate lunæ inuicem diſcreparent, ſed in menſe paſchali ſolemnitati deputando. nam cum græci hos annos emboliſmicos facerent refutarunt lunationes quinta & ſexta martii annotatas, tanquam lunationes tertiidecimi menſis pro paſchali feſto minime idoneas,ſed lunationes tertia & quarta aprilis ſignatas primo menſi deputarunt,& pro paſchæ celebratione idoneas approbarunt latini uero lunationes quinta & ſexta martii annotatas primo menſi deputarunt.nam iuxta lunarem cyclum a patribus ſemper obſeruatum & a iudæis uſq; in diem præſentem cuſtoditum lunationes illæ primi menſis eſſe dignoſcuntur, aſſerentes magis eſſe obſeruandum priſcum illum lunarem cyclum in ſecunda templi inſtauratione inſtitutum quam nouum illum alexandrinorum cyclum iam tunc per eos inuẽtum romano calendario minime cõgruentem nam ſecundum rationem cycli lunaris conſtat annos reſpondentes annis

prædictis puta octauo & decimonono cycli decemnouenalis non eſſe embolifmicos ſed communes. octauo enim anno cycli decemnouena lis reſpondet quintus in cyclo lunari, & decimonono reſpondet ſextuſdecimus. quos impoſſibile eſt eſſe emboliſmicos: quamobrem lunationes ipſorum ſignatę quinta & ſexta martii (quas græci refuta runt tanquam lunationes emboliſmas & tertiidecimi menſis) idoneę erunt pro paſchæ celebratione, cum ſint lunationes primi menſis. Ad quod etiam accedit nam paſcha noſtrum ſemper obſeruari debet die dominico poſt hebræorum paſcha, ſed hebræi cyclum lunarem obſer uantes lunationes has pro paſchæ celebratione idoneas eſſe dixerunt: & in quartadecima ſuū paſcha faciebāt, ergo dñica ſequēte paſcha etiā a chriſtianis erat celebrādum. præterea quælibet luminarium coniun ctio cenſenda eſt illius menſis cui dat lunatio finem, & illi menſi deputatur in quo terminatur: ſed lunationes iſtę terminātur in aprili, ergo debent uocari lunationes aprilis. ex quo ſic arguitur, omnes lunationes aprilis & ſolæ ipſæ ſunt idoneæ pro paſchæ celebratione ut omnes concedunt ſed lunationes iſtæ quinta & ſexta martii ſignatæ ſunt lunationes aprilis, ergo pro paſchali ſolemnitate ſunt idoneæ. ſi mili argumento probari poteſt reliquas duas lunationes tertia & quarta aprilis deſcriptas non eſſe idoneas pro paſchæ celebratione, eo quod ſunt appropriatæ maio, quia terminantur in maio qui uocatur menſis ſecundus a menſe paſchali quemadmodum aprilis uocatur menſis primus, ſiue menſis paſchalis, ſed ī lege prohibitū eſt celebrare paſcha in lunatione menſis ſecundi qui immundis deputatur. calum niantur ergo latini ipſos græcos in hoc quod paſcha ſuum ſecundo menſe immundorum inſtar obſeruarunt. his itaque argumentis lati ni ſuas partes contra græcos tuebantur, ſuper eo quod græci aſſerebāt refutandas eſſe lunationes quinta & ſexta martii annotatas, ſed græci latinis obiecerunt non licere paſcha celebrare luna uigeſima ſecunda contra conſtitutionem Pii, Eleutherii, Victoris & cōtra legem exodi duodecimo & leuitici uigeſimo tertio a deo ſancitam. præterea luna tiones quæ fiunt tertio uel quarto nonas martii habēt ſua plenilunia ante æquinoctium quod patres duodecimo calēdas apriles ſtatuerunt ergo non ſunt lunationes primi menſis ſed ultimi, & per conſequens non ſunt idoneæ pro paſchali ſolemnitate celebranda, ſed latini pro confutatione argumentorum iam dictorum ſic reſponderunt. ad primum dicentes non licuiſſe ī ueteri lege paſcha celebrari niſi a luna quartadecima uſq; ad lunam uigeſimam primam: ſed quia in paſcha noſtro ad memoriam referre debemus non ſolum Chriſti ſaluatoris

reſurrectionē uerȝ etiā eiuſdē paſſionē, quia in paſcha obtulit ſemetipſum ꝑ nobis: ideo uiſum fuit latinis nō fore celebrandā dn̄i paſſionem ante lunam quartamdecimam, eo quod ante eam non fuit crucifixus: ne ergo cōtingat paſſionem domini obſeruari ante quartamdecimam lunam ſtatuerunt paſcha non eſſe celebrādum ante ſextamdecimam lunam. quamobrem neceſſe fuit paſcha transferri uſq; in lunam uigeſimam ſecūdam quoties quartadecima luna ſabbato euenit. ad reliquum argumentum de æquinoctio obiectum reſponderunt non eſſe abſurdum neq; incōueniens lunam quartamdecimam paſchalem fieri ante æquinoctium: ſed iuxta normam uictorii nunquā contingit paſcha celebrari ante æquinoctiū 12. calēdas aprilis collocatū. ut autē hæc quę dicta ſunt & īpoſterū referētur de cōtrouerſiis latinoȝ atq; græcoȝ magis pateāt, deſcribemus nunc menſem paſchalem cum utroq; cyclo tam lunari latinoȝ q̄ decēnouenali alexandrinoȝ & cū numeris repręſentātib⁹ tā lunā primā q̄ quartamdecimam cuiuſq; cycli: unde & cauſæ diſſēſionum inter græcos & latinos manifeſtæ erunt.

Mēſis paſchalis cū ānotatiōe primæ lunę paſchalis tā cycli latinoȝ q̄ græcorum.

Luna prima paſchalis ſm latinos.	Martius.			Luna prima paſchalis ſm græcos.
	1	d	KL	
	2	e	6 no	
	3	f	5 no	
	4	g	4 no	
16	5	A	3 no	
5	6	b	2 no	
	7	c	Nonę	
13	8	d	8 idus.	16
2	9	e	7 idus.	5
	10	f	6 idus.	
10	11	g	5 idus.	13
18	12	A	4 idus.	2
	13	b	3 idus.	
7	14	c	2 idus.	10
	15	d	IDVS.	
15	16	e	17 kl.	18
4	17	f	16 kl.	7
	18	g	15 kl.	
12	19	A	14 kl.	15
1	20	b	13 kl.	4
	21	c	12 kl.	
9	22	d	11 kl.	12
17	23	e	10 kl.	1
	24	f	9 kl.	
6	25	g	8 kl.	9
	26	A	7 kl.	
14	27	b	6 kl.	17
3	28	c	5 kl.	6
	29	d	4 kl.	
11	30	e	3 kl.	14
19	31	f	2 kl.	3
	1	g	KL Aprilis.	
8	2	A	4 nonæ	11
	3	b	3 nonæ	
	4	c	2 nonæ	19
	5	d	NONæ	8

Menſis paſchalis cum annotatione quartædecimæ lunæ paſchalis tam cycli lunaris latinorum quam cycli decemnouenalis alexandrinorum.

Martius.

Quartadecima luna paſchalis ſecundum latinos.

			KL	
	1	d		
	2	e	6 nonæ	
	3	f	5 nonæ	
	4	g	4 nonæ	
	5	A	3 nonæ	
	6	b	2 nonæ	
	7	c	NONæ.	
	8	d	8 idus.	
	9	e	7 idus.	
	10	f	6 idus.	
	11	g	5 idus.	
	12	A	4 idus.	
	13	b	3 idus.	
	14	c	2 idus.	
	15	d	IDVS.	
	16	e	17 kľ.	
	17	f	16 kľ.	
16	18	g	15 kľ.	
5	19	A	14 kľ.	
	20	b	13 kľ.	
13	21	c	12 kľ.	16
2	22	d	11 kľ.	5
	23	e	10 kľ.	
10	24	f	9 kľ.	13
18	25	g	8 kľ.	2
	26	A	7 kľ.	
7	27	b	6 kľ.	10
	28	c	5 kľ.	
15	29	d	4 kľ.	18
4	30	e	3 kľ.	7
	31	f	2 kľ.	

Quartadecima luna paſchalis ſecundũ alexandrinos.

Aprilis.

			KL	
12	1	g		15
1	2	A	4 nonæ	4
	3	b	3 nonæ.	
9	4	c	2 nonæ.	12
17	5	d	NONAE.	1
	6	e	8 idus.	
6	7	f	7 idus.	9
	8	g	6 idus.	
14	9	A	5 idus.	17
3	10	b	4 idus.	6
	11	c	3 idus.	
11	12	d	2 idus.	14
19	13	e	IDVS.	3
	14	f	18 kľ.	
8	15	g	17 kľ.	11
	16	A	16 kľ.	
	17	b	15 kľ.	19
	18	c	14 kľ.	8
	19	d	13 kľ.	
	20	e	12 kľ.	
	21	f	11 kľ.	
	22	g	10 kľ.	
	23	A	9 kľ.	
	24	b	8 kľ.	
	25	c	7 kľ.	
	26	d	6 kľ.	
	27	e	5 kľ.	
	28	f	4 kľ.	
	29	g	3 kľ.	
	30	A	2 kľ.	

Quartadecima luna paſchalis ſecũdũ latinos

Quartadecima luna paſchalis ſecundũ græcos.

¶ Ex deſcriptione menſis paſchalis, & quartæ decimæ lunæ iam facta manifeſtum eſt lunam primi menſis(quam paſchalem uocant) iuxta cyclum lunarem latinoꝝ quærendā eſſe a tertio nonas martii uſq; in quartum nonas aprilis incluſiue, ſcilicet per dies.29. ſed iuxta alexandrinā ſupputationē accipiendā eſſe ab octauo idus martii uſq; ī diē nonarum aprilis. Similiter perſpicuum eſt lunam quartamdecimam paſchalem iuxta cyclum lunarem latinorum accipiendam eſſe a quintodecimo calendas apriles uſque in decimumſeptimum calendas maias. quæ ſi feria ſexta uel ante eam euenerit: paſcha die domini ca proxima, luna ſextadecima celebrabitur. ſed ſi ſabbato acciderit tranſmiſſa hebdomada uſque in ſequentem dominicam, hoc eſt, uſque in lunam uigeſimamſecundam paſcha differendum dixerunt. ¶ Cæterum iuxta cyclum decemnouenalem alexandrinorum luna quartadecima paſchalis quærenda eſt a duodecimo calendas apriles ubi æquinoctium eſt annotatum uſque in quartum decimum calendas maias incluſiue. quæ ſi ſabbato euenerit: dominica proxima luna quintadecima celebrabitur paſcha. ſed ſi luna quartadecima in dominica acciderit, paſcha uſque ī ſequentem dominicam, hoc eſt, uſq; in lunam uigeſimam primam differendum eſſe dixerunt. Propter has inter græcos & latinos de initio primi mēſis diſceptationes factum eſt ut paſcha ſanctum aliter apud orientales & aliter apud occidentales nonnunquam celebraretur. prima autem huiuſcemodi inter eos controuerſia accidit anno octauo poſt nicænam ſynodum qui fuit annus a natiuitate domini ſecundum uulgatam computationem trecenteſimus trigeſimus, cum aureus numerus cycli decemnouenalis eſſet octo & littera dominicalis. D. nam ſecundum rationem cycli decemnouenalis annus erat emboliſmicus & paſcha ob hanc cauſam ſecundum græcos obſeruandum erat tertiodecimo calendas maias, hoc eſt, die decimanona aprilis, ſed latini obſeruantes adhuc cyclum lunarem more hebræorum annum hunc communem faciebant, eo quod fuit quintus annus cycli lunaris, cuius quartadecima luna ſignata eſt decimanona die martii, quamobrem dixerunt paſcha celebrandum eſſe undecimo calendas apriles, hoc eſt, uigeſima ſecunda martii calumniantes in hoc græcos quod paſcha in ſecundo menſe immundis deputato obſeruarent. ſed græci latinos arguebant quod paſcha in ultimo menſe & non in primo celebrabant. eo quod quartadecima luna quam latini paſchalem faciebant facta fuit ante æquinoctium uidelicet die decimanona martii, quia æquinoctium ſtabilitum fuit die uigeſimaprima martii, ſed huic argumento latini

reſponderunt dicentes nihil referre quartamdecimam lunam fieri ante æquinoctium dummodo paſcha celebretur poſt æquinoctium Similis omnino contentio habita eſt inter græcos & latinos anno poſt nicænã ſynodũ decimonono qui fuit annus dñi trecẽteſim⁹ quadrageſim⁹prim⁹, nã ſecũdũ græcos habita ratione cycli decẽnouenalis erat aureus numerus.19. quamobrem fuit annus emboliſmicus & reiicienda erat lunatio annotata tertio nonas martii tanquã lunatio tertiadecima & emboliſma, quæ eſt lunatio ultimi menſis haudquaquam pro paſchæ celebratione idonea, ſed ſequens lunatio quæ annotata eſt pridie nonas aprilis ſecundum græcos dicenda erat lunatio primi menſis, quamobrem paſcha celebrandum eſſe dixerunt tertio decimo calẽdas maias hoc eſt decimanona die aprilis. ſed contra hæc reſtiterunt latini una cum hebræis, eo quod ſecũdum rationem cycli lunaris aureus numerus erat.16.& per conſequens annus erat communis & non emboliſmicus, fuit ergo acceptanda lunatio tertio nonas martii annotata tanquam lunatio primi menſis. quamobrem dixerunt latini paſcha celebrandum eſſe undecimo calendas aprilis hoc eſt uigeſima ſecunda martii ut ſupra, quia littera dominicalis etiã fuit.d. Ac rurſus anno domini trecẽteſimoquadrageſimonono denuo orta eſt ſimilis controuerſia inter latinos & græcos dicentibus græcis paſcha celebrãdum eſſe nono calendas maias hoc ẽſt.23.aprilis quod latini celebrandũ putarunt ſeptimo calendas apriles hoc eſt uigeſima ſexta martii. Erat nanque ſecundum græcos annus octauus cycli decẽnouenalis & per cõſequẽs ẽboliſmicus cui⁹ luna.14.fuit die decimaoctaua aprilis, ergo paſcha celebrandũ erat dominica ſequẽte quę fuit uigeſima tertia aprilis, eo ꝙ littera dominicalis fuit A. ſed ſecũdũ latinos lunarẽ cyclum obſeruantes fuit annus quintus cycli lunaris & per conſequens communis cuius luna quartadecima accidit die 19.martii, ergo dominica ſequente quæ erat uigeſima ſexta martii fuit celebrandum paſcha. pro latinis facit cõſtitutio ſynodalis in cæſarea palęſtina ędita qua ſancitũ fuit paſcha celebrandum eſſe a die uigeſima ſecunda martii uſq; ad diem uigeſimam aprilis. non ergo potuit celebrari uigeſima tertia aprilis qua die græci obſeruandum dixerũt nã mẽſis paſchalis nõ poteſt excedere triginta dies, ſicq; in reliquis ãnis quoties accidit annũ cycli decẽnouenalis eſſe octauũ aut decimũno nũ. cõtinuata eſt īter græcos & latinos cõtrouerſia de paſchæ celebratione ĩ mẽſe uno qa græci & alexãdrini faciebãt hos ãnos ẽboliſmicos. latini uero & hebręi dixerũt eos eſſe cõmunes. ueꝝ ut diſcordia hęc auferreť & paſcha apud oẽs chriſtianos cõcorditer celebrareť placuit

ſanctis patribus & imperatoribus qui tunc conſtantinopoli ſedem tenebant ut in quartædecimæ lunæ indagatione ſtaretur iudicio & ſententiæ antiſtidis alexandrinorum qui aliis archiepiſcopis diem paſchæ quotannis inſinuaret. alexandrini nanq; & ægyptii ea tempeſtate ſupputationis artem apprime callebant. ſicq; ſedata per hūc modum controuerſia ex diuerſitate cyclorum orta obſeruatum fuit paſcha per annos aliquot ſecundum alexādrinam conſtitutionem. nihilominus tamen aliæ inter græcos & latinos controuerſiæ ſunt obortæ pro quibus ſequentem librum exordiemur.

¶ Liber quintus alias inter latinos & græcos controueſias exponit. quarum prima eſt de terminis paſchæ limitandis, uidelicet an ad triginta dūtaxat dies ut latinis placuit, uel ad triginta quinq; dies ut græci ſtatuerunt, paſchæ limites ſint extendendi.

MAxima & inter cæteras controuerſias moleſtiſſima oborta eſt contentio inter latinos & græcos anno Chriſti domini trecenteſimo ſexageſimo quæ & anno.349.exordiū cœperat, & in longum tempus protracta diu continuata fuit, adeo ut etiam ſanctis uiris Ambroſio, Theophilo, Cyrillo, Protherio & Theodoſio auguſto moleſtiam afferret. nam cum per patriarcham alexandrinum intimatum eſſet romano pontifici, ut per eum cæteris archiepiſcopis in occidente habitantibus inſinuaretur paſcha celebrandum eſſe nono calendas maias hoc eſt xxiii.aprilis, uiſum eſt latinis non licere primi mēſis terminos ī cæſarea palæſtina conſtitutos tranſgredi, in qua per patres ſancitum fuit paſcha celebrandum eſſe ab undecimo calendas apriles uſq; ad duodecimum calendas maias, hoc eſt a uigeſima ſecunda martii uſq; ad uigeſimam aprilis. Prætereа cum paſcha celebrandum ſit in primo menſe lunari, non debet excedere limites primi menſis, ſed primus menſis lunaris (ſicut nec ullus alius mēſis) nō poteſt excedere numerū dierum triginta, ergo male per alexandrinos menſis paſchalis extenditur ad dies triginta quinq;. cum reliqui quinq; dies ſuperflui ſpectent ad menſem ſecundum. Præterea non ſolum indecens eſt, ſed & iuxta legis mandatum abominoſum, & maxime probroſum ac deteſtabile eſt paſcha ī ſecūdo mēſe celebrare, cum hic menſis ſit deputatus immundis, aut itinere impeditis, cum ergo reliqui quinque dies ad ſecundum ſpectent menſem, non ſunt idonei pro paſchæ celebratione. his & aliis argumētis

ſatini inducti reſumpſerunt cyclum lunarem, & per eum paſcha ce lebrandum ſtatuerunt die uigeſimaſexta martii. quæ ut magis pateant calculum utriuſq; partis annotabimus. erat nanq; ſecundum alexandrinam computationem annus emboliſmicus & aureus numerus cycli decēnouenalis. 19. littera dominicalis a. cuius luna quartadecima ſignata eſt die. 17. aprilis, ergo dominica proxima quę fuit xxiii. aprilis celebrandum erat paſcha. ſed latini lunarem cyclum reſumentes pro emboliſmico græcorum fecerunt annum communem erat nanq; aureus numerus cycli lunaris. 16. cuius quartadecima luna paſchalis ſignata eſt decimaoctaua martii, die ſabbati, fuit ergo trāſferendum paſcha uſq; ad diem uigeſimumſextum martii, ne dies paſſionis ante quartamdecimam lunam obſeruaretur. Contra hanc latinorum ſupputationem græci acclamabant non licere paſcha celebrare luna. xxii. cum iuxta patrum decreta, & priſcæ legis monimenta paſcha celebrandum ſit a luna quartadecima uſq; ad lunam uigeſimam primam ſed die uigeſima ſexta martii luna ſecundum ipſoſmet latinos erat uigeſima ſecunda. Ad hoc latini reſponderunt paſcha potius celebrandum eſſe luna uigeſima ſecunda quam in ſecundo menſe immundis deputato, attento quod aliter celebrari non potuit nam cum luna quartadecima ſecundum cyclum lunarem acciderit. 18. martii die ſabbati non erat celebrandum paſcha die dominico ſequēte, quia abſurdum putabant paſſionem domini recoli die ueneris ante quartamdecimam lunam ſed paſcha potius uſque in dominicam aliam transferendum putarunt non obſtante quod luna fuerit uigeſima ſecunda. Similiſ fere contentio habita eſt anno domini trecenteſimo ſeptuageſimo nono cum aureus numerus cycli decemnouenalis eſſet. 19. & litterra dominicalis. f. græci nanq; hunc annum iuxta ordinem cycli decemnouenalis emboliſmicum facientes annotarunt quartamdecimam lunam paſchalem die decimo aprilis quam obrem paſcha celebrandum ſtatuerunt dominica ſequente quæ fuit uigeſima aprilis: latini uero lunarem cyclum obſeruantes: annum hunc communem & non emboliſmicum fecerunt: erat nanq; aureus numerus cycli lunaris. 16. cuius quartadecima luna paſchalis ſignata eſt die decimaoctaua martii quæ fuit dies lunæ & ergo paſcha celebrandum erat dominica ſequente quæ fuit uigeſima quarta martii in qua erat luna uigeſima. & in hoc caſu non habuit locum argumentum græcorum de luna xxii ſuperius per græcos inductum tamen omnia argumenta latinorum contra græcos ſuperius inducta militant in hoc caſu ſicut in ſuperiori quia limites menſis paſchalis

In cæſarea palæſtina cõſtitutos græci tranſgreſſi erãt & paſcha per eos annotatum in ſecundo menſe immundis deputato obſeruandum ue/nerat. Ac rurſus ſimilis fere controuerſia habita eſt inter latinos & græcos anno domini trecenteſimo octuageſimo ſeptimo quam ſanc/tus Ambroſius mediolanenſi eccleſiæ tũc præſidens definiuit. nã cum eſſet cyclus decemnouenalis octauus & littera dominicalis c. & luna quartadecima ſecundum alexandrinam annotationem die domini/co quartodecimo calendas maias publicatum fuit paſcha per alexan drinum patriarcham die dominica ſequente quę fuit ſeptimo calẽdas maias. hoc eſt uigeſimaquinta aprilis quod latini & occidentales haudquaquam ſeptimo calendas maias celebrandum putarunt ſed potius quartodecimo calendas maias ipſo die quo luna fuit quarta/decima ne primi menſis terminos excidat & abominoſum paſcha in ſecundo menſe fiat eo quod apud cæſariam palæſtinam ſynodali cõ/ſtitutione ſancitum fuit paſcha non debere celebrari niſi ab undeci/mo calendas aprilis uſque ad duodecimũ calendas maias hoc eſt ad triginta duntaxat dies poſt æquinoctium uidelicet a.22. martii uſq; ad 20. aprilis. alii uero primæ controuerſiæ adhuc memores dixerunt paſcha celebrandum eſſe duodecimo calendas aprilis cum annus ille ſecundum rationem cycli lunaris non fuerat emboliſmicus nam & iudæi hunc annum communem fecerant & paſcha ſuum in martio celebrarunt ac alexandrinos erraſſe in paſchæ intimatione autuma/runt. fuit nanq; ſecundum latinos & hebræos aureus numerus cycli lunaris quíque cuius quartadecima luna ſignatur. 19. martii quæ fuit dies ueneris ergo dominica ſequente quæ fuit xxi. martii potuit cele brari paſcha quia iam ſecundum latinos tranſactum fuit æquinoctiũ dunq; inter græcos & oriẽtales ex una & occidentales latinos ac iudæ os ex altera controuerſia hæc diutius agitaretur & inextricabilis in/ter eos contentio perſeueraret Theodoſius tãdem imperator religio ſiſſimus, qui non ſolum in humanis, uerum etiam in diuinis legibus placere deo ſemper ſtuduit, erroris huius occaſionem auferre uolens, omnem hanc curam Theophilo alexandrino antiſtiti delegauit: ut officioſe operam curamque inueſtigationi paſchalis normæ impen/deret, & de paſchæ ſacramento euidenti ratione diſſereret, ac cycli decemnouenalis per ſuos prædeceſſores inſtituti rationem exponeret cuius ſanctiſſimis præceptis obtemperans Theophilus: paſchalem cy clum conſcripſit: quem diuo Hieronymo interpretandum trãſmiſit reprehendens eos qui paſcha aliter celebrabant: quam ab alexandri nis intimatum fuerat, & quoties luna quartadecima die dominica

inciderit, paſcha uſq; in ſequentem dominicam traſſerendum eſſe dif finiunt, non obſtante præcepto de ſecundo menſe facto. Continebat hic cyclus magnus Theophili annos quadrigentos, & triginta ſeptem, conſtans ex cyclis decemnouenalibus uiginti tribus. nam animaduertens Theophilus poſt quaſlibet uiginti tres reuolutiones, reuerti eandem litteram dominicalem, & eundem aureum numerũ præterquam in anno biſextili: dixit magnum hunc cyclum integrari & conſtare ex annis quadringentis triginta ſeptem facta multiplicatione. 19. in. 23. uerum in anno biſextili auferri ſemper unitatem præcepit. Idem quoq; Theophilus paſchalis ſolemnitatis diem uſq; ad centum annos ſupputatum, Theodoſio auguſto tranſmiſit. cuius epiſtolæ partem his ſcriptis noſtris inſerẽdam duximus. ſic enim inter cætera inquit. diem ſanctum paſchę & eius quartamdecimam lunam manifeſte deſignat lex cum dicit, obſerua menſem nouarum frugum, & uerni primi temporis, & facies paſcha domino deo tuo, quartadecima die menſis primi ad ueſperam: hunc igitur primũ menſem multi ignorantes ſæpenumero duodecimum hebræorum menſem (qui anni circulum hyemalem finit) primum ponunt: neſcientes uerni temporis initium duodecimo calendas aprilis auſpicandum eſſe ſecundum ſolis curſum, quem magnopere nos obſeruare oportet neq; ante hunc diem, quartamdecimam lunam paſchalem quærere debemus, & quoniam accidere ſolet per occaſionem quartædecimæ huius primi menſis in errorem quoſdam incurrere, cum in diem dominicum acciderit, ſabbato ieiunium ſoluẽtes luna tertiadecima tũc obuiante: deuiare eos a mandato legis diligentius oportet attendere, quoniam ſi ſic in die dominica quartadecima luna euenerit in ſequẽtem dominicam differre paſcha conuenit, duplici de cauſa, prima quidem ut tertiadecima luna in ſabbato incurrente non cogamur ieiunium ſoluere. deinde ne in dominica quartadecima luna incidente cogamur ieiunare, indecentem rem illicitamq; facientes: hoc enim manichæorum ſectæ conſuetudo poſſedit. hic animaduertendum eſt qđ in primęua eccleſia ſoluebatur ieiunium luna tertiadecima primi mẽſis, quia Chriſtus ſaluator ſecundum græcos luna tertiadecima cum apoſtolis ultimam cœnam fecit, & luna quartadecima ieiunãdũ erat quia tunc Chriſtus crucifixus fuit. licet latini eum quartadecima luna cum apoſtolis cœnaſſe & quintadecima crucifixum affirment & ergo latini non recte poſſunt allegare hoc dictum ad propoſitum ipſorum quia non conſentiunt in ætate lunæ cum græcis tempore paſſionis Chriſti. Deniq; reſponſurus argumento latinoꝝ de ſecũdo mẽſe

facto, qui dicunt non licere paſcha ad alteram dominicam tranſferre, ne primi menſis limites excidat. dicit Theophilus non ſolum licere ſed ita obſeruandum eſſe data occaſione, ſic enim in eadem epiſtola ad Theodoſium ſcripſit, quod in lege dicitur ſi quis ob aliquam neceſſitatē non poterit in primo mēſe facere paſcha, in ſecūdo menſe faciendi habeat facultatem: nam ſicut ſuperiora continent inferiora, & denarius continet nouenarium & non e contra, ſic luna uigeſima prima continet quintamdecimā, & ſecundus menſis continet primū, ſi ergo lex ad ſecundum menſem tranſmittit eos qui non potuerunt in primo menſe facere paſcha, quare non propter quandam neceſſitatem ſi in die dominico quartadecima euenerit luna digne transferetur in aliam dominicam? hanc igitur quæſtionem prout uires ſuppetebāt uentilatam cōſcripſimus, & paſchalis ſolemnitatis diem a primo āno conſulatus tui uſq; ad centum ſequentes annos calculatum tuæ pietati tranſmiſimus. hæc Theophilus. Sed non obſtante hac paſchalis celebritatis diffinitione per Theophilum alexandrinum iuſſu imperatoris Theodoſii facta, latini nonnulli & romanæ eccleſiæ epiſcopi dubitantes adhuc & tumultuantes dixerunt, non licere paſcha in ſecundo menſe celebrari, cum hic mēſis abominoſus ſit, & immundis aut procul in uia exiſtentibus deputatus: quibus & græci nonnulli manus dedere. Ioannes nanque Chryſoſtomus conſtantinopolitanus tunc epiſcopus, his conſenſit, aſſerens non licere paſcha in ſecundo menſe celebrari, quamobrem inter Theophilum & Chryſoſtomū graues contentiones ſunt obortæ: quibus tandem procurante Theophilo & inſtigante Eudoxia auguſta a Chryſoſtomo conſtantinopolitano epiſcopo prouocata & irritata, ac conſentiente Arcadio auguſto, Ioannes ſede pulſus in exiliū actus eſt. Itaque Latini quæſtionis huius deciſionem & ſententiam a diuo Ambroſio tunc mediolanenſi epiſcopo doctore celebratiſſimo expoſcebant, qui etiam ī Theophili alexandrini ſententiam uenit, & paſcha ſanctum ad ſequentem dominicam tranſſerendum eſſe diffiniuit, quoties quartadecima luna in dominica euenerit. nam ut inquit, domini paſſio fuit luna quinta decima, reſurrectio uero luna decimaſeptima: cum ergo paſcha ſanctū in memoriā reſurrectionis dn̄i (& nō paſſionis) celebremus, non eſt abſurdum paſcha ad alteram dominicam tranſferri quoties luna quartadecima in dominica acciderit. ad hoc etiam peculiares rationes & priſcorum autoritatem ac ægyptiorum & alexandrinorum ſupputationes atq; exempla adduxit, aſſerens ita obſeruatum fuiſſe in anno Dioclitiani octuageſimo nono, & nonageſimo tertio: quæ ut magis

pateant,particulā epiſtolæ eius his ſcriptis noſtris inſeremus,ſic enim ſcripſit,dominis fratribus dilectiſſimis epiſcopis per æmiliā cōſtitutis Ambroſius mediolanenſis epiſcopus. non mediocris eſſe ſapientiæ diem celebritatis diffinire paſchalis,& ſcriptura diuina nos inſtruit, & traditio maiorum, qui conuenientes ad ſynodum nicænam inter illa fidei ut uera ita admiranda decreta,etiam ſuper celebritate memorata congregatis peritiſſimis calculandi decem & nouem annorum collegere rationem,& quaſi quendam conſtituere circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur: hunc circulum ennea decaterida nuncupauerunt, ſequentes illud quod non debemus uana quadam opinione ſuper celebritate huiuſcemodi fluctuare, ſed uera ratione comperta ita omnium concurrat affectio ut una nocte ubiq; ſacrificium pro reſurrectione domini deferatur & poſt pauca,unde neceſſe fuit,quia etiam poſt ægyptiorū ſupputationes,& alexandrinę eccleſiæ definitionem,epiſcopi quoque romanæ eccleſiæ per litteras plærique meam adhuc expectant ſententiam,quid exiſtimem ſcribere de die paſchæ: nam licet futuri diei paſchæ inciderit quæſtio, tamen etiam in reliquum quid tenendum uideatur aperiemus.ſi qua quęſtio talis incurrerit. duo autem ſunt obſeruanda in ſolemnitate paſchæ, quartadecima luna,& primus menſis qui dicitur nouorum. Itaque ne a ueteri teſtamēto uideamur diſcedere,ipſum de paſchæ celebrādo die capitulum recenſeamus. Monet Moſes populum dicēs cuſtodiendum menſem nouorum,eum primum eſſe menſem prædicans, ait enim,hic menſis uobis principium menſium primus erit in menſibus anni,& facies paſcha domino deo tuo quartadecima die menſis primi lex autem per moſen data eſt,gratia autem & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt:ipſe ergo qui legem locutus eſt,poſtea ueniens per uirginem nouiſſimis temporibus plenitudinem legis conſummauit.quia uenit nō legem ſoluere,ſed implere,& celebrauit paſcha hebdomade in qua fuit quartadecima luna quinta feria: denique ipſa die (ſicut ſuperiora docent)paſcha cum diſcipulis manducauit: ſequenti autē die, hoc eſt ſexta feria crucifixus eſt,luna quintadecima, ſabbato quoque magno illo ſextadecima fuit,ac per hoc decima ſeptima luna reſurrexit a mortuis,unde hæc lex paſchæ nobis ſeruanda eſt,ut non quartamdecimam obſeruemus in die reſurrectionis,ſed in die magis paſſionis,aut certe aliis proximis ſuperioribus diebus: quia reſurrectionis celebritas die dominica celebratur: dominica autem ieiunare non poſſumus: quia manichæos etiam ob iſtius diei ieiunia iure dānamus. hoc eſt enim in reſurrectionem Chriſti non credere,ſi legem

quis ieiunii die reſurrectionis indicat. cũ lex dicat paſcha edẽdũ cũ amaritudine: hoc eſt cũ dolore, ꝙ tãto ſacrilegio hominũ autor ſalutis ſit itereptus: die autẽ dominica exultãdũ propheta docet dicẽs hic eſt dies quẽ fecit domin⁹ exultem⁹, & lætemur ĩ eo. ergo nõ ſolũ paſſionis diẽ, ſed etiã reſurrectionis diẽ obſeruari oportet a nobis: ut habeam⁹ & amaritudinis & lætitiæ diẽ. illo ieiunemus: iſto reficiamur: unde ſi inciderit ſicut futuꝝ eſt proxime quartadecima luna mẽſis primi die dominica, qa neq; dominica ieiunare debem⁹, neq; tertiadecima luna die ſabbati incidẽte ieiuniũ ſoluere, qđ maxime die paſſionis eſt exhibẽdũ, ĩ altera hebdomade celebritas paſchæ eſt differẽda. ſiqdẽ ſequiẽ quintadecima luna qua paſſus eſt Chriſtus, & erit ſecũda feria. tertia quoq; feria erit ſextadecima luna qua domini caro in ſepulchro qeuit cũ quarta etiã feria decima ſeptima luna futura ſit. qua dominus reſurrexit. cũ igiẽ triduũ illud ſacrũ, ĩ hebdomadẽ proxime cõcurrat ultimã ĩtra triduũ & paſſus eſt, & quieuit, & reſurrexit, de quo triduo ait ſoluite tẽplũ hoc, & ĩ triduo reſuſcitabo illđ: qd nobis poteſt moleſtiã dubitationis afferre, nã ſi ea res ſcrupulũ mouet quia quartadecima luna nõ celebramus ipſũ diẽ, uel paſſionis, uel reſurrectionis, ipſe dñs nõ quartadecima luna paſſus eſt, ſed quintadecima, & decima ſeptima reſurrexit. qđ ſi mouet qa. 14. lunã trãſeũtes quæ die dñico ĩcidit, hoc eſt, 14. calẽdas maii ſequẽti dñica inſtaurãdã celebritatẽ ſuadem⁹: autoritas extat huiuſcemodi: nã tẽporib⁹ paulo ſuperiorib⁹ cũ ĩcidiſſet 14. luna mẽſis primi ĩ dñicã diẽ, ſequẽti altera dñica celebrata ſolẽnitas eſt, & octuageſimo nono ãno ex die ĩperii dioclitiani cũ. 14. luna eſſet nono calẽdas aprilis, nos celebrauim⁹ paſcha pridie calẽdas aprilis alexãdrini quoq;, & ægyptii ut ipſi ſcripſerũt cũ ĩcidiſſet. 14. luna. 28. die mẽſis phamenoth, celebrauerũt paſcha. 5. die pharmuthi mẽſis, qui eſt pridie calendas aprilis, ac ſic conuenere nobiſcũ. Rurſus. 93. ãno a die ĩperii dioclitiani cũ ĩcidiſſet. 14. luna ĩ quartũdecimũ diẽ pharmuthi mẽſis, q eſt. 5. idus aprilis & erat dñica celebratũ eſt paſcha 21. die mẽſis pharmuthi, q fuit ſecũdũ nos. 16. calẽdas maii. unde cũ & ratio ſit, & exẽplũ, nihil ſuper hoc mouere nos debet &c. hęc diuus Ambroſius. ubi animaduertẽdũ eſt, tẽpora & ãnos ea tẽpeſtate nõdũ cõputari a natiuitate, uel ĩcarnatione dñi ſaluatoris, ĩmo uſq; ad tẽpora iuſtiniani ĩperatoris, ãni a morte Dioclitiani ſupputabãẽ. tũc enĩ Dionyſius abbas roman⁹ tẽpoꝝ ſupputationẽ ad annũ ĩcarnationis uerbi dei reduxit. Verũ alia lucubratiuncula oſtendimus Dionyſiũ hũc ãnos dñi non recte quadraſſe ſi tamen iuxta uulgatã hanc dionyſiacã ſupputationẽ ad prædictos ãnos dioclitiani retrocedere uelimus

comperiemus ānum octuageſimum nonum Dioclitiani fuiſſe ānum ſalutis trecenteſimum ſeptuageſimum tertium in quo luna quarta decima accidit die dominico, nono calendas aprilis, & paſcha celebratum fuit pridie calendas aprilis. ſimiliter conſtat annum Dioclitiani nonageſimum tertium fuiſſe annum domini trecēteſimum ſeptuageſimum ſeptimum. Sed redeamus nunc ad diuum ipſum Ambroſiū, qui reſponſurus argumēto facto de ſecundo menſe immundis deputato multis modis ipſum ſoluere nititur ſic inquiens, Nunc illud enodandum uidetur, quod plęriq; putant ſecundo menſe nos celebraturos paſcha, cum ſcriptum ſit, cuſtodi primum menſem nouorum, Quod non poteſt incidere ut pręter menſem nouoꝝ paſcha celebrēr, niſi qui quartamdecimam ita obſeruant ſecundum litteram, ut non alio niſi ipſo celebrent die. Deniq; in futurum iudæi duodecimo non primo menſe celebraturi ſunt paſcha, hoc eſt 13. calendas aprilis ſecundum nos: ſecundum ægyptios autem uigeſimo quarto die menſis phamenoth, qui non eſt primus menſis, ſed duodecimus. primus autem eſt menſis pharmuthi, qui incipit ſexto calendas aprilis, & finitur ſeptimo calendas maii, ergo ſecundum ægyptios primo menſe celebraturi ſumus dominicam paſchæ hoc eſt ſeptimo calendas maii qui eſt dies trigeſimus pharmurhi menſis. nec abſurdum arbitror, ut inde obſeruandi menſis trahamus exemplum, ubi primum paſcha celebratū eſt. poſt pauca ſubdit. Incipit autē menſis nō ſecundū uulgarem uſum, ſed ſecundum conſuetudinem peritorū ab æquinoctio, qui dies eſt duodecimo calendas aprilis, & finitur undecimo calendas maii, inde maxime intra hos triginta & unum dies ſæpe celebratur paſchę dies, ſed cum ante biennium celebrauerimus paſchę dominicā undecimo calendas maii, hoc eſt, trigeſimo die menſis ſecundum noſtram ſcilicet calculationem, moueri non debemus, ſi & proxime trigeſimo die pharmuthi menſis celebraturi ſumus paſchæ dominicā Verum ſi quis menſem ſecundum inde exiſtimet, quia poſt triduum completi menſis qui compleri uidetur undecimo calēdas maii paſchæ dominica erit, illud conſideret quia quartadecima luna quæ quæritur quartodecimo calendas maii erit, hoc eſt intra præſcriptum menſis numeꝝ lex autē diē paſſionis exigit, ītra primū mēſem nouoꝝ debere celebrari, ſatiſfactū eſt igiť ſecūdū plenitudinē lunæ cui ad cōplendū mēſē ſuperſūt tres alii dies, nō ergo ī alteꝝ mēſē recidit quādo ītra eū dē mēſēq prim⁹ eſt paſcha celebrabiť. ad lr̄am autē nos teneri nō oportet (licet cōſuetudo celebrādi paſcha ipſa nos īſtruat) tn̄ & apl'⁹ docet q ait, paſcha nr̄um īmolat⁹ eſt Chriſt⁹ ſed & ꝑpoſita lectio docet lr̄am nō

conſequendam, ſic enim habes & facies paſcha domino deo tuo. quartodecimo die menſis primi, diem pro luna dicit, unde peritiſſimi quoque ſecundum legem lunari curſu computant menſem, & ideo cũ nonis aprilis anno futuro lunæ curſus incipiat, hoc eſt dies primus, uides nonas maii adhuc ad menſem primum nouorum computari poſſe: ergo & iuxta legis ſententiam primus hic menſis eſt &c. hæc Ambroſius. per cuius ſententiam ſedato tumultu paſcha ſanctum aliquandiu celebratum fuit iuxta cyclum a Theophilo æditum.

¶ De alia controuerſia ſuper paſchæ celebratione inter latinos & græcos agitata.

ANno domini quadringenteſimo tertio tempore Innocẽtii pape primi orta eſt denuo alia dubitatio ĩ paſchæ celebratione, diuerſa a prædictis: nam uiſum fuit Innocentio pontifici lunã undecimo calendas apriles die dominica fuiſſe ſextam decimã, quam Theophilus in ſuo cyclo quartamdecimam appellauerat. quamobrem iuxta ſententiam Innocentii paſcha celebrandum erat undecimo calendas apriles, ſed ſecundum indicem & cyclum Theophili paſcha differendum erat uſque in quartum calendas aprilis, quia iuxta normam Theophili quoties quartadecima luna die dominica inciderit paſcha in ſequentem dominicam transferri debet: erat enim aureus numerus ãno illo. 5. & littera dominicalis. D. ſicque quartadecima luna accidit die dominica, quamobrem paſcha transferri debuit in alteram dominicam. hic animaduertendum eſt non eſſe poſſibile cyclum decemnouenalem ad unguem ſemper lunæ ætatem mõſtrare: nam aliquãdo propter ſaltum lunæ de proximo recipiendum, aut propter biſextum intercalandum accidit lunam aliter in cœlo uideri quam cyclus demonſtret. neque poſſunt hi cycli longo tempore durare ut alibi oſtẽdimus. Ex alio etiam uarietas ĩ computatione ætatis lunæ cõtingere poteſt, quia aliqui a die coniunctionis luminarium, alii a die prima poſt diem coniunctionis initium ſupputationis auſpicari ſolent. nam cum a coniunctione luminarium uſque ad oppoſitionem proximam, ſecundum medium curſum ſemper ſint dies integri & perfecti, numero. 14. cum horis. 18. & minutis. 22. ſi a die coniũctionis computare cœperimus erit fere ſemper oppoſitio luminarium quæ paſchæ terminum deſignat, die ſextadecima a die coniunctionis & nõ die quartadecima. uulgus quoque diem oppoſitionis uocat lunã quintamdecimam, quam Theophilus quartamdecimam appellat. in

dicta autem controuerſia inter Innocentium, & Theophilum habita quantum ex reſponſione per Cyrillum data elici poteſt accidit hæc diuerſitas in ætate lunæ numeranda ex diuerſo modo computandi lunæ ætatem: quia Innocentius initium computationis ſumpſit a die coniunctionis luminarium, ſed Theophilus (ut Cyrillus teſtatur) initium computationis ſumpſit a die prima poſt diem coniunctionis luminarium, tum etiam (ut Cyrillus aſſerit) propter ſaltum lunæ nondum receptum, uiſa fuit luna uetuſtior, adeo ut Innocentius lunam illam ſextamdecimam eſſe dixerit, quam Theophilus quartamdecimam annotauerat. hanc ob rem dictus Innocentius hortatus eſt aphricanos, ut paſcha ſactum una cum romanis celebraret undecimo calendas apriles. de quo hanc inuenimus epiſtolam. Innocentius aurelio carthaginenſi epiſcopo ſalutem. Caritatis noſtræ officium nullo interuallo dirimitur, etiam ſi charta nullos apices ferat, uiuit enim ſpiritualis gratia alternis in cordibus, & amorem noſtrum conſouet ſacerdotalis ipſa ſocietas: cum ergo dignum eſt unitatem eccleſię cuſtodire, unũ idemq; omnes pariter & ſentiamus, & pronuntiemus: has ego litteras de ratione paſchali alterius dico futuri anni perſcripſi: nam cum ante diem undecimum calendarum aprilium luna pene ſextadecima colligatur (nam quippiam minus eſt) itemque quod ãte diem quartum calendarum earundem ueniat luna uigeſimatertia exiſtimaui undecimo calendarum aprilium feſta paſchalia celebrãda quoniam in uigeſima tertia luna nullum paſcha unquam ante hoc factum eſſe cognouimus. hæc Innocentius. Verum Cyrillus nepos Theophili alexãdrini & ĩ epiſcopatu ſucceſſor, cyclũ & ſupputationẽ Theophili defendere & commendare conatus, obiectionibus his reſpondet ſic inquiens, ſanctum paſchæ myſterium, eiuſque ſacra ſolẽnitas, ſicut eſt a ſaluatore noſtro apoſtolis tradita, illibata mãſiſſet, ſi eam quorundam inſipientiũ peruerſitas ĩter cætera fidei ſacramẽta minime contaminaſſet, illi etiam qui æquum prauitati reſpondere conati ſunt, & ſeptuaginta ſex annorum paſchalem cyclum iſtituerũt perfectæ rationis circulum tenuiſſent, ſi in ſupputationem menſium uel annorum non humanam, ſed diuinam traditionẽ ſequi potuiſſẽt, unde tanta ſunt ignorantia & tenebris inuoluti, ut in utrunque paſchalis obſeruationis periculum deciderint, ita ut ante quartamdecimam lunam quam uulgus ſextamdecimam putauit, cum adhuc orbis ſui circulum non impleuerit, & ante menſem nouarum frugum paſcha celebrando, contra præceptum domini frequenter errauerint: quod alii præuidentes, ac repræhendentes, & quaſi emẽdare cupiẽtes

qui non diuina illuminatione luſtrati, ſed humanæ ſcientiæ præſumptione elati, diuerſos & inextricabiles circulos annotantes, paſchalis ſolemnitatis calculũ conſcribere conati ſunt. ac deniq; reſpõdẽs illis qui dixerũt lunã eſſe ſextãdecimã quã Theophilus quartãdecimã annotauerat ſic inquit, & lunã quã alii ſextamdecimã improprie nũcupant hanc ſanctus Theophilus quartãdecimã cœlo demonſtrante appellat. paſcha autẽ qđ illi ultra duodecimũ calẽdas maias celebrare formidãt ſanctus Theophilus uſq; i ſeptimũ calẽdas maii differri nõ dubitauit. ſaltũ quoq; lunæ, quẽ alii in ãno quartodecimo, alii in ãno ſextodecimo inſeruerũt, ſanctus Theophilus uſq; in ultimũ annũ reſeruauit. ita enim quartãdecimã lunã i cœlo uideri uult Theophilus ut pleno orbis ſui circulo eodẽ momento oriatur quo occidit ſol. unde euidenter patet ꝙ lunã quã illi uigeſimã tertiã in ſabbato uigilare formidãt ipſe uigeſimãprimã affirmãs ſine ulla trepidatione i ea ſanctũ paſcha cenſeat celebrãdũ. & quã illi ſabbato præterito quintãdecimã mentientes anticipant ipſe tertiãdecimã appellãs nõ recte eos paſcha celebrare contendit. nã cũ lunatio uigintinouẽ diebus, & ſemiſſe cõpleatur, & trigeſima die, luna ſoli coniungatur, non debet dici prima niſi die ſequẽti, cũ i occubitu ſolis uideri poſſit. errãt ergo illi q lunã trigeſimã appellãt primã, & ſaltu interueniẽte ſecundã autumant, q̃ Theophilus trigeſimã uocat. ſicq; i cæteris q̃ illi ſextãdecimã aſſerũt, Theophilus quartamdecimam eſſe uoluit. hæc Cyrillus. Scripſit idem Cyrillus nouos cyclos paſchales, nulla tñ i canone aut terminis paſchæ mutatione facta, ſed cyclũ quẽ Theophilus ex quadrigẽtis & trigĩta ſeptẽãnis cõfecerat, ipſe in nonagĩta quĩq; annos redegit, eo ꝙ poſt quoſlibet nonagĩta quinq; annos iuxta Theophili ſupputatiõnẽ paſcha redit eodẽ modo, & ordine, quo prius celebratũ fuit ſubtracto interdum die uno, propter biſexti intercalationẽ. de quo Cyrillus ſic inquit. Sed quoniam iam illi diuerſi circuli per totũ orbẽ diſſeminati, etiã noſtrorum animos inconcuſſe poſſideãt, iſte qui nuper eſt ędi tus uix ad paucos potuit peruenire, quem cum nimia eius profunditate pene omnes ſenſus excedere uidiſſẽ reuelationẽ domini poſtulaui, & hoc quod de ipſo fõte haurire promerui nunc breuiter expoſui, quod nec illos apud quos ipſũ circulũ uidi intellexiſſe cognoui. & ne forte quadringentorum & triginta ſeptem annorũ congeries, aut faſtidiũ cognoſcẽdi, aut pigritiã deſcribẽdi quibuſdã afferret ĩi nonagĩta qnq; annos eundem circulum abbreuiaui, quẽ per annos illos reuolui ſine ulla differentia animaduerti unum tantum aſſem ĩ quibuſdam annis ꝑpter rationẽ biſexti demẽdũ admonui. a duodecimo calẽdas apriles

uſq; in ſeptimũ calẽdas maias per dies trigintaquiq;, qui faciũt ſepti manas quinq;, ſanctũ paſcha celebrandũ eſſe, cõfirmãs menſẽ nouoꝝ qui iã biduũ de ipſa ſeptimana ultima habere dinoſcitur, reliquos uero eius quiq; dies adieci, ut propter dominicã diẽ luna quartadecima uſq; in uigeſimã primã ſicut præceptũ eſt diſtendatur: nã quartadecima luna primi mẽſis a duodecimo calẽdas apriles uſq; ĩ quartũdecimũ calẽdas maias protenditur, quãobrẽ hos quinq; dies adiiciẽdos minime dubitaui. eo ꝗ ipſa luna quæ uſq; in quartũdecimũ calẽdas maias protenditur infra primi menſis terminos & naſcitur & ĩpletur. anni etiã hebræoꝝ ratione habita, cõſtat hos quinq; dies menſi nouoꝝ additos, nõ ſecũdi mẽſis eſſe ſed primi, q etiã ſi ſecũdi eſſent mẽſis, ꝑpter dñi reſurrectionẽ, & eccleſiæ plenitudinẽ, nõ ĩmerito uidentur adiecti, illi enĩ qui lõgius habitabãt uel immundi anima fuerãt in ſecundo menſe paſcha iuſſi ſunt facere, qđ in typũ intelligitur ſanctę eccleſiæ quæ cũ omnibus dæmonibus fornicata immũda uidebatur in anima: ſalubri uero cõfeſſione mũdata ad ſecundã natiuitatẽ quaſi ad ſecundũ menſem trãſire præcipitur. hæc Cyrillus. Etſi iuxta hũc Cyrilli cyclũ paſcha ſanctũ ad annos aliquot obſeruatũ fuit, tamẽ latini & occidẽtaliũ eccleſiaꝝ præſides atq; etiã græci nõnulli his Cyrilli argumentis nõ ſatiſfacti, paſcha ſanctũ haudquaꝗ ad ſeptimũ calẽdas maias extẽdi poſſe arbitrati ſunt, cũ iã ſecundũ mẽſem cõtra legis pręcepta attigiſſet. quãobrẽ quartædecimæ lunæ terminos a duodecimo calẽdas apriles uſq; ad quartũdecimũ calendas maias ſtatuẽdos dixerũt. & ſi die dominica luna quartadecima acciderit eadẽ dominica paſcha celebrandũ cenſuerũt potius ꝗ ad ſecundũ mẽſem tranſferendũ, cũ hic menſis abominoſus ſit, & ĩmundis deputatus, Cyrilli quoq; argumẽta facile reppulerũt. nã ſi ſacroſãcta eccleſia Chriſti ſanguine mũdata exiſtit, tanto magis a ſecũdo mẽſe ĩmundis aſcripto abhorrere debet ſicq; latini & occidẽtales primi mẽſis terminos ad trigĩta dũtaxat dies poſt ęquinoctiũ extendendos dixerũt. repudiãtes reliquos quiq; dies per Theophilũ & Cyrillũ additos tanꝗ pro paſchali ſolẽnitate minime idoneos. quo factũ eſt, ut anno dñi quadrigẽteſimo decimoſeptimo dũ romanæ eccleſiæ præeſſet zozimus orta ſit denuo contẽtio ĩ celebratione paſchę. nã iuxta calculationẽ Theophili alexãdrini paſcha annotatũ erat decimo calẽdas maii hoc eſt uigeſima ſecũda aprilis. eo ꝗ aureus numerus cycli decẽnouenalis erat. 19. & littera dominicalis g. quod latini & græci nonnulli ſequentes rationem cycli lunaris octauo calendas aprilis celebrarunt pro emboliſmo communem facientes: ne primi menſis terminos excidat, & abominoſum paſcha

ſiat aſſeretes paſcha haudquaq̃ poſt quartūdecimū calēdas maias cele brari poſſe. Erat nāq; ſecūdū latinos, lunarē cyclū obſeruātes, aureus numerus cycli lunaris. 16. cuius quartadecima luna ſignata fuit. 18. martii die dominica, quare paſcha debuit obſeruari dominica ſequē te quæ fuit octauo calēdas apriles, hoc eſt. 25. martii. ſed hanc conten tionem Cyrillus conatus eſt extinguere non ſolum rationibus & ar gumētis, ſed & miraculis atq; prodigiis. Nā cum mos eſſet in primæ ua eccleſia paruulos & proſelytos i die paſchę baptizari uenientibus latinis ad baptiſterium octauo calendas apriles, quo die paſcha cele/brabant, aquā in baptiſterio nō inuenerūt: ſed græcis uenientibus de/cimo calendas maii fons ſacer ſpōte repletus eſt aqua. de quo Paſcha ſinus lilybæus antiſtes ſic ſcripſit uiliſſima quædā erat poſſeſſio melti nas appellata in montibus arduis & ſiluis denſiſſimis conſtituta, in qua parua ac uili opere eccleſia cōſtructa erat, in cuius baptiſterio no. cte ſacroſancta paſchali baptizandi hora, quo nullus canalis nulla ſit ſiſtula, nec aqua uicina omnino, baptiſmatis fons ſeſe repleri ſolet. tunc ergo ſub ſanctæ memoriæ papa zozimo die illa qua occidētales paſcha obſeruandū putabāt, ad lucē aqua nō ueniente non cōſecrati ſunt, qui uenerant baptizandi, ſed ut uenerant reuerſi ſunt. illa uero nocte quę luceſcebat in die dominico decimo calendarum maiarum fons ſacer hora cōpetente repletus eſt. refert etiam Cyrillus q̧ eandē paſchę rationem quā beatus Theophilus ad ſeptimū calendas maias extendit, Pachomius monachus inſignis plurimorū cœnobiorū ægy pti fundator angelo dictāte ad ſeptimū calendas maias protrahendā eſſe conſcripſit, ſuiſq; monachis ad ſingula monaſteria angelo mādāte obſeruandā trāſmiſit. ſed & alio ſigno primi mēſis rationēa Theophi lo conſcriptā Cyrillus cōfirmauit nā ut inquit dū huiuſmodi cōtro uerſia oborta eſſet, primi mēſis notitia euidēti ſigno habita eſt ex can dore lapidis cuiuſdā in perſide cuius candor ad exēplū paſchalis ratio nis cū luna primi mēſis creſcit, & deſcreſcit. Sed nō obſtātibus his mi raculis, & prodigiis rurſus paſcha ſæpenumero ī quæſtionē uenit, quo ties per alexandrinā ſupputationē poſt duodecimū calēdas maii inti matū eſſet. quāobrē anno domini quadringēteſimo uigeſimooctauo cū eſſet annus decēnouenalis undecimus, & quartadecima luna iux/ta alexandrinā annotationē intimata eſſet decimoſeptimo calēdas ma ias die dominica i erat tranſferendū paſcha ſecundū alexandrinā com monitionē uſq; ī dominicā ſequētē i quæ fuit decimo calēdas maii, hoc eſt uigeſima ſecunda aprilis, quod latini eadē dominica uidelicet. 17. calēdas maii celebrādū dixerūt, ne primi mēſis limites excidat. ac rur/

ſus āno dñi quadrīgētesimo quadrageſimoquarto annotatū erat paſ
cha iuxta cyclū Theophili uigeſimatertia aprilis qđ latini uigeſimaſe
xta martii celebrādū dixerūt, pro ēboliſmo cōmunē faciētes, & cōtinu
ata eſt hęc cōtrouerſia uſq; ad tēpora Leonis papę uidelicet uſq; ad an
nū dñi quadringētesimū quinquageſimū quintū, in quo luna quarta
decima ſecūdū Theophilū ānotata fuit die dñica, quintodecimo calē
das maias, & paſcha ī ſequentē dñicā publicatū fuit, qđ latini & pręci
pue ꝓſper aquitanicus Leonis papę a ſecretis notarius qui & ipſe paſ
chę rationē cōſcripſerat, eadē dñica uidelicet quītodecimo calendas
maias celebrandū putarūt. Itaq; leo pōtifex romanus adnitēte proſpe
ro eius familiari, uerā paſchæ rationē indagaturus, Martianū īperato
rē hortatus eſt, ut ab alexādrino antiſtite rationē paſchalis cycli ſancti
Theophili expoſceret, ī quo octauo calēdas maias paſcha uidebatur
affixū: diligentiq; perſcrutetur examine, arbitratus ab eo nō recte me
moratū diē fuiſſe ſcriptū, cuius epiſtolæ partē hic inſeremus, ſic enī in
ter alia dicit, ſtuduerūt quidē ſancti patres occaſionē huius erroris au
ferre, oēm hāc curā alexādrino ātiſtiti delegātes (qm̄ apud ægyptios hu
ius ſupputationis ātiqtus tradita uidebat̄ eſſe peritia) ꝑ quē quotānis
dies prædictæ ſolēnitatis ſedi apoſtolicæ īdicaret̄, cui⁹ ſcriptis ad lōgin
quiores eccleſias paſcha ſanctū ītimaret̄. uerū ut huiuſmodi labor ali
qn̄ qeſceret cōpoſuit memorat⁹ uir Theophil⁹ circulū nūc lōge lateq;
notiſſimū, quo. 14. lunas primi mēſis ex ordine depræhēdēdo diē paſ
chę q mox ſequēte dñica futur⁹ erat facillime cuiq; īueniēdū reliqueret
cū ergo iuxta ānotationē Theophili paſcha ſanctū āno ꝓximo celebrā
dū eſſet octauo calēdas maii, qđ fratres noſtri. 15. calēdas maii celebrā
dū arbitrant̄, hortamur pietatē tuā, ut ab alexādrino antiſtite cauſam
cycli theophili expoſtulet. ſtuduit itaq; Martianus occaſionē hui⁹ cō
trouerſiæ auferre & Proteriū alexādrinæ eccleſiæ præſidē hortatus eſt
ut cycli paſchalis Theophili rationē redderet. ſicq; Proterius nō ſolū
a Martiano prīcipe, uerū etiā a Leone papa reqſitus luculentā paſcha
lis cycli Theophili rationē Leoni reddēs talis reſcripti ab eo meruit
tenore prędicari. Lętificauerūt me litterę dilectiōis tuæ, quas frater co
epiſcop⁹ noſter Victorius pio adportauit officio: oportebat enī ut ab
alexādrinæ eccleſiæ præſule talia ſcripta ad ſedē apoſtolicā mitterētur
q̄ oſtēderēt magiſterio beatiſſimi Petri apoſtoli paſchalis feſti cōputū
ab initio ꝑ beatū Marcū ei⁹ diſcipulū didiciſſe ęgyptios, qđ cōſtat eſſe
didiciſſe romanos. Leo itaq; oriētaliū de paſchæ diffinitiōe rōni acqe
ſcens, occidētales hortar⁹ eſt, ut una cū oriētalib⁹ octauo calēdas maias
paſcha celebrarēt. hāc quoq; epiſtolā ipſis trāſmiſit. Dilectis fratrib⁹.

uniuerſis epiſcopis catholicis per callaiciã & hiſpaniã conſtitutis Leo papa &c. Cum in omnibus diuinorum̃ præceptorum̃ regulis exequendis ſacerdotalẽ obſeruantiã oportet eſſe concordẽ, maxime nobis & principaliter prouidendũ eſt, ne in paſchalis feſti die uel ignorantia uel præſumptione peccatũ diuerſitatis incurramus, unde quia tẽpus ſacratiſſimę ſolẽnitatis ita diſpoſitos habet limites ſuos, & ſalutare ſacramẽtum nunc citius nũc tardius oportet celebrare non definet apoſtolicæ ſedis ſollicitudo proſpicere, ne dubio aliquo eccleſia turbetur ĩcerto. cũ autẽ in quibuſdã aſcriptionibus patrũ futurũ proximo paſcha domini ab aliis in diẽ. xv. calendas maias, ab aliis in diẽ octauũ earũdem inuenitur aſcriptũ tandẽ diuerſitas iſta me promouit ut clemẽtiſſimo principi Martiano curã de hac re animæ meæ panderẽ, ut præcipiente ipſo ab his qui habent huius ſupputationis peritiã diligentius illuc diſcuſſa ratione quęrerẽt, in quo die poſſit uenerãda ſolẽnitas rectius celebrari. quo reſcribente octauo calẽdas maii diffinitũ eſt. quia ergo ſtudio unitatis, & pacis intentus fui: malui orientaliũ diffinitioni acquieſcere, q̃ tantæ feſtiuitatis obſeruationẽ deſerere. nouerit itaq; fraternitas ueſtra die octauo calendas maii ab omnibus reſurrectionem domini celebrandã. & hoc ipſum per uos aliis fratribus eſſe intimandũ, ut per diuinæ pacis conſortiũ ſicut una fide iungimur ita una ſolẽnitate feriamur. Verum̃ latini & occidentales his ægyptiorum̃ ſentẽtiis nõ ſatis acquieſcẽtes, poſt paucos annos ſub Hilario pontifice romano qui leoni ĩmediate ſucceſſit denuo in contentionẽ uenerunt anno domini quadringenteſimo ſexageſimo tertio. nã cũ paſcha ſanctũ iuxta alexandrinã ſupputationẽ annotatũ erat die uigeſima prima aprilis, latini pro anno emboliſmico cõmunẽ facientes die uigeſimaquarta martii obſeruandũ dixerunt. Ac rurſus anno domini quadrigenteſimo ſexageſimo quinto priſca illa altercatio, an liceat dominicã paſſionẽ ante quartãdecimã lunã recoli reiterata fuit, nã cũ luna quartadecima ãno dicto acciderit die ſabbati uigeſimaſeptima martii publicatum fuit paſcha per alexandrinorum̃ patriarchã uigeſimaoctaua martii quod latini uſq; in ſequentẽ dominicã transferendũ dixerunt, ne dominica paſſio (quæ die ueneris ante paſcha recolitur) quartamdecimã lunã pręcedat. ut enim ĩquit Ambroſius, hęc lex paſchæ nobis ſeruãda eſt, ut non quartãdecimã lunã obſeruemus ĩ die reſurrectionis, ſed in die magis paſſionis, aut certe aliis proximis ſuperiorib⁹ dieb⁹ uidelicet in die cœne domini. ſecundum Ambroſiũ nanq; dominus luna quartadecima paſchalem agnum cum diſcipulis mãducauit. immo hac de cauſa ei placuit, paſcha reſurrectionis differendum eſſe uſq; ad ſequẽ

tem dominicã,quoties luna quartadecima in dominica euenerit, ne dies paſſionis ante quartamdecimam lunam celebretur,quemadmo dum ſuperius oſtendimus. cunq; diutius hæc controuerſia agitaretur Hilarius pontifex (poſthabita alexãdrinorum & ęgyptiorum ſenten tia) Victorium quendam aquitanicum lemonicenſis urbis calculato rem ſcrupuloſum hortatus eſt,ut paſchalis ſolemnitatis rationem cõ ſcriberet,ac primi menſis terminos definiret. de hoc Victorio legi tur in uita Hilarii pontificis,ꝙ nõ ſolum hunc cyclum paſchalem lu culenter conſcripſerit,immo etiam Theophilum & Euſebium in ea re longe ſuperabat. Victorius itaq; ſancti uiri mandatis obtempe rans primi menſis terminos iuxta opinionem latinorum conſcripſit. obſeruauit tamen æquinoctium duodecima martii ab alexandrinis collocatum.de hoc in eius epiſtola reſponſiua ſic inquit,latini a tertio nonas martii uſq; in quartum nonas aprilis diebus ſcilicet uigintino uem maxime obſeruandum cẽſuerunt,ut quocunq; eorum luna fue rit nata,efficiat primi menſis initium.cuius luna quartadecima ſi fe ria ſexta prouenerit,uel ante ſubſequens dominica ideſt luna ſexta decima feſti paſchalis celebritati ſine ambiguo deputetur. ſin autem die ſabbati plenilunium eſſe contigerit & ſequenti dominica lunam quintamdecimã reperiri, eadem hebdomada tranſmiſſa in alterũ diẽ dominicum ideſt uſq; ad lunam uigeſimam ſecundam tranſferri de bere paſcha dixerunt,& reliqua. quemadmodum libro quarto in ca none latinorum diximus. Decimaſquartas uero lunas eiuſdem men ſis a quintodecimo calendas apriles uſq; in diem decimumſeptimũ calendas maias aſſerunt obſeruandas.uno duntaxat caſu excępto, ui delicet quoties contigerit in calendis ianuarii lunam eſſe uigeſimam ſeptimam die ſabbati abſq; biſexto,hoc eſt quoties in anno ſextode cimo cycli lunaris contigerit lunam quartamdecimam primi menſis accidere die ueneris, tunc non erit celebrandum paſcha tertiodeci mo calendas aprilis iuxta latinoꝝ canonem,ĭmo nunq̃ ibi celebrandũ erit paſcha etiã ſi luna cõueniat,ne ante æquinoctiũ celebretur,ſed iu xta ęgyptioꝝ ſentẽtiã ad alteꝝ mẽſem trãſſerẽdũ & octauo calẽdas ma ias celebrandũ erit.hæc Victorius.ſicq; obſeruato aliquãdiu paſcha a latinis iuxta Victorii canonẽ:græci & oriẽtales alexãdrinoꝝ normã re tinẽtes a latinis diſſẽſerũt. quo factũ eſt,ut quoties quartadecima lu na ĭ ſabbato contigerit, aliter apud græcos aliter apud latinos paſcha celebrabatur. præterq̃ in caſu dicto.ſimiliter in anno octauo & deci monono cycli decẽnouenalis,aliter a græcis,& aliter a latinis paſcha obſeruabatur.alexãdrini nanq; hos annos emboliſmicos fecerunt,ſed

Victorius iuxta rationem cycli lunaris communes eſſe uoluit. Tandem anno domini quadrigenteſimo nonageſimo Victor caprianus epiſcopus cyclum decemnouenalem alexandrinorum in uſum reuocans, reprobauit Victorii ſupputationem. de quo Victor in principio ſuæ epiſtolæ (uenerabili Beda referente) ſic inquit. Cum paſchalis ueneranda ſolemnitas qua nam die potiſſimum proueniret ſollicite a nobis quæreretur, & iuxta patrum uenerabilium ſtatuta, octauo calendas apriles diceremus reſurrectionem domini proculdubio celebrandam aliquibus minime rationabilis uiſa eſt noſtra reſponſio, eo ꝙ Victorius quidam in circulo paſchali quem ędidit aliter diem dominicæ reſurrectionis affixerit, licet & hunc deſignauerit quem nos celebrandum pariter profitemur. poſt pauca ſubdit. ſed nunc inquit ordo expetit, ut cyclorum quos Victorius ædidit patefaciamus euidenter errores, dum neſcit legitimum diem definire paſchalem, ut cũ in præteritis ipſum erraſſe oſtenſum fuerit, in præſentibus quoq; ac futuris autoritate careat, & occaſionem prauæ perſuaſionis amittat. quomodo enim primi menſis initium tertio nonas martii ſtatuerur, ſi eius ſextadecima dominica eueniens, pro paſcha celebrando minime idonea exiſtat. conſtat nanq; lunam tertio nonarum martii natam, tertiodecimo calendas aprilis eſſe ſextamdecimam, ſi ergo tertio nonarũ martiarum nata luna primi menſis faciat initium, quid rationis eſt, ut paſcha non celebremus in eius ſextadecima dominica incidente, ſed potius in ſequentem differamus menſem, cum lex præcipiat ut omnes qui poſſint in primo menſe paſcha faciant. ſoli autem qui in uia fuerint aut immundi paſcha ſecundo menſe celebrent. ſed huic argumento Victorius & qui partes eius tuebantur ſic reſponderũt: non eſſe arbitrandũ primi menſis initiũ ſemper a tertio nonas martii auſpicandũ eſſe, imo ipſe Victorius iam excæpit lunationem illã cuius ſextadecima luna die dominico ante ęquinoctiũ poteſt contingere. quia dixit excipiendam eſſe lunationem quæ in calendas ianuarii dederit lunam uigeſimamſeptimam die ſabbati abſq; biſexto. ſed hanc ſolutionem & eius autorẽ reprobat uenerabilis Beda quemadmodũ ſequenti libro exponemus. Tandẽ circa annũ incarnationis uerbi dei quingẽteſimũ trigeſimũ ſecũdũ Dionyſius Abbas romanus, latina & græca lingua peritus repudiato cyclo lunari Victorii nouos paſchalis ſolẽnitatis canones conſcripſit, quos eccleſia romana uſq; in hunc diem ſemper obſeruauit, quamobrem ad ſequentem librum nos trãſferentes canones paſchæ iuxta æditionem huius Dionyſii & ſecundũ uſum & obſeruationem romanę eccleſiæ deſcribemus.

¶ Liber ſextus paſchalis ſolemnitatis normam iuxta uſum & obſeruationem romanæ eccleſiæ exponit.

HActenus ſuperioribus libris diſſenſiones & controuerſias in paſchæ celebratione tranſactis temporibus agitatas aliqua ex parte narrauimus, nunc ſupereſt ut paſchalis ſolemnitatis normã iuxta uſum & obſeruationem eccleſiæ conſcribamus. ubi primum ſcire conuenit, quod poſt multas contentiones de paſchæ celebratione habitas eccleſia romana tandem conſenſit in doctrina alexandrinorum, & aſſumpſit canones per Theophilũ antiſtitem alexandrinum ęditos iuxta expoſitionem Dionyſii abbatis romani, qui circa annum domini quingenteſimum trigeſimum ſecundum, Victorini & latinorum de paſchæ celebratione ſcripta ſuperioribus libris expoſita reprobans atq; confutans, alexandrinorum doctrinam in uſum reuocauit: cyclumq; decemnouenalem paſchalẽ Theophili romano calendario inſcripſit, nulla in eo mutatione facta niſi quantum ſupputationis ratio expoſtulabat, propter diuerſa calẽdariorum principia, quamobrem neceſſe fuit mutare denominationes numerorum a quarto calendas ſeptembris uſq; ad principium ianuarii: nam cum cyclus & calendarium alexandrinorum initium ſumant a quarto calendas ſeptembris, & calendariũ latinorum a ianuario ſequente inchoetur, neceſſe fuit quod a ſeptembri uſq; in ianuarium, aureus numerus alexandrinorum excedat aureum numerum romanorum in unitate. quia alexandrini mutant aureum numerum in ſeptembri, & romani in ianuario, quemadmodum libro tertio & quarto oſtendimus. iuxta hanc Dionyſii æditionem: romana eccleſia primi menſis lunationem accipiendam docet ab octauo idus martii uſq; in nonas aprilis. quartamdecimam uero lunam a duodecimo calendas aprilis uſq; in diem quartumdecimum calẽdas maii, per dies uigintinouem quærendam eſſe definiuit: & dominica ſequente paſcha celebrari præcepit: quod ſi quartadecima luna die dominico cuenerit: paſcha uſq; ad ſequentem dominicam iuxta ſententiam Theophili transferendum eſſe uoluit. & quia emboliſmi omnes terminantur in principio mẽſis pharmuthi a primo eius die uſq; in diẽ decimũ eiuſdẽ menſis, hoc eſt, a die uigeſimoſeptimo martii uſq; in diẽ quintũ aprilis ĩcluſiue, ideo ĩ ãnis ẽboliſmicis prima luna his decẽ dũtaxat diebus quęrẽda eſt. ſed ĩ ãnis cõmunibus ab octauo die martii uſq; ĩ diẽ uigeſimũſeptimũ eiuſdem excluſiue ſcilicet per dies decem & no

uem

nem prima luna paſchalis accipi debet. quartadecima uero luna ĩ ãnis
cõmunibus a duodecimo calendas aprilis uſq; ĩ dıẽ ſextũ idus aprilis
per dies ſcilicet decem & nouem petẽda eſt, ſed in annis emboliſmicis
a die quinto idus aprilis uſq; in diem quartumdecimum calendas
maii, ſcilicet per dies decem, quartadecima luna accipi debet, diem
uero paſchæ ab undecimo calendas aprilis uſq; in ſeptimum calendas
maii celebrari poſſe eccleſia definiuit, ſcilicet per dies trigintaquinq;
iuxta Theophili ſententiam. Pro exquiſita huius cycli notitia opor-
tet conſiderare cyclum illum paſchalem alexãdrinorum quem tertio
& quarto libro expoſuimus: nam cyclus romanæ eccleſiæ extractus
eſt ex illo, & conformis eſt ei. Si quis igitur cyclum paſchalem ab ec-
cleſia catholica hactenus obſeruatum romano calendario recte inſcri-
bere uelit: ſumat in manus calendarium romanum, & ex altera parte
ſumat calendarium alexandrinum & conſideret menſem quem ale-
xandrini uocant τυϐὶ, nam hic menſis reſpondet ianuario incipienti
ſexta eiuſdem menſis, ubi pro aureo numero annotatus eſt ternarius,
a quo incipiendo excerpat omnes numeros cycli paſchalis in alexan-
drino calẽdario annotatos, & ſcribat eos in calẽdario romano ea ſerie
& ordine quo in calẽdario alexandrino inuenti fuerit, nulla facta mu-
tatione, donec perueniat uſq; ad finẽ calẽdarii alexãdrini, quo cũ per-
uentũ fuerit: continuet deſcriptionẽ ſuã uſq; in finẽ decembris iuxta
ordinem numerorum repertorum in principio calendarii alexandri-
ni ſola denominatione numerorum mutata, continuando numeros
in decembri pro neomeniis & initiis lunationum annotatos, ſic quod
numeri calendarii alexandrini excedant numeros calendarii romani
in his quatuor menſibus in unitate. quemadmodum libro quarto
oſtendimus in quo calendarium romanum cum hoc cyclo deſcripſi-
mus. Dionyſius uero animaduertens emboliſmos omnes ab alexan-
drinis collocatos fuiſſe in menſe præcedente paſcha, ſic quod menſis
paſchalis dicatur primus menſis iuxta præceptum domini exodi. 12.
ſcriptum: conatus fuit reducere hunc cyclum decemnouenalem ad
æquinoctium uernum de quo in epiſtola (quam de primi menſis rati-
one conſcripſit) ſic dicit, obſeruandum eſt ſummopere, ne primi mẽ-
ſis fallamur initio: hinc enim pene cunctus error diſcrepantiæ paſcha-
lis exoritur, dum initium temporis ignoratur: nam cum dominus
omnipotens hanc ſacratiſſimam ſolemnitatem celebrandam filiis iſra-
el (qui ex ægyptia ſeruitute liberabantur) indiceret, ait libro exodi ad
Moſen & Aaron. menſis iſte uobis principium menſium primus erit
in mẽſibus anni. quamobrem dictus Dionyſius talem ſupputationis

huius formulam conſcripſit incipiens annum primum a pridie nonas aprilis, ubi pro aureo numero annotatur. 19. & dixit terminari hunc annum undecimo calendas aprilis, hoc eſt, die uigeſimaſecunda martii. & a die ſequente ubi pro aureo numero ponitur unitas incœpit annum ſecundum: hunc primum annum neceſſe eſt conſtare diebus ſolum. 353. ut patet computanti. quia recepit in ſe ſaltum lunæ per quem ablatus eſt ab eo dies unus. Secundum annum incœpit Dionyſius a termino primi uidelicet a decimo calendas aprilis ubi pro aureo numero annotatur unitas, & quia communis eſt conſtat diebus trecentis quinquaginta quatuor. & terminatur quinto idus martii, hoc eſt, undecima die martii. Tertium annum incœpit a duodecima die martii, ubi pro aureo numero annotatur binarius, & quia eſt emboliſmicus conſtat diebus trecentis octuaginta quatuor. & terminari fecit penultima die martii. Quartum annum incœpit ultima martii ubi pro aureo numero annotatur ternarius, & terminauit eũ die decimanona martii. Quintum annum incœpit die uigeſima martii, quem fecit terminari octaua martii, & quia communis eſt conſtat diebus trecentis quinquaginta quatuor. Sextum annum incœpit nona martii, & quia emboliſmicus eſt conſtat diebus trecentis octuaginta quatuor. & ſic terminatur uigeſimaſeptima martii. ſeptimum annum incœpit uigeſimaoctaua martii ubi pro aureo numero ſignatur 6. & quia communis eſt fecit eum terminari die ſextadecima martii. octauum annum incœpit die decimaſeptima martii & quia eſt emboliſmicus conſtans diebus trecentis octuaginta quatuor neceſſe fuit terminari eum quarta aprilis. Nonum annum incœpit quinta aprilis, ubi pro aureo numero ponitur octo, & quia communis eſt fecit eum terminari uigeſimaquarta martii. Decimum annum incœpit a die uigeſimaquinta martii. Vndecimum incœpit a die quartadecima martii ubi pro aureo numero ponitur. 10. & quia emboliſmicus eſt conſtat diebus trecẽtis octuaginta quatuor, & terminatur prima aprilis. Duodecimum annum incœpit ſecunda aprilis. Tertiumdecimũ incœpit uigeſimaſecunda martii. ſicq; in cæteris, quemlibet annum incœpit a die ubi in calendario romano annotatur numerus qui minor eſt numero annorum cycli in unitate. hanc cycli decemnouenalis paſchalis Dionyſii deſcriptionem nonnulli formulam Dionyſii uocant. ℭ Extat & alia formula terminorum paſchalium Dionyſio aſcripta in qua primus annus computatur a quartadecima luna anni præcedentis ſcilicet anni deciminoni uſq; ad quartamdecimã lunam primi anni. ſed reliqui anni computantur a quintadecima lu-

na præcedentis anni uſq; ad quartamdecimam ſequentis ut docet Beda libro de temporibus capitulo quadrageſimo ſecundo. ℂ Contra has formulas Dionyſii multa poſſent obiici, primum quia numeri earum non reſpondent ſuis annis, niſi i ianuario, februario, & martio, quod abſurdum uidetur. Secundo quia Dionyſius inſeruit ſaltum lunæ primo anno ſui cycli, quem potius ad finem cycli referuare debuit. non enim congruit neq; rationi conſentaneum eſt admittere ſaltum lunæ in primo anno cycli decemnouenalis, & facere eum diminutum ac mutilatum in die uno, cum primus annus iure optimo debeat eſſe perfectus & integer. quinimmo cæteris perfectior, aut ſaltem non mancus. nam quemadmodum tertio libro aliqua ex parte declarauimus ſaltus lunæ oritur ex hoc quod ſeptem lunationes emboliſmæ factæ dierum triginta ſuperflue recipiunt diem unũ quamobrem hunc diem auferendum ſtatuerunt, ab aliqua lunationum quæ iuxta ordinem fuiſſet dierum triginta, ut facerent eam dierum uigintinouem, & quia dies iſte ſuperfluus paulatim accreſcit ex annis de eodem cyclo tranſactis: non debet inſeri primo anno, ſed annis potius intermediis uel extremis, nondum enim primo anno factus fuit error in die uno. de hoc ſaltu lunæ imaginario plura dicemus libro nono ubi oſtendemus multa ex eo inconuenientia ſequi. & lunam nunquam ſalire, ſed ſemper regulariter moueri. ℂ Alii hũc cyclum paſchalem inchoare ſolent a decimo calendas aprilis ubi ponitur pro aureo numero unitas, dicentes locum epactarum eſſe undecimo calendas aprilis. primo ergo anno epactæ ſunt nullæ, ſecũdo anno ſunt undecim, tertio anno uigintiduæ, ſicq; in cæteris, & per numerum epactarum (addita unitate pro regulari) ſemper in promptu erit ætas lunæ iuxta hunc cyclum decemnouenalem: licet hac tempeſtate non reſpondeat motui cœleſti. ſed iſti non poſſunt obſeruare rationes emboliſmorum, quia emboliſmi non reſpondent ſuis annis: immo emboliſmus anni tertii cadit in fine anni ſecũdi, & emboliſmus anni ſexti cadit in fine anni quinti, ſicq; in cæteris. quamobrem melius eſt inchoare hunc cyclum a principio menſis thoth, a quo alexandrini ipſum auſpicati ſunt. quemadmodum ſuperioribus libris expoſitum eſt. ſed nunc ad canones paſchæ procedentes, pauca de terminis paſchalibus ſcribemus.

De terminis paſchæ.

ℂ Terminos paſchæ uocant computiſtæ lunas quartaſdecimas primi menſis quia dominica ſequente celebrari debet paſcha. primũ mẽſem ſumunt a lunatione cuius quartadecima in ipſo die æquinoctii

uel poſt ęquinoctium contingit. & quia eccleſia romana adhuc obſeruat æquinoctium die uigeſima prima martii ubi priſci patres ipſum collocarunt, ideo ab hoc die termini paſchales, hoc eſt, quartædecimę lunæ paſchales computari debent, donec aliter per ſedem apoſtolicā de correctione calendarii prouideatur. Iam enim ęquinoctium uernale hac tempeſtate contingit ut plurimum die decimo martii. Nunc ergo hos terminos paſchæ annotabimus iuxta Dionyſii & alexandrinorum deſcriptionem: quibus cognitis paſchalis ſolemnitatis canon iuxta uſum eccleſiæ in promptu ſemper habebitur: nam die dominica poſt quartamdecimam lunam in calendario pro termino paſchæ deſcriptam paſcha ſanctum iuxta conſuetudinem eccleſiæ ad hæc uſq; tempora celebratur. ſunt autem multi modi deſcribendi hos paſchæ terminos: omnes tamen conueniunt in unam ueritatem uel conformitatem. nam cum terminus paſchæ non differat a luna quartadecima primi menſis: cognita luna prima: in promptu erit terminus paſchæ, & in quartodecimo loco a prima luna collocabitur. exempli gratia, anno primo cycli decemnouenalis luna eſt prima decimo calendas Martii, hoc eſt uigeſimotertio die Martii, ergo terminus paſchæ erit quinto die aprilis. ſicq; in cæteris annis reliquos terminos eodem modo inuenies. Pręterea habito uno termino facile poteris per eum inuenire alios paſchæ terminos ſequentium annorum, computando ab eo dies decem & nouem quia in uigeſimo die erit terminus paſchę ſequentis anni. in hac tamen computatione animaduertendum eſt quod cum peruentum fuerit ad quartumdecimum calendas maias redeundum eſt ad tertiumdecimum calendas apriles quia terminus paſchæ ſemper eſt poſt tertiumdecimum calendas apriles nec unquam ultra quartumdecimum calendas maias progreditur. Eſt & alia regula pro termino paſchę inueniendo, ſi terminus paſchæ fuerit in aprili: duodecimo die ante illum erit terminus paſchę ſequenti anno. ſi fuerit in martio uigeſimo die poſt illum erit terminus paſchæ ſequenti anno. eſt tamen conſiderandum quod in anno ultimo cycli decemnouenalis procedendo ad annum primum ſequentis cycli iuxta utranq; computationē terminus paſchæ die uno anticipat ſedē ſuā propter ſaltum lunę anno inſertum. ſunt autem termini paſchę cuiuſq; anni iuxta obſeruationem eccleſiæ inferius annotati.

¶ Anno primo cycli decēnouenalis terminus paſchę quinta aprilis. ¶ Anno ſecundo, die uigeſima quinta martii. ¶ Anno tertio, die tertiadecima aprilis. ¶ Anno quarto, ſecunda aprilis. ¶ Anno quīto, uigeſima ſecūda martii. ¶ Anno ſexto, decima aprilis. ¶ Anno

ſeptimo.30.martii. ℭ Anno octauo.18.aprilis. ℭ Anno nono.7. aprilis. ℭ Anno decimo.27. martii. ℭ Anno undecimo.15. aprilis. ℭ Anno duodecimo.4.aprilis. ℭ Anno tertiodecimo.24. martii. ℭ Anno quartodecimo 12.aprilis. ℭ Anno quitodecimo pria aprilis. ℭ Anno ſextodecimo 21.martii. ℭ Anno decimoſeptimo 9.aprilis. ℭ Anno decimooctauo 29.martii. ℭ Anno decionono17.apr.

ℭ Tabula terminorum paſchalium iuxta uſum eccleſiæ romanæ.

Martius.			KL	Termini paſchales.	Termini paſchales.	Aprilis.			KL
1	d		KL		15	1	g		KL
2	e	6	nonæ.		4	2	A	4	nonæ.
3	f	5	nonæ.			3	b	3	nonæ.
4	g	4	nonæ.		12	4	c	2	nonæ.
5	A	3	nonæ.		1	5	d		NONAE.
6	b	2	nonæ.			6	e	8	idus.
7	c		NONAE.		9	7	f	7	idus.
8	d	8	idus.			8	g	6	idus.
9	e	7	idus.		17	9	A	5	idus.
10	f	6	idus.		6	10	b	4	idus.
11	g	5	idus.			11	c	3	idus.
12	A	4	idus.		14	12	d	2	idus.
13	b	3	idus.		3	13	e		IDVS.
14	c	2	idus.			14	f	18	kl.
15	d		IDVS.		11	15	g	17	kl.
16	e	17	kl.			16	A	16	kl.
17	f	16	kl.		19	17	b	15	kl.
18	g	15	kl.		8	18	c	14	kl.
19	A	14	kl.			19	d	13	kl.
20	b	13	kl.			20	e	12	kl.
21	c	12	kl.	16		21	f	11	kl.
22	d	11	kl.	5		22	g	10	kl.
23	e	10	kl.			23	A	9	kl.
24	f	9	kl.	13		24	b	8	kl.
25	g	8	kl.	2		25	c	7	kl.
26	A	7	kl.			26	d	6	kl.
27	b	6	kl.	10		27	e	5	kl.
28	c	5	kl.			28	f	4	kl.
29	d	4	kl.	18		29	g	3	kl.
30	e	3	kl.	7		30	A	2	kl.
31	f	2	kl.						

Hodie uidelicet 21.martii eccleſia ro.obſeruat equinoctium.

¶ Circa hæc quæ ſcripta ſunt de initio primi menſis iuxta canonem alexandrinorum poſſet aliquis dubitare, quia ſacra ſcriptura deutero nomii ſextodecimo primū menſē ab ęquinoctio uernali īchoat ſic enī ſcriptum legitur, obſerua menſem nouarum frugum & uerni primū temporis, ut facias phaſe domino deo tuo, ſimiliter exodi duodecimo de eodem ſcribens dicit hic menſis principium menſium primus erit in menſibus anni. ergo alexandrini male inchoant primum menſem ab octauo idus martii, cū ipſi ponāt æquinoctiū duodecimo calendas aprilis. Huic argumēto reſpōderi poteſt ꝙ primus mēſis nō īchoatur ab æquinoctio ſed a lunatione cuius quartadecima luna cadit in æqui noctio uel poſt æquinoctiū uernale. hebræi nāq; mēſes lunares obſer uāt, & a die cōgreſſus luminariū ſuas neomenias cōputāt & quia luna tiones non poſſunt habere ſedē firmā in calendario romano: ideo ſin gulis annis uariatur initium primi menſis, quamobrem alexandrini cum collocaſſent æquinoctium duodecimo calendas aprilis, dixerūt initium primi menſis poſſe contingere ſingulis quibuſq; diebus inci piendo ab octauo idus martii uſq; in nonas aprilis, nam ſi luna fuerit prima octauo idus martii cadet eius quartadecima duodecimo calē das aprilis, ubi eccleſia uſq; in hunc diem obſeruat æquinoctium. & reliquæ omnes lunationes ab octauo idus martii uſq; in nonas apri lis contingentes, habent ſuas quartaſdecimas lunas poſt æquinoctiū uernale. ¶ Sed contra hæc adhuc poſſet aliquis inſtare, nam apud latinos aprilis uocatur menſis primus & paſchalis, ſimiliter apud ale xandrinos menſis pharmuthi reſpondens aprili appellatur menſis pri mus atq; paſchalis, ergo in eo non poſſunt terminari emboliſmi qui faciunt menſem ultimum. Ad hoc reſponderi poteſt concedendo menſem emboliſmum eſſe menſem ultimum, & pro paſcha cele brando minime idoneum, & ergo nō ſemper totus menſis aprilis uel menſis pharmuthi dicitur menſis primus, immo in anno octauo cy cli decēnouenalis primūs menſis incipit quinta aprilis, & decima mē ſis pharmuthi, & dies præcedētes ſunt de mēſe ultimo. qđ ergo dicūt autores aprilem & menſem pharmuthi eſſe menſem primum uel paſ chalem, intelligi debet non de toto menſe diſtributiue pro qualibet eius parte ſed de maiori eius parte, & ut plurimum maxime in annis communibus contingit ipſum eſſe menſem primum & pro paſchali celebritate idoneum. ¶ Eſt & alius modus inueniendi paſcha & re liqua feſta mobilia per numeros quos uocant claues feſtorum mobili um, quibus pro quolibet feſto deputant ſedem unam a qua computa re incipiunt & ubi terminatur numerus clauiū conſtituetur terminus

illius feſti & dominica proxima celebrabitur tale feſtū ſi ſit ex illis quæ dominica celebrantur, uel feria proxima illi feſto conuenienti celebrabitur tale feſtum. Vnde clauis paſchæ habet ſedem undecima martii, & quia a feſto paſchæ uſq; ad feſtum pentecoſtes intercipiuntur ſemper hebdomadæ ſeptē ideo claues pentecoſtes ſedem habebunt ad ſeptem hebdomadas poſt ſedem clauium paſchæ. quamobrem collocari debent penultima aprilis ſicq; in cæteris. iuxta quem ordinem claues ſeptuageſimæ ſtatuuntur ſeptima ianuarii, & claues quadrageſimæ locantur uigeſimaoctaua ianuarii & quia modus iſte inueniēdi feſta mobilia per claues extractus eſt ex cyclo Theophili ſuperius deſcripto & ab illo dependet, facile poterit quilibet has claues & earum ſedes quolibet anno diſponere, & ſi libuerit nouas etiam claues confingere, & nouas eis ſedes deputatare. nāſicut cōſuetudo obtinuit ut ſedes clauium paſchæ collocaretur undecima martii, ita poſſet tranſferri ad diem decimum martii, addendo unitatem ad quālibet clauem paſchæ, uel poſſet tranſferri ad diem duodecimum martii, ſubtrahendo unitatem a qualibet claue paſchæ, ſic tamen quod pariformiter mutentur ſedes clauium aliorum feſtorum mobilium. propter cauſam ſuperius expoſitam. Et quia claues uariantur quolibet anno cycli decemnouenalis, annotabimus hic claues cuiuſlibet anni & erunt communes omnibus feſtis mobilibus, & computando a ſede clauis illius feſti ubi terminabitur numerus clauium, ibi erit terminus illius feſti. & dominica ſequente obſeruabitur tale feſtum quemadmodū ſuperius diximus.

¶ Pauca hæc de clauibus feſtorum mobilium ſcripta ſufficiant, quarum doctrina non eſt neceſſaria ad paſcha indagandum, quia facilius & certius haberi poteſt per terminos paſchales ſuperius deſcriptos, qui quartā decimam lunam primi menſis repræſentant, quæ ſemper ex prima luna eiuſdem menſis in promptu habebitur. nunc ad cyclum paſchalem quem magnum uocāt declarandum accedemus.

Cyclus decemnouenalis.	Cyclus clauium.
1	26
2	15
3	34
4	23
5	12
6	31
7	20
8	39
9	28
10	17
11	36
12	25
13	14
14	33
15	22
16	11
17	30
18	19
19	38

¶ De cyclo paſchali magno, qui continet annos quingentos triginta duos.

DIximus ſuperius Theophilum antiſtitem & patriarcham alexandrinum, mathematicæ ſcientiæ peritũ (adhortante & ſuadente Theodoſio imperatore auguſto) compoſuiſſe cyclum magnum annorum quadringentorum triginta ſeptẽ, quia poſt tot annos paſchalis ſolemnitas redit eodem fere curſu quo prius peracta fuit. addito interdũ die uno propter biſextũ intercalatum hoc exigentem. præterea cum de cyclo Cyrilli mentionem faceremus diximus Cyrillum Theophili ſucceſſorem & nepotem reduxiſſe cyclum Theophili ad annos nonagintaquinq;, nam poſt tot annos redeunt ſolemnitates paſchales eodem fere curſu quo prius obſeruatæ fuerant, addito uel ſubtracto nõnunquam die uno, propter biſextum interuenientem. Dionyſius uero prædictus, & ante eum Victorius, & Proſper ac alii nõnulli, qui paſchæ rationẽ cõſcripſerãt, animaduertentes ſolemnitates paſchales redire ſemper eodem curſu quo prius obſeruatæ fuerant, poſt annos quingentos triginta duos, nulla facta additione uel ſubtractione, propter biſextum intercidẽtẽ, recollegerunt in faſcem unum hos duos cyclos Theophili, & Cyrilli & ex eis cyclum unum compoſuerunt, eo quod in totidem annis redeunt ad ſuum principium diuerſitates omnes ex cyclo decemnonali, & biſexto contingentes. nam cum anni cycli decemnouenalis ſint. 19, & anni cycli ſolaris (qui biſextos æquat) ſint. 28, ſi hi duo numeri inuicem multiplicentur reſultabit inde numerus ãnorum. 532. ſi etiam addiderimus uel iunxerimus ſimul cyclum magnum Theophili, qui continet annos. 437. cũ cyclo magno Cyrilli, qui continet annos. 95. conſurget inde numerus annorũ. 532. ex quibus integratur hic cyclus magnus paſchalis. cum enim diuerſitates ex luna quarta decima contingentes dependeant ex cyclo decemnouenali: & uarietates ex biſexto & littera dominicali prouenientes depẽdeãt ex cyclo ſolari: ſi anni unius cycli multiplicentur per annos alterius cycli: redibunt poſt tot ãnos ex multiplicatione prouenientes: diuerſitates omnes ex diſcrepantia cyclorum contingentes. huius rei gratia ſcite conuenit cyclum ſolarem appellari reuolutionem uigintiocto annorum ſolarium, eo quod in annis. 28. redeunt ad ſua principia omnes uarietates quæ ex biſexto, & concurrente, uel littera dominicali, contingere poſſunt: nam cum dies hebdomadæ ſint ſeptem & biſexti uarientur ſolum per annos quatuor ſi multiplicauerimus ſeptem per quatuor proueniet nobis minimus numerus in quo redire poſſunt

ad ſua principia uarietates omnes ex biſexto & littera dominicali contingentes. unde in.28.annis contingit fieri biſextum in qualibet feria hebdomadę.hic autem cyclus ſolaris ab alexandrinis exordium ſumpſit,qui primum intercalationem biſexti íduxerunt.nam priſci ægyptii annum ſolarem 365.diebus integratum,ſine biſexti intercalatione obſeruabant,per quos annos Ptolemæus í almageſti planetaꝝ motus rectificauit nulla uſus ítercalatione. ſed alexandrini & romani ab eis edocti quarto quoq; anno intercalant diem unum. quod ideo faciunt,ut menſes & dies menſium,eũdem ſemper ſitum & ordinem reſpectu motus ſolis obſeruent. niſi enim quolibet quarto anno hęc fieret intercalatio contingeret in annis.365.fieri ſolſtitium hyemale undecima uel decima martii ubi nũc fit æquinoctium uernale,& contingeret celebrari feſtum natiuitatis domini in primo uere.patet itaq; hunc cyclum magnum annorum.532.compoſitũ eſſe ex cyclo magno Theophili,& cyclo Cyrilli in unum coniunctis & ex multiplicatione 19.annoꝝ cycli decemnouenalis í ãnos.28.cycli ſolaris Incœpit hũc cyclum magnum uictorius lemonicenſis a tempore ætati eius propinquo uidelicet ab anno poſt ícarnationem domini.513.in quo aureus numerus erat unitas.ſed Dionyſius incœpit eundem cyclum ab anno poſt natiuitatem domini.532.in quo etiam aureus numerus cycli decemnouenalis fuit unitas.& quia cyclus omnis a quolibet ãno poteſt inchoari.poſſemus hunc cyclum incipere a ianuario iubilei præteriti,in quo factus fuit luminarium congreſſus iuxta medium motũ (quem eccleſia obſeruat)in meridie primi diei ianuarii.uel poſſemus eum inchoare ab anno domini milleſimo quinquageſimo primo in quo aureus numerus cycli decemnouenalis iuxta obſeruationem eccleſiæ fuit unitas.cyclum hunc in præſentia non deſcribemus, ſed poſtea paſcha iuxta obſeruationem eccleſiæ,calculabimus non ſolũ per cyclum unum immo uſq; ad annum a natiuitate domini ter milleſimum ,quia ad totidem annos uerum paſcha iuxta aſtrologicam ſupputationem conſcribemus,ut appareat quantum hic cyclus alexandrinorum (uſq; in hunc diem ab eccleſia cuſtoditus)a patrum decretis diſcrepet,& quanto diutius ab eccleſia obſeruatus fuerit,tanto in maiorem errorem nos perducet. quando quidem uſq; in hunc diem in paſchæ celebratione ad dies nõnunquam triginta quinq; nos errare facit. quemadmodum ſequenti libro monſtrabimus , ſed primum nouas in paſchæ celebratione diſſenſiones, & controuerſias poſt Dionyſium ortas,& uſq; ad tempora Gregorii tertii per annos ducentos protractas narrabimus.

¶ De nouis diſſenſionibus in paſchæ celebratione habitis.

ETſi canon paſchalis ab alexandrinis æditus, & a Dionyſio confirmatus, aſſumptus fuit ab eccleſia romana: nihilominus nationes nonnullæ & populi cyclũ lunarem Victorii reſumentes, a romana eccleſia diſceſſerunt: & paſcha ſanctum iuxta cyclum lunarem latinorum obſeruarunt: inter quos fuerunt aquitani & ſcoti. ſed hos Honorius primus & Ioannes quartus redarguit: ac tandem Gregorius tertius ad romanam eccleſiam reduxit. Sub idem fere tempus circa annum ſalutis ſeptingenteſimum uigeſimum quintum Beda anglicus uenerabilis preſbyter paſchalis celebritatis rationem conſcripſit: in qua Victorii ſupputationem confutans, Dionyſiacam & alexandrinam normam mirum in modum collaudauit. quæ ut magis pateant recognoſcendus eſt canon Victorii & latinorum ſuperius expoſitus, qui talis eſt. Qualiſcunq; luna nata fuerit a tertio nonas martii uſq; in quartum nonas aprilis per dies ſcilicet uiginti nouem primi menſis faciet initium: cuius luna quartadecima ſi feria ſexta prouenerit, ſubſequens dominica ideſt luna ſextadecima feſto paſchali ſine ambiguo deputabitur: ſin autem die ſabbati quartadecima luna contigerit eadẽ hebdomada tranſmiſſa in alterum diem dominicum ideſt luna uigeſima ſecunda tranſferri debere paſcha dixerunt nec minus eiuſdẽ dñici peragẽdo myſterio deſtinarũt q̃ lunã ſextãdecimã nec amplius q̃ uigeſimã ſecundã lunã aliquando recipiũt, eligẽtes potius in luna uigeſima ſecũda diẽ feſti paſchalis extẽdi q̃ dñicam paſſionẽ ante lunã quartãdecimã ullatenus inchoari. quartaſdecimas uero lunas eiuſdẽ mẽſis a quĩtodecimo calendas apriles uſq; ĩ decimũ ſeptimũ calendas maias aſſerũt eſſe obſeruãdas. cũ uero cõtigerit luna uigeſima ſeptima ſabbato uel maxime calẽdis ianuarii prouenire abſq; biſexto tũc paſcha celebrari non poterit tertiodecimo calendas apriles, ĩmo nunq̃ ibi celebrari poterit etiam ſi luna cõueniat, quia ante ęquinoctiũ paſcha fieri nõ licet: ſed tunc octauo calẽdas maii iuxta alexãdrinoꝝ doctrinã paſcha obſeruabitur. Sed hũc uictoriũ & ſequaces eius reprehendit Beda, quia legitimum paſchæ principium nunquã habent, & crebro euenit ut nullum dierum qui in lege ſcripti ſunt in ſua paſchali obſeruatione cõſequãtur, dum & ueſperã quartidecimi diei (quo paſcha initiari cõſtitutũ eſt) & mane quĩtidecimi (quo azymoꝝ dieꝝ ſolẽnitas ĩchoari præcepta eſt) a ſua prorſus feſtiuitate repudiẽt. atq; ĩſuper ĩ huius pœnã peccati uigeſimũ ſecũdũ diẽ qui in tota paſchali inſtitutione per moſen nec ſemel appellatus in-

uenitur frequenter in ſui paſchæ principium ſanciri præcipiunt. ſcripta autem Victorii & reſponſiones eius Beda ſic taxat. Videamus ergo latinos ſuos quomodo commendat Victorius, dixit eos maxime cenſuiſſe a tertio nonarum martiarum natam lunam efficere primi menſis initium, & ſextadecima luna die dominico paſcha celebrandum, & iterum dicit nunquam tertiodecimo calendas aprilis etiam ſi luna conueniat paſcha celebrandum ſecundum latinos, ſed magis ſecundum ægyptios octauo calendas maii. conſtat autem lunam tertio nonarum martiarum natam tertiodecimo calendas aprilis eſſe ſextamdecimam. obſecro frater ſancte Victori ſi tertio nonarum martiarum nata luna facit primi menſis initium, quid rationis eſt ut in eius ſextadecima luna non celebremus paſcha, ſed potius in alium differamus menſem, cum lex toties imperet, ut omnes qui poſſint in primo menſe paſcha faciant: ſoli autem qui in uia fuerint, uel immundi paſcha ſecundo menſe celebrent. quid eſt ergo quod addis abſq; biſexto, an forte quia quando calendę ianuarii ſabbato ſunt tertiadecima calendarum aprilium in dominica occurrit, ſi biſextus non interuenerit. ſi autem biſextus interceſſerit eadem dies feria ſecunda prouenit: docere uis cum ſecunda feria fuerit tertiadecima calendas aprilis luna uigeſimaſecũda paſcha rite celebrari. cũ uero eadẽ dies tertiadecima calẽdas aprilis lunã ſextãdecimã dñica die habuerit, nõ poſſit ĩ ea paſcha celebrari, quia nondũ æquinoctium trãſierit, ſed nec in ſequẽtem dominicam, quia luna ſuperadulta, hoc eſt, uigeſimatertia illam incidit in diem, atq; hac cogente neceſſitate in ſecundi menſis tempora paſchæ differenda ſolemnia. mirus calculandi præceptor qui principaliter doceas lunam tertio nonarum martiarum natam primi menſis efficere initium, & rurſus ratione ipſa ſuperatus compelleris fateri, niſi interueniente biſexto nullatenus lunam hac die natã, ſed ſequenti menſe accenſam paſchalibus feſtis congruam. ſi uero affuerit biſextus, tunc effici lunam primam. & quod ais etiam ſi luna conueniat tertiodecimo calendas aprilis nunquam in eo paſcha celebrari poterit. quomodo enim poteſt luna conuenire paſchalibus ſolemniis, ubi nunquam paſchalia ſolemnia ſunt celebranda? & ſi nunquam tertiodecimo calendas aprilis paſcha celebrandum etiam ſi ſextadecima luna prouenerit, errãt profecto latini qui lunã paſchalem tertio nonas martii ĩchoare decernũt, in cuius ſextadecima & decimaſeptima eo quod æquinoctium nondum tranſierit, non licet paſcha fieri. & merito illorum contempta obſeruatione cum ægyptiis potius eo anno octauo calendas maii paſcha differendum ſua-

des, ſi autem magis obſeruandum quod ægyptii docent autumas,
quare non illorũ per omnia ſententiá ſectaris? uerꝫ quia hoc facere
non uis, ſed inter utroſqꝫ medius incedens magis latinorum quos ui
tuperas, quam ægyptiorum quos præfers, calculum tuis legendum ſe
quendumqꝫ tradas, nos ægyptiacam calculandi doctrinam quæ & iu
dicio tuo, & uniuerſalis eccleſiæ conſenſu, uerior apparet, omnibus
ſequendam nouimus, initiũ uidelicet primi menſis ab octauo iduũ
martiarum uſqꝫ in nonarum aprilium diem, quartaſdecimas uero lu
nas paſchæ a duodecimo calendarum aprilis uſqꝫ in quartumdecimũ
calendarum maii. porro diem paſchæ dominicum ab undecimo ca/
lendas aprilis uſqꝫ in ſeptimum calendas maii, & hoc a luna quinta/
decima uſqꝫ in uigeſimamprimam eſſe quærendum. conſtat itaqꝫ er/
rare eos qui lunæ paſchalis initium tertio nonarum martiarum die
ſumendum diffiniunt, quia luna ibi nata plenilunium ante tempus
æquinoctii facit, ideoqꝫ ſolemnitati paſchali inhabilis eſt, ſicqꝫ reiecto
& repudiato cyclo lunari latinorum obſeruatus fuit ab eccleſia in re
liquum tempus uſqꝫ in diem hodiernum cyclus decemnouenalis
alexandrinorum. Tempore huius Bedæ pullulare cœpit error in
quartadecima luna indaganda: accidit enim nonnunquam ut noua
uideretur luna biduo antequam ab eccleſia denunciaretur prima, ut
ipſe teſtatur libro ſuo de temporibus capite quadrageſimo tertio. ue
rum quia error adhuc modicus fuit, & non accidit niſi circa finem cy
cli decemnouenalis cum iam ſaltus lunæ inferendus eſſet paruipen/
derunt errorem, quo factum eſt ut per continuum incrementum
maximus iam euaſerit, quemadmodum ſequenti libro declarabimus

¶ Liber ſeptimus, errores calendarii in annotatione æquinoctii, &
in deſcriptione cycli decemuouenalis contingentes, ac rectam paſ/
chæ celebrationem impedientes, declarat: necnon & aliorum reſ/
ponſiones & errorum emendationes narrat. alios quoqꝫ errores ca/
lendarii notat, & corrigit.

ETſi canones paſchales ab alexãdrinis ęditi & a Dio
nyſio aliiſqꝫ plurimis confirmati, necnõ a romana
eccleſia approbati, tũc tẽporis cõformes fuerũt mo
tui cœleſti & luminariũ curſui cõgruebãt: tñ fieri
nõ potuit, quin longo temporũ interuallo tandẽ
a uero planetarum motu deuiarent. eo quod ſo/
lis & lunæ curſus perpetuã in calẽdario ſedem habere nequeant. quia

æquinoctia, atq; ſolſtitia, per ſolis motum in calendario mutantur. ſimiliter & lunationes menſium & quartædecimæ lunæ paſchales nõ ſemper eandem ſedem in calendario obtinent: quo factum eſt, ut decurſu tẽporis errores iſti paulatim creſcentes, tandem maximi euaſerint. adeo ut hac tempeſtate mulierculas non lateant. primus & maximus error eſt in annotatione æquinoctii uernalis, a quo menſis paſchalis computatur, quod tanquam fixum & immobile priſci ſtatuerunt die uigeſima prima martii, ſed hac noſtra tempeſtate fieri contigit decima, uel undecima martii: quo factum eſt ut paſcha ſanctũ nõ ſemper in primo menſe celebretur, ſed plurimum in ſecundo menſe obſeruetur. Secundus error eſt in annotatione aurei numeri, qui romano calendario inſcriptus fuit ut ætatem lunæ nobis oſtenderet: quam nunq̃ uere nos docet: ſed ſemper fere ad quintum diem nonnunquam ad ſextum errare facit. quo factum eſt: ut paſcha ſanctum raro admodum a quartadecima uſq; ad uigeſimamprimam lunam celebretur. ſed poſt uigeſimamprimam lunam ſæpenumero obſeruetur. hi duo errores ex hoc conſurgunt quod æquinoctium, & primus menſis, ac luna quartadecima firmam in calendario ſedem habere nequeant, ſed ſua loca ſemper paulatim anticipant. Primi erroris cauſa emanauit ex hoc, quod annus noſter ſolaris a Iulio cæſare inſtitutus non adamuſſim quadrat ſolis reuolutionem, eo quod intercalatio unius diei quolibet biſextili anno per Iulium cæſarem inſtituta, plus inſtaurat quam deperditum fuerat, quo accidit ut quatuor anni uſuales puſillo quodam ſuperent quatuor annos ſolares: quamobrem cõtigiſſe uidemus, quod æquinoctia & ſolſtitia a tempore nicænę ſynodi in qua paſchalis norma fuit inſtituta uſq; in annum præſentem undecim dierum ſpatio ſint anticipata. quantum uero puſillum illud exiſtat, quo quatuor anni uſuales ſuperant quatuor annos ſolares decimo libro explicabimus. cum ergo æquinoctium uernale primi mẽſis ratiõe ingrediatur: neceſſe eſt per mutationem eius primũ menſem uariari: neq; obſeruandũ eſt amplius æquinoctiũ uernale uigeſimaprima martii ubi priſcis tẽporibus a patribus fuit collocatũ: ſed potius decima die martii ubi nunc fieri cõtingit. unde accidit neceſſario propter æquinoctii anticipationem ut paſcha ſanctum quod in primo menſe celebrari præcipitur, ſecundo nonnunquam menſe obſeruetur, & niſi error iſte corrigatur: continget aliquando paſcha ſanctum contra legis mandatum tertio, quarto, & quinto menſe celebrari quod primo menſe obſeruari præcipitur. & æſtate aut autumno celebrabitur quod uerni temporis initio cuſtodiri mandatum eſt.

Secundi erroris cauſa cõſurgit ex īdagatione lunæ quartædecimæ per cyclum decemnouenalem ſiue aureum numerum romano calēdario affixum. nam cum lunatio ipſa firmam in calendario romano ſedem habere nequeat, nõ poteſt examuſſim per cyclum decemnouenalem perſcrutari: eo quod qualibet cycli decemnouenalis reuolutione, ſecluſa uarietate per biſexti intercalationem facta, anticipatur lunatio hora una, minutis.28. ſecundis tribus & tertiis.15. quo fit ut omnibus ſeptuaginta ſex annis (in quibus iam æquata eſt diuerſitas quæ ex biſexti intercalatione reſultabat) anticipantur lunationes ad horas quíq;, minuta.52. ſecūda.13. ſicq; in annis.359. ad diē integrū antecedūt. & a tempore nicænæ ſynodi uſq; in annum præſentem ad quintum diem aſcenderunt, & luna quæ ab eccleſiaſticis prima intimatur: ut plurimum quinta, nonnunquam ſexta in cœlo aſpicitur. hinc etiam accidit immo plurimum contingit, ut paſcha ſanctum poſt uigeſimā primam lunam cõtra legis mandatum celebretur & niſi error iſte corrigatur breui continget ut paſcha quod dominica poſt plenilunium celebrari præcipitur, in ipſo nouilunio, aut poſt nouilunium obſeruabitur. ac ſolis eclipſes ipſo die paraſceue magno iudæorum plauſu & chriſtianorum ludibrio accidere poterunt. Cæterum ex duobus his erroribus ſimul aggregatis & commixtis factum eſt, ut paſcha ſanctum hac noſtra tempeſtate ad triginta quinq; dies contra decreta patrū ſæpenumero prorogetur. qđ animaduertentes maiores noſtri, exhortati ſunt aliquando romanos pontifices ut errori huic tam enormi ſuccurrerent, quod cum per menſes ſacerdotes de anno in annum duci uiderent, paſcha ſanctum menſe integro anticiparunt, ne ī ſecūdo menſe abominoſum paſcha facerent. uerū quia inconſulto romano pontifice hoc egerūt, immo in contēptū aliaꝝ eccleſiarum, illuſi a uicinis ſuis, ludibrio ſunt habiti: durante adhuc in eos ludifico prouerbio quo beſtiis comparantur.

¶ Caput ſecūdum pauca ab aliis ſcripta pro emendatione errorum iamdictorum narrat.

ETſi multi antehac & quidem præclari uiri materiam hanc emendandi calendarii in manus aſſumpſerunt, præcipui tamen fuere dominus Petrus aliacenſis, & dominus Nicolaus cuſanus ambo ſanctæ romanæ eccleſiæ cardinales, quorum ſcripta neque approbare neq; confutare conſilium eſt: ſed hoc tantum dicemus. quod ab aſtrologica ſupputatione & a motu cæleſti plurimum diſcrepant

queadmodum quilibet experiri poterit qui paſcha ſanctum per normam & canonem ab eis traditum ac demum per aſtrologicam ſupputationem perſcrutatus fuerit, eſt etiam hoc ſuperuacaneū quod Nicolaus cuſanus per abſumptionem ut inquit dierum decem conatus ſit reducere æquinoctium ad diem uigeſimumprimum martii, i. quo priſcis illis temporibus a ſanctis patribus fuit collocatū, quando paſchalis canon per eos fuit inſtitutus: nullum enim dies ille myſteriū paſchalis ſolemnitatis in ſe habuit, niſi ratione æquinoctii tunc in eo contingentis: igitur remoto ab eo æquinoctio per ſolis curſum, ceſſat i eo myſterium paſchæ. quia paſcha ſequitur æquinoctium, & debet immutari per mutationem æquinoctii & non econuerſo, dicēte ſcriptura, obſerua uerni primum temporis ut facias paſcha domino deo tuo. ſed principium ueris hac tempeſtate contingit ut plurimum die decima martii & non uigeſima prima martii, ergo paſcha celebrari poterit hoc temporis interuallo quod inter diem decimum & uigeſimum primum martii intercipitur, concurrente in eo quarta decima luna. fruſtra ergo conatur reducere æquinoctium ad diem uigeſimumprimum martii. Ad quod etiam accedit, quia huiuſcemodi reductio æquinoctii ad diem iam dictum per omiſſionem dierum decem magnam pareret confuſionem in temporum ſupputationibus & uulgi aures mirum in modum offenderet ac perturbaret. Verum ſub idem tempus quo hæc ſcripſi oblatus fuit mihi libellus a reuerendiſſimo in Chriſto patre domino Marco uigerio ſanctæ romanæ eccleſiæ cardinali Senogallienſi nouum emendandi calendarii modum continens, cuius autoris nomē reticere uolui, qui per omiſſionem dierum quatuordecim curſum ſolis ad priſtinum ſtatum paſchali celebritati congruentem reuocandum putauit, ſic quod æquinoctia reducantur ad octauum calendas apriles atq; octobres, & ſolſtitia ad octauum calendas iulias atq; ianuarias, quibus in locis Plinius ea collocauit. aſſerens hæc etiam congruere myſteriis paſchæ & dominicæ incarnationis, necnon & myſteriis natiuitatis Chriſti & Ioānis baptiſtæ. dicente Chriſto illum minui oportere ſe autem creſcere quaſi ſignificare uoluiſſet Chriſtus: dies in natiuitate ſua incœpiſſe creſcere & in natiuitate Ioannis incœpiſſe minui: licet ſacrarum litterarum interpretes hæc ad qualitatem mortis utriuſq; referant. ſed his omiſſis Videtur hic autor errare in primis ꝙ omnia æquinoctia atq; ſolſtitia æqualiter transferat ad octauas calendas menſium in quibus Plinius ea collocauit. hæc enim abſurda ſunt & ſe inuicem incrementia: nam ſi æquinoctium uernum factum fuerit octauo calen-

das apriles impoſſibile eſt fieri æquinoctium autumnale octauo calẽ
das octobres,ſed quinto calendas octobres(demõſtrante calculo)con
tinget:in his enim perſcrutandis Ptolemæo & aſtrologis magis quã
Plinio credete debemus.eſt etiã abſurdũ hoc qđ dicit Chriſtũ ĩcarna
tũ fuiſſe ĩ æquinoctio uernali & natũ ĩ ſolſtitio hyemali.Ioannẽ ue
ro Baptiſtã natũ ipo die ſolſtitii æſtiualis.Imo hæc ĩuicẽ pugnãt & mu
tuo ſe interimunt:nam ſi admittatur Chriſtum incarnatum fuiſſe in
æquinoctio uernali ; ſequitur neceſſario eum non fuiſſe natum in
ſolſtitio hyemali.quia ſi æquinoctium illius ãni fuiſſet octauo calẽdas
apriles ut autor iſte innuit,quo die Chriſti incarnatio annotatur ; tũc
ſolſtitium hyemale non fuiſſet octauo calendas ianuarias quo die
Chriſtus nat⁹ perhibetur,ſed fuiſſet ſexto calẽdas ianuarias ut tabulæ
aſtrologicæ docẽt . neq; Ioannes baptiſta natus fuiſſet ipſo die ſolſtitii
æſtiualis,ſed quatuor diebus ante ſolſtitium . ſicq; autor iſte fruſtra
conatur abſumere dies quatuordecim ut feſta iam dicta redeant ad
ſua æquinoctia atq; ſolſtitia,in quibus dicit ea a primotdio accidiſſe
Præterea priſci patres qui paſchæ canonem inſtituerunt non colloca
runt æquinoctium uernale octauo calendas apriles ſed duodecimo
calendas,uidelicet die uigeſimaprima martii ubi uſq; in hodiernum
diem ab eccleſia immobilirer obſeruatur.rectius ergo Nicolaus cuſa
nus decem duntaxat dies abſumendos dixit . præterea abſurdum eſt
conari ut hæc feſta incarnationis ſcilicet & natiuitatis reducantur
denuo ad æquinoctia uel ſolſtitia,in quibus dicit ea a tempore natiui
tatis Chriſti contigiſſe : quia non ſunt feſta mobilia ſed fixa . neque
ſequuntur motum ſolis aut lunæ,ſed ſempet eodem die menſis debẽt
celebrari :& ergo non eſt opus corrigere calendarium pro recta ipſorũ
celebratione ſi rite ſemper celebrantur . ſecus eſt in obſeruatione
paſchæ q͏̃ per motũ ſolis & lunæ immutatur,& habet in ſe myſterium
hoc eſt ſacramentum ĩmolationis agni immaculati,qui Chriſtum in
cruce immolãdum prefigurauit.quod alia feſta quæ appellantur fixa
non præ ſe ferunt : nullum enim ſacramentum per diem natalem do
mini ſignificatur,ſed duntaxat res geſta eodem die in memoriam re
uocatur . uidelicet quod Chriſtus eo die natus ſit : ſed in paſchæ cele
bratione ultra ſignificationem rei geſtæ ſacramentum configuratur :
& myſterium ĩmolationis agni immaculati per ipſum ſignificatur .
De quo ſequenti libro ſcribemus . fruſtra igitur autor iſte nititur re
ducere æquinoctia & ſolſtitia ad octauas calendas ſuorum menſium
ut feſtũ incarnationis & natiuitatis Chriſti,nec nõ & feſtum Ioannis
baptiſtæ in eis celebrentur tum quia de omnibus hoc eſt impoſſibile:

eo quod mutuo & uiciſſim ſe impediunt, tum quia nunquam ſic obſeruata fuerunt, tum quia non ſunt feſta mobilia ſicut paſcha, neque præ ſe ferunt figuram aliquam ut iam oſtẽdimus. neq; autor iſte recte quadrauit quantitatem anni ſolaris ſcribens annum conſtare diebus. 365. cum horis quinque & minutis. 46. immo Iuxta alphonſinas ſupputationes hac tẽpeſtate ueriores ultra horas dictas continet minuta. 49. & ſecũda. 16. differens ab ãnõ iã dicto ĩ minutis tribus quæ licet pauca ſint & modica, tamẽ multiplicata per annos. 1500. a Chriſti natiuitate uſq; in hunc diem tranſactos, important plus quam dies tres. quamobrem ad euitandum errorem pro tempore futuro ceſſandũ eſſet ab intercalatione biſexti, non in anno centeſimo (ut inquit) ſed in anno centeſimo trigeſimo ſecundo. ſed finamus hæc ad motum ſolis pertinentia: neceſſe eſt pro recta paſchæ celebratione, corrigere etiam motum lunæ deſignatũ per aureũ numeꝝ ĩ romano calendario annotatum. quod autor iſte non fecit. ſed his poſthabitis ad Petrum aliacenſem reuertamur qui non modico labore conatus eſt reducere cyclum lunarẽ arabũ ad annos ſolares a Chriſti natiuitate cõputatos quaſi ad paſchalis ſolẽnitatis celebrationẽ utilis eſſe poſſit: quẽ nullo modo ad hoc idoneum ſed penitus inutilem eccleſiæ eſſe arbitror: nã cũ anni illi ſint pure lunares nullã in ſe cõſeruant æquinoctii rationẽ quod tamen iuxta domini præceptũ ſummopere in paſcha cuſtodiri debet. continent nanq; hi anni arabũ duodecim dũtaxat lunationes hoc eſt dies. 354, neq; menſem emboliſmũ aſſumunt, ſed diẽ dũtaxat intercalarem recipiunt. quẽadmodũ ſuperius libro ſecũdo oſtẽdimus Præterea cũ eccleſia ſemper obſeruauerit ãnos ſolares a Iulio cæſare ĩſtitutos difficillimum foret dimittere hos annos ſolares & aſſumere annos lunares, neq; hi ãni lunares arabũ cõuenienter romano calẽdario inſcribi poſſunt: tũ propter ĩtercalationẽ biſexti a romanis obſeruatã, tũ quia licet lunationes poſt trigĩta ãnos lunares reuertãtur ad eandẽ horã, tñ nõ redeũt ad eundẽ diẽ anni ſolaris, ſi tamẽ aliquis hãc inſcriptionẽ facere tẽptauerit, facilius hac tẽpeſtate q̃ aliis tẽporibus exequi eã poterit ĩcipiendo ab anno iubilei. 1500. occaſione pulchre oblata, ꝙ in meridie primæ diei ianuarii ad meridianũ urbis romæ facta fuerit cõiunctio luminariũ iuxta mediũ ipſoꝝ motũ quẽ romana eccleſia obſeruat: ſi igitur ab anno ſalutis. 1500. hũc cyclũ auſpicatus fuerit cõperiet eũ terminari in anno ſolari a Chriſti natiuitate. 1529. die octaua februarii ĩ meridie ut. 11. libro patebit. eſt ergo hic cyclus lunaris arabũ parũ utilis eccleſiæ ꝓ recta paſchæ celebratione. nã luminariũ congreſſus facilius per epactas q̃ per hũc cyclũ ĩueniri po

terũt ut poſtea docebimus.ſed alter modus correctionis calẽdarii quẽ
poſuit aliacenſis propinquior eſt ueritati & romano calendario ma/
gis cõgruens,uidelicet per anteriorationẽ ęquinoctii & aurei numeri
lunationũ ac terminoꝝ paſchaliũ ad loca calẽdarii,ĩ quibus hac tẽpe
ſtate ea fieri cõtingit.q̃obrẽ uiſum fuit ei transferendũ eſſe æquinoc
tiũ ad diẽ duodecimũ martii,lunationes quoq; uel numeros ipſoꝝ ac
terminos paſchales anteriorandos eſſe dixit ad diẽ quartũ.uerũ quia
poſt obitũ eius ęquinoctiũ mutauit ſedẽ ſuã & lunationes etiã ac ter
mini paſchales hoc tẽporis iteruallo aliqua ex parte mutati ſunt:ideo
modus iſte a dño Petro aliacẽſi expoſitus noua indiget correctione
uix eni huiuſcemodi cycli paſchales romano calendario inſcripti, in
columes perſiſtere poſſũt uſq; ad ãnum cẽteſimũ,propter mutationẽ
æquinoctii qđ paſcha uariat.quæ ut magis pateat unicum hoc afferẽ
mus exẽplũ.Anno cycli decẽnouenalis tertio terminus paſchalis po
nitur a Petro aliacenſi die decima aprilis qui hac tẽpeſtate collocari
debet die decima martii,ideo aliter hos terminos paſchales poſtea cõ
ſcribemꝰ,ſed primũ alios errores ĩ romão calẽdario ĩuẽtos ãnotabimꝰ

¶ Caput tertium alios nonnullos errores calendarii romani notat
& corrigit.

PRæter errata ſuperius annotata ſunt & alii multi er/
rores in calendario romano,qui non ex temporum ui
ciſſitudine neq; ab alexãdrinis,ſed a Iunioribus & nõ
ſtris computiſtis cõmiſſi ſunt ac nouiſſime per impreſ/
ſionem libelli magiſtri Petri de riuo ſunt publicati &
diuulgati. qui uolẽs corrigere calendarium corrupit ipſum.nã cũ cy
clus iſte paſchalis quem romana eccleſia obſeruat ſit mere alexandri
nus,& ex calendario alexandrino excerptus,romanoq; calendario in
ſcriptus non debet immutari a prima eius inſtitutione ſaltem in his
quæ ſupputationem ætatis lunæ uariant : ſed eodem ordine quo in
alexandrino calendario annotatus fuit debet transferri & tranſcribi
in calendario romano , non mutata cycli ratione , ſed numerorum
duntaxat denominatione , a quarto calendas ſeptembris ubi alexan
drini annum ſuum inchoant, uſq; ad principium ianuarii, a quo ro
mani ſuum annum & calendarium auſpicantur.nam propter hæc di
uerſa calendariorum initia , in quibus aureus numerus immuta/
tur & innouatur, congruit ut aureus numerus calendarii alexandri/
ni in quatuor menſibus inter hæc diuerſa principia interceptis ,exce
dat aureum numerum calendarii romani in unitate.In reliquis ue/

ro menſibus nulla penitus debet eſſe differentia, ſed eadem ſerie & ordine quo hi numeri cycli decemnouenalis inſcripti ſunt calendario alexandrino, debent eodem modo tranſferri ad calendarium romanum, ſicut & Dionyſius fecit. ſed iuniores & ſcioli quidam computiſtæ (inter quos magiſter Petrus de riuo primipilarem ſe fecit) ad pauca reſpicientes, & compoſitionem cycli alexandrini ignorantes, inſcripſerunt emboliſmos per epactas & regulares calendarii latini, diuerſis in locis ut ratio epactarum poſtulare uidebatur, quos alexandrini huius cycli autores, & Dionyſius romanus qui cyclum hunc latino calendario primum inſcripſit, collocarunt in menſe ultimo (hebræorum more) hoc eſt, in menſe pręcedente paſcha, uidelicet in principio menſis pharmuthi, a primo eius die uſq; in diem decimum eiuſdem. Si quis igitur cyclum paſchalem quo romana eccleſia utitur latino calendario recte inſcribere uelit, ponat emboliſmos omnes a die uigeſima ſeptima martii uſq; ad diem quintum aprilis. quia hoc interuallo alexandrini ipſos collocarunt, iuxta hunc ordinem eos terminãtes. Emboliſmus ãni tertii finit ultima martii. Emboliſmus anni ſexti terminatur uigeſima octaua martii. Emboliſmus ãni octaui terminatur quinta aprilis. Emboliſmus anni undecimi ſecunda aprilis. Emboliſmus anni quartidecimi terminatur die trigeſima martii. Emboliſm⁹ ãni decimiſeptimi uigeſima ſeptima martii. Embolimus ãni deciminoni terminatur die quarta aprilis. Hos emboliſmos prædictus magiſter Petrus de riuo (craſſa quadam ignorantia ductus) inſeruit diuerſis in locis. nam emboliſmũ anni tertii incœpit prima die ianuarii. Emboliſmum anni ſexti incœpit ſecunda die ſeptẽbris. Emboliſmum anni undecimi tertia die ianuarii. Emboliſmum anni quartidecimi ſecunda nouembris. Emboliſmum anni decimiſeptimi incœpit prima die ſeptembris. in his omnibus errauit. quia omnes emboliſmi in cyclo paſchali reſeruantur uſq; ad menſem pręcedentẽ paſcha. quod ſi dixerit hos ſuos emboliſmos inſcripſiſſe per epactas calendarii latini errorem ſuper errorem addet, quia per epactas latinas non caderent emboliſmi anni octaui & deciminoni in aprili ubi eos collocauit, ſed emboliſmus anni octaui terminaretur die ſecunda Iulii, & emboliſmus anni deciminoni die ſecũda Iunii. Præterea cyclus paſchalis eſt mere alexandrinus & græcus, ergo non debent in eo formari emboliſmi per epactas calendarii latini. Eſt & alius error a Iunioribus computiſtis & a magiſtro petro de riuo commiſſus, in deſcriptione numerorum cycli decemnouenalis in fine menſium latinorum, poſt terminum menſis alexandrinorum. nam cum menſes alexandri

ni non terminentur eiſdem diebus quibus terminantur menſes lati ni eis reſpondentes, & quantitas lunationum ſcilicet quod ſint dierum triginta uel uigintinouem referatur ad conditionem menſis alexandrini: neceſſe eſt ſæpenumero errorem contingere in deſcriptione aurei numeri circa finem menſium latinorum. exempli gratia menſis alexandrinus qui uocatur Tuſi incipit die uigeſimaſeptima decembris & terminatur die uigeſima quinta Ianuarii habens omnes ſuas lunationes dierum triginta: ſed menſis ſequens qui uocatur mecheir facit ſuas lunationes dierum uigintinouem: cum ergo ſex ultimi dies ianuarii ſint de menſe mecheir, lunationes eiſdem diebus terminatæ debent eſſe dierum uigintinouem: quas magiſter Petrus de riuo fecit dierum triginta. ſicq; male ſunt collocati hi numeri. 17. 6. 14. 3. in fine ianuarii, quia debent anticipare ſedes ſuas per diem unum. ſimili ratione aureus numerus. 11. quem magiſter Petrus collocauit die ſecunda februarii, debet poni die prima februarii, ſicq; in cæteris mẽſibus contingit ſæpenumero hos numeros cycli decemnouenalis in fine uel in principio menſium latinorum male collocari propter cauſam dictam. Errauit etiam dictus magiſter Petrus de riuo quia poſuit duos numeros cycli prædicti e regione eiuſdem diei. nam ſecũda die decembris poſuit hos numeros. 13. 2. quod fieri non debet. quia impoſſibile eſt duas lunationes eiuſdem cycli contingere in eo dem die ut patet calculanti omnes lunationes unius cycli. quemadmodum etiam impoſſibile eſt duos dies ſibi continuos eſſe uacuos ab omni lunatione. Vt autem magis pateat error a computiſtis & a magiſtro Petro de riuo commiſſus annotabimus hic modum per quem emboliſmos & reliquos numeros romano calendario inſcribunt. nam cum fateantur cyclũ paſchalẽ eſſe alexandrinum a quarto calendas ſeptembris inchoatum, attribuerunt ſeptembri epactas uel ut dicunt regulares quinq;, quia in primo anno cycli luna fuit quinta in calendis ſeptembris. cæteris quoq; menſibus tot attribuerunt epactas uel regulares, quota fuit luna in calendis illius menſis. quod ſi proprietatem uocabulorum obſeruare libuerit quatuor ex his quinq; diebus poſſent uocari epactæ auguſti: quia ad menſem prę teritum ſpectant. & ultimus dies debet appellari regularis ſeptembris: quia ad ſeptembrem pertinet. eodem modo & in reliquis men ſibus exempli cauſa, ianuario ſecundum hanc rationem deputant regulares nouem, quia in primo anno cycli decemnouenalis luna fuit nona in calendis ianuarii, ex quibus nouem diebus, octo ſpectant ad decembrem & poſſunt dici epactæ decembris, ſed quia hæc

non uariant ſupputationem,reliquēda ſunt.hoc ſolū eſt animaduer tendum quod ex epactis annorum & regularibus mēſium hoc modo deſcriptis,& in unum collectis dicunt ſemper reſultare ętatem lunę in calendis cuiuſlibet menſis,licet hac tempeſtate facta ſit diſcrepantia in diebus quinque, propter anticipationem lunationum. Itaque pro inſcriptione huius cycli & numerorum eius in calendario romano accipiunt epactas illius anni, quibus addunt epactas uel regulares menſis,in quo hunc numerum ſcribere deſiderant, & ex aggregato eliciunt ętatem lunę in principio illius mēſis,& quoties huiuſcemodi aggregatum tranſcendit triginta faciunt emboliſmum in eodem mēſe uel etiam ſi aggregatum ex epactis anni & regularibus menſis fuerit pręciſe triginta,& luna illius mēſis habuerit dies dūtaxat uigintinouē adhuc faciunt emboliſmum in menſe illo. ſicque per hanc normam inſcripſerunt emboliſmos & reliquos numeros romano calendario, facientes omnes lunationes ſeptembris dierum triginta & lunationes octobris dierum uigintinouem & reliquas ſecundum ordinē,in quo errant, non animaduertentes cyclum hunc paſchalem eſſe mere alexandrinum & græcum,non latinum,ſed ex alexandrino calēdario excerptum romano calendario fuiſſe inſcriptum.cum ergo alexādrini & Dionyſius romanus,qui hunc cyclum latino calendario primum inſcripſit,collocauerint omnes emboliſmos in ultimo menſe,hoc eſt, in menſe præcedente paſcha,hebræorum more,non debent inſcribi hi emboliſmi neq; reliqui numeri per epactas calendarii latini, ſed emboliſmi omnes debent collocari in principio menſis pharmuthi, hoc eſt,in fine martii & in prĩcipio aprilis.reliqui uero numeri debēt inſcribi per epactas calendarii alexandrini & non romani. nam cum menſes alexandrini non terminentur eiſdem diebus quibus termi nantur menſes latini,contingit poſt terminum menſis alexandrini diuerſitas in his numeris inſcribendis. Sed dicet fortaſſe magiſter Pe trus de riuo ſe nō uidiſſe calendarium alexandrinum, ſed excerpſiſſe ſcripta ſua ex æditionibus aliorum computiſtarum ĩ hac materia ſcri bētium,qui communiter omnes emboliſmos collocarūt eiſdem fere locis ĩ quibus & ipſe eos diſpoſuit.Hæc reſpōſio parum uidetur rele uare errātem,quia iuxta doctrinā ſaluatoris ſi cæcus cæcum ducit am bo ĩ foueam cadūt.neq; debuit ĩſurgere ad calumniādum me ſola au toritate ſcribētium iſtar beſtiarum quæ capiſtrum ſequūtur,ſed ma turius ſcripta ſua ruminare debuit, & ratione aliqua ſtabilire, & em boliſmos oēs eodē modo ĩſcribere, ſcilicet uel per epactas calendarii latini,uel in prĩcipio menſis pharmuthi ubi alexādrini eos collocarūt

quia non decet duos emboliſmos collocare in aprili ubi alexandrini eos ſtatuerunt, & reliquos omnes inſcribere per epactas calendarii romani. nam ut mathematici docent impoſſibile eſt ex portionibus diuerſorum circulorum unum circulum componi. quamobrem non congruit cyclum unum partim ex calendario alexandrino, partim ex romano confici. nam quilibet circulus ſuo centro (& non alterius) circumferri debet. ut etiam phyſici docent, impoſſibile eſt ex multis imperfectis (etiam ſi infinita fuerint) perfectum aliquod componi uel conſtitui. quia unum imperfectum additum alteri, non perficit totũ ſed imperfectum relinquit: immo imperfectionem adauget. ergo cyclus paſchalis (qui cæteris cyclis perfectior extat) non debet cõponi ex portionibus imperfectis diuerſoꝝ cyclorum, neq; debet corrumpi per emboliſmos calendarii latini: ſed cum ſit alexandrinus & græcus debet inſcribi calendario noſtro eodem modo ſicut iacet in calẽdario alexandrino. uel per epactas calendarii alexandrini quemadmodum ſuperioribus libris oſtendimus. in hoc enim differt cyclus decemno uenalis paſchalis, quem eccleſia ab alexãdrinis accepit, a cyclo lunari latinorum quam priſci patres pro paſchæ celebratione obſeruabant quia cyclus lunaris latinorũ extractus eſt ex cyclo lunari Iulii cęſaris, qui inſcriptus fuit calendario per epactas eiuſdem calendarii latini a Ianuario inchoati, ſed cyclus decemnouenalis paſchalis quẽ eccleſia nunc obſeruat, excerptus eſt ex cyclo epactali alexandrinorum qui in cipit quarto calendas ſeptembris, & iſcribi debet calendario romano per epactas calendarii alexandrini faciendo oẽs mẽſes dierum trigĩta; præter ultimum qui fieri debet dierum triginta quinque. & reſeruãdo omnes emboliſmos ad prĩcipium mẽſis pharmuthi. ſed quia magiſter petrus de riuo & ſui complices hæc ignorarũt præcipitarũt ſe ĩ errores iam dictos. ℭ Circa prædicta adhuc poſſet aliquis dubitare, nam ſi cõſiderauerimus oẽs numeros cycli paſchalis ĩ alexãdrino calẽdario deſcripti (ĩ martio & aprili annotatos) nullam ĩueniemus differẽtiam ipſorũ a numeris cycli paſchalis in calẽdariis latinis paſſim & ubiq; terrarum ĩuentis. ergo non differũt ĩ emboliſmis. huic dubitationi reſpõderi poteſt, quod licet nõ ſit diuerſitas numerorum huius cycli in martio & aprili, qui ſunt menſes paſchales: eſt tamen in eis magna uarietas in aliis mẽſibus, uidelicet ĩ fine mẽſis ianuarii poſt terminum menſis Tybi alexandrinorum, & ĩ prĩcipio februarii. & hæc diuerſitas facit concurrere emboliſmos oẽs in fine martii & in principio aprilis: nam lunatio non dicitur emboliſma ex hoc quod ſit triginta dierum, ut ſũt lunationes in fine mẽſis martii ſed dicitur emboliſma quoties

præter ordinem fuerit dieꝝ triginta, hoc eſt, quod fiāt duæ lunationes ſibi continuæ dierum triginta : uel cum lunatio quæ iuxta ordinem deberet eſſe dierum uigintinouem, fiat præter ordinem dierū triginta propter has cauſas, lunationes quæ terminantur in fine martii poſt terminum menſis phamenoth, hoc eſt, poſt diem uigeſimum ſextum martii ſunt emboliſmæ, quia pertinent ad menſem pharmuthi & deberent ex natura menſis eſſe dierum uigintinouem, ſed per emboliſmum factæ ſunt dierum triginta : nam & lunationes præcedentes eas in principio menſis phamenoth etiam fuerunt dierum triginta in calēdario alexandrino, licet in calendario uſitato non ſint dierum triginta ſed uigintinouem, quia terminantur in fine februarii. in hoc enim errarunt computiſtæ facientes omnes lunationes Ianuarii dierum triginta, & lunationes februarii dierum uigintinouem, quod fieri nō debet in cyclo paſchali: nam poſt terminum menſis Tybi alexādrinorum, qui terminatur die uigeſimaquinta Ianuarii, lunationes Ianuarii non debent fieri dierum triginta, ſed dierum uiginti nouem : quia pertinent ad menſem mecheir. ſicq; omnes numeri cycli decemnouenalis poſiti poſt uigeſimum quintum diem Ianuarii debent anticipare ſedes ſuas per diem unum. ſimili modo lunatio anni undecimi quæ in uſitato calendario annotatur die ſecūdo februarii deberet ſcribi die primo eiuſdem. & ſic lunationes anni ſexti, quartidecimi, & decimiſeptimi, quæ terminantur ī fine februarii, erūt dierum triginta, quia ſpectant ad menſem phamenoth. ſimiliter lunationes anni tertii, octaui, undecimi, & deciminoni, quæ terminantur in principio martii ſunt dierum triginta, & quia eædem lunationes fiunt dieꝝ triginta in fine menſis martii & in principio aprilis neceſſe eſt eas eſſe emboliſmas. nam quotieſcunq; fiant duæ lunationes ſibi continue dierum triginta, neceſſe eſt alteram earum eſſe emboliſmā. ſicq; in cyclo decemnouenali iuxta æditionem alexandrinorum omnes emboliſmi terminantur in fine martii & in principio aprilis, qđ fuit probandum. ¶ Sunt & alii errores in cyclo decemnouenali ab ipſis alexandrinis commiſſi, quia non debent fieri ſeptem lunationes emboliſmæ dierum triginta extra ordinem, ſic quod fiant duæ lunationes ſibi continue dierum triginta. ſed quinq; ſufficiunt: & reliquæ omnes lunationes fieri debent alternis uicibus, altera dierum triginta, altera dierum uigintinouem. fruſtra etiam finxerūt ſaltum lunæ, quia luna nunquam ſalit, ſed ſemper regulariter mouetur. neq; congruit motui cœleſti fieri tres lunationes ſibi continuas dierum uigintinouem ut alexandrini in ſaltu lunæ fecerunt. ſed de his poſtea

diſputabimus ubi nouum lunæ cyclum conſcribemus. nunc uerum paſchæ canonem exponemus,& ad errores ſuperius ānotatos(rectam paſchæ celebrationem impedientes)antidota & remedia opportuna afferemus.

¶ Liber octauus ueram paſchæ rationem iuxta patrū decreta cōtinet & ſimpliciſſimum,breuiſſimū,ac facillimū emēdandi calēdarii modū pro recta paſchæ celebratione proponit.

PAſchalis ſolemnitatis canonem a ſanctis patribus inſtitutum Victor romanus pontifex his uerbis explicauit:Celebritatem ſancti paſchæ die dominico agi debere & prædeceſſores noſtri iam ſtatuerunt & nos illud eadē die celebrari ſolemniter mandamus a quartadecima uero luna primi mēſis,uſq; ad uigeſimā primā eiuſdē menſis eadē celebretur feſtiuitas.hic eſt canon ille irrefragabilis oēm paſchalis ſolēnitatis rationem in ſe continens,quē etiam inter primas & præcipuas romanæ eccleſiæ ſanctiones de conſecratione diſtinctione tertia Gratianus connumerauit,adeo qđ nulli chriſtiano fas ſit de hoc dubitare,quandoquidem non ſolum romani pōtifices,ſed & aliarum eccleſiarum præſides Theophilus,Cyrillus,Ambroſius,ac præſtantiſſimi imperatores Cōſtantinus,Theodoſius,& Martianus diuerſis ſynodis & decretis eandem iudicii ſui ſentētiā proferentes,ſacratiſſimum hunc canonem ab omnibus inuiolabiliter cuſtodiendum mandarunt,quē niſi chriſtianus quilibet obſeruauerit terribilem illam comminantis dei uocem(exterminium animæ indicentem numeri nono ſcriptam)audiet,ubi ſic legitur,exterminabitur anima illa de populis ſuis quæ paſcha non fecerit tempore definito, quia ſacrificium nō obtulit domino tempore ſuo eo inquā tempore quo propria domini uoce offerendum,& paſcha celebrādū præcipitur. dominus nanq; omnipotens in exitu iſrael de ægypto,domus iacob de populo barbaro,ſacroſanctam hanc paſchæ ſolemnitatē quotannis celebrandam filiis iſrael præcipiens,iuſſit eam a quartadecima uſq; ad uigeſimam primam lunam primi menſis cultu perpetuo celebrari. primum autem menſem appellari uoluit uerni temporis principium obſerua inquit menſem nouarum frugum,& uerni primum temporis ut facias paſcha domino deo tuo. menſis iſte uobis principiū,primus erit in menſibus anni.hodie egrediemini in menſe nouarum frugum, tantaq; autoritate diuina uernalis hic menſis & luna quartadecima

claruerūt, ut æterna memoria digni haberentur. Tota itaq; paſchalis normæ ratio duobus his modulis conſiſtit, uidelicet primi menſis diffinitione, & quartædecimæ lunæ indagatione, addita duntaxat ſabbati, hoc eſt dñicæ, obſeruatione, propter memoriā reſurrectionis dñi, ut per hoc paſcha noſtrū a iudæoꝝ paſcha diſtigueretur. hoc enī chriſtianæ religioni eſt propriū, nā iudæi menſem nouorū duntaxat & lunam obſeruant. Vnde Ambroſius in epiſtola ad epiſcopos per æmiliam conſtitutos ſic inquit, duo autem ſunt obſeruanda in ſolemnitate paſchæ quartadecima luna, & primus menſis qui dicitur nouorum. huius obſeruationis cauſam reddit Hieronymus in epiſtola de paſchæ celebratione ſic ſcribens: quæris quæ cauſa ſit cur anniuerſarius dies celebrandæ dominicæ paſſionis non ad eundem redeat anni diem, ſicut dies quo traditur natus, & deinde ſubiungis ſi hoc ſit propter ſabbatum & lunam, quid ſibi uelit in fauore obſeruatio ſabbati & lunæ, hic primum oportet ut noueris diem natalem domini nō in ſacramēto celebrari, ſed tantū in memoriā reuocari, ꝙ natus ſit dñs, ac per hoc nihil opus erit niſi reuolutū diē anni, quo ipſa res acta eſt ſeſta deuotione ſignari. ſacramentū eſt autē in paſchæ celebratione, cum rei geſtæ rememoratio ſit ut aliquid etiam ſignificari intelligatur quod ſancte accipiendum eſt. eo itaq; modo agimus paſcha ut non id ſolum quod factum eſt in memoriam reuocemus ideſt quia mortuus eſt Chriſtus & reſurrexit, ſed etiam ut cætera que euāgeliū atteſtatur ad ſanctam ſignificationem non omittamus. hæc Hieronymus. per quæ ſignificare uoluit myſterium immolationis agni paſchalis. quippe myſterium græce, arcanum latine, uel ſacramentum ſignificat. eſt enim ſacramentum ſacræ rei ſignum quod non omnibus ſed doctis duntaxat innoteſcit. nullum autem myſterium uel ſacramentum per diem natiuitatis domini ſignificatur, ſed ſolum denotatur qđ eo die natus fuit Chriſtus. paſcha uero habet in ſe myſteriū & ſacramentum, quia tranſitum ſignificat, eſt enim phaſe trāſitus domini. & præfigurauit tranſitum Chriſti de morte ad uitam & liberationem noſtram a diabolo deuaſtante. Similiter immolatio agni paſchalis immaculati luna quartadecima habet in ſe figuram & ſacramētum, fuit enim ſacræ rei ſignum. & præfigurauit Chriſtum innocentē eodē die ī cruce īmolādū eſſe, & nos per ſāguinē eius ī ara crucis effuſū redimēdos, dicēte ſcriptura, erit autē ſāguis uobis ī ſignū, & habebitis hūc diē ī monumētū, & celebrabitis eū ſolēnē dño cultu ſēpiterno. ſignificauit & alia multa quæ poſtea exponemꝰ. obſeruādū itaq; ſūmopere ne primi mēſis fallamur initio, quē deus ipſe a lunatione uerni

temporis inchoandum præcepit. uernum autem tempus omnium do ctorum cõſenſu ab æquinoctio uernali incipit. unde & Anatolius lao dicenus epiſcopus reprehendit illos qui ante æquinoctium paſcha ce lebrabant, ut primo libro oſtendimus. docens non a ſe primum ſed ab antiquiſſimis legiſlatoribus exordium ſumpſiſſe, de quo ſeptimo eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro Anatolius (Euſebio referẽte) ſic ſcriptum reliquit, nec a nobis primum exordium ſumpſit hæc ratio, ſed ab an tiquiſſimis iudæis comprobata, & ante Chriſti aduentum obſeruata monſtratur. ſicut euidenter docet philo & Ioſephus, ſed & horum an tiquiores Agathobolus & ab eo erudit⁹ Ariſtobolus ex paneade qui unus ex illis ſeptuaginta ſenioribus fuit, qui miſſi erant a pontifi cibus ad Ptolemæum regem ægypti interpretari libros hebræorum in græcum ſermonem: quiq; multa ex traditionibus moſi proponẽ ti regi percunctantiq; reſponderãt. ipſi uero cum quæſtiones exodi ex ponerent dixerunt paſcha non prius eſſe immolandum quam æqui noctium uernale tranſiret. Ariſtobolus uero etiam hoc addidit, in die paſchæ non ſolum obſeruandum eſſe, ut ſol æquinoctium uer nale tranſcendat, uerum & luna. cum enim duo ſint æquinoctia ue ris ſcilicet & autumni æquis ſpaciis directa, & quartadecima die men ſis primi ſit ſtatuta ſolemnitas poſt ueſperam quando luna ſoli oppo ſita e regione deprehenditur, ſicut etiam oculis probare licet: inueni tur utiq; tunc uernalis æquinoctii partem ſol obtinere. luna uero e contrario autumnalis. patet itaq; ante æquinoctium paſcha non eſſe celebrandum. de quo Beda libro ſuo de temporibus inquit, ſi quis obiecerit non æquinoctii memoriam, ſed tantũ primi menſis & quar tædecimæ lunæ poſuiſſe legiſlatorem, ſciat quia & ſi æquinoctium no minatim non exprimit, in hoc tamen ipſo quod a plenilunio primi menſis paſcha faciendum præcipit, æquinoctii tranſcenſum plenaria ratione depromit, quod abſq; ulla dubietate cõſtat, hæc Beda. quo fa ctum eſt ut priſcis illis temporibus cum inter patres dubitatio de paſ chæ celebratione eſſet oborta, animaduertentes uernale æquinoctiũ duodecimo calendas aprilis fieri: ſtatuerunt non eſſe celebrandum paſcha ante duodecimum calendas aprilis. æquinoctium uero uerna le tunc eſſe autores perhibent cum ſol primum arietis punctum in greditur, arietis inquam non octauæ ſphæræ ex ſtellis figurati, ſed arietis nonæ ſphæræ qui noctes diebus æquat, a quo & aſtrologi an num inchoant. quod ſignificare uolens diuus ipſe Hieronymus in epiſtola de paſchæ ratione ſic inquit. Nec quiſquam ueſtrum at tendat, quod eo tempore quo paſcha celebramus, ſol in ariete

eſt,ſicut illi appellant quendam ſyderum locum ubi reuera menſe nouorum inuenitur ſol,ſed ſiue illi arietem,ſiue aliquid aliud eandem partem cœli uocare uoluerint,nos de ſcripturis ſacris hoc didicimus quod omnia ſydera deus condidit,& locis cœleſtibus quibus uoluit ordinauit,quæ ſtellis diſtincta & ordinata in quotlibet partes diuidant quibuſlibet uocabulis uocent:ubicunq; ſol eſt menſe nouorum illic eſſe reperitur hæc celebratio,propter ſimilitudinẽ ſacramenti renouandæ uitæ.hæc Hieronymus. unde & per Paulum apoſtolum iubemur expurgari uetus fermentum, ut ſimus noua cõſperſio,& tanquam azymi ſinceritatis & ueritatis nulli peccato obnoxii.& propter hanc nouitatem uitæ primus menſis anni celebrationi huic attributus eſt. nam & ipſe dicitur menſis nouorum quod & proprie per æquinoctium ſignificatur in quo fugatis tenebris dies ſupra noctes creſcere incipiunt a quo & philoſophi nouum annum auſpicantur. hanc uitæ nouitatem uocabulum ipſum quod paſcha dicitur ſignificare uidetur:quod Hieronymo teſte non græcum eſt, ut quibuſdam uideri ſolet,ſed hebræum eſſe perhibent qui utrãq; linguam norunt. neq; enim a paſſione uel pati (quod grœci πασχεῖν dicunt)ſed a phaſe quod hebraice tranſitum ſignificat nomen accepit. quia in eo filii iſrael ſeruitutem ægyptiorum euaſerunt.& tranſitum Chriſti de morte ad uitam typice nobis præfigurauit. nam ut inquit apoſtolus paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. necnon & tranſitum noſtrum de corruptione ad incorruptionem,de pœna ad gloriam per Chriſti reſurrectionem importabat.hãc etiam uitæ nouitatem præ ſe ferre uidetur cereus paſchalis,qui ex noua cera formatus,nouo igne a ſole accepto uel ex ſilice nouiter excuſſo accenditur. eſt enim nouus in eccleſia dei ceræ uſus.nam ante Chriſti ſaluatoris aduentum,cera in ſacrificiis non habebatur.nuſquam neq; in ueteri neq; in nouo teſtamẽto in ſacrificiis mella,nuſquam ceræ uſum inuenies,ſed lucernarũ duntaxat lumina & oleo fotas flammas uidebis. nec obſtat ꝙ multis in locis fiat mentio de candelabris quæ candelarum uel cereorum ſuſtentacula ſunt. quippe in apocalipſi Ioannes dicit ſe uidiſſe ſeptem candelabra.nam quoties in latino traductum inuenitur candelabrũ in græco habetur λύχνος uel λυχνία quod ſignificat lucernam uel ſuſtentaculum lucernæ olei potius quã cerei uel candelæ.ſed redeuntes unde digreſſi ſumus ſummopere obſeruãda eſt primi menſis & æquinoctii ratio,queadmodũ patres in nicæna ſynodo cõgregati iſtituerũt,& quia priſcis illis tẽporibus æquinoctiũ uernale cõrigebat.12.calẽdas apriles,hoc eſt,die.21. martii, ideo tũc

collocarunt ipſum eodem die,& quartaſdecimas lunas ipſo die æqui noctii, uel poſt ipſum contingentes,dixerunt eſſe idoneas pro paſchæ celebratione,& terminos paſchales uocabant, quia dominica ſequente paſcha celebrandum definiuerunt.ſed quia æquinoctium & luna quartadecima paſchalis firmam in calendario ſedem habere nequeant, immo iam ad multos dies ſedes ſuas in calendario anticiparunt,indigent noua prouiſione & correctione de qua nũc ſcribemus.

¶ Caput ſecundum proponit primum & ſimpliciſſimum emendãdi calendarii modum.

SCripſimus nunc canonem paſchæ a ſanctis patribus in nicæna ſynodo cõſtitutum:& errores ex decurſu tẽporis in eo cõtingẽtes ſuperioribus libris expoſuimus reliquũ eſt ut ad errores prædictos opportuna afferamus remedia:& emendandi calendarii modos proponamus.quorum primus facillimus,breuiſſimus,& ſimpliciſſimus eſt, per anteriorationem æquinoctii uernalis,& numerorum cycli decẽnouenalis in calendario deſcriptorum,uidelicet ꝙ æquinoctium ſtatuatur die decimo martii in quo ipſum ut plurimum fieri debemus. nam ut poſtea demonſtrabimus nox illa quæ ſequitur diem decimum martii hac tempeſtate eſt horarum duodecim. ſicq; dies undecimus martii idoneus eſt pro paſcha celebrando, ſi ætas lunę conſenſerit, & dies dominicus extiterit. Anteriorandi ſunt etiam omnes numeri cycli decemnouenalis uniformiter ad diem quintum, ut fiant conformes motui cœleſti,ſicut ĩ prima ipſarum inſtitutione ætati lunæ reſponderunt. quia inſtituti & inſcripti fuerunt calendario hi numeri in nicæna ſynodo quæ facta fuit anno domini trecenteſimo uigeſimo ſecundo, & tunc congruebant ſuis locis, & reſpondebant lunationibus in cœlo factis.eo quod luminarium cõgreſſus tunc facti fuerunt eiſdem diebus quibus numeri eos ſignificantes ſunt prænotati. ſed a tempore nicænæ ſynodi uſq; ad tempora noſtra interceſſerunt anni fere milleducenti in quibus lunationes omnes anticiparunt ſedes ſuas ad dies quatuor fere.ut poſtea libro undecimo probabimus ergo numeri lunationes iſtas ſignificantes debent transferri ad totidem dies & collocari in loco quinto numerando a loco in quo nunc reperiuntur.nam in ſeptuaginta ſex annis anticipant ſedes ſuas ad horas quinq;,minuta.52.ſecunda.13.tertia.18.& æquinoctium in annis centum &triginta duobus aſcendit in calendario Iulii cæſaris ad diem unum.Sequitur nunc calendarium romanum in quo numeri omnes cycli decemnouenalis anteriorati ſunt ad diem quintum.

¶ Calendarium romanum in quo omnes numeri cycli decemnouenalii anteriorati ſunt ad diem quintum a loco quem prius obtinuerunt.

IANVARIVS.

19	1	A	KL
8	2	b	4 nonæ.
	3	c	3 nonæ.
16	4	d	2 nonæ.
5	5	e	NONAE
	6	f	8 idus.
13	7	g	7 idus.
2	8	A	6 idus.
	9	b	5 idus.
10	10	c	4 idus.
	11	d	3 idus.
18	12	e	2 idus.
7	13	f	IDVS.
	14	g	19 kl.
15	15	A	18 kl.
4	16	b	17 kl.
	17	c	16 kl.
12	18	d	15 kl.
1	19	e	14 kl.
	20	f	13 kl.
9	21	g	12 kl.
17	22	A	11 kl.
6	23	b	10 kl.
	24	c	9 kl.
14	25	d	8 kl.
3	26	e	7 kl.
	27	f	6 kl.
11	28	g	5 kl.
	29	A	4 kl.
19	30	b	3 kl.
8	31	c	2 kl.

FEBRVARIVS.

	1	d	KL
16	2	e	4 nonæ.
5	3	f	3 nonæ.
	4	g	2 nonæ.
13	5	A	NONAE
2	6	b	8 idus.
	7	c	7 idus.
10	8	d	6 idus.
	9	e	5 idus.
18	10	f	4 idus.
7	11	g	3 idus.
	12	A	2 idus.
15	13	b	IDVS.
4	14	c	16 kl.
	15	d	15 kl.
12	16	e	14 kl.
1	17	f	13 kl.
	18	g	12 kl.
9	19	A	11 kl.
	20	b	10 kl.
17	21	c	9 kl.
6	22	d	8 kl.
	23	e	7 kl.
14	24	f	6 kl.
3	25	g	5 kl.
	26	A	4 kl.
11	27	b	3 kl.
	28	c	2 kl.

¶ Calendarium romanum in quo omnes numeri cycli decemnouenalis anteriorati ſunt ad diem quintum a loco quem prius obtinuerunt.

MARTIVS.

19	1	d	KL	
8	2	e	6	nonæ.
	3	f	5	nonæ.
16	4	g	4	nonæ.
5	5	A	3	nonæ.
	6	b	2	nonæ.
13	7	c	NONAE	
2	8	d	8	idus.
	9	e	7	idus.
10	10	f	6	idus.
	11	g	5	idus.
18	12	A	4	idus.
7	13	b	3	idus.
	14	c	2	idus.
15	15	d	IDVS.	
4	16	e	17	kl.
	17	f	16	kl.
12	18	g	15	kl.
1	19	A	14	kl.
	20	b	13	kl.
9	21	c	12	kl.
	22	d	11	kl.
17	23	e	10	kl.
6	24	f	9	kl.
	25	g	8	kl.
14	26	A	7	kl.
3	27	b	6	kl.
	28	c	5	kl.
11	29	d	4	kl.
	30	e	3	kl.
19	31	f	2	kl.

APRILIS.

8	1	g	KL	
16	2	A	4	nonæ.
5	3	b	3	nonæ.
	4	c	2	nonæ.
13	5	d	NONAE.	
2	6	e	8	idus.
	7	f	7	idus.
10	8	g	6	idus.
	9	A	5	idus.
18	10	b	4	idus.
7	11	c	3	idus.
	12	d	2	idus.
15	13	e	IDVS.	
4	14	f	18	kl.
	15	g	17	kl.
12	16	A	16	kl.
1	17	b	15	kl.
	18	c	14	kl.
9	19	d	13	kl.
	20	e	12	kl.
17	21	f	11	kl.
6	22	g	10	kl.
	23	A	9	kl.
14	24	b	8	kl.
3	25	c	7	kl.
	26	d	6	kl.
11	27	e	5	kl.
	28	f	4	kl.
19	29	g	3	kl.
8	30	A	2	kl.

¶ Calendarium romanum in quo omnes numeri cycli decennouenalis anteriorati ſunt ad diem quintum a loco quem prius obtinuerunt.

MAIVS.

	1	b	KL
16	2	c	6 nonæ.
5	3	d	5 nonæ.
	4	e	4 nonæ.
13	5	f	3 nonæ.
2	6	g	2 nonæ.
	7	A	NONAE
10	8	b	8 idus.
	9	c	7 idus.
tem, uoluerunt incipere annum ab aliquo principio immobili,& er go dixerũt annum ſolarem eſſe reuolutionem ſolis ab aliquo puncto circuli æquinoctialis,donec redeat ad eundem.poſt hos Thebith ben choræ & Azarchel putantes interſectiones zodiaci cum æquinoctiali moueri motu acceſſus & receſſus,reaſſumpſerunt opinionẽ priſcorũ: & dixerunt annum ſolarem eſſe reuolutionem ſolis in ſuo ecentrico uel ab aliqua ſtella fixa donec redeat ad eandem.His ſic præſuppoſitis dicemus quod ſicut in romano calendario æquinoctia & ſolſtitia quotannis anticipant ſedes ſuas, ſic introitus ſolis in ſigna octauæ ſphæræ in eodem calendario quotannis poſtponunt ſedes ſuas,ſimili uel potius contraria ex cauſa,nam quia annus a Iulio cęſare ĩſtitutus & a romana eccleſia hactenus obſeruatus,maior eſt uero motu ſolis ab æquinoctio uel ſolſtitio inchoato donec redeat ad idem ęquinoctĩum uel ſolſtitium, neceſſe eſt æquinoctia in calendario quotannis anticipari. & quia idem annus Cæſaris minor eſt uero motu ſolis a ſtella fixa uel ab auge donec redeat ad eandem,neceſſe eſt introitum ſolis in ſigna zodiaci octauæ ſphæræ quotannis in romano calendario poſtergari.quinimmo hac tempeſtate ſol ĩtrat arietem octauæ ſphæræ die ſeptima aprilis. ſicq; introitus ſolis in arietem octauæ ſphæræ a tempore Iulii cæſaris uſq; in hunc diem non anticipauit ſedem in calendario,ſed poſtergauit ad dies decem & ſeptem uel decem & octo. quæ ut magis pateant,altius ſunt perſcrutanda nonnulla de anni ſolaris quantitate, & primo de anno ſolari proueniente ex motu ſolis ab æquinoctio uel ſolſtitio donec redeat ad ipſum.ſi enim hic annus ſolaris contineret præciſe & adæquate ſex horas ultra dies.365.ut obſeruatio Iulii cæſaris præſupponit,nũquam ęquinoctia anticiparent ſedes ſuas,ſed firmas & perpetuas in calendario ſedes obtinerent,quia quolibet quarto anno dies unus ex quatuor quadrantibus reſultans per biſextum pręciſe intercalaretur: ſed quia hic annus ſolaris iuxta alphonſinas ſupputationes continet dies trecentos ſexaginta quinq; cum horis quinq;, & minutis.49.& ſecundis.16.neceſſe eſt ęquinoctia quotannis in calendario aſcendere,& ſedes ſuas mutare ad minuta decẽ & ſecunda.44.unius horæ. Simili modo accipiendo annum pro reuolutione ſolis a ſtella fixa uel ab auge ecentrici eius donec redeat ad eandẽ:ſi reuolutio iſta fieret ĩ diebus trecentis ſexagĩta quinq; cum horis ſex ut Iulius cæſar annum obſeruari inſtituit: nunquam introitus ſolis in ſigna zodiaci octauæ ſphęræ mutaret ſedẽ ſuam in romano calendario, immo firmam & perpetuam in eo ſedem teneret: ſed quia tranſitus ſolis a ſtella octauæ ſphæræ donec re-

deat ad eandem ,continet plus quam dies.365.& ſex horas,neceſſe eſt hunc annum ſolarem eſſe maiorem anno Iulii cæſaris ab eccleſia ob ſeruato.quamobrem contingit quotannis in romano calendario introitum ſolis in ſigna octauæ ſphæræ poſtergare ſedem ſuam.continet nanq; hic annus ſolis in octaua ſphæra computatus ſecundum Thebith qui tabulas ſuas ſuper hoc anno fundauit dies .365. horas ſex,minuta nouem,ſecunda duodecim.quamobrem neceſſe eſt annũ huiuſcemodi in octaua ſphæra acceptum,eſſe maiorẽ anno ab æquinoctio computato tanto quidem maiorem quantum tempus ſol requirit ad pertranſeundum eam partem cœli per quam in anno illo mota fuit octaua ſphæra. exempli gratia ſit ſol nunc in iſto inſtanti in prima interſectione zodiaci cum æquinoctiali quæ facit æquinoctiũ uernale,& ſit coniunctus uel ſuppoſitus alicui ſtellæ fixæ in ipſo ęqui noctiali,dico quod completo anno cum ſol redierit ad æquinoctialem non inueniet ſtellam illam in æquinoctiali in quo eam reliquit: quia ſtella illa mota erit motu octauæ ſphæræ uerſus orientem. quãobrem neceſſe eſt annum in octaua ſphæra acceptum maiorem eſſe anno ab æquinoctiali computato : niſi contingeret motum octauæ ſpęhræ eſſe retrogradum quod raro accidit.& multis impoſſibile uidetur. & quia annus iulii cæſaris mediat inter hos duos annos. (eſt enim maior anno ab æquinoctiali computato, & eſt minor anno in octaua ſphæra accepto)neceſſe eſt quod in calendario Iulii cæſaris ęquinoctia ſemper anticipent ſedes ſuas.& ſtellæ fixæ atq; introitus ſolis in ſigna octauæ ſphæræ,ſemper poſtergent ſedes ſuas in eodem calendario. ex prædictis elici poteſt ſolutio ad multa dubia quæ ex diuerſa anni quantitate a philoſophis uarie annotata,oriri ſolent. patet etiam quomodo priſci philoſophi qui maiorem anni quantitatẽ poſuerunt concordari poterunt cum iunioribus,qui annum minorem eſſe uoluerunt . priſci nanq; computabant ſuos annos per reuolutionem ſolis in ſuo ecentrico uel in octaua ſphæra , dicentes annum eſſe motum ſolis ab aliquo puncto ecentrici donec redeat ad eundem , puta reuolutionem ſolis ab auge , donec redeat ad augem , uel motum ſolis ab aliqua ſtella fixa donec redeat ad eandem . ſed poſteriores philoſophi computabant ſuos annos per reuolutionem ſolis ab æquinoctio ad æquinoctium , uel a ſolſtitio ad ſolſtitium , uel ab aliquo alio pararello , nonæ ſphæræ donec redeat ad eundem . conſtat nanq; annum primo modo acceptum maiorem eſſe & longiorem,anno ſecundo modo accepto . in tanto quidem tempore quantum requirit ſol ad pertranſeundum eam

partem zodiaci per quam in anno illo mota eſt octaua ſphæra uerſus orientem. eſt etiam manifeſtum, in anno primo modo accepto, ſolem pertranſire totum ſuum e centricum: immo priſci philoſophi annum diffiniuerunt per reuolutionem ſolis in ecentrico ſuo, quippe in eodē tempore ſol pertranſit firmamentum ſtellarum fixarum, & totum ſuum ecentricum. quia ecentrici omnium planetarum & auges ipſorum mouentur motu octauæ ſphæræ. ſed poſteriores philoſophi qui annum diffiniuerunt per reuolutionem ſolis a puncto æquinoctiali donec redeat ad eundem punctum, fateri debent ſolem in anno uno non pertranſire totum ſuum ecētricum, ſed minus ea parte qua anno illo raptus fuit ecentricus motu octauæ ſphæræ uerſus oriētem. unde & motus ille (quaſi in ecentrico imperfectus) appellari poſſet anfractus potius quam reuolutio. quia ſol in tali anno non integre pertranſit ſuum ecentricum, ſed deficit in parte iam dicta, quæ licet quolibet anno modica ſit & inſēſibilis, tamen ex multis annis coaceruata creſcit in quantitatem magnam: adeo quod a tempore natiuitatis Chriſti uſq; in diem præſentem adoleuit & creuit ad gradus uiginti hinc eſt ꝙ priſci illi philoſophi & aſtrologi quos Ptolemæus allegat, Meton, Euctemenes, & Calippus, qui motus planetarum in octaua ſphæra computaruntı maiorem anni quantitatem poſuerunt. Hipparchus uero Ptolemæus, & Albategnius, qui annum ſolarem ab æquinoctio uernali auſpicati ſunt minorem anni quantitatem conſtituerunt. Sed poſt hos Thebith benchoræ arbitratus interſectiones zodiaci & æquinoctialis moueri motu quodam octauæ ſpæræ quem motum acceſſus & receſſus uel trepidationis appellauit: priſcorum ſententias approbauit. affirmans annum potius diffiniri debere per reuolutionē ſolis in ſuo ecentrico ſemper uniformem quam per reuolutionem ſolis ab æquinoctio in æquinoctium ſemper diuerſam. quo factum fuit ut uſq; ad tempora noſtra planetarum motus in multis tabulis computentur in octaua ſphæra ut uidere licet ī tabulis Azarchelis, toletanis & aliis plærisq; præterquam in tabulis alphonſinis, & ab eis deriuatis. Alphonſus nanq; & ſi diuerſum motum octauę ſphęrę conſignauit, tamen non putauit interſectiones moueri ut Thebith ſcripſerat: neq; ęquationes motus acceſſus & receſſus ſub eadem quantitate notauit. nam pro eo quod Thebith ſcripſit hunc motum uariari per gradus decem & minuta quadraginta quinq;: Alphonſus nouem duntaxat gradus poſuit. quis autem horum rectius ſcripſerit non eſt pręſentis ſpeculationis. id duntaxat in pręſentia de tabulis alphonſinis dicemus quod per eas nondum ſatis innoteſcit motus octauę ſphęrę & ſtella-

rũ fixarũ,nã ſi retroceſſeris a tẽpore Alphõſi uſq; ad tẽpora Ptolemęi inuenies differẽtiã & errorẽ in gradibus fere duobus.exẽpli gratia,pro feremus obſeruationẽ ſtellę fixę quę dicitur cor leonis quã fecit Ptolę mæus anno ſecundo Antonini imperatoris,inueniens eam per ſubti liſſimam conſiderationem in ſecundo gradu leonis minuto.30.hanc eandem ſtellam inuenit Alphonſus in gradu.19.minuto.38.leonis, ergo a tempore conſiderationis Ptolemæi uſq; ad tempus Alphonſi quod cõtinet annos.1112.mota fuiſſet hæc ſtella & tota octaua ſphęra per gradus.17.minuta.8.ſed ſi per tabulas eiuſdem Alphonſi motum octauæ ſphæræ cum ſuis æquationibus calculaueris,inuenies octauã ſphæram & ſtellas fixas motas fuiſſe a tempore Ptolemæi uſq; ad tem pora Alphonſi per gradus duntaxat.15.cum una tertia,ex quibus ma niſeſte patet has tabulas alphonſinas quibus aſtrologicæ ſupputatio nes hac tempeſtate innituntur non ad unguem motum octauę ſphęrę deſcripſiſſe. patet etiam errare omnes qui æquinoctium uernale tem pore nicænæ ſynodi uel tempore paſſionis Chriſti inueſtigare contẽ dunt per tabulas alphonſinas: nam ſupputatio ex eis deducta diſcre pat ab obſeruatione Iulii cæſaris & conſideratione Ptolemæi in die bus fere duobus. pro cuius declaratione accipiemus duas conſidera tiones Ptolemæi quas fecit de introitu ſolis in æquinoctium autun nale,primam obſeruationem ſubtiliſſimam & ueriſſimã æqualitatis autunnalis fecit anno decimoſeptimo Hadriani imperatoris,qui fuit annus nabuchdonoſoris. 880. & inuenit ſolem ingredi punctum æquinoctii autunnalis die ſeptimo menſis athyr,poſt mediam diem per duas horas æquales fere. Aliam obſeruationem ueriſſimam fecit anno tertio Antonini pii qui fuit annus a morte Alexandri.463. & iuuenit introitum ſolis in æquinoctium autunnale die nona menſis athyr poſt ortum ſolis fere per horam unam.Reducendo has obſer uationes Ptolemæi ad annos Iulianos a Chriſti natiuitatæ computa tos,inueni per primam conſiderationem Ptolemæi ſolem ingreſſum fuiſſe punctum æqualitatis autunnalis anno Chriſti centeſimo trige ſimo ſecundo die.25. ſeptembris horis duabus poſt meridiem. per ſecundam obſeruationem Ptolemæi comperi quod in anno incar nationis centeſimo trigeſimo nono ſol ingreſſus fuit primum pun ctum libræ die uigeſima ſexta ſeptembris per horam unam poſt or tũ ſolis.Ex prædictis elicere poſſumus introitũ ſolis ĩ æquinoctiũ uer nale annis ſupradictis per differentiam interualli inter ambo ęqui noctia intercępti. nam iuxta obſeruationes Abrachis & Ptolemęi ab ęquinoctio uernali uſq; ad ęquinoctiũ autũnale ſũt dies.187.igiť ãno

incarnationis uerbi dei. 132. ſol ingreſſus fuit æquinoctium uernale die uigeſimaſecunda martii horis duabus poſt meridiem. & in anno centeſimo trigeſimo nono ſol ingreſſus fuit æquinoctium uernale die uigeſimatertia martii per horam unam poſt ortum ſolis in alexandria. Ex quibus ulterius retrocedendo uſq; ad annos incarnationis inferre poſſumus iuxta obſeruationes Albategni quod tempore natiuitatis Chriſti ſol ingrediebatur æquinoctium uernale in anno biſextili die uigeſimaquarta martii, & in anno communi die uigeſimaquinta eiuſdem. & quia annus incarnationis fuit annus communis, ſequitur incarnationem uerbi dei factam fuiſſe ipſo die æquinoctii uernalis. ſed de hoc in fine totius operis ſcribemus. quod ſi per tabulas alphonſinas hæc ęquinoctia inueſtigaueris, inuenies utrunq; citius factum per diem unum cum dimidio. ex his ſequitur erraſſe magiſtrum Petrum de riuo & Oliuerum eius calculatorem qui per tabulas alphonſinas indagare conati ſunt æquinoctia ad tempora paſſionis Chriſti, quinimmo ad inueſtigandos planetarum motus hac tēpeſtate tabulæ Alphonſi uix ſufficiunt ob motum octauæ ſphæræ ab alphonſo non recte ſupputatum. nam cum duplicem ponat motū octauæ ſphæræ, unum ſemper uniformem uerſus orientem quem mōtum augium & ſtellarum fixarum uocat: hunc incluſit in medio motu cuiuſlibet planetæ: & ergo non fuit ei neceſſarium addere hūc motum medio motui ut tabulę toletanę pręcipiūt. alterū octauę ſphęrę motū, acceſſus & receſſus nuncupat, diuerſum quidem propter ęquationem ei reſpondentem, aliquando uerſus orientem, aliquando uerſus occidentem, ſidera omnia & planetas trahentem: hunc motum propter diuerſitatem eius non potuit includere in medio motu planetarum. & tamen uariat motus ipſorū. neq; meminit huius ęquationis niſi pro auge orbium planetarum indaganda ut ex ea inuenta elici poſſit argumentum uel centum planetę quod uocant diſtantiam ab auge, quamobrem fieri non poteſt ut per alphonſinas tabulas ueri planetarum curſus & examuſſim inueniantur. nam cum motus octauę ſphęrę per eundem alphonſum aliquando ſit uelox, aliquādo tardus, modo ſtationarius, nonnunquam retrogradus non poteſt includi in medio motu planetę, ſed ſpecialem operationem requirit, cuius non meminerunt expoſitores tabularum Alphonſi, nec q; Alphonſus ipſe tabulauit motum interſectionū zodiaci cum ęquinoctiali quem Thebith inuenit uariari ad gradus decem & minuta 45. tam uerſus orientem quam uerſus occidentem. ſed æquationes motus octauę ſphęrę quas ponit Alphonſus ſunt duntaxat ſinus uel

medietates cordarum cuiuſlibet arcus parui circuli. hæc animad uer/ tant quæſo uates curioſi qui per ingreſſum ſolis in ęquinoctium uer/ nale prognoſticari uolunt futura. aut per directiones planetarum ad radios malignos in natalitiis, tempora accidentium futurorum uati/ cinari pręſumunt. uerum quia hęc altioris ſunt diſciplinę & indaginis nunc ea miſſa faciemus, & ad primum noſtrum inſtitutum de colloca tione æquinoctii in romano calendario reuertemur, & obſeruationes priſcorum philoſophorum de uera anni ſolaris quantitate hic anno/ tabimus. Hipparchus enim teſte Ptolemæo uir induſtriæ magnæ & ueritatis amicus, & ut plinius inquit, uir nunquam ſatis laudatus, in libro quem de intercalaribus menſibus & diebus ſcripſit Metonem inducit, & Euctemenem, quorum ſententia fuit anni ſpatium conti/ nere dies trecentos ſexaginta quinq; cum quadrante & ſeptuageſima ſexta parte unius diei, quæ facit minuta horę. 19. fere. ſcribit etiam Calippum compertum habuiſſe annum conſtare ex diebus. 365. cum quarta ſolum. ſed quia iſti annum eſſe dixerunt reuolutionem ſolis in ſuo eccentrico, uel in octaua ſphęra, uidelicet motum ſolis ab aliqua ſtella fixa donec redeat ad eandem: ipſe aſpernatus horum ſententias diffiniuit annum per motum ſolis ab ęquinoctiali, donec redeat ad ipſum ęquinoctialem, & hũc annum ſua induſtria inuenit continere dies. 365. & minus quarta parte in trecenteſima parte diei quæ facit minuta horæ quatuor, & ſecunda. 48. hunc ad unguem imitatus eſt Ptolemæus Hipparchum ipſum adducens & eandem cum ipſo anni quantitatem ſtatuens. ſed poſt Ptolemæum annis. 743. Albategnius minorem anni quantitatem inuenit, affirmans ſolis reditum & anni conuerſionem fieri in diebus. 365. cum quadrante minus parte cente ſima diei quæ facit minuta quatuordecim ſecunda. 24. poſt hunc The bith animaduertens philoſophos iam dictos diuerſam anni quantita tem annotaſſe opinatus fuit interſectiones zodiaci & æquinoctialis uariari per motum capitis arietis, & librę octauę ſphęræ i duobus par uis circulis quẽ motũ trepidationis uocauit. & propter motũ huiuſce modi iterſectionũ coactus fuit diffinire ãnũ p reuolutionẽ ſolis ab ali quo pũcto octauę ſphęræ, uel ab aliqua ſtella fixa donec redeat ad eã/ dẽ, & hoc dixit fieri in diebus 365. horis ſex, minutis nouẽ, & ſecundis 12. Alphonſus uero qui ultimo planetarum motus dixerit, paꝝ ab Al bategni opinione diſcrepãs ſolarẽ annũ redintegrari dixit ex diebus 365. horis quinq;, minutis 49. ſecundis. 16. diffiniens ãnum per reuo/ lutionẽ ſolis ab ęquinoctiali donec redeat ad eũdẽ æqnoctialẽ. uerũ qa motum octauę ſphæræ diuerſum facit per æquationem aliquando ad

dendam, aliquando ſubtrahendam, neceſſe eſt ueram anni quanti-
tatem non ſemper eandem eſſe, ſed nonnunquam uariari iuxta di-
uerſitatem motus octauæ ſphæræ quæ uerum ſolis motum uariat. li-
cet huius uarietatis non meminerint calculatores qui canones tabu-
larum Alphonſi expoſuerunt. uariatur etiam anni ſolaris quantitas
ob motum interſectionum zodiaci & ęquinoctialis quem Thebith in
uenit, cuius non meminit Alphonſus. Deniq; uariatur anni ſolaris
quantitas iuxta diuerſa principia a quibus annus inchoari poteſt, nã
ſi a ſolſtitio æſtiuali incœperimus annum, erit quantitas eius hac tem
peſtate dierum.365.horarum quinq;, minutorum.48. ſecundorum
44.ſed ſi ab alterutro æquinoctiorum auſpicari annum uoluerimus
erit dierum.365.horarum quinq;, minutorum.49. ſecundorum.16.
ſi uero a ſolſtitio hyemali, hoc eſt, a capricorno annum inceperimus
erit eius quantitas dierum.365.horarum quinq;, minutorum 49 ſe-
cundorum.49.hęc autem diuerſitas accidit propter motum octauæ
ſphærę qui in auge & in oppoſito augis ſolis uariare facit motum ue
rum a medio, & ęquationem in tabula annotatam, quod non contin
git in longitudinibus mediis. hæc tamen diuerſa quantitas anni ſo-
laris non impedit operationem noſtram pro norma paſchalis ſolem-
nitatis conſcribenda, quia eccleſia romana in paſchali ſupputatione
non obſeruat motus diuerſos uel extremos propter ipſorum uarieta
tem, ſed medios duntaxat & uniformes. media autem anni quantitas
inter maximam & minimam eſt dierum .365. horarum quinq;, mi-
nutorum. 49.ſecundorũ.16.ad hæc accedit quod eccleſia incipit an-
num ab æquinoctio uernali in quo non accidit diuerſitas illa, quam
in ſolſtitiis contingere diximus. primum nanq; menſem quem paſ-
chalem uocat inchoat a lunatione quę eſt propinquior ęquinoctio cu
ius ſcilicet quartadecima luna cadit in ipſo ęquinoctio uel poſt ęqui
noctium. quamobrem omiſſo hoc ſcrupulo ęquationis anni ſolaris
aſtrologis neceſſario deſcribemus hic ęquinoctia uernalia pro primo
menſe, & paſchali norma competentia iuxta ſupputationem ex tabu
lis alphonſinis deductam, per ſingulos annos uſq; ad annum milleſi
mum ſexcenteſimum, deinde per uicenos annos, ac tandem per cen
tenos uſq; ad annum quater milleſimum, numerum annorum col-
ligemus. ut ſequens docet deſcriptio. ac tandem breuem quandam
tabellam ſubnectemus, per quam ad omne tempus futurum introi
tus ſolis in arietem nonę ſphęræ facillime inueniri poterit.

¶ Sequitur nunc ſupputatio ęquinoctii uernalis per quod primus
menſis & luna quartadecima paſchalis cognoſcitur.

Anni Chriſti.	Dies martii ĩ quibus cõtigit æquinoctiũ. dies.	horę.	miuť.	ſecũda
1500	10	7	2	40
1501	10	12	51	56
1502	10	18	41	12
1503	11	0	30	28
1504	10	6	19	44
1505	10	12	9	0
1506	10	17	58	16
1507	10	23	47	32
1508	10	5	36	48
1509	10	11	26	4
1510	10	17	15	20
1511	10	23	4	36
1512	10	4	53	52
1513	10	10	43	8
1514	10	16	32	24
1515	10	22	21	40
1516	10	4	10	56
1517	10	10	0	12
1518	10	15	49	38
1519	10	21	38	44
1520	10	3	28	0
1521	10	9	17	16
1522	10	15	6	32
1523	10	20	55	48
1524	10	2	45	4
1525	10	8	34	20
1526	10	14	23	36
1527	10	20	12	52
1528	10	2	2	8
1529	10	7	51	24
1530	10	13	40	40
1531	10	19	29	56
1532	10	1	19	12
1533	10	7	8	28
1534	10	12	57	44
1535	10	18	47	0

Anni Chriſti.	Dies martii ĩ quibus cõtigit ęquinoctiũ. dies.	horę.	miuť.	ſecũda
1536	10	0	36	16
1537	10	6	25	32
1538	10	12	14	48
1539	10	18	4	4
1540	9	23	53	20
1541	10	5	42	36
1542	10	11	31	52
1543	10	17	21	8
1544	9	23	10	24
1545	10	4	59	40
1546	10	10	48	56
1547	10	16	38	12
1548	9	22	27	28
1549	10	4	16	44
1550	10	10	6	0
1551	10	15	55	16
1552	9	21	44	32
1553	10	3	33	48
1554	10	9	23	4
1555	10	15	12	20
1556	9	21	1	36
1556	10	2	50	52
1558	10	8	40	8
1559	10	14	29	24
1560	9	20	18	40
1561	10	2	7	56
1562	10	7	57	12
1563	10	13	46	28
1564	9	19	35	44
1565	10	1	25	0
1566	10	7	14	16
1567	10	13	3	32
1568	9	18	52	48
1569	10	0	42	4
1570	10	6	31	20
1571	10	12	20	36

Anni Chriſti.	Dies martii ĩ quibus cõtigit æquinoctiũ.			
	dies.	horę.	miut.	ſecũda
1572	9	18	9	52
1573	9	23	59	8
1574	10	5	48	24
1575	10	11	37	40
1576	9	17	26	56
1577	9	23	16	12
1578	10	5	5	28
1579	10	10	54	44
1580	9	16	44	0
1581	9	22	33	16
1582	10	4	22	32
1583	10	10	11	48
1584	9	16	1	4
1585	9	21	50	20
1586	10	3	39	6
1587	10	9	28	52
1588	9	15	18	8
1589	9	21	7	24
1590	10	2	56	40
1591	10	8	45	56
1592	9	14	35	12
1593	9	20	24	28
1594	10	2	13	44
1595	10	8	3	0
1596	9	13	52	16
1597	9	19	41	32
1598	10	1	30	48
1599	10	7	20	4
1600	9	13	9	20
1620	9	9	34	40
1640	9	6	0	0
1660	9	2	25	20
1680	8	22	50	40
1700	8	19	16	0
1720	8	15	41	20
1740	8	12	6	40

Anni Chriſti.	Dies martii ĩ quibus cõtigit ęquinoctiũ.			
	dies.	horę.	miut.	ſecũda
1760	8	8	32	0
1780	8	4	58	20
1800	8	1	22	40
1820	7	21	48	0
1840	7	18	13	20
1860	7	14	38	40
1880	7	11	4	0
1900	7	7	29	20
1920	7	3	54	40
1940	7	0	20	0
1960	6	20	45	20
1980	6	17	10	40
2000	6	13	36	0
2020	6	10	1	20
2040	6	6	26	40
2060	6	2	52	0
2080	5	23	17	20
2100	5	19	42	40
2120	5	16	8	0
2140	5	12	33	20
2160	5	8	58	40
2180	5	5	24	0
2200	5	1	49	20
2220	4	22	14	40
2240	4	18	40	0
2260	4	15	5	20
2280	4	11	30	40
2300	4	7	56	0
2320	4	4	21	20
2340	4	0	46	40
2360	3	21	12	0
2380	3	17	37	20
2400	3	14	2	40
2420	3	10	28	0
2440	3	6	53	20
2460	3	3	18	40

Anni Christi	ℭ Dies martii i quib' contingit ęqnoctiũ. dies.	horę.	miuť.	ſecũda
2480	2	23	44	0
2500	2	20	9	20
2520	2	16	34	40
2540	2	13	0	0
2560	2	9	25	20
2580	2	5	50	40
2600	2	2	16	0
2620	1	22	41	20
2640	1	19	6	40
2660	1	15	32	0
2680	1	11	57	20
2700	1	8	22	40
2720	1	4	48	0
2740	1	1	13	20
	Dies februarii.			
2760	29	21	38	40
2780	29	18	4	0
2800	29	14	29	20
2820	29	10	54	40
2840	29	7	20	0
2860	29	3	45	20
2880	29	0	10	40
2900	28	20	36	0
2920	28	17	1	20
2940	28	13	26	40
2960	28	9	52	0
2980	28	6	17	20
3000	28	2	42	40
3100	27	8	49	20
3100	26	14	56	0
3300	25	21	2	40
3400	25	3	9	20
3500	24	9	16	0
3600	23	15	22	40
3700	22	21	29	20
3800	22	3	36	0
Anni Christi.	Dies februarii. dies.	horę.	miuť.	ſecũda.
3900	21	9	42	40
4000	20	15	49	20

ℭ Ex deſcriptione iã facta manifeſtũ eſt quomodo íueniri poſſit dies í quo ſit æquinoctiũ quolibet ãno ícipiẽdo ab ãno ſalutis. 1500. uſq; ad ãnũ quater milleſimũ. q̃ ſi ãnũ tuũ nõ íueneris í tabula annorũ, facile ex ãno minori propinquiori ítroitũ ſolis í æqnoctiũ cõperies, nã ſingulis annis nõ biſextilibus poſtergat ſol ingreſſũ ſuũ in æquinoctiũ p̱ horas 5. minuta 49 ſecũda 16. & quolibet ãno ítercalari (ꝓpter biſextũ receptũ) ãticipat ſedẽ ſuã reſpectu biſexti præteriti p̱ minuta 42. ſecũda 56. Patet etiã ex prædictis ſolutio nõnulloꝝ dubioꝝ de cauſa ãticipationis ęqnoctioꝝ quæ friuole ab aliis tractata ſunt. eſt etiam perſpicuum quo die calendarii romani poni debet æquinoctium uernale quod primi menſis diffinitionem & paſchę rationem ingreditur : nam hac tẽpeſtate conuenienter locari poteſt die decimo martii : quia ut plurimum in eo contingit, & nox illa quæ ſequitur diem decimum martii hac tempeſtate eſt horarum duodecim, quamobrem dies undecimus martii erit idoneus pro paſchæ celebratione ſi ætas lunæ cõſenſerit. eſt quoq; manifeſtũ quod quibuſq; centum & triginta duob' annis æquinoctia atq; ſolſtitia anticipãt ſedes ſuas ad diẽ unũ.

¶ De æquinoctio autumnali.

¶ Habito æquinoctio uernali erit etiam in promptu æquinoctium autumnale. ſemper enim æquali interuallo diſtant uidelicet per dies centum & octuaginta ſeptem, horas.0.minuta.26.exempli gratia, ſi ſol ingreſſus fuerit æquinoctium uernale die decima martii in meridie, ingredietur eodem anno ęquinoctium autumnale die tertiadecima ſeptembris ad uiginti ſex minuta poſt meridiem. & ſi ſol ingreſſus fuerit æquinoctium uernale die undecima martii in meridie, ingredietur æquinoctium autumnale eodem anno die quartodecimo ſeptembris poſt meridiem minutis.26.ſicq̧ in cęteris.cum ergo ſol peragret totum zodiacum in diebus.365.cum quadrante fere, ſequitur quod tardius pertranſeat unam medietatem zodiaci quam aliam in diebus nouem. Poteris etiam hac tempeſtate introitum ſolis in ambo æquinoctia atq̧ ſolſtitia breuiter īuenire per ſolum medium motum ſolis hoc modo: pro introitu ſolis in arietem quære medium motum eius in ſigna phyſica.5.gradus.57.minuta.50.quia tunc ſecundum uerū motum ingredietur arietem nonę ſphęrę.pro introitu ſolis in libram quære medium motum eius in ſigna .3.gradus.2. minuta.10. quia tunc ingredietur libram. pro ītroitu ſolis in cancrum quære medium motum eius in ſignū.1.gradus.29.minuta.57.ſecunda.50.Pro introitu eius in capricornum quære medium motum eius in ſigna.4.gradus.30.minuta.2.ſecunda.24.quia tunc ingredietur capricornum ſecundum uerum motum.

De modo īueniēdi utrūq̧ æqnoctiū ꝑ nouā ſupputationē aſtrologicā.

¶ Etſi iā abunde deſcripſimus æquinoctiū uernale ad multos ānos ſupputatum, nihilominus pro ſupplemento operis, & pro examine deſcriptionis iam factæ ſubnectemus tabellam paruam per quā utrūq̧ æquinoctium pro tempore futuro (poſt iubileū anni Chriſti 1500 præteriti) quotannis facillime indagari poterit. In prima tabulę linea ſiue columnula ponetur numerus ānorum collectorum per quatuor quia in quarto quoq̧ anno æquinoctium redit ad eandem diem & horam in qua prius factum fuit anticipans ſedem ſuam duntaxat per minuta 42, & ſecunda 56, & hæc quantitas āticipationis ānotabitur e regione cuiuſq̧ anni, hoc ergo tēpus anticipationis per primā tabulā inuentū, ſubtrahemus a tēpore ānotato in tabella parua martii, ſi uernale ęquinoctiū quęrimus, uel ſeptēbris, ſi autūnale ęquinoctiū ſcire deſideramus, has tabellas ingredi debemus cū numero remanēte ī reſiduo poſt diuiſionem annorum per quatuor factam, abiectis prius a tota ſumma annis mille quingentis. Sequitur nunc tabula.

¶ Tabula prima communis utriq; æquinoctio indagando.

Anni reſtãtes poſt diuiſioné p quatuor.	Dies.	Horæ.	Minuta	Secũda.
1.	0	0	42	56
2	0	1	25	52
3	0	2	8	48
4	0	2	51	44
5	0	3	34	40
6	0	4	17	36
7	0	5	0	32
8	0	5	43	28
9	0	6	26	24
10	0	7	9	20
11	0	7	52	16
12	0	8	35	12
13	0	9	18	8
14	0	10	1	4
15	0	10	44	0
16	0	11	26	56
17	0	12	9	52
18	0	12	52	48
19	0	13	35	44
20	0	14	18	40
21	0	15	1	36
22	0	15	44	32
23	0	16	27	28
24	0	17	10	24
25	0	17	53	20
26	0	18	36	16
27	0	19	19	12
28	0	20	2	8
29	0	20	45	4
30	0	21	28	0
40	1	4	37	20
50	1	11	46	40
60	1	18	56	0
70	2	2	5	20

¶ Reſiduũ tabulę præcedentis.

Anni.	Dies.	Horæ.	Minuta	Secunda
80	2	9	14	40
90	2	16	24	0
100	2	23	33	20
200	5	23	6	40
300	8	22	40	0
400	11	22	13	20
500	14	21	46	40
600	17	21	20	0
700	20	20	53	20
800	23	20	26	40
900	26	20	0	0
1000	29	19	33	20

In ſequẽtibus tabulis quęretur reſiduũ annoꝝ poſt diuiſioné per quatuor remanentium.

Secũda tabula ꝓ æquinoctio uernali indagando.

Anni reſidui	Dies martii	Horæ.	Minuta	Secunda
0	10	7	2	40
1	10	12	51	56
2	10	18	41	12
3	11	0	30	28

Secunda tabula pro ęquinoctio autumnali indagando.

Anni reſidui	Dies ſeptembris.	Horæ.	Minuta	Secunda
0	13	7	28	40
1	13	13	17	56
2	13	19	7	12
3	14	0	56	28

0

¶ Si per tabulas iã deſcriptas ĩuenire deſideras pro tẽpore futuro ĩ
troitũ ſolis ĩ æquinoctiũ uernale uel autũnale, ſubtrahe ab ãnis tuis
a Chriſti natiuitate cõputatis ãnos. 1500. & qđ reliquũ fuerit diuide
ꝑ quatuor, & numeꝝ quotiẽtẽ quære ĩ prima tabella, & qđ e regione
eius annotatũ ĩueneris de diebus, horis, minutis, & ſecũdis, ſcribe ad
partẽ, deinde reſiduũ qđ poſt diuiſionẽ remãſit quære ĩn ſecũda tabel
la, menſis martii, ſi uernale æquinoctiũ ſcire deſideras, uel ſeptẽbris, ſi
autũnale æquinoctiũ quæſieris, & excribe ſimiliter qđ e directo eius
ĩueneris, a quo ſubtrahas qđ prius ĩ prima tabella ĩueniſti, & qđ reſi
duũ fuerit erit ĩtroitꝰ ſolis ĩ equinoctiũ ĩ ãno ꝓpoſito. exẽpli gratia, uo
lo ĩuenire ĩtroitũ ſolis ĩ ęquinoctialẽ uel ĩ arietẽ nonę ſphęrę ãno chri
ſti. 1600. ſubtraho ab hoc numero ãnos. 1500. & reſtãt ãni cẽtũ, quibꝰ
diuiſis ꝑ quatuor ꝓueniũt ãni. 25. hos quæſiui ĩ prĩa tabula & e regio
ne ipſoꝝ ĩueni dies o horas. 17. minuta. 53. ſecunda. 20. quæ ſcripſi ad
partẽ. deĩde quęſiui reſiduũ qđ poſt diuiſionẽ remãſit ĩ ſecũda tabula
quę ĩtitulaẽ de ãnis reſiduis ꝓ æquinoctio uernali & qa nihil erat reſi
duũ ĩgreſſus fui tabellã e regione ãnoꝝ. o. e cuiꝰ directo inueni de die
bus martii. 10. 7. 2. 40. a quibus ſubtraxi numeꝝ dieꝝ & horaꝝ ĩ pri
ma tabula ĩuẽtũ, & facta ſubtractione reſtabãt dies. 9. horæ. 13. minuta
9. ſecũda 20. ergo ĩ ãno Chriſti 1600. ſol ĩgredieẽ arietẽ nonæ ſphæræ
uel ęquinoctiũ uernale diebus & horis prædictis de mẽſe martii. Ali
ud exẽplũ uolo ĩnuenire ĩtroirũ ſolis ĩ arietẽ ãno Chriſti. 1682. ſubtra
ho ab eis ãnos. 1500. reſtãt ãni. 182. quos diuido ꝑ quatuor proueniũt
45. & reſtãt. 2. ĩ reſiduo, deĩde quæſiui hũc numeꝝ 45. ĩ tabula ãnoꝝ
collectoꝝ & quia nõ ĩueni eũ accepi minorẽ propinquiorẽ, uidelicet
40. e cuiꝰ regione ĩueni. 1. 4. 37. 20. deĩde reſiduũ puta quĩq; quæſiui
ĩ eadẽ tabula & e regiõe eiꝰ ĩueni. 0. 3. 34. 40. quę addidi ſimul cũ aliis
priꝰ inuẽtis & ꝓueniũt dies. 1. horę. 8. minuta. 11. ſecũda. 0. & qa poſt di
uiſionẽ ꝑ quatuor reſtabãt ĩ reſiduo. 2. ĩgreſſus fui tabulã mẽſis martii
e regione: 2. & a numero ibi ãnotato ſubtraxi numeꝝ ĩ prima tabula
ĩnuẽtũ & remãſit ĩ reſiduo 9. 10. 29. 12. & hic eſt ĩtroitꝰ ſolis ĩ arietẽ hoc
eſt ĩ æquinoctiũ uernale ãno dñi. 1682. Aliud exẽplũ uolo ĩuenire in
troitũ ſolis ĩ librã hoc eſt ĩ æquinoctiũ autũnale in ãno dñi. 1823. ſub
traho ex ſũma ãnos. 1500. reſtãt ãni. 323. quos diuido ꝑ. 4. proueniũt
80. & reſtãt in reſiduo ãni. 3. deinde quæſiui. 80. in prima tabula ãnoꝝ
collectoꝝ ꝑ. 4. & ĩueni e regione eiꝰ dies 2. horas. 9. minuta. 14. ſecũda
40. quę excerpſi, & qa ĩ reſiduo reſtabãt ãni. 3. quæſiui eos in tabella
ſecũda ſeptẽbris, & ĩueni e regione ipſoꝝ dies. 14. horas. 0. mi. 56. ſe
cũda. 28. a qbꝰ ſubtraxi numeꝝ ſuperiꝰ inuẽtũ & reſtabat ꝓ ĩtroitu ſo
lis in librã dies 11. ſeptẽbris. horę 15. mi. 41. ſecũda 48. ſicq; in cæteris.

¶ Liber undecimus docet inuenire coniunctiones & oppoſitiones luminarium per exactiſſimam & breuiſſimam ſupputationem, expo nens modum extrahendi ueras epactas non ſolum in diebus, ſed eti am in horis, minutis, ſecundis, ac reliquis temporum fragmentis.

ORdo luminarium (quorum motum paſcha conſe quitur) expoſtulat, ut poſt deſcriptionem ęquinoc tii a ſolis curſu cauſati, ſubnectamus quartædeci mæ lunæ (per ueriſſimas epactas) aſtrologicam ſup putationem: quæcunq; enim ſuperioribus libris de epactis tam latinorum quam græcorum & alexan drinorum ſcripſimus, de diebus dūtaxat excreſcentibus intelligenda ſunt, dimiſſis horis atq; minutis, iuxta conſuetudinem eccleſiæ, quæ pro quartadecima luna paſchali indaganda dies duntaxat obſeruat: quamobrem cōtingere ſolet ſupputationem alexandrinam ab eccle ſia uſu habitam diſcrepare nonnunquam ab aſtrologico calculo & non ſemper eidem adamuſſim reſpondere. Nos ergo ut cyclum paſ chalem conformem in omnibus aſtrologicę ſupputationi cōſcribere ualeamus, docebimus modū extrahendi epactas non ſolum per dies, uerum etiam per horas, atq; minuta, & per reliquas horarum fractio nes, per quem inueſtigari poterunt lunationes non ſolum primi mē ſis, ſed & cuiuſuis alterius menſis ad quodcunq; tempus datum adeo præciſe acſi per tabulas aſtrologicas eſſent ſupputatæ.

¶ Modus extrahendi epactas perpetuo duraturus.

¶ Epactæ dicuntur dies uel horæ in menſe uel in anno ſolari ultra lunationem excreſcentes. ſi ergo cuiuſq; menſis uel anni epactas ſci re deſideras ſubtrahe a diebus cuiuſuis menſis interuallum tempo ris intercæpti a coniunctione luminarium uſq; ad ſequentem con iunctionem, & quod reſiduum fuerit ponetur pro epactis illius men ſis. ſimili modo epactas anni ſolaris recolliges ex epactis duodecim menſium ſolarium quibus integratur, quæ ut magis pateant profere mus exempla de ſingulis. Extant inter quaſlibet duas coniunctiones ſibi proximas ſecundum medium curſum dies.29. horæ.12. minuta 44. ſecunda.3. tertia.2. quarta.58. quinta.51. ſexta.22. quæ ſi ſubtraxe rimus a diebus ianuarii reſtabunt epactę menſis ianuarii dies 1. horę 11. minuta.15. ſecunda.56. tertia.57. quarta.1. quinta.8. ſexta.38. Et quia februarius in anno communi habet dies duntaxat.28. non per tingit ad complementum integræ lunationis etiam ſi adiungantur eidem epactæ ianuarii iam dictæ, erunt ergo epactæ februarii i anno

cõmuni dies.29 horę.11.minuta.15.ſecũda 56.tertia 57.quarta 1. ſed in anno biſextili cum februarius habeat dies 29.ſi addãtur ei epactę ianuarii fiet aggregatũ ex omnibus dies.30.horę.11.minuta.15.ſecũda.56.tertia 57.quarta 1.a quibus ſi ſubtrahãtur dies & horæ integrę lunationis reſtabũt pro epactis februarii ĩ ãno biſextili dies.0.horę.22.minuta.31.ſecũda.53.tertia.54.quarta.2.ſicq; in cæteris menſibus epactas pariformiter conſtitues. Similiter & annoꝝ epactas hac arte ĩuenies. nã cũ duodecim lunationes contineãt dies.354.horas.8.minuta 48.ſecunda 36.tertia.35.quarta 46.quĩta.16.ſexta.26.erũt epactæ cuiuſlibet anni ſolaris cõmunis dies decẽ horę.15.minuta.11.ſecunda.23.tertia.24.quarta 14.& cuiuſlibet anni biſextilis epactæ erũt dies.11.horæ.15.minuta.11.ſecunda.23.tertia.24.quarta.14.Ex quibus cẽtũ annoꝝ & mille annoꝝ epactas facile per cõformẽ multiplicationẽ inuenies

¶ Nota qđ epactæ ſuperius deſcriptæ & ĩferius deſcribẽdæ ſũt dies ĩ fine ãni uel ãnoꝝ excreſcẽtes ultra lunationẽ ultimã illius ãni:ſicq; referri debẽt ad finẽ ãni & nõ ad pricipiũ eius. quamobrem ſi ad principiũ iubilei.1500. epactas habere deſideras, accipe pro epactis dies.28.horas.12. minuta.58.ſecunda.47..tertia.33.quarta.11.quæ fuerũt epactæ in fine anni.1499.

Radix epactarum in anno incarnationis uerbi dei ad meridianũ urbis romę:dies.16.horæ.16.minuta.41.ſecunda.8.tertia.34 quarta.13.

anni collecti.	dies.	horæ.	minuta.	ſecunda.	tertia.	quarta.
20	10	22	39	26	43	47
40	21	21	18	53	27	34
60	3	7	14	17	8	22
80	14	5	53	43	52	9
100	25	4	33	10	35	56
200	20	20	22	18	8	53
300	16	12	11	25	41	50
400	12	4	0	33	14	47
500	7	19	49	40	47	44
600	3	11	38	48	20	41
700	28	16	11	58	56	37
800	24	8	1	6	29	34
900	19	23	50	14	2	31
1000	15	15	39	21	35	28
2000	1	18	34	40	7	57
3000	17	10	14	1	43	25
4000	3	13	9	20	15	54
5000	19	4	48	41	51	22
6000	5	7	44	0	23	51
7000	20	23	23	21	59	19
8000	7	2	18	40	31	48

¶ Verum ut facilior fiat operatio pro coniunctionibus, & oppoſitionibus habendis, hac noſtra tempeſtate calculaui pro tempore futuro annos collectos incipientes ab anno.1500.cum radice Chriſti in eis incluſa ſic quod unicus introitus pro annis collectis ſufficiat quemadmodũ ſubſequẽtes tabellæ docẽt.

Tabula epactarũ p ãnis futuris in quibus radix motus incluſa eſt.

ãni dñi collecti per.20.	Dies.	Horæ.	Minuta	Secunda	Tertia.	Quarta.
1500	10	15	26	7	54	26
1520	21	14	5	34	38	13
1540	3	0	0	58	19	1
1560	13	22	40	25	2	48
1580	24	21	19	51	46	35
1600	6	7	15	15	27	23
1620	17	5	54	42	11	10
1640	28	4	34	8	54	57
1660	9	14	29	32	35	45
1680	20	13	8	59	19	32
1700	1	23	4	23	0	20
1720	12	21	43	49	44	7
1740	23	20	23	16	27	54
1760	5	6	18	40	8	42
1780	16	4	58	6	52	29
1800	27	3	37	33	36	16
1820	8	13	32	57	17	4
1840	19	12	12	24	0	51
1860	0	22	7	47	41	39
1880	11	20	47	14	25	26
1900	22	19	26	41	9	13
1920	4	5	22	4	50	1
1940	15	4	1	31	33	48
1960	26	2	40	58	17	35
1980	7	12	36	21	58	23
2000	18	11	15	48	42	10

Epactę ãni cõmis dies.10.horę.15 minuta.11. ſecũda.23. tertia.24. quarta.13.quita.43.ſexta.33. ſeptima.36.

Anni chriſti	Dies.	Horæ	Minuta	Secunda	Tertia.	Quarta.
1	10	15	11	23	24	14
2	21	6	22	46	48	28
3	2	8	50	7	9	43
4 bi	14	0	1	30	33	57
5	24	15	12	53	58	11
6	5	17	40	14	19	26
7	16	8	51	37	43	40
8 bi	28	0	3	1	7	54
9	9	2	30	21	29	9
10	19	17	41	44	53	23
11	0	20	9	5	14	38
12 bi	12	11	20	28	38	52
13	23	2	31	52	3	6
14	4	4	59	12	24	21
15	14	20	10	35	48	35
16 bi	26	11	21	59	12	49
17	7	13	49	19	34	4
18	18	5	0	42	58	18
19	28	20	12	6	22	32
20 bi	10	22	39	26	43	47

Epactę mẽſiũ anni cõmunis.	Dies.	Horæ.	Minuta	Secunda	Tertia.	Quarta.
Ianuarius	1	11	15	56	57	1
Februarius	29	11	15	56	57	1
Martius	1	9	47	50	51	3
Aprilis	1	21	3	47	48	4
Maius	3	8	19	44	45	5
Iunius	3	19	35	41	42	7
Iulius	5	6	51	38	39	8
Auguſtus	6	18	7	35	36	9
September	7	5	23	32	33	10
October	8	16	39	29	30	11
Nouẽber	9	3	55	26	27	12
Decẽber	10	15	11	23	24	14

Epactæ mẽſiũ anni biſextilis.	Dies.	Horæ.	Minuta	Secunda	Tertia.	Quarta.
Ianuarius	1	11	15	56	57	1
Februarius	0	22	31	53	54	2
Martius	2	9	47	50	51	3
Aprilis	2	21	3	47	48	4
Maius	4	8	19	44	45	5

Iunius	4	19	35	41	42	7
Iulius	6	6	51	38	39	8
Auguſtus	7	18	7	35	36	9
September	8	5	23	32	33	10
Octobeꝛ	9	16	39	29	30	11
Nouēber	10	3	55	26	27	12
Decēber	11	15	11	23	24	14

Tabula ſequēs cōtinet reuolutio
nes integras cōiūctionū & oppoſi
tionū: & numerus epactaꝝ ꝑ ſu-
periores tabulas inuēt⁹ debet ſub
trahi a numero maiori ꝓpinqori ī
hac tabula ānotato ſub titulo cō
iunctionis ſi cōiunctionē quæris,
uel ſub titulo oppoſitionis ſi op
poſitionē ſcire deſideras.

Tabula integraꝝ reuolutionū.	Dies.	Horæ.	Minuta	Secunda	Tertia	Quarta
Pro oppoē	14	18	22	1	31	30
ꝓ cōiūctioē	29	12	44	3	2	59
Pro oppoē	44	7	6	4	34	29
ꝓ cōiūctioē	59	1	28	6	5	58
Pro oppoē	73	19	50	7	37	28
ꝓ cōiūctioē	88	14	12	9	8	57
Pro oppoē	103	8	34	10	40	27
ꝓ cōiūctioē	118	2	56	12	11	56
Pro oppoē	132	21	18	13	43	26
ꝓ cōiūctioē	147	15	40	15	14	55

¶ Si ꝑ tabulas ſuperi⁹ deſcriptas
inuenire deſideras cōiūctionē uel
oppoſitionē luminariū ad qđcū-
qꝫ tēpus datū, cōſidera ānos tuos
ab incarnatione uerbi dei tranſac
tos, quos quęre ī tabula ānoꝝ col
lectoꝝ & ſi nō inueneris eos in ta
bula accipies minorē propinquio
rē eis & excribe qđ e regione ipſo
rū inueneris de dieb⁹, horis, minu
tis, & ſecundis &c. deinde cū reſi
duo ānoꝝ uel cū minore propin-
quiore eādē tabulā ingredieris. &
qđ e regione ipſoꝝ inueneris de
dieb⁹, horis, minutis, & ſecūdis ſi
militer ad partē ſcribes, qđlibet
ſub ſuo compari ſicqꝫ ſēper facies
donec omnes tuos ānos cōpletos
ſiue ī tabula ānoꝝ collectoꝝ, ſiue
in tabula ānoꝝ expāſoꝝ īueneris
deinde cū mēſib⁹ cōpletis tabulā
mēſiū cōmuniū īgredieris, ſi ann⁹
tuus ī quo cōiūctionē uel oppoſi
tionē quæris fuerit cōmīs, uel ta-
bulā mēſiū biſextiliū ſi ann⁹ tu⁹ bi
ſextilis extiterit, & qđ e directo
mēſis trāſacti īueneris ſimiliter ad
partē ſcribes qđlibet ſub ſuo pa-
ri, puta dies ſub dieb⁹, horas ſub
horis, ſicqꝫ in cæteris, quib⁹ oīb⁹ in
unū collectis, adde eis radicē āni ī
carnatiōis Chriſti & aggregatū ex
oībus cōſerua: deīde aīaduerte ſi
hoc aggregatū fuerit min⁹ nume
ris illis ī tabula parua ītegraꝝ re-
uolutionū ānotatis ꝓ cōiūctiōe ſi
cōiūctionē quęris uel ꝓ oppoſitio
ne ſi oppoſitionē ſcire deſideras qꝫ
ſi numer⁹ a te collect⁹ minor fue-
rit aliquo numeroꝝ ī dicta tabula
ſcriptoꝝ aufer & ſubtrahe nume
rū tuū ab illo numero īmediate
maiore & qđ poſt ſubtractionē re
māſerit erit dies, hora & minutū
cōiunctionis illi⁹ mēſis ſi cōiūctio
nē quærebas uel oppoſitiōis ſi op
poſitionē ſcire deſideras. Exēpli
gratia uolo īuenire cōiūctionē me
diā luminariū anno dñi. 1486. de
mēſe martii: ingredior primo ta-
bulā ānoꝝ collectoꝝ cum nume-
ro. 1000. e cuius regione inueni

de epactis dies.15.horas.15.minuta.39.ſecũda.21.tertia.35.quarta.28.
quæ ad partẽ notaui, deĩde ĩgredior eãdẽ tabulã cũ ãnis.400.ĩ quoꝝ
directo ĩueni.12.4.0.33.14.47.rurſus ĩgredior eãdẽ tabulã cũ annis
80.ĩ quoꝝ directo ĩueni de epactis.14.5.53.43.52.9.quę oĩa ad partẽ
notaui quodlibet ſub ſuo genere, uidelicet dies ſub diebus horas ſub
horis minuta ſub minutis.&c.quibus oĩbus addidi radicẽ epactaꝝ ãni
ĩcarnationis Chriſti uidelicet.16.16.41.8.34.13.deĩde cũ ãnis quinqꝫ
trãſactis ĩgreſſus ſũ tabulas ãnoꝝ expanſoꝝ ĩ quoꝝ directo ĩueni.24.
15.12.53.58.11.& qa quæro cõiũctionẽ mẽſis martii & ãnus eſt cõmunis
ĩgreſſus ſũ tabulã mẽſiũ ãni cõmunis & capio epactas mẽſis februarii
quæ ſũt.29.11.15.56.57.1.quibus oĩbus ĩ uicẽ collectis proueniũt epac
tę.112.20.43.38.11.49.quẽ numeꝝ ſubtraxi a numero maiori propi/
quiori pro coniũctiõe ĩuẽto ĩ tabula ĩtegraꝝ reuolutionũ qui eſt.118.
2.56.12.11.56.& reſtabãt pro coniũctiõe martii dies.5.horæ.6. minuta
12.ſecũda.34.tertia.0.quarta.7.hoc ergo fuit tẽpus coniũctiõis medię
luminarium de menſe martii anno.1486.currente.ſicqꝫ in cæteris an
nis medias luminarium coniunctiones eodem modo inuenies.

¶ Facilior operatio pro tempore poſt iubileum anni.1500.futuro.

¶ Vt autẽ facilior fiat operatio pro coniũctiõibus & oppoſitionibus
habẽdis hac noſtra tẽpeſtate calculaui nõnullos ãnos collectos cũ radi
ce ĩcarnationis uerbi dei in eis ĩcluſa, ſic qđ unicus ĩtroitus ꝓ ãnis col
lectis ſufficiat. exẽpli gratia uolo ĩuenire coniũctionẽ luminariũ ãno
dñi.1512.de mẽſe martii: ĩgreſſus ſũ tabulã ãnoꝝ collectoꝝ noſtri tẽpo
ris cũ ãnis.1500.e quoꝝ directo ĩueni dies.10.horas.15.minuta.26.ſe
cũda.7.tertia.54.quarta.26.deĩde cũ ãnis undecĩ trãſactis acceſſi ad ta
bulã ãnoꝝ expãſoꝝ & e regiõe ipſoꝝ ĩueni dies.0.horas 20.minuta 9.
ſecũda.5.tertia 14.quarta.38.deĩde ĩgreſſus fui tabulã mẽſiũ biſextiliũ
eo ꝙ ãnus duodecimus fuit biſextilis, & quia quæro cõiũctionẽ mẽſis
martii ĩgreſſus fui tabulã mẽſiũ e regione februarii, e cuius directo ĩue
ni de epactis dies.0.horas.22.minuta.31.ſecũda.53.tertia.54. quarta
2.his oĩbus ſimul iũctis proueniũt dies.12.horæ.10.minuta.7. ſecũda
7.tertia 3.quarta 6.hęc debẽt ſubtrahi a maiori & propinquiori nume
ro inuẽcto ĩ tabula ĩtegraꝝ reuolutionũ qui eſt ꝓ cõiũctiõe 29.12.44
3.2.59.qua ſubtractiõe facta reſtat.17.2.36.55.59.53.& hoc eſt tẽpus
lunationis quęſitæ de mẽſe martii. Aliud exẽplũ uolo inuenire cõiũ/
ctionẽ mediã ſolis & lunæ de mẽſe aprilis ãni ab ĩcarnatione dñi.1569
primũ ingreſſus ſum tabulas ãnoꝝ collectoꝝ cũ ãnis.1560 ĩ quoꝝ di
recto ĩueni de epactis.13.22.40.25.2.48.deĩde ĩgreſſus fui tabulã an
noꝝ expãſoꝝ cũ ãnis.8.cõpletis ĩ quoꝝ directo ĩueni de epactis.28.0

3.1.7.54.deniq; ingreſſus fui cũ menſe martii ĩ tabulã menſiũ cõmu niũ quia annus eſt cõmunis non biſextilis,e cuius regione inueni.1. 9.47.50.51.3.quæ omnia in unũ collecta faciuntt.43.8.31.17.1.45. quæ ſubtrahenda ſunt a numero maiore propinquiore inuento in ta bula ĩtegrarũ reuolutionũ qui fuit.59.1.28.6.5.58.& facta ſubtractio ne remãſit ꝑ cõiũctiõe aplis dies 15.horę.16.minuta.56.ſecũda 49.ter tia.4.quarta.13.& hęc fuit cõiũctio media luminariũ de mẽſe aprilis.

¶ Canon pro inuentione lunationum ante Chriſti natiuitatem.

¶ Poteris etiam ſi libuerit per has tabulas inuenire coniunctiones medias luminarium ad quodcunq; tempus datum ante Chriſti nati uitatem hoc canone obſeruato. quære epactas annorum tuorum in tabula annorum collectorum uel expanſorum prout expediens fue- rit,quibus inuicem collectis adde eis radicem hanc uidelicet. 12.20. 2.54.28.46.& ab aggregato ſubtrahe reuolutiones integras annota tas in tabella reuolutionum . hic tamen eſt diligenter animaduerten dum quod anni biſextiles ante Chriſti natiuitatem non reſpondent biſextilibus poſt Chriſti natiuitatem computatis,nam poſt Chriſti aduentum biſextiles ſunt anni quartus, octauus,duodecimus, ſex- tuſdecimus, uigeſimus, ſicq; in cæteris quoties anni ab incarnatio- ne uerbi dei computati, diuidi poſſunt in quatuor partes æquales ſunt biſextiles. ſed aliter contingit in annis ante Chriſti natiuita- tem tranſactis, eo quod primus ãnus ante Chriſti natiuitatẽ fuit bi- ſextilis,ſimiliter quintus,nonus,tertiuſdecimus, decimuſſeptimus, uigeſimus primus,uigeſimuſquintus,ſicq; in cæteris.quod hac ratio ne perſpicuum fit,nam iuxta obſeruationem eccleſiæ & aſtrologorũ primus annus natiuitatis Chriſti fuit primus poſt biſextum,ergo an nus præcedens ipſum fuit biſextilis, & ſic annus quintus ante Chriſ ti natiuitatem etiam fuit biſextilis,ſicq; in cæteris. & hoc bene ani- maduertendũ ſuadeo,quia errauerunt & errant in hoc omnes aſtro- logi qui de inueniendis locis planetarum uel lunationibus & coni unctionibus planetarum canones ſcripſerunt, in annis ante Chriſti natiuitatem tranſactis, computantes biſextiles eodẽ curſu & ordine poſt Chriſti aduentum & ante eius natiuitatem.ſi ergo coniunctionẽ mediam luminarium ad tempus ante Chriſti natiuitatem per has ta bulas epactarum inuenire uolueris,quoties ingreſſus fueris tabulam annorum expanſorũ adde numero per eas inuẽto diẽ unũ prętérquã in anno qui iuxta ordinẽ tabulæ eſt biſextilis cui nihil debet addi. Exẽpli gratia uolo ĩuenire cõiunctionẽ mediã luminariũ de mẽſe ia nuarii ãno quadrageſimoquĩto ante Chriſti natiuitatẽ,q fuit primus

annus ſolaris a Iulio cæſare inſtitutus, ingredior cũ annis.40.tabu/
lam annoꝝ collectorum & ſumo epactas in directo eorum inuentas
quæ ſunt.21.21.18.53.27.34.deinde ĩgredior cum annis quinq; tabu
lam annorum expanſorum & accipio epactas ibi inuentas quæ ſunt
24.15.12.53.58.11.quibus addam diem unum propter cauſam dictã
& aggregatis his omnibus epactis inuicem prouenient.47.12.31.47.
25.45.quibus addam radicem iam annotatam uidelicet.12.20.2.54.
28.46.& proueniunt.60.8.34.41.54.31.a quibus abiiciam integras
reuolutiones hoc eſt minorem numerum propinquiorem in tabula
integrarum reuolutionum inuentum pro coniunctione qui eſt.59.1.
28.6.5.58.& remanet coniunctio media ſolis & lunæ de menſe ianua
rii in principio quadrageſimiquinti anni ante Chriſti natiuitatem
uidelicet dies.1.horę.7.minuta.6.ſecunda.35.tertia.48.quarta.33.
a qua coniunctione Iulius cæſar incœpit primum annum ſolarem.
Simili modo in aliis operaberis. hæc exempli cauſa ſcripſimus de
hac luminarium coniunctione a qua Iulius cæſar primum annum
ſolarem auſpicatus fuit, quia poſtea in ſecunda operis parte utemur
ea (ſi deo placuerit) pro die paſſionis Chriſti indagando. ſatis eſt in
præſentiarum oſtendiſſe per tabulas prædictas inueniri poſſe lunatio
nes, hoc eſt, luminarium congreſſus necnon & oppoſitiones ipſorũ
ad quodcunq; tempus datũ, ſiue fuerit poſt Chriſti natiuitatem ſiue
ante incarnationem eius tranſactum, quod etiam ſequenti capitu/
lo per alias tabulas demonſtrare aggrediemur.

¶ Caput ſecundum ſupputationem lunæ paſchalis ſuperiori capi
tulo conſcriptam explanat, & pro pigris abiliorem ac faciliorem red
dit, laboremq; omnem calculandi ſubleuat, & lunationes omnes per
quatuor cyclos hoc eſt per annos.76.extendit, quibus elapſis ad ſuũ
principium fere reuertuntur iuxta canonem inferius exponendum.

NIhil eſt qđ homines noſtri tẽporis ab aſtrologica ſpecu
latione magis diſtrahat atq; auertat quã difficultas ſci
entiæ tã in contẽplatione motuũ planetaꝝ q̃ ĩ diiudi
candis ipſoꝝ influxibus, & faſtidioſa operatio in cal/
culandis planetaꝝ curſibus: adeo ut hac tẽpeſtate qua
ſi peſſundata & a uiris doctis penitus derelicta uideatur, uſurpata
dũtaxat a ſciolis quibuſdã qui anteq̃ demonſtrare didicerint triãgulũ
habere tres angulos ęquales duobus rectis ſola inſpectione epheme
ridis ſiue taquini qđ almanak uocãt aſtrologiã profitẽtes ſe uates uo
cari cupiũt. q̃obrẽ ne qs a recta paſchę celebratione abhorreat ob diffi
cultatẽ calculãdi lunã quartãdecimã ſtatui nõ ſolũ lunationes primi

menſis ſed & omniũ menſiũ cõiunctiones & oppoſitiones de anno in annũ perpetuo calculatas ſubnectere, ſic ꝙ in conſpectu ſine omni labore calculandi tanquã ex ephemeride ante oculos ſẽper in prõptu habeantur. nã cũ lunationes omnes (ſecundũ mediũ curſũ quo eccleſia utitur) reuertantur ſẽper poſt. 76. annos eodẽ curſu & ordine quo prius tranſactæ fuerant dẽptis a qualibet earum horis quinq; minutis 52. ſecundis. 13. ſi ſemel has lunationes ad. 76. annos ſupputauerimus facile per eas quaſcunq; alias lunationes quocunq; anno dato inueniemus, uidelicet pro tẽpore pręterito per additionẽ: pro tẽpore futuro per ſubtractionẽ temporis proportionabiliter factã, pro ut ſupputatio expoſtulat: ſic quod primis ſeptuaginta ſex annis lunationes accipiantur quemadmodũ deſcriptæ ſũt nulla facta additione uel ſubtractione, ſed illis tranſactis pro reliquis. 76. annis ſequentibus ſubtrahãtur a qualibet lunatione horę quĩq; minuta. 52. ſecũda. 13. deĩde pro aliis. 76. annis ſubtrahatur a qualibet lunatione duplũ illius uidelicet horæ. 11. minuta. 44. ſecunda. 26. ac rurſus pro aliis. 76. annis ſequẽtibus ſubtrahatur triplũ illius uidelicet horę 17. minuta 36. ſecũda. 40. ſicq; in cæteris ſubtrahẽdo pro qualibet reuolutione uel ordine ãnorum horas quinq; minuta. 52. ſecũda. 13. ſic qđ quęlibet poſterior reuolutio addat ſupra præcedẽtẽ ſubtractionẽ huius tẽporis. Simili modo pro tẽpore præterito per cõformẽ additionẽ habebimus lunationes pro quocũq; ãno uel mẽſe uoluerimus. quæ ut magis pateant ſubnectemus lunationes calculatas per ãnos. 76. ĩcipiẽdo ab ãno dñi 1501. uſq; ad ãnũ domini. 1576. & eregione cuiuſlibet ãni ãnotabim⁹ alios. 19. ãnos pro tẽpore futuro & totidẽ pro tẽpore pręterito diſpoſitos ſuis ordinibus quib⁹ ſeruiũt lunationes illius ãni facta additione pro tẽpore præterito uel ſubtractione pro tẽpore futuro iuxta ordinẽ ãnorum & canonẽ iã expoſitũ per quẽ docet quãtũ pro quolibet ordine aut reuolutione ſit addẽdũ uel ſubtrahẽdũ ut ſequẽs docet deſcriptio.

Hæc tabula inferius poſita docet quantũ pro quolibet ordine annorum poſtea deſcribendorum addendum ſit uel ſubtrahendum. nam pro annis præteritis debet fieri additio & pro annis futuris ſubtractio. docet ergo hæc tabula quantum pro quolibet anno præterito poſtea deſcribendo ſit addendum lunationibus ibidem notatis & quãtũ pro quolibet ãno futuro ſit ſubtrahendũ, nã ſi annus propoſitus fuerit de primo ordine cõpetit ei numerus primus tabulæ ſequentis ſcilicet. 0. 5. 52. 13. & ſi fuerit de ſecũdo ordine ſeruit ei numerus ſecundus tabulę ſequentis uidelicet 0. 11. 44. 26. ſi de tertio ordine extiterit ſeruit ei tertius numerus puta 17. 36. 40. ſicq; in cęteris.

Hæc tabula docet quantum pro quolibet ordine addēdum ſit uel ſubtrahendum.

Ordo annorū collectorum per.76.	Dies.	Horæ.	Minuta	Secunda
Pro prīo ordine	0	5	52	13
Pro ſecundo	0	11	44	26
Pro tertio	0	17	36	40
Pro quarto	0	23	28	53
Pro quinto	1	5	21	7
Pro ſexto	1	11	13	20
Pro ſeptimo	1	17	5	33
Pro octauo	1	22	57	47
Pro nono	2	4	50	0
Pro decimo	2	10	42	14
Pro undecimo	2	16	34	27
Pro duodecimo	2	22	26	40
Pro .13.	3	4	18	54
Pro.14.	3	10	11	7
Pro.15.	3	16	3	21
Pro.16.	3	21	55	34
Pro.17.	4	3	47	47
Pro .18.	4	9	40	1
Pro.19.	4	15	32	14
Pro uigeſimo	4	21	24	27

die ab angelo inſidiante liberati ſumus. hæc eſt ergo religio paſchæ. hoc eſt, ſacramẽtum & myſterium immolationis agni paſchalis, quippe myſterium græce arcanum latine, uel ſacramentum ſignificat. eſt enim ſacramentum ſacrę rei ſignum, quod non omnibus ſed doctis duntaxat innoteſcit: ſimili modo myſterium dicitur cum in ſacris aliquid fit, non propter illud, ſed ut illo aliud ſignificetur, iuxta illud Vergilii georgicorum primo, & myſtica uãnus iacchi. quia liberi patris ſacra ad purgationem animæ pertinere putabant, & ſic homines eius myſteriis purgari dixerunt, ſicut frumentum uannis purgatur. myſterium itaq; & ſacramentum occultum eſſe debet & ſine aperta ſignificatione ipſorum ſacrorum quæ ſcilicet diuinis duntaxat uiris & ſacerdotibus ſunt cognita. quemadmodum Chriſtus ipſe ſæpenumero ſignificare uidetur, qui loquens diſcipulis in parabolis & myſteriis inquit, multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis ea capere modo, & Petro dixit, quod ego facio, tu neſcis modo, ſcies autẽ poſtea, nullum autem myſterium per diem natiuitatis domini ſignificatur, ſed ſolum denotatur quod eo die natus fuit Chriſtus. paſcha uero habet in ſe myſterium, quemadmodum ſuperius oſtẽdimus, ex quibus perſpicuum eſt paſcha non poſſe obſeruari tanquam feſtum fixum, ſed debet conſequi motum ſolis & lunæ.

SEcunda quæſtio eſt utrum dies paſſionis uel reſurrectionis domini poſſit celebrari tanquam feſtum fixum, ſic ꝙ deputetur uni certæ diei menſis in qua in perpetuum celebrari debeat. huius quæſtionis ſolutionẽ elicere poſſumus ex dictis in ſuperiori quæſtione: nam ea feſta quæ habent in ſe ſacramentum uel myſterium aliquod non poſſunt deputari alicui diei menſis, neq; poſſunt celebrari tanquam feſta fixa, ſed debent obſeruari iuxta rationem ſacramenti quod præ ſe ferunt. ſacramentum autem uel myſterium quod in paſſione domini repræſentatur eſt immolatio agni immaculati, qui præfigurauit Chriſtum innocentem eodẽ die in cruce immolandum eſſe: cum ergo immolatio agni ſequatur motum lunæ conueniens eſt quod dies paſſionis domini obſeruetur iuxta motum lunæ. Confirmantur hæc per beatum Hieronymum in epiſtola de paſchæ celebratione dicentem quod anniuerſarius dies celebrandæ dominicæ paſſionis non redit ad eundem diem anni, ſicut dies natalis eius, quia dies natalis eius nõ habet in ſe ſacramentũ, ſed ſolũ ſignificat rẽ geſtã, uidelicet ꝙ Chriſtus eo die natus fuit, paſcha uero & dies paſſionis dñi ultra rẽ geſtã cõtinent in ſe ſacramentũ & myſticã ſignificationẽ, ideo enĩ agimus paſcha ut nõ ſolũ id qđ factũ eſt í

memoriam reuocemus, ideſt quia mortuus eſt Chriſtus & reſurrexit,
ſed etiam ut cætera quæ euangelium atteſtatur ad ſanctam ſignifica-
tionem non omittamus. ex quibus perſpicuum eſt diem paſſionis do
mini habere in ſe ſacramentum immolationis agni paſchalis imma-
culati, & ergo non poteſt celebrari tanquam feſtum fixum ſed debet
conſequi motum lunæ quemadmodum octauo libro oſtendimus.
¶ Sed quid dicẽdum eſt de die reſurrectionis domini? an poſſit cele
brari tanquam feſtum fixum? uidetur quod ſic, quia nõ continet in ſe
aliquod myſterium uel ſacramentum, ſed ſolum ſignificat Chriſtum
tali die reſurrexiſſe a mortuis. ad hoc reſponderi poteſt quod licet di-
es reſurrectionis nõ contineat in ſe aliquod ſacramentũ, tamen quia
concomitatur diem paſſionis habentem in ſe myſterium immolatio
nis agni immaculati, nõ poteſt celebrari tanquam feſtum fixum, ſed
debet quotannis obſeruari tertia die poſt diem paſſionis qui motum
lunæ conſequitur. Ad hæc accedit quod dies reſurrectionis eſt incer-
tus, immo & menſis eſt dubius: nondum enim ſatis compertum eſt
an in martio an in aprili dominus reſurrexerit quẽadmodum in ſecũ
da operis parte oſtendemus: & ergo reſurrectio eius nõ poterit depu
tari uni diei ſic quod in perpetuum ĩ eodem die celebretur, niſi prius
declaretur quo die reſurrexerit: græci nanq; dominum reſurrexiſſe aſ
ſerunt octauo calendas apriles, latini ſexto calendas apriles, & neutrũ
horum congruit ſupputationi aſtrologicæ uel euãgelicæ doctrinæ ex
quartadecima luna deductæ. ſicq; feſtum reſurrectionis non poterit
obſeruari tanquam feſtum fixum uni diei ſemper deputatum. quod
ſi omnino placuerit ſummo pontifici uel generali concilio ut dies re-
ſurrectionis celebretur tanquam feſtum fixum, oportebit ſeparare ip
ſum a paſcha, ſic quod reſurrectio celebretur alio die quam die paſ-
chæ, quia abſurdum eſſet celebrare paſcha tanquam feſtum fixũ quẽ
admodum ſuperius oſtendimus.

Tertia quæſtio eſt, utrum paſcha poſſit celebrari iuxta mo
tum ſolis duntaxat nullo habito reſpectu ad motum lu-
næ. probatur primum quod non, quia hactenus tam ĩ ue
teri quam in nouo teſtamẽto ſemper obſeruatus fuit mo
tus utriuſq; luminaris pro paſchæ celebratione: ergo etiam pro tem-
pore futuro a nobis cuſtodiri debet. Et confirmatur quia res figu-
rata debet eſſe cõformis figuræ, ſed paſcha noſtrum fuit figuratum per
paſcha iudæorum, ergo debet conformari illi: cum ergo in paſcha iu
dæorum obſeruetur utrunq; luminare ſequitur quod in paſcha chri-
ſtianorum etiam ambo luminaria cuſtodiri debeãt. ¶ Secundo idẽ

probatur

probatur ſic,illud a chriſtianis eſt obſeruandum quod melius eſt atq; perfectius:ſed melius & perfectius eſt obſeruare ambo luminaria quã unum ſolum maxime i lege Chriſti:de quo propheta dixit:ſedes eius ſicut ſol in conſpectu meo,& ſicut luna perfecta i æternum manebit: ergo in paſchæ celebratione debemus obſeruare utriuſq; lumina/ris curſum. ℭ Tertio idem probatur ſic, deus exodi duodecimo paſchalem celebritatem inſtituens præcepit obſeruari ambo lumina ria ſolem uidelicet & lunam perfectam hoc eſt lumine plenam,man/dans paſcha celebrandum eſſe luna quartadecima primi menſis ad ue ſperam qui menſis a ſole i æquinoctio uernali collocato ſumitur,er/go & nos amborum luminarium curſum obſeruare debemus.Idem habetur leuitici uigeſimotertio. hæ ſunt feriæ quas uocabitis ſanctas menſe primo quartadecima die menſis ad ueſperam phaſe domini eſt & quintadecima die menſis huius ſolemnitas azymorum eſt quam/obrem numeri nono deus comminatur his qui paſcha non fecerint tempore ſuo. ℭ Quarto ſic omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio, ſed Chriſtus celebrauit paſcha luna quartadecima primi mẽſis,& mo tum utriuſq; luminaris obſeruauit ergo & nos eadem cuſtodire debe mus. ipſe enim eſt fundamentum religionis noſtræ dicente apoſtolo prima ad corinthios tertio fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt,quod eſt Ieſus Chriſtus. ergo pontifex romanus non poteſt conſtituere nouum paſchæ canonem præter eũ quem Chriſtus obſeruauit & nobis in ſui memoriam cuſtodiri præce pit.nam ut Lucas euangeliſta teſtatur,Ieſus legitimum paſcha obſer uans,& cum diſcipulis diſcumbẽs dixit,deſiderio deſideraui hoc paſ cha manducare uobiſcum antequam patiar. & paulopoſt eadem ho ra nouas paſchæ cerimonias inſtituens, tamen diem paſchalem non mutans, dixit diſcipulis hoc facite in meam commemorationem:er go & nos exemplo atq; præcepto Chriſti paſcha iuxta motum utriuſ q; luminaris celebrare debemus. ℭ Quinto idem probatur ex ob ſeruatione apoſtolorum & diſcipulorũ Chriſti,qui eius doctrina im/buti,& ſpiritu ſancto repleti,curſum utriuſq; luminaris in paſchæ ce lebratione ſemper obſeruarunt: ergo & nos utriuſq; luminaris mo/tum cuſtodire debemus.neq; romanus pontifex de his immutare ali/quid poteſt. ut habetur in.c.ſunt quidam.xxv.q.i.ubi ex decreto Vr bani põtificis ſic legitur,ubi aperte dominus uel eius apoſtoli & eos ſequentes ſancti patres ſẽtẽtialiter aliquid definiuerũt,ibi non no uam legem romanus pontifex dare,ſed potius quod prædicatum eſt uſq; ad animam & ſanguinẽ confirmare debet. ℭ Sed non obſtan/

tibus his argumētis probatur quod canon paſchalis celebritatis poſſit a ſummo pontifice immutari, nouam obſeruationis normam conſti-tuendo: uidelicet quod paſcha celebretur iuxta motum ſolis duntax at nullo habito reſpectu ad curſum lunæ, ſic quod ſolemnitas eius ob ſeruetur quotannis die dominico poſt æquinoctium uernale quo die Chriſtus dominus a mortuis reſurrexit, quod multis argumētis oſten di poteſt: primo ſic, uetus paſcha quod lunæ motui præcipue inhære-bat: & quartadecima luna primi menſis ad ueſperam obſeruabatur, in quo agnus immaculatus immolabatur, fuit typus & figura immo lationis Chriſti in cruce: ſed adueniente re figurata debet ceſſare figu ra: ergo poſt Chriſti ſaluatoris paſſionem & mortem non debet am-plius obſeruari luna quartadecima. ¶ Præterea cum uenerit qđ perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt & imperfectum: ſed ob ſeruatio quartædecimæ lunæ fuit imperfecta, quia fuit umbra uel fi-gura: & pręfigurauit mortem Chriſti & immolationem eius in cruce eodem die futuram: ergo poſt mortem eius nullam habuit ſignifi-cationem: quinimmo per reſurrectionem eius extincta eſt mortis fi-gura. quod autem figuratum fit melius ipſa figura patet ex gloſſa ordi naria ſuper illud prima ad corinthios decimo, hæc omnia in figura contingebant illis, ubi dicit gloſſa: i bonis melius eſt ipſum figuratū per figuram quam ipſa figura. ¶ Præterea in nicæna ſynodo conſti tutum & ſancitum fuit, paſcha celebrandum eſſe in memoriam reſur rectionis Chriſti, & non in memoriam paſſionis eius, ſed reſurrectio nis & uitæ figura magis congruit ſoli quam lunę, nam ut philoſophi perhibent, motus ſolis in obliquo circulo eſt cauſa generationis ani-maliū, & ſol eſt uita omniū uiuentium poſt deum, continet enī in ſe uirtualiter motus omnium planetarum, quia dirigit & moderatur omnes motus ipſorum, ergo in celebratione paſchæ potius debemus obſeruare motum ſolis quam lunæ curſum. Ad hæc accedit quod lu na iuxta philoſophorum ſententias ſignificat & facit opus imperfec-tum: ſol uero perfectum. ſicut Salomon dixit, ſapiens ſicut ſol per-ſiſtit, ſtultus ſicut luna mutatur. & ſecundum aſtrologos luna ſignifi cat corpus & humores eiꝰ & ergo fuit figura paſſionis Chriſti ſed ſol ſignificat ſpiritum & animam, eſt enim fons torius caloris, ſicut luna humiditatis. & ergo ſol ſignificat reſurrectionem Chriſti. ſicq; luna congruebat legi ueteri & paſchali celebritati eiuſdem, quia præfigura uit paſſionem Chriſti, ſed poſtquam Chriſtus reſurrexit, congrueret magis chriſtianæ religioni pro paſchæ celebratione obſeruare motum ſolis quam motum lunæ. ¶ Pręterea celebritas paſchę affert nobis

gaudium & lætitiam iuxta prophetam dicentem hæc dies quam fecit dominus exultemus & lætemur in ea, ergo potius debemus obſeruare motum ſolis quam lunæ, quia ſol ſignificat reſurrectionem Chriſti, & luna quartadecima præfigurauit mortem & immolationem eius in cruce. iam enim Chriſtus uiuit & non eſt moriturus amplius. & quia reſurrexit a mortuis die dominico poſt æquinoctium uernale, cõgrueret myſteriis paſchalis ſolẽnitatis & dominicæ reſurrectionis, paſcha quotannis celebrari die dominico poſt uernale æquinoctium.

¶ Pro deciſione huius quæſtionis dicemus in arbitrio ſummi pontificis uel generalis conciliũ poſitum eſſe paſchæ canonem mutare poſſe ſi ita chriſtianę reipublicę utilitati expedire proſpexerit, & lunę motu poſthabito, poterit ſummus pontifex præcipere paſcha obſeruandum eſſe iuxta motum ſolis duntaxat, propter argumenta ſuperius poſita. nam cum uenerit quod perfectum eſt euacuabitur quod ex parte eſt & imperfectum. fuit enim quartædecimæ lunæ obſeruatio typus & figura immolationis Chriſti i͂ cruce, ſed adueniente re figurata debet ceſſare figura, ergo poſt Chriſti ſaluatoris paſſionem & mortem nõ debet amplius obſeruari luna quartadecima ſed ſi pontifici placuerit poterit præcipere paſcha celebrandum eſſe iuxta motum ſolis tanquam perfectioris planetæ, qui Chriſti reſurrectionem & uitam ſignificauit. nam ut ſuperiori libro oſtendimus habet ſummus pontifex in ſcrinio pectoris ſui omnes leges, & omnes ſanctiones, & ipſe eſt lex uiua & pro arbitrio uolũtatis eius & utilitate ac commoditate chriſtianæ rei publicæ poteſt mutare leges a ſuis prædeceſſoribus ſancitas, ſi ita expedire cognouerit, ſed multo utilius, commodius, & ſanctius eſſet celebrare paſcha iuxta motum ſolis duntaxat poſthabito motu lunæ, ergo iure optimo poterit hoc inſtituere. quod autem omnibus chriſtianis commodius eſſet, patet ex hoc, quia iuxta hunc modum paſcha ſẽper celebraretur citius quã iuxta motum lunæ, ſed commodius eſſet ieiunantibus obſeruare quadrageſimam tempore hyemali uel in prĩcipio ueris quando dies ſunt breues, quam adulto iam uere, quando dies longiores ſunt facti. conduceret ergo ieiunantibus paſcha citius celebrari potius quam tarde. Ad hæc accedit quod cibaria quibus ieiunã tes in quadrageſima ut plurimum uti ſolent, non poſſunt commode conſeruari uſq; ad uer perfectum in quo calor putredinalis uigere incipit: quippe piſces ſalliti & præcipue halleca ſale condita quibus ultramontani pro cibo quadrageſimali ueſcũtur) uſq; ad paſcha tarde proueniens uix conſeruari poſſunt. commodius ergo eſſet ieiunantibus paſcha ſanctũ in primo uere ſemper celebrare, præterea quod maxi-

me hac tempeſtate animaduertendum eſt ſanctius eſſet paſcha citi-
us celebrare quam ad longum tempus differre, propter enormia pec
cata quæ laruantes uel perſonati in interuallo inter natiuitatem do-
mini & carniſpriuium quotannis commitunt, ſed ſi paſcha iuxta ſolis
duntaxat motum celebraretur breuiſſimum ſemper eſſet interuallū:
ſanctius ergo foret paſcha iuxta ſolis duntaxat motum obſeruare. Pręterea omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio, ſed ut doctores perhibent & ſcriptura teſtatur, Chriſtus ſaluator noſter ieiunauit in hyeme paulo poſt ſolſtitium hyemale: ergo & nos debemus ſequi ueſtigia eius & ieiunare ī hyeme: conuenientius ergo & ſanctius eſſet paſcha in prīcipio ueris celebrare, ut quadrageſima quæ paſcha præcedit in hyeme potius quam in uere obſeruetur. ℂ Argumenta in cōtrarium facta facile ſolui poſſunt. Ad primum patet ſolutio ex ſcriptis noſtris ſuperiori libro expoſitis: nam licet hactenus tam in ueteri quam in nouo teſtamento paſcha ſemper celebratum fuerit iuxta curſum utriuſq; luminaris: nihilominus pontifex romanus poſſet nouū paſchæ canonem inſtituere, & ipſum obſeruandum pręcipere, ob cauſas ſuperius expoſitas. Et ad confirmationem eius cum dicitur quod res figurata debet eſſe conformis figuræ, conceditur: erat enim paſcha iudæorum figura immolationis Chriſti in cruce quæ iam completa fuit ipſo die paſſionis Chriſti: & ergo uet⁹ paſcha ceſſare debuit: quia adueniente re figurata ceſſat figura. uel perfectiori modo obſeruari debet, puta in re figurata quæ perfectior eſt ipſa figura & in memoriam reſurrectionis Chriſti quæ eſt perfectior immolatione eius.

ℂ Ad ſecundum argumentum cum dicitur, quod melius & perfectius eſt in paſchæ celebratione obſeruare ambo luminaria quam unū ſolum: reſponderi poteſt negando aſſumptum: quia luna nihil perfectionis addit ad ſolem: & aggregatum ex ſole & luna non eſt perfectius ipſo ſole per ſe ſumpto: ſicut aggregatum ex auro & luto non eſt perfectius auro ſolo. præterea priſcum paſcha iudæorum principaliter innitebatur motui lunæ quæ imperfectionem ſignificat, quia oſeruabatur ſemper in plenilunio, licet menſis acceptus fuerit a ſole. melius ergo & perfectius erit in paſchæ celebratione obſeruare motum ſolis duntaxat. ℂ Ad tertium argumentum reſpondetur quod pręceptum illud exodi .xii. de paſcha celebrando luna quartadecima, cōpletum fuit, quādo Chriſtus in paſcha immolatus erat in cruce, ſicut paſcha & immolatio agni immaculati pręfigurauerant. hoc autem qđ dicitur numeri nono, exterminabitur anima illa de populo quæ non fecerit paſcha tempore ſuo: exponi debet de tempore conſtitu-

to a deo uel a ſummo pontifice eius uicario. nec ualet argumentum ex textu leuitici ca.uigeſimotertio ſūptū ubi legitur hæ ſunt feriæ do mini quas uocabitis ſanctas.immo ex eodem textu ſumi poteſt argu mentum in contrariam partē uidelicet quod in arbitrio ſummi pon tificis eſt mutare canonem paſchæ, quia in hebræo non habetur hæ ſunt feriæ domini quas uocabitis ſanctas ſed ſic legitur.feriæ quas uo cabitis ſanctas erunt feriæ meę. quaſi dicat, ferias quas uos uocabitis ſanctas ego ſanctificabo, uel pro ſanctis acceptabo.imo ex hoc iudæi ſumunt argumentum quod ordinatio feſtorum eſt eis a deo commiſ ſa.ut alibi oſtendimus.ſicq; eſt in arbitrio ſummi pontificis mutare feſta. ℭ Ad quartū argumentum quando dicitur quod Chriſtus lu na quartadecima primi menſis paſcha celebrauit, ergo & nos lunæ curſum obſeruare debemus, quia omnis Chriſti actio noſtra eſt in ſtructio. diſtīguendum eſt de actione Chriſti. nam aliqua Chriſti actio fuit exemplaris, & illa a nobis eſt imitanda. alia Chriſti actio fuit figuratiua, & hæc non eſt a nobis proſequenda, quia in Chriſto completa fuit.ipſe enim erat figura agni immaculati luna quartade cima in paſcha immolati, & propterea quartædecimæ lunæ obſerua tio & agni immolatio ceſſare debuit per immolationem Chriſti in cruce.quamobrem in nicæna ſynodo ſancitum fuit paſcha haudqua quam obſeruandum eſſe luna quartadecima quę Chriſti paſſionem præfigurauit, ſed dominica poſt quartamdecimam lunam in qua do minus a mortuis reſurrexit.& quando infertur quod Chriſtus cum diſcipulis diſcumbens ac legitimum paſcha obſeruās, præcepit eis di cens hoc facite in meam commemorationem, ergo & nos legitimum paſcha luna quartadecima cuſtodire debemus: reſponderi poteſt, hoc præceptum non referri ad celebrationem paſchæ, ſed ad communica tionem corporis & ſanguinis Chriſti. quod tamen ſacramentum ec cleſia non ſolum quo ad horam, uerum etiam quo ad modum & for mam mutauit quemadmodum ſuperius oſtendimus. ſicq; hoc argu mentum non probat quod romana eccleſia uel pontifex non poſſit contrauenire actionibus Chriſti uel aliquid inſtituere aliter quam Chriſtus obſeruauit: immo potius ex eo inferri poteſt contrarium huius: quia romana eccleſia communionem chriſtianorum aliter inſtituit quam Chriſtus cum diſcipulis obſeruauit: non ſolum quo ad tempus communicandi, uerum etiam quo ad ſubſtantiam uel mo dum ſacramenti.quia Chriſtus cōmunicauit ſe diſcipulis ſub utraq; ſpecie, panis ſcilicet, & uini, & tamen eccleſia ſub una tantum ſpe cie communicandum laicis inſtituit. ℭ Ad quintum argumentum

cum dicitur quod apoſtoli & diſcipuli Chriſti utriuſq; luminaris curſum pro paſchæ celebratione ſemper obſeruarunt, quinimmo nonnulli ipſorum lunam quartamdecimam primi menſis cuſtodierunt, conceditur, quia licitum fuit in primæua eccleſia ante euangelii prædicationem legalia obſeruare: quinimmo non ſolum quartamdecimam lunam, & alia legis feſta, uerum etiam circunciſionem apoſtoli cuſtodiebant quemadmodum primo libro oſtendimus: ſed creſcente fidelium numero animaduertentes apoſtoli legalia & cerimonialia eſſe figuras nouæ legis: ſtatuerunt ea non amplius eſſe obſeruanda. & paſcha die dominico poſt quartamdecimam lunam celebrandum definiuerunt. ſimili ratione hac tempeſtate ſummus pontifex (qui Chriſti uices in terris gerit) nouam paſchalis celebritatis obſeruationem iuſtis ac decentibus cauſis ipſum urgentibus, & chriſtianæ religioni conferentibus, inſtituere poteſt. & poſthabito lunę motu poſſet inſtituere paſcha celebrandum eſſe iuxta ſolis motum dũtaxat: propter cauſas ſuperius aſſignatas. & ad decretum Vrbani pontificis reſponderi poteſt, quod intelligendum eſt de his quæ ſunt de iure diuino, quia in illis romanus pontifex non poteſt nouam legem condere, ſed quod æditum & prædicatũ eſt obſeruare debet. paſcha uero non eſt de iure diuino, quemadmodum ſuperius oſtendimus. Conſtat itaq; ex prædictis quod ſummus pontifex uel generale concilium poſſit immutare canonem paſchæ, & nouum paſcha inſtituere, iuxta motum ſolis duntaxat, ſic quod paſcha quotannis obſeruetur die dominico poſt æquinoctium uernale: tamen decens magis ac decorum eſt celebrare paſcha iuxta priſcorum patrum decreta qui utrũq; luminare obſeruandum ſtatuerunt, tum quia ſic a deo præceptum fuit: tum etiam quia ſi aliter a pontifice ſtatuatur, continget nonnũquam eclipſes ſolares ipſo die paſſionis Chriſti fieri, quod priſci patres euitandum putarunt.

¶ Caput ſecundum exponit pauca de diuino officio celebrando, in caſu quo paſchæ canon a ſummo pontifice mutaretur.

POſtquam paſchalis ſolemnitatis canones conſcripſimus: & paſcha cæteraq; feſta mobilia curſum ſolis & lunę conſequentia, anticipanda eſſe monſtrauimus: ſupereſt ut de interuallo a die natiuitatis Chriſti uſq; ad ſeptuageſimam, & a pentecoſte uſq; ad aduentum domini pauca ſubnectamus: eſt enim neceſſe hæc temporum interſtitia per anticipationem paſchæ uariari: quamobrem & diuina offi-

cia quæ his interuallis celebrantur,& per ea ordinantur,mutationē re cipient.ſi enī ultimus modus celebrādi paſcha iā expoſitus ab eccleſia aſſūptus fuerit,uidelicet quod æquinoctiū uernale ſtatuatur decima martii,& quod paſcha ſemper celebretur die dñica poſt ęquinoctiū, tunc primū paſcha poterit contingere die undecima martii & ultimū paſcha die decimaſeptima eiuſdē,& dñica ſeptuageſimæ poterit eueni re die ſeptima ianuarii.ſimiliter iuxta alios modos emendandi calen/ dariū per anteriorationē æquinoctii & anticipationē aurei numeri,pri mū paſcha & prima dñica ſeptuageſimæ eiſdē dieb⁹ ſuperius expreſſis contingere poterunt,ſed ultimū paſcha & extrema dñica ſeptuageſi/ mæ per.35.dies a terminis præſcriptis elongari continget:quoties ergo dñica ſeptuageſimæ euenerit infra octauā epiphaniæ mutandum erit officiū epiphaniæ in officiū dominicæ ſeptuageſimæ.Simili modo in teruallū maximū a feſto pentecoſtes uſq; aduentū domini,creſcet per anticipationē paſchæ ad hebdomadas duas,& ad plus poterit cōtinere dominicas triginta,ubi prius nō excedebat dominicas uigitiocto,quā obrē pro cōplemento officioꝝ dominicalium ſuperaddenda eſſent duo officia,uel dimittendæ eſſent duę dominicę pręter eas quę dimitti ſolent:pro prima dñica poſſet reaſſumi officiū illud qđ a priſcis patri bus primæ dominicæ poſt pentecoſtē fuit deputatū antequā feſtū tri/ nitatis inſtitutū eſſet,qđ hac tēpeſtate ſuperfluū eſt,quia totū officiū fit de trinitate.pro reliqua dñica poſſet aſſumi officiū qđ a priſcis de/ putatū fuit ſecundæ dñicæ poſt pentecoſten quæ ſēper cadit īfra octa uā corporis Chriſti cuius feſtū nouiter eſt inſtitutū:uel officiū dñicæ cadentis infra octauā feſti omniū ſanctoꝝ,quod etiā eſt feſtū nouū:nā cū hæc feſta ſint ſolēnia & magis ſolēnia quā feſtū ſancti Laurētii de/ bet dimitti uel tranſferri officium dominicæ cadentis infra octauam ipſorum,ſicut antiqua rubrica die dominica cadente infra octauam ſancti laurentii memoratur.uel pro arbitrio pontificis poſſent noua officia inſtitui.

¶ Capitulum ultimum & ultima libri concluſio,calumnias & con/ tumelias a perfidis iudæis in paſchæ celebratione nobis illatas,in eos retorquet.

ERubeſcant iudæi errorem in paſchæ celebratione no bis impingere,quandoquidem & ipſi eodem immo maiori morbo laborantes,ſæpenumero incidunt in la queum quem nobis prætenderunt:& continuis uſu ris inhiantes negligunt ea quæ dei ſunt:nam priſcas illas moſaicas de paſchali celebritate leges exodi duodecimo ſcriptas

prætereuntes, raro admodum legitimum paſcha obſeruant ſed per nouas quaſdam conſtitutiones a phariſæis & iudicibus inductas paſcha ſuum quotannis perquirunt: aſſerentes in ſecũda templi inſtauratione præſidente eis Eleazaro ſuper lege moſi de paſchæ celebratione per doctores & iudices diſpenſatum fuiſſe: qui tunc nouos paſchæ canones cum legis quadam moderatione ædiderunt, de quibus in ſecunda operis parte diſſeremus. has tempore paſſionis Chriſti ſaluatoris noſtri obſeruarunt, qui ſæpenumero redarguit eos, quod mandata legis tranſgrederentur, ut traditiones ſuas cuſtodirent: ut habetur Matthæi quintodecimo, dicente Ieſu phariſæis & ſcribis quare uos tranſgredimini mandata dei propter traditionẽ ueſtrã. Idẽ Marci ſeptimo phariſæis dixit irritũ feciſtis præceptũ dei ut traditionẽ ueſtrã ſeruetis. Idẽ Ioãnis ſeptĩo & aliis multis in locis. quamobrẽ Proterius alexandrinus epiſcopus in epiſtola ad Leonem papam de eis ſcripſit, iudæi ignorantes dominum, tempus quoq; paſchæ ignorant. ſed hac tempeſtate neglecta lege moſaica, & corrupta conſtitutione iudiciali, per deuios quoſdam anfractus (quos methodos eſſe putant) incedentes: hoc eſt per cyclum illum magnum tredecim lunares cyclos in ſe continentem, paſcha quotannis indagare contendunt, præſupponentes eandem anni rationem ſemper reuerti poſt tredecim cyclos lunares, qui continẽt annos ducentos quadraginta ſeptem: eo quod poſt tot cyclorum reuolutiones, redeunt lunationes omnes ad eandem feriam in qua prius acciderant: differentes ſolum in hora una, immo paulo minus, hoc ergo prætextu falluntur iudæi non conſiderantes unius horæ, quinimmo unius momenti differentiam, in paſchæ celebratione magnam uarietatem poſſe inducere: quando quidem unius momenti diuerſitas nonnunquam duorum dierum differentiam importat quemadmodum oſtendimus in libro quem de die paſſionis domini conſcripſimus, in quo modum indagandi paſcha hebræorum expoſuimus. neq; iudæi uerum æquinoctium obſeruant. quamobrem & in primo menſe ſæpenumero errant, quo fit ut in paſchæ celebratione eos errare neceſſe ſit: raro nanq; paſcha ſuum iuxta patrum ſuorum decreta cuſtodiunt. quinimmo poſthabito legis mandato in ſecundo menſe immundis deputato ut plurimum paſcha celebrant, & agnum paſchalem contra legis mandatum ſole exiſtente in tauro deuorant. quæ ut magis pateant ſubnectemus hic paſcha iudæorum ad centum annos calculatum eo modo quo ab eis celebrabitur.

❡ Paſcha hebręorum ad centum annos proxime futuros calculatū.

Anni Chriſti	Paſcha iudæorum.			Anni Chriſti	Paſcha iudæorum.		
1501	3	aprilis	die ſabbati	1537	27	martii	die martis
1502	24	martii	die iouis	1538	16	martii	die ſabbati
1503	11	aprilis	die martis	1539	3	aprilis	die iouis
1504	30	martii	die ſabbati	1540	23	martii	die martis
1505	20	martii	die iouis	1541	12	aprilis	die martis
1506	9	aprilis	die iouis	1542	ṗa	aprilis	die ſabbati
1507	28	martii	die dñico	1543	20	martii	die martis
1508	16	martii	die iouis	1544	8	aprilis	die martis
1509	5	aprilis	die iouis	1545	28	martii	die ſabbati
1510	26	martii	die martis	1546	18	martii	die iouis
1511	13	aprilis	die dñico	1547	5	aprilis	die martis
1512	ṗa	aprilis	die iouis	1548	24	martii	die ſabbati
1513	22	martii	die martis	1549	13	aprilis	die ſabbati
1514	11	aprilis	die martis	1550	ṗa	aprilis	die martis
1515	31	martii.	die ſabbati	1551	22	martii	die dñico
1516	18	martii	die martis	1552	9	aprilis	die ſabbati
1517	7	aprilis	die martis	1553	30	martii	die iouis.
1518	27	martii	die ſabbati	1554	18	martii	die dñico
1519	17	martii	die iouis	1555	6	aprilis	die ſabbati
1520	3	aprilis	die martis	1556	26	martii	die iouis
1521	23	martii	die ſabbati	1557	16	martii	die martis
1522	12	aprilis	die ſabbati	1558	3	aprilis	die dñico
1523	31	martii	die martis	1559	23	martii	die iouis
1524	19	martii	die ſabbati	1560	11	aprilis	die iouis
1525	8	aprilis	die ſabbati	1561	ṗa	aprilis	die martis
1526	29	martii	die iouis	1562	21	martii	die ſabbati
1527	17	martii	die dñico	1563	8	aprilis	die iouis.
1528	4	aprilis	die ſabbati	1564	28	martii	die martis
1529	25	martii	die iouis	1565	17	martii	die ſabbati
1530	12	aprilis	die martis	1566	4	aprilis	die iouis
1531	2	aprilis	die dñica	1567	25	martii	die martis
1532	21	martii	dis iouis	1568	13	aprilis	die martis
1533	10	aprilis	die iouis	1569	2	aprilis	die ſabbati
1534	31	martii	die martis	1570	21	martii	die martis
1535	20	martii	die ſabbati	1571	10	aprilis	die martis
1536	6	aprilis	die iouis	1572	29	martii	die ſabbati

Anni Christi	Paſcha iudæorum.		
1573	19	martii	die iouis
1574	6	aprilis	die martis
1575	26	martii	die ſabbati
1576	15	martii	die iouis
1577	4	aprilis	die iouis
1578	23	martii	die dñico
1579	11	aprilis	die ſabbati
1580	31	martii	die iouis
1581	21	martii	die martis
1582	8	aprilis	die dñico
1583	28	martii	die iouis
1584	17	martii	die martis
1585	4	aprilis	die dñico
1586	24	martii	die iouis
1587	13	aprilis	die iouis
1588	2	aprilis	die martis
1589	22	martii	die ſabbati
1590	9	aprilis	die iouis
1591	30	martii	die martis
1592	18	martii	die ſabbati
1593	7	aprilis	die ſabbati
1594	26	martii	die martis
1595	15	martii	die ſabbati
1596	3	aprilis	die ſabbati
1597	22	martii	die martis
1598	11	aprilis	die martis
1599	31	martii	die ſabbati
1600	20	martii	die iouis

❡ Ex deſcriptione feſti paſchalis iuxta obſeruationē iudæorum iam facta perſpicuum eſt iudęos plurimum errare in azymoꝝ celebratione, quia paſcha ſuum in ſecundo menſe ſole exiſtēte in tauro immundorum inſtar ſæpenumero obſeruant. quemadmodū uidere licet ī multis ānis ſuperiꝰ deſcriptis, nā quoties obſeruāt paſcha poſt decimum diem aprilis faciūt ipſū in ſecūdo menſe ſole exiſtente in tauro : ſcilicet anno domini 1511. āno dñi 1514 āno. 1522 1530. eodē modo anno dñi 1541. &. 1549. & ut generaliter dicā quoties cōtigit aureū numeꝝ cycli lunaris eſſe octo uel decē & nouē toties obſeruāt paſcha ī ſecūdo mēſe imūdis deputato. Erubeſcāt ergo iudęi errorē nobis ī paſchæ celebratiōe īpīgere qn̄quidem & ipſi ſæpenumero ī paſchali obſeruatione errant, īmo raro legitimum paſcha cuſtodiunt.

❡ Habes lector ſtudioſe quid ſentiam de paſchę celebratione : nūc reliquā operis partem aggrediar, in qua dominicę paſſionis diem īueſtigabo: ſic enim ordo myſteriorum paſchæ, typuſq; dominicæ paſſionis expoſtulant, ut poſtquam paſchalem normā deſcripſimus, diē paſſionis perquiramns, cruciſq; myſteria exponamus : nam Ieſus pridie q̄ pateretur diſcubuit, & cum diſcipulis paſcha ſuum ultimū celebrauit, & facta cœna ſponte ad paſſionem acceſſit.

❡ FINIT PRIMA PARS OPERIS.

❡ INCIPIT SECVNDA PARS EIVSDEM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

¶ Ad ſacratiſſimam cæſaream maieſtatem, libri de die paſſionis domini noſtri Ieſu Chriſti dedicatio.

¶ Paulus de Middelburgo, dei & apoſtolicæ ſedis gratia epiſcopus foroſemproniēſis, ſereniſſimo roma norum regi Maximiliano imperatori electo ſemper auguſto fœlicitatem optat.

COgitanti mihi Maximiliane rex i clyte cuinam principi lucubratiū culas meas de die paſſionis domini noſtri Ieſu Chriſti conſcriptas de dicarem, uenit in mentem quod iā pridem a ueridicis & fide dignis ac cepi, te in lucem huius mundi primum fuiſſe æditum ipſo die quo Chriſti ſaluatoris paſſio a chriſtianis re colebatur, quem diem ueneris ſanctum appellant: cū ergo dies iſte a diuina prouidentia fuerit dicatus ge nio tuo, æquum atq; honeſtum putaui lucubratiun culas meas de eodem die cōſcriptas (quaſi tuo genio congruentes) eidem dedicare. ad quod accedit, quia apud priſcos, dies natalis regis a populo obſeruari & feſta deuotione ac ſtrenis celebrari ſolet, cum ergo non modo natalis mei ſoli princeps exiſtas, & iunio ris noſtri ducis auus, uerum etiam romanorū & ger manorū rex, quinimmo totius chriſtianæ reipublicæ imperator, Chriſtiq; ſaluatoris paſſionis cultor præci puus ſemper fuiſti, uiſa eſt mihi tua maieſtas appri me digna cui hanc noſtram lucubratiunculam quaſi ſtrenā natali eius cōſentaneā dedicarem: ſolent enim



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

perfidi & obſtinati iudęi calũniari & repręhẽdere nos,quia dicimus
Chriſtũ dñum ab eis crucifixum fuiſſe die ueneris in feſto paſchæ
ipſorum , autumantes feſtum paſchæ nunquam die ueneris poſſe
contingere , per conſtitutionem in ſecunda templi inſtauratione
multis annis ante Chriſti natiuitatem æditam. ad quod etiam aſ/
trologicam ſupputationem adducunt , probantes quod tempore
paſſionis Chriſti neq; luna quartadecima,neq; luna quintadecima
in qua Chriſtus crucifixus perhibetur,potuit accidere die ueneris
repręhendunt etiam diminutam Chriſti in ſepulchro moram , ar/
guentes eum,quia non permanſit in ſepulchro tribus diebus & tri
bus noctibus inſtar Ionæ in uentre ceti,ſicut ſe facturum promiſe
rat:nam ſi die ueneris in ſolis occaſu ſepultus fuit,& reſurrexit die
dominica intempeſta nocte,haudquaquam tueri poſſumus eum ĩ
ſepulchro manſiſſe tribus diebus & tribus noctibus:ego uero his
iudæorum argumentis prouocatus , priſcorum ſcripta reuoluens
comperi chronographos in annis Chriſti domini numerandis er/
raſſe,quamobrem hactenus impoſſibile fuit ſupputatione aliqua
demonſtrare Chriſtum dominum die ueneris crucifixum fuiſſe.in
ueni etiam quod ſabbatũ illud in quo Chriſtus in ſepulchro per/
manſit,fuit duplicatum & duobus diebus continuis obſeruatum
qui duo dies pro uno computabantur,ſicut faciunt romani quan
do biſextum intercalant,quia ſextum diem calendarum martii rei
terant & duobus diebus cõtinuis obſeruant . per quod refelli poſ
ſet iudæorum argumentum quo diminutam Chriſti in ſepulchro
moram calumniari ſolent:ná facile tueri poſſet Chriſtum in ſepul
chro manſiſſe tribus diebus & tribus noctibus inſtar Ionæ in uen/
tre ceti:quod & diuinitati Chriſti magis congruere uidetur,habu/
it enim poteſtatem ponendi animam ſuam & iterum reſumendi
eam . in omnibus tamen & ſingulis quæ hactenus ſcripſi & in po/
ſterum ſcripturus ſum , eam ſemper proteſtationẽ præmiſſam eſſe
uolo,quod nihil aſſerere uel affirmare intendam,quod determina
tioni ſanctæ romanæ eccleſiæ quouis modo obuiare poſſit,ſed diſ/
putationis gratia duntaxat ea ſcripſi,ut perfidorum iudæorum ar
gumenta confutarem , & dicacitatis ipſorum petulantiam aliqua
ex parte reprimerem : quemadmodum in proceſſu libri patebit .
in quo etiam multa paſſionis myſteria ab aliis nunquam ſcripta
per quinquaginta oracula,& per temporis plenitudinem expoſui,
quæ tuæ maieſtati dedicaui,quam deus ad uota conſeruet. Vale.

¶ Secũda pars operis dñicæ paſſionis & reſurrectio-
nis die̹ ĩdagat, & iudæoꝝ ſup̃ hoc argumẽta confutat.

ETſi multa ſunt argumenta, quibus iudæi magnam no
bis calumniã ſolent aſtrue
re, & fidem ſperatæ a nobis
reſurrectionis ſtulta garru-
litate deridere, in hac tamẽ
lucubratiuncula noſtra ea
duntaxat confutare aggre-
diemur, quæ dominicæ paſ
ſionis & reſurrectionis materiam concernunt. Solet
nanq; obſtinatum illud, & ſeruile iudæorum pecus
in Chriſti ſaluatoris blaſphemiam exire propenſius
& in chriſtianorum calumniam inſultare audentius
& confidentius, quia legis noſtræ munimenta non
pauca ex auita ipſorum religione mutuati ſumus
ea præcipue, quæ agni paſchalis typo, domini paſſio
nem ſignificabant: quo fit ut perperam interpretan
tes legem, & diuini ſacramenti myſterium contami
nantes, multas indies calumnias nobis inferre nõ de
ſiſtant, nunquam cauiſſandi finem facientes: adeo ꝙ
cõtinuis ſubſannationibus nos laceſſentes, & ſingulas
obſeruationes noſtras deteſtãtes perpetuis ipſoꝝ cõ-
tumeliis, atq; conuitiis ſimus obnoxii: non ſolum in
paſchæ celebratione obſeruationẽ noſtram ludibrio
maximoq; opprobrio ducentes (de quo ſuperiori lu
cubratiuncula noſtra ſcripſimus) uerũ etiam ĩ dñicæ
paſſionis myſterio ruditatis, & ĩſcitiæ nos ĩſimulãtes



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

pro ridiculo ducunt, quod aſſeramus Chriſtū dn̄m tribus diebus & tribus noctibus in ſepulchro mãſiſſe, quẽ die ueneris in ſolis occaſu ſepultū, die dn̄ica intempeſta nocte reſurrexiſſe cõtendimus. quin ĩmo ueſpere ſabbati a mulieribus ipſum quærẽtibus nõ fuiſſe iuẽtū, quo tẽporis interuallo uix triginta horę cõputari ualeãt ĩſerẽtes etiã iuxta phyſicã rationẽ pro mortis cõteſtatione. 72. duas horas neceſſarias eſſe. nõ minorẽ calũniã de die paſſionis dn̄i nobis inferre ſolẽt cachĩno dignũ reputãtes, ꝙ aſſeramus Chriſtū dn̄m ſaluatorẽ noſtrũ ab eis crucifixũ fuiſſe die ueneris in feſto paſchæ ipſoꝝ, cũ in priſcis eoꝝ cõſtitutionibus lõgo tẽporis interuallo ante Chriſti natiuitatẽ in ſecũda tẽpli inſtauratione æditis præcepto caueatur ne feſtũ paſchæ feria ſexta, hoc eſt, die ueneris celebretur, ne ſcilicet feſtũ ramoꝝ ſabbato cõtigat, & uioletur ſabbatũ per uoluptates, quibus in eo feſto frui ſolent. ad qđ etiã aſtrologicã ſupputationẽ afferunt, qua probãt ĩpoſſibile fuiſſe Chriſtū dn̄m die ueneris crucifigi potuiſſe. quia neq; luna. 14. neq;. 15. in ãno, quo crucifixus fuit, accidit die ueneris. adducẽtes etiã ad hæc argumẽtũ ex feſto pẽtecoſtes illius ãni deductũ: nã ſi in anno paſſionis Chriſti feſtũ pẽtecoſtes die dn̄ico fuit celebratũ (ut nos præſupponimus) ĩpoſſibile fuit paſcha illius anni die ueneris accidiſſe, ſed die ſabbati obſeruatũ fuiſſet per textũ legis leuitici 23. ſcriptũ. ubi præcipitur pro feſto pẽtecoſtes cõputãdas eſſe a craſtino paſchæ hebdomadas ſeptẽ, quinimo nunq̃ cauillandi finẽ faciẽtes, aliã ex hoc & perpetuã calũniã nobis ĩferũt autumantes nos feſtum pentecoſtes per diẽ ſemper anticipare habito reſpectu ad paſcha: nã iuxta legis mandatum feſtũ pẽtecoſtes nunq̃ celebrari debet eadẽ feria, qua paſcha fuit obſeruatũ, ſed ſequẽte feria. Sũt & alia multa argumẽta qb⁹ nos coarguere, & calũniari ſolẽt de quib⁹ poſtea ſcribem⁹, quę licet ſolutu difficillima, & uirib⁹ meis ĩparia exiſtãt, haudquaq̃ tn̄ ſilẽtio prætereũda putaui, ſed ꝓ uirili cõfutãda duxi: ut deo ĩ primis rẽ gratã facerẽ, & chriſtiani hoĩs officiũ aliqua ex parte exoluerẽ: Chriſtoq; redẽptori ꝓ ꝑcio paſſionis, & ſãguinis uicẽ aliq̃ repẽderẽ: nã cui⁹ paſſio & mors oĩbus ſaluti fuit, ei ꝓ uirib⁹ ſinguli ſuffragrari tenemur: ad hoc enĩ chriſtian⁹ quiſq; ſacro baptiſmatis fõte ablut⁹ chriſmate & oleo ſãctificatiõis ungit̃, & ĩ frõte cruce ſignat̃, ut a ſordib⁹ mũdus militię chriſti aſcript⁹ uexillũ crucis aſſumẽs cõtra fidei hoſtes bellũ ſuſcipiat & chriſti ſaluatoris ĩnocẽtiã, ac diuinitatẽ tueat̃. Itaq; nõ me piguit laboris aliqd circa hoc ĩſumere, iudæoꝝq; argumẽta ꝓ uirili refellere & cõfutare (ea ꝑcipue q̃ aſtrologica ſupputatiõe fulcita ex lũa. 14. & paſchę celebratiõe in

nos euomere conſueuerūt)ut ipſorum inſolentiam,& dicacitatis petulantiam aliqua ex parte reprimerem,& poſteros ad ſcribendum inuitarem in hac pręcipue materia in qua ingenui natura/ diuiniſq; lucubrationibus dediti chriſtianæ reipublicæ utilitati atq; decori conſulere plurimum poſſint.quam pauci ad hęc uſq; tempora,aut rei difficultate deterriti,aut laborum perteſi uix aggredi,et attentare ſunt auſi,quādo quidem Beda uenerabilis preſbyter: materiam hanc pertractans,et dominicæ paſſionis diem indagans:quomodo per paſcha demonſtrari poſſit quaſi de ſupputatione deſperans incertum,atq; indiſcuſſum reliquit.ſic libro ſuo de temporibus capite.47.ſcribeēs:ideo circulis Dionyſii apertis ſi anno paſſionis domini paſcha dominicum ſexto Calendas apriles luna ſextadecima inueneris age deo gratias,quia quod quęrebas ſicut ipſe permiſit te inuenire donauit,& poſt pauca ſubdit ſin uero annum qualem quærebas in loco,quem putabas inuenire non poteris,uel chronographorum incurię,uel tuę potius tarditati culpā adſcribe.tantum diligentiſſime caueas ne ob chronicorum ſcripta defendenda intemerabile legis,uel euangelii teſtimonium uidearis impugnare dicendo dominum ſaluatorem uel.15.uel.16.imperii Tiberii cæſaris anno uel.29.uel trigeſimo ętatis anno ſacroſanctum crucis ſubiiſſe myſterium.hęc Beda.fuit ergo difficilimum ſemper dominicæ paſſionis diem per ſupputationem indagare.

Quo tamen non obſtante:pauca de his ſcribere ſtatui ea ſemper pręfatione repetita,q̄ nihil determinare affirmare,uel aſſerere intēdam quod ſacroſanctę romanę eccleſię determinationi quouis modo obſiſtere,uel contrariari poſſit:ſed quęcūq; ſcripturus ſum quaſi narrando,et delibando referam:ea duntaxat ratione ut diem paſſionis domini indagare,& calumnias,ac contumelias a perfidis iudęis nobis illatas refellere,& confutare ualeam.q̄ ſi aliquid fortaſſe minus probatum,aut piarum aurium offenſiuum dixero,id nūc reſignando obeliſco deleri,& pro non dicto haberi cupio.ſingula mea ſcripta & dicta:doctorum uirorum iudicio examinanda,corrigendaq; ſubmittens:id ſolum ratum habiturus,quod ipſorū iudicio approbatum fuerit.Quę ut clarius,atq; diſtinctius exprome re poſſimus decem et nouem libris inchoatum opus diſtinguemus quia decimonono imperii Tiberii anno dominus crucifixus creditur.Primo libro iudæorum argumentum de mora chriſti diminutā in ſepulchro in medium proferemus necnō & ipſum ſoluere,ac enodare conabimur.Secundo libro obiectiones nonnullas contra

reſponſionē datam afferemus : & earum ſolutiones ſubnectemus, ac tandem aliam reſponſionem ad primum argumentum proponemus. Tertio libro narrabimus argumenta, quibus iudæi diem paſſionis domini impugnant: in quo etiam perſcrutabimur an in feſto paſchæ, an potius in uigilia paſchæ iudæorum chriſtus crucifixus fuit. Quarto libro inueſtigabimus annum, quo dominus natus, et crucifixus fuit. Quinto libro diem paſſionis domini indagabimus diuerſas de hoc doctorum opiniones referendo. Sexto libro narrabimus, & confutabimus opinionem magiſtri Petri de riuo. Septimo libro diem paſſionis chriſti inquiremus per ſupputationem aſtrologicam. Octauo eundem perſcrutabimur per ſupputationem hebraicam. Nono per ſupputationem chaldaicam. Decimo, et ſequentibus libris per multa, et uaria oracula diē paſſionis chriſti indagabimus, quę ſuis locis patebunt. Vt autem hęc fœliciter exequi ualeamus: ſupplices ad deum manus tendentes: diuinum implorabimus auxilium. Tu igitur omnium conditor, & moderator deus, qui pro ſalute humani generis filium tuū unigenitum crucis patibulum ſubire uoluiſti, ut antiqui hoſtis chirographum deleres, & per ſanguinem ſuum populum tuum ab impendente mortis ſupplicio liberares, quiq; eum tribus diebus, & tribus noctibus ī ſepulchro manere uoluiſti ut glorioſam eius reſurrectionem trium dierum mortis conteſtatione declarares: huic noſtro cœpto adeſto precor, et ſerui tui Pauli oculos reuela, & mentem illumina: ut quæ tibi ſunt placita, et chriſtianę religionī cōſentanea ſcribere, et Iudęoꝝ argumētis ſatiſfacere ualeat: Amē.

¶ Liber primus argumentū Iudæoꝝ ex ſigno Ionę prophetę deductum continet: & difficultatē ei⁹ oſtendit: necnon & ſolutionē eius affert.

INter omnia argumenta quę Iudæi obſtinati nobis obiicere ſolent urgentiſſimum, & ſolutu difficilimum eſſe uidet illud qđ ex ſigno Ionæ prophetę a chriſto eis dato inferūt: quo aut chriſto mēdacium, aut nobis ignorantiā impingere nō erubeſcūt: autumātes chriſtū haud quaq̄ tribus diebus, & trib⁹ noctib⁹ ī ſepulchro māſiſſe (quēadmodū ſe facturū ꝑmiſerat) ſi die ueneris ī ſolis occaſu ſepultus: ueſpere ſabbati a

mulieribus ipſum quærentibus non fuit inuentus .inferẽtes etiã ſecundum phyſicam rationem tres dies, & tres noctes pro mor/ tis cõteſtatiõe iuxta medicorum ſentẽtias neceſſarios eſſe. ¶ Quod autem ſaluator noſter hoc unicum diuinitatis ſuę ſignum iudæis dedit: omnium euangeliſtarum teſtimonio perſpicuum,& con/ probatum eſt.ſic enim Matthęi.12. ſcriptum reperitur.tũc reſpõ derunt ei quidam de ſcribis,& phariſęis dicentes magiſter uolu/ mus a te ſignum uidere, qui reſpondens ait illis generatio mala, & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei niſi ſignum Ionæ prophetę. ſicut enĩ fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus, & tribus noctibus ſic erit filius hominis in corde terrę tribus die bus,& tribus noctibus.Similiter Lucæ undecimo Iudæis ſignum quærẽtibus dixit generatio hęc generatio nequã eſt:ſignum quæ/ rit, & ſignum non dabitur ei niſi ſignũ Ionę prophetæ. Nam ſi/ cut fuit Ionas ſignum niniuitis, ita erit & filius hominis genera/ tioni iſti.Regina auſtri ſurget in iudicio cum uiris generatiõis hu ius, & condemnabit illos quia uenit a finibus terræ audire ſapien tiam Salomonis,& ecce pluſq̃ ſalomon hic. uiri niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam quia pæ/ nitentiam egerunt in prędicatione Ionæ, & ecce pluſq̃ Iona hic. Similiter & Ioannis ſecundo, Iudęis ſignum quęrẽtibus dixit ſol uite templũ hoc, & in tribus diebus excitabo illud.ipſe autem di cebat hoc de tẽplo corporis ſui.Similiter & Marci octauo.& exie runt phariſęi,& cęperunt conquirere cum eo quærentes ab illo ſi gnum de cælo tentantes eum,& ingemiſcens ſpiritu ait. quid ge/ neratio iſta ſignũ quęrit?amen dico uobis dabit̃ generationi iſti ſi gnum,& dimittens eos aſcẽdit iterum in nauẽ & cæpit docere di ſcipulos.quoniam oportet filium hominis pati multa,& reproba ri a ſenioribus,& a ſũmis ſacerdotibus,& ſcribis,& occidi,& poſt tres dies reſurgere.Sibylla quoque erythræa,quæ totam chriſti paſ ſionem,& uitam rectiſſimo uaticinio prędixit ſic inquit, & mor/ tis fatum finiet trium dierum ſomno ſuſcepto,& tunc a mortuis regreſſus in lucem ueniet primus reſurectionis initium oſtendẽs. Lactãtius quoque in hymno,quẽ de reſurrectione domini conſcri pſit deum patrem ĩducit chriſtũ unigenitum eius filium luce ter tia hoc eſt mane,aut diluculo tertio a, mortuis reuocaſſe ſic ĩqui ens.ſollicitã ſed redde fidẽ precor alma poteſtas, Tertia lux rediit ſurge ſepulte meus.Dionyſius areopagita libro ſuo de ecceleſiaſti ca hierarchia capite.2.dicit baptiſmum tribus immerſionibus:&

tribus eleuationibus fieri debere, ad ſignificandum ꝙ chriſtus tribus diebus, & tribus noctibus i ſepulchro quieuit. Similiter Ioānes chryſoſtomus ſuper ſigno Ionæ dicit. Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terrę tribus diebus: & tribus noctibus. nō dixit in terra, ſed in corde terræ ut & ſepulchrum denotet, & ſuſpicionem effugiat. tribus autem diebus mortuus eſſe uoluit, ut nemo mortuum eſſe ambigeret non enim cruce ſolum, & uiſu omnium qui tunc aderant, uerum etiam numero dierum mortem ipſam confirmauit. nam & ſi uniuerſa futura tempora reſurrectioni atteſtatura erant niſi tamen tunc multa morti atteſtata fuiſſent potuiſſet dubitari. morte autem non credita reſurrectionis etiam myſterium omnino uacillabat, iccirco ſignū etiam mortem uocauit, et numero dierum mortem confirmauit. hoc autem Iudæos adeo non fugit: ut ad Pilatum poſtea aſſererēt: quia ſeductor ille dixit poſt tres dies ſe reſurrecturum, quod certe diſcipuli eius tanquam rudiores nō intellexerunt prius: propter hoc & alibi dixit ſoluite templū hoc, & in tribus diebus reędificabo illud. idem in alia homilia ſuper ſigno Ionę expreſſe dixit dominum poſt tertium diē reſurrexiſſe. Patet itaqꝫ omnium euangeliſtarum cōſenſu: nec non & aliorum doctorum eccleſiæ determinatione, chriſtum dominum in ſepulchro mortuum manſiſſe tribus diebus, & tribus noctibus, & poſt tres dies (ut Marcus euāgeliſta inquit) a mortuis reſurrexiſſe. Sed quomodo huiuſcemodi tres dies, & pręcipue tres noctes computari debeant, hoc opus hic labor eſt, neqꝫ omnibus ſatis conſpicuum extat, nam ſi die ueneris ad ueſperam ſepultus prima ſabbati in tempeſta nocte reſurrexit, ergo triginta dūtaxat horis i ſepulchro manſiſſet, quę tres dies, & tres noctes perficere nequeunt. communis tamen doctorum opinio ſuadet per ſynecdochen computandos eſſe ut pars ꝓ toto accipiatur. quam ſolutionem ſanctus Auguſtinus multis in locis approbare uidetur, uolens pro tertia nocte annumerādam eſſe noctem illam, quę pręceſſit diem ueneris. Vnde libro tertio de doctrina chriſtiana de ſynecdoche mentionem faciēs ſic inquit. hoc modo locutionis quo ſignificatur a parte totum etiam illa de reſurrectione chriſti ſoluitur quęſtio, pars enim nouiſſima diei, qua die paſſus eſt: niſi pro tota die ſumatur adiuncta etiam nocte pręterita: & nox in cuius ultima parte reſurrexit niſi pro tota die accipiatur adiuncto die illuceſcente dominico non poſſunt eſſe tres dies & tres noctes, quibus ſe in corde

terræ prędixit futurum hęc ille. Idem quoque libro tertio de con ſenſu euangeliſtarum bis repetit improbans opinionem illorum, qui pro tertia nocte tres illas horas quibus ſol obſcuratus fuit an numerare uoluerũt. Idẽ etiã ĩ epiſtola, q̃ ſcribit ad Deogratias preſ byterum de Iona propheta. Idem libro quarto de trinitate capi te ſexto. ipſum autem triduum non totum et plenum fuiſſe ſcrip tura teſtis eſt: ſed primus dies a parte extrema totus annumera tus eſt: dies uero tertius a parte prima, & ipſe totus: medius autẽ inter eos ideſt ſecundus dies abſolute totus uiginti quatuor ho ris ſuis duodecim nocturnis, & duodecim diurnis. diuus quoq; Hieronymus ſuper Ionam prophetã idem affirmare uidetur ſic inquiẽs: huius loci myſterium dominus in euangelio exponit, & ſuperfluum eſt uel idipſum, uel aliud dicere. hoc ſolum quæri mus quomodo tres dies, & tres noctes fecerit in corde terrę, qui dam paraſceuen quando ſole fugiente ab hora ſexta uſq; ad ho ram nonam nox ſucceſſit diei, in duos dies & noctes diuidunt, & apponentes ſabbatum tres dies, & tres noctes exiſtimant ſuppu tãdas: nos uero συνεκδοχικῶς totum intelligamus a parte, & ex eo ꝙ paraſceue mortuus eſt unam diem ſupputemus & noc tem, & ſabbato alteram, tertiam uero noctem, quæ diei domi nicæ nũcupatur referamus ad exordium diei alterius. nam & in Geneſi nox non præcedentis diei eſt, ſed ſequentis. ideſt princi pium futuri non finis præteriti. Idem Beda uenerabilis preſ byter libro ſuo de temporibus, & homilia dicti euangelii hos tres dies & tres noctes: per ſynecdochen computandos aſſerit, a parte totum intelligendo. ſic ſcribens orietur hoc loco non con temnenda quęſtio quare dicatur dominus tribus diebus et tribus noctibus fuiſſe in corde terrę. ſed hoc per ſynecdochen accipien dũ eſt a parte uidelicet totũ. nã ſi partẽ ĩquit diei paraſceues cum præterita nocte, qua apprehenſus eſt accipias, itemq; ſabbatum cum ſua nihilominus nocte: & rurſum noctem dominicam cum eodem die, quo illuceſcente ſurrexit, inuenies profecto integrũ triduum: & tres noctes. Alia ſolutio ſumi poteſt ex uerbis Be dę in homilia uigiliæ paſchæ in qua innuit noctem reſurrectio nis computari poſſe pro duabus noctibus. nam ut inquit ab exor dio creationis mundi uſq; ad chriſti reſurrectionem dies pręceſſit noctem, ſed in nocte qua chriſtus reſurrexit mutatus eſt ordo tem poꝝ per myſteriũ reſurrectionis et nox pręceſſit diẽ. nam quia no cte reſurrexit a mortuis die ſequenti eiuſdẽ reſurrectionis effectũ

diſcipulis oſtendit.ſicq; nox reſurrectionis licet ſit una ſimpliciter habet tamen rationem diuerſarum noctium iuxta diuerſam eius comparationem ad tempus pręcedens reſurrectionē et conſequēs eam ſicut lapis angularis coniungens duos parietes pro duobus lapidibus computari poteſt.de hac mora chriſti in ſepulchro Guilhelmus durantes in libro rationalium diuinorum dicit obſeruari in eccleſiis nonnullis,ut in triduana exequiarum chriſti celebratione ſeptuaginta duę candelę accenſę uiciſſim extinguantur ad ſignificandū ꝙ chriſtus ſeptuaginta duabus horis per ſynecdochen intellectis iacuit in ſepulchro : ſed mirum uidetur quomodo hæ ſeptuagita duæ horę computari poſſint, ſi Paulo plus triginta horis in ſepulchro quieuit:maxime ſecundum Hieronymum,Ambroſium,& Bedam,qui dominum ipſo die paraſceues paulo ante occaſum ſolis ſepultum, prima ſabbati media nocte reſurrexiſſe aſſerunt,nam cum partem aliquam per ſynecdochen ſumere uolumus ꝓ toto:debet pars illa eſſe maior medietate totius:ſed .30. horę non pertingunt ad medietatem horarum ſeptuaginta duaꝝ. ergo apparet ꝙ.30. horę nō conuenienter ſumi poſſint per ſynecdochen pro horis ſeptuaginta duabus. neq; uideo quomodo tertia nox per ſynecdochen annumerari poſſit,ut pars pro toto ſumatur cum nulla eius pars ſepulturę applicari poſſit.Ad qđ etiā accedit ꝙ chriſtus ipſe Marci octauo plane,& clare dixit ſe reſurrecturum poſt tres dies:uolens ſignificare tres dies fuiſſe completos,& non per ſynecdochen mutilatos.His non obſtantibus doctores fere omnes in unam hanc de ſynecdoche ſententiam cōcurrere uidentur. neq; ualui inuenire doctorem aliquem,qui hāc ſynecdochen excludere uideretur, pręter unum uidelicet Theophilum cęſarienſem apoſtolicorum temporum uicinum,qui in epiſtola ſynodica,quam aduerſus eos,qui luna.xiiii.cum Iudęis paſcha celebrabant conſcripſit : chriſtum undecimo calendas apriles paſſum octauo calendas a,mortuis reſurrexiſſe commemorat.qđ temporis interuallum tres dies,& tres noctes ſynecdoche excluſa in ſe complecti uidetur.immo quo magis hoc memoriæ ſempiternæ commendaretur placuit Theophilo tres illos dies ad terminū paſchæ annumerandos eſſe:ſtatutumq; fuit in eadem ſynodo(ut Beda teſtatur)paſcha primum & terminos paſchales ab .xi.calendas apriles auſpicari debere,qui ante illam ſynodum ab octauo calendas apriles numerabantur. uerum quia doctores nōnulli arbitrari ſunt Theophilum ſcripſiſſe de die decimo calēdarum apri

lium et non de undecimo : factum eſt ut hæc ſententia Theophi-
li diuerſis in libris diuerſimode annotata inueniatur. Beda nan-
q; uenerabilis præſbyter libro ſuo de temporibus capite ſexage-
ſimo ſeptimo dicit Theophilum ſcripſiſſe dominum crucifixum
fuiſſe decimo Calendas apriles. idem affirmat Rogerus bacon in
epiſtola ad clementem papam. Idem aſſerit Nicolaus de lyra in
poſtillis ſuper Matthæum euangeliſtam. Idem opinatus fuit Ger
landus de lotharingia ſupputator egregius. Sed Rabanus in com
puto ſuo innuit Theophilum ſcripſiſſe de undecimo Calenda-
rum aprilium ſic enim in uetuſtiſſimo libro (in quo hanc autori-
tatem Theophili adduxit) ſcriptum inueni. Impiũ. n. eſt ut paſſio
dominica tanti ſacramenti myſterium foras limitem excludatur:
paſſus nanq; eſt dominus undecimo Calendas apriles, et octauo
Calendas reſurrexit, quomodo tres dies foras terminum excludẽ
tur? conſtitutumq; eſt in illa ſynodo ut ab .xi. Calendas apriles,
uſq; in .xii. Calendas maias paſcha debeat obſeruari, quod prius
ab octauo Calendas aprilis auſpicari ſolet, & in eodẽ libro ſupe-
rius ſcriptũ eſt: nam galli quacunq; die. 8. Calendas apriles accidiſ
ſet, quando reſurrectio chriſti fuiſſe tradebatur, paſcha ſemper ce
lebrabant. huius inſtitutionis cauſam fuiſſe arbitror. nam animad
uertens Theophilus uernale ęquinoctium a ſanctis patribus .xii.
calendas apriles hoc eſt prima & uigeſima die martii annotatum
eſſe: impium reputabat tres illos dies dominicæ paſſioni aſcriptos
inter æquinoctium, et reſurectionem domini intercæptos foras li
mitem paſchæ excludi: itaq; ſynodo ob quartadecimanos conuo-
cata adiecit ad paſchæ limites tres illos dies paſſioni deputatos, et
iuſſit terminos paſchę ab undecimo calendas apriles inchoari, qui
prius ab octauo calẽdas apriles auſpicabantur, ut tres illi dies paſ
ſioni aſcripti intra limites paſchales continerentur. ex quibus
apparet Theophilum uoluiſſe chriſtum .xi. Calendas apriles cru
cifixum fuiſſe: nam ſi uerba eius de decima die interpretentur:
cur ergo tres dies ad octauum Calendas apriles pro limite paſchę
adiiciendos eſſe uoluit? cum ad denarium complendum duo dies
ſuffecerint: cur Theophilus interrogãdo dixiſſet, quomodo enim
tres dies foras limitem excludentur? cur etiam paſchales termi-
ni ab .xi. calendas apriles ſunt inſtituti? cur uſq; in hodiernum
diem paſcha primum .xi. Calendas apriles celebratur? ꝙ autem
in libris nonnullis legatur impium non eſt pro eo quod diximus
impium enim eſt uicio ſcriptorũ accidiſſe arbitror. quibus mos

eſſe ſolet utraſq; has dictiones unico charactere ſcilicet .n. aut puncitato, aut titulo coronato ſcribere: ſi enim legeretur impium non eſt iam ſenſus non ſtaret & fruſtra Theophilus hos tres dies termino paſchæ adiecisſet, niſi arbitratus fuiſſet impium eſſe hos tres dies foras limitem paſchæ excludere. Verum quoniam per uerba Theophili ſignificari uidetur dominum tribus diebus, & tribus noctibus mortuum fuiſſe: uidelicet ab undecimo uſq; ad octauũ calendas apriles quod eſt contra omnium opinionem, ideo autumant Teophilum loqui de die pręcedente diem crucifixionis, quãobrem in libris nonnullis additum inuenitur paſſus namq; eſt dominus ab undecimo calendas apriles, quia noctæ a iudęis eſt traditus, & octauo calendas reſurrexit, & ſic doctores iſti reducunt hanc opinionem Theophili ad communem gręcorum opinionem dicentium chriſtum dominum crucifixum decimo calendas apriles, & reſurrexiſſe octauo earũdem. Vniuerſaliter ergo doctores aſſerunt chriſtum dominum tribus diebus, & tribus noctibus per ſynecdochen in ſepulchro quieuiſſe uolentes etiam Theophilum hoc idẽ ſcripſiſſe. ¶ Quamq̃ hæc ſolutio per ſynecdochen data ſufficientiſſima exiſtens ab omnibus eſt approbanda, eo maxime q a, ſanctis uiris chriſtianę religionis profeſſione ꝓbatis ſit data: quorum editioni manus apponere piaculum exiſtit: non tamen importunum uidebitur aliam cõtra Iudęos reſponſionem indagare, per quam calumnias nobis illatas commodius in eos retorquere poſſimus, quando quidem doctores ſancti præfati per ſynecdochen hos ſepulturæ dies computantes, quaſi hac tali ſynecdochica ſolutione ſibiipſis non ſatiſfecerint: monent, hortanturq; nos ut aliam quiſque ſolutionem pro uirili perquirat, Vnde diuus ipſe Hieronymus in expoſitione ſuper Ionam prophetam poſtq̃ de ſynecdochica hac ſolutiõe mentionem fecit ſubiungit ſi quis autem iſta nõ recipit, & meliori ſenſu poteſt huius loci exponere ſacramentum illius magis ſequenda eſt ſententia. quoniam ergo iudæi ſolutionẽ hanc reſpuunt, & eam in chriſti contumeliam, ac noſtram calumniam conuertunt, atq; retorquent: non erit fortaſſe inutile aliam contra eos ſolutionem indagare, qua impium ipſorum os obſtruatur, & eorundem in nos ſubſannatio retũdatur: & in eos retrudatur. decet nanq; chriſtianum quemlibet ad hoc niti ut Ieſum chriſtum ſaluatorem noſtrum a perfidorum Iudæorũ calumniis tueatur, atq; defendat. nos autem etſi inſufficientes, minimeq; idonei ſumus, ut meliorem ſuper hoc ſolutionem proferamus, tamen ut

impiūm iudæorūm os obſtruere, & dicacitatis ipſorum petulan/
tiam reſtinguere ualeamus, pauca de his ſcribemus incitati ſtimulo
argumenti ipſorum: nam cum iam pridem reſponderemus argu/
mento blaſphemi illius iudæi, cuius ſupra mentionem fecimus de
triduo ſepulturæ nobis obiecto: & per ſynecdochen noctem il/
lam præteritam annumerandam eſſe diceremus ut præfati uolunt
doctores, ſtatim ille canina quadam oblatratione, & contumelia
nos coarguens acclamauit, Chriſtum nocte præcedente non in ſepul
chro mortuum fuiſſe, ſed in horto ſecundum euangeliſtas adhuc
uiuum extitiſſe, addens & illud quod noctem illam ipſemet Augu
ſtinus præteritam dicit, quod ſi præterita fuit & ante ſepulturam
tráſacta, quomodo pro ſepultura futura cōputari poterit? & quomo
do ſepulturæ rationem ingredietur? ad quæ etiam ſubintulit:
quod Chriſtus in iudæa natus hebraica utens lingua, & hebræis lo
cutus, non debuit noctem aliter accipere quam hebræorum mos
habet. qui noctem a ſolis occaſu inchoant quemadmodum & pro
phetæ, qui de meſſia fuerūt prælocuti & uaticinati, hebræi exiſtētes
dies & noctes hebræorum more ſumere conſueuerunt: hæc & alia
multa magna cū blaſphemia nobis obiecit, inferens etiam pro mor
tis conteſtatione tres dies & tres noctes ſynecdoche excluſa hoc eſt
ſeptuaginta duas horas neceſſarias eſſe: quamobrem medicinæ doc
tores in lipothymia, in apoplexia, ſtupore, congelatione, ſuffoca/
tione, aut alia quauis ægritudine, in qua dubia mors accidere ſo/
let, ægros per ſeptuaginta duas horas antequam ſepeliantur ſeruā
dos præcipiunt: ut enim prima tertii Auicenna teſtatur, accidit ali
quando ut non ſit differentia inter ægrum & mortuū, & non appa
ret in ipſo aliquid anhelitus, deinde reuiuiſcit, & ſanatur: & nos
plurimos eorum uidimus, quorum diſpoſitio hæc erat. & rurſus
idem inquit, & propter hoc uolunt ut tardetur ſepultura am/
bigui ex mortuis donec perpendatur eius diſpoſitio, & neq; ſit mi
nus ſeptuagita duabus horis primo etiá cōtinētis ſcribitur ſepultu
rá ſeptuaginta duabus horis differendam, eo quod quidam tanto
tempore uelut mortui ſunt reputati, qui tamen poſtea reuixerunt
huius autem tanti interualli dilationis cauſam cōcilator differen
tia .182. talem aſſignat: quia in ſeptuaginta duabus horis, hoc eſt,
in tribus diebus & tribus noctibus omnes humores euentantur,
& ſuas periodos cōplent, ſed hæc a Galeno magis ſunt requirenda
qui librum de hoc conſcripſit, cur homo aliquando appareat mor
tuus, cum tamen non ſit mortuus: plurimis nanq; id accidiſſe legi

tur, multos etiam terra ſepultos reuixiſſe ſcribit Arnaldus de uilla noua, quinimmo magiſtrum eius curaſſe amicum in ſepulchro po ſitum, adeo ut mortuum reſuſcitaſſe putaretur. Gentilis medicus narrat ſe uidiſſe hominem in ſepulchro poſitum & humatum reui xiſſe. Nicolus quoq; ſe uidiſſe mulierem teſtatur, quæ iam ad ſe pulturam deferenda reuixit. & Auguſtinus libro uigeſimoſecundo de ciuitate dei duos uno die defunctos ad corpora remeaſſe dicit. Plutarchus quoq; libro de anima Anagchũ a medicis pro mortuo derelictum reſuſcitatum aſſerit. Aeſculapium quoq; deificatum, & iter deos relatum legimus, quia Hippolytum mortuum reſuſci tauit. ſcribitur etiam de Clazomenio quodam, uti ipſius anima cor pore ſępe relicto tãquam incorporea uagabatur. Labeo quoq; duos inducit uno die defunctos occurriſſe ſibi inuicem in compito quo dam, deinde ad corpora fuiſſe reuerſos. hancobrem Nicolus medi cus dicit aliquando fuiſſe capitale ſupplicium indictum illis, qui abſq; febre, & nota ægritudine mortuum ſepelirent ante ſeptuagin ta duas horas. inſerebat etiam iudæus nullum diuinitatis Chriſti ſignum elici poſſe ex hac eius reſurrectione, etiam poſt triduanam ſepulturam, cum uirtus diuina relucefcit in reſuſcitante, & non in reſuſcitato, quod de Helia, & heliſæo deduxit, qui cum plures mor tuos reſuſcitaſſent nihil ex hoc uirtutis, uel diuinitatis i reſuſcitatis apparuit, ſed in ipſis prophetis reſuſcitantibus, & mortuos reuiui ſcere facientibus. Verum facile hoc argumentum ſolui poſſet. non enim legerat iudæus quod Chriſtus Ioannis decimo de ſeipſo dixe rat. habere ſe poteſtatem ponendi animam ſuam, & iterum reſu mendi eam. ipſe ergo ſeipſum reſuſcitauit & propria uirtute re uixit. ſed difficiliora ad ſoluendum ſunt, immo non parum urgere uidentur argumenta de hac triduana Chriſti ſepultura, quæ perfi dus ille iudæus magna cum blaſphemia nobis obiecit: nam & di uinitati minime repugnare immo magis congruere uidetur Chriſ tum tribus diebus & tribus noctibus integris in ſepulchro man ſiſſe, quam per ſynecdochen mutilatis: eo maxime quod Chriſtus ipſe tanta efficacia phariſæis ſuis æmulis ſignum diuinitatis ab eo petentibus, hoc unicum ſignum dederit. ſi enim deus omnipotens ineffabili ſua ſapientia ab æterno iplere ſtatuit, quæcũq; per prophe tas dei populo denũciata erãt, quãto magis illud adipleri & perfici uoluit qđ Ieſus ipſe unigenitus ei⁹ fili⁹ diuinitatis ſuę oſtẽſione uni cũ & efficaciſſimũ ſãctitatis ſuę ſignũ dedit? quãta efficacia hoc erit perfectũ & cõſũmatũ? nã ut apoſtolus iquit oli loquẽs deus patrib⁹

in prophetis nunc locutus eſt nobis in filio.ſi ergo illa iampridem
impleta ſũt multo magis & hęc ad unguẽ perfici,& cõſumari debẽt
Proinde conandum eſſet ut ſaluatoris uerba tanta efficacia pro
lata recto tramite(ſi fieri poteſt)& non per ambages,uel figuratas
locutiones exponantur. Nam ex quo chriſtus hoc unicum diui
nitatis ſuæ ſignum iudæis dedit : ueriſimile eſt eum nulla uſum
fuiſſe loquendi figura,qua audientes aut falli,aut ipſum coargue
re potuiſſent ,attento ꝙ Ieſus ſaluator noſter phariſęis hæc dixe-
rint:qui eum in uerbis carpere,& reprehendere conabantur. Sal-
uatoris itaqꝫ uerba tam indubitata ueritate amplecti debemus,
ut merito nulli de hoc dubitare liceret.nullibi enim in euangeliis
legitur chriſtum aliud diuinitatis ſuæ ſignum dediſſe pręter iſtud
unicum in quo tota lex pendet,tota ſalus noſtra,et redemptio in
hoc uno ſigno conſiſtit.chriſto ipſo dicente non dabitur ei aliud ſi
gnum niſi ſignum Ionę prophetæ.hoc ergo eſt unicum ſignum ue-
riſſimum efficaciſſimum,& per ſe ſufficiẽtiſſimum, irrefragabile,
& argumentis idiſſolubile. quę omnia ipſemet chriſtus nos docet
qui optimus legis interpres,& idem maximus doctor ubi efficaciſ
ſimum hoc ſignum Iudęis dedit tam expreſſe uoluit hoc omnibus
intimare,ut neminẽ diſſimulare permitteret:ac boni oratoris fun
ctus officio,confutat argumẽta omnia:quibus hoc ſignum minui,
aut quouis modo debilitari poſſet:primum quidẽ ne quis calum-
niandi,aut infringendi ſignum occaſionem ſibi temere aſſumpſe
rit dicendo aliud ꝑ uerba eius intelligendũ eſſe,q̃ præſeferre uideã
tur.remouens hãc tacitam obiectionẽ innuit ſe nihil ocioſe fuiſſe
locutum,ſed uerba ſua penitus intelligenda eſſe ad ſenſum,quem
pręſeferunt .nam imediate ante hoc ſignum Ionæ dixit.omne uer
bum ocioſum quod locuti fuerint homines reddent de eo rationẽ
in die iudicii.ad hoc etiam facit quod alibi dixit cœlum,& terra trã
ſibunt uerba autem mea non tranſibunt.non ergo iota unum,aut
apex unus de uerbis domini pręteribit.Aliam quoqꝫ tacitam obie
ctionem chriſtus ipſe confutare uidetur,nam poſſet aliquis dicere
Ionam tribus diebus & tribus noctibus in uentre ceti latitaſſe:
chriſtum uero etiam tribus diebus,& tribus noctibus i ſepulchro
quieuiſſe non quidem integre ſumptis,ſed per ſynecdochen com
putatis ut pars pro toto ſumatur,uel ꝙ tres horæ quibus ſol ob-
ſcuratus fuit,pro nocte computentur : uel aliter quomodocunqꝫ
pars ꝓ toto accipiatur.has omnes obiectiones,uel ſolutiones chri
ſtus ipſe cõfutare uidetur inuens nõ eſſe intentionis eius:ut Ionę

ſignum per eum diminuaſ, ſed potius augeatur dicẽs & ecce pluſ q̃ Iona hic, & ecce pluſquam Salomon hic. Conari itaq; debemus ut efficaciſſimum diuinitatis chriſti hoc unicum ſignum a calumniis perfidorum Iudęorum defendamus, & itemeratum tueamur. nemini enim dubium eſſe debet quin Ieſus ſaluator noſter, & doctor nobis cęlitus miſſus tam ſciẽtia rerum omnium, q̃ uirtutẽ perfectus fuit & conſumatus. eius ergo doctrinæ pręcepta talia fuerũt ut omnium ſuſpicionum, cauillationũ, & calumniarum uias excluſerint & amputauerint. ut enim Paulus ad hebręos teſtatur uiuus eſt dei ſermo & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. ſummopere igitur conandum eſt ut uerba hęc per ſanctiſſimum os chriſti prolata ab iniuria perfidorum Iudæorum defendantur: quando quidem & ſi nulla eſſet chriſti auctoritas: aut ſi chriſtus hæc uerba de Ionę ſigno non protuliſſet adhuc tamen rationabile uideretur eũ tribus diebus & tribus noctibus in ſepulchro mortuũ manſiſſe: ut ueraciter ſe mortuũ oſtenderet. morte enim non credita reſurrectio omnino uacillaſſet. nam ſi pauciori tempore ĩ ſepulchro quieuiſſet dixiſſent Iudęi nondum eum mortuum fuiſſe: ſicq; morte non credita reſurrectionem negaſſent. quamobrem in reſuſcitatione Lazari ſecundum eccleſię doctores dominus aduentum ſuũ ad quatuor diſtulit dies ne phariſei chriſti æmuli dixiſſent Lazarũ nondum mortuum fuiſſe, qua de cauſa ſuper illud Ioannis. II. ut autem audiuit Ieſus quia infirmabatur Lazarus tunc quidem mãſit in eodẽ loco duobus diebus. dicunt doctores q dominus nunciata infirmitate Lazari diſtulit aduentum ut expiraret, & ſepeliretur, & quatriduanus fœteret ut nullus dicere poſſit quoniam non dũ defunctum, ſed ſtuporem aut lipothymiã paſſum ſuſcitauit. uenit ergo Ieſus & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Ad quod etiam accedit quia in libera chriſti poteſtate fuit manere in ſepulchro nõ ſolum tribus diebus: ſed & quot libuiſſet diebus dicente ipſo Ieſu de ſeipſo Ioannis decimo: propterea me pater diligit, quia ego pono animam meam ut iterum ſumam eam nemo tollit eam a me: ſed ego pono eam a, me ipſo poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. hoc mandatum accepi a patre meo. ſi ergo unicum hoc diuinitatis, & reſurrectionis ſuæ ſignum Iudęis dedit: difficile uidetur cauſam aliquam acceleratæ reſurrectionis conſignare. nam ex quacunq; cauſa anticipatam reſurrectionem dixerimus ſtatim inferẽt Iudęi chriſtum nondum mortuum fame, aut ſiti compulſum reſurrectionem acceleraſſe. non enim dici poteſt anti-

cipatā fuiſſe reſurrectionē, ne corpus putredini diſponeretur, quia corpus chriſti poſt ſeparationem animæ ab omni putrefactione immune fuit & exemptum: nam & ſi totum hominem, & omnia quæ hominis ſunt aſſumpſit, præter peccatum. ſcilicet eſuriem: ſitim: laborē: dolorem: lachrymas: timorem: agoniam mortis, et ipſam mortem: non tamen naturę mortuæ aſſumpſit paſſiones: cuiuſmodi ſunt reſolutio & putrefactio iuxta illud pſalmiſtæ non dabis ſanctū tuū uidere corruptiōem. Nam & ſi chriſti corpus poſt ſeparationem animę cauſas intrinſecas reſolutionis, & putrefactionis in ſe habuit .ſ. calorem & humorem & cauſas extrinſecas, ut calorem deforis aduenientem: horum tamē cauſalitatem deus prohibuit & prohibuiſſet etiam ſi corpus illud non fuiſſet uiuificatum uſq; ad generalem reſurrectionem. nō ergo dici poteſt acceleratam fuiſſe reſurrectionem ne corpus putredine contaminaretur. Itaq; decens magis, ac decorū uidetur, & diuinitati conformius chriſtum uere tribus diebus & tribus noctibus, aut ſaltem plus .36. horis in ſepulchro uoluiſſe quieſcere: ne iudæis perfidis calūniandi occaſionem daret: ſed omnē potius ſuſpicionem adimeret, & uere ſe mortuum oſtenderet. quanto enim diutius fuit mortuus & ſepultus, tanto magis reſurrectionis uirtus oſtenditur. quamobrem & chriſtianę religionis doctores dominum in cruce ſublatum palam omnium conſpectu mori uoluiſſe dicunt, ſi enim morte obſcura fuiſſet defunctus, ita ut moriens non omni iudaico populo conſpicuus extitiſſet, & ſic poſtmodum reſurrexiſſet a mortuis: iure forſitā potuiſſent id dicere iudęi quod de heroibus commentę ſunt fabulę: conſpectius ergo & in patibulo Origene teſte e uita diſcedere uoluit ne quis forte aſſereret: quia ſponte ſe ab hominum cōſpectu ſubtraxerit, et cum uiſus eſſet mori haudquaq̄ eſſet mortuus: et ubi id libuiſſet iterato apparens ſeſe ab inferis ſurrexiſſe prodigii loco proferret. palam ergo & omnium conſpectu ſaluator mori uoluit, & non ante tertium diem reſurgere, ut uere ſe mortuū oſtēderet. ¶ His itaq; argumētis difficilima uidetur hæc quæſtio de Ionę ſigno, & mora chriſti in ſepulchro propoſita, eo maxime ꝙ ritus, & obſeruatio orthodoxæ eccleſię iam arctaſſe, & quodammodo limitaſſe uidetur moram chriſti in ſepulchro ad triginta: uel ad triginta ſex duntaxat horas iuxta diuerſas doctorum opiniones cum alii ueſpere, alii diluculo chriſtum reſurrexiſſe aſſerant. cōſtat nāq; per euangelicā doctrinā chriſtū crucifixū expiraſſe hora nona diei: uel prope, quæ fuit hora tertia: poſt meridiem. eſt etiā manifeſtū corpus chriſti ſepultū fuiſſe paulo ante occaſū ſolis: nā ut Au

guſtinus inquit accelerata fuit ſepultura eius,quia ſabbatum inſtabat,in quo nihil operari licuit,ſabbatum autem ĩcipit ab occaſu ſo lis ferię ſextę ut ſcriptura docet a ueſpera uſq; ad ueſperam computabitis ſabbata ueſtra.De hora uero reſurrectionis chriſti uarię ſunt doctorum ſententię.nam aliqui opinati ſunt dominum reſurrexiſſe ueſpere ſabbati,iuxta euangelium Matthæi dicentis ueſpere autem ſabbati,quæ luceſcit in prima ſabbati uenit maria magdalene, & al tera maria uidere ſepulchrũ,& nõ inuenerũt ieſum in ſepulchro ſed Hieronymus Ambroſius & Beda opinati ſunt reſurrexiſſe dñm media nocte iuxta illud Iudicum.16.dormiuit Sampſon uſq; ad no ctem mediam & ſecundum hanc rationem chriſtus mortuus permã ſiſſet horis trigĩta tribus:& ĩ ſepulchro quieuiſſet horis triginta dũ taxat. Auguſtinus uero,& quidã alii ſcripſerũt dñm reſurrexiſſe ſũmo mane diluculo iuxta illud pſalmiſtę exurge gloria mea,exurgã di luculo.fuit autẽ diluculũ matutinũ tempore paſſionis chriſti ĩ hieruſalem,per horam cum dimidia fere ante ſolis ortũ:hoc eſt per qua tuor horas cum dimidia fere poſt mediam noctem.ex quibus apparet difficilimum eſſe tueri chriſtum ſaluatorem mãſiſſe in ſepulchro tribus diebus et tribus noctibus ſynecdoche excluſa inſtar Ionæ, qui totidẽ diebus & noctibus perdurauit in uẽtre ceti.dunq; inter has ſymplegadas quaſi inter ſcyllam,et charybdim fluctuarem, & argumenta utrinq; facta tacitus apud me reputarem,quid potiſſimũ iudęorum argumentis reſpondendum eſſet difficile mihi uiſum eſt promere.nam ſolutio omnis (præter ſynecdochen) data: uidetur cõ traria ritui,& obſeruationi romanę eccleſię.ſed ex aduerſo chriſti ſal uatoris ſententia ex Ionę ſigno prolata urgere non modicum uidet: immo maximam ex hoc iudæi contumeliam chriſto ſaluatori, & no bis calumniam inferre non deſiſtunt,ut ſupra expoſitum eſt. & niſi ritus ac obſeruatio eccleſię obſtaret facile tueri poſſet chriſtum dominum tribus diebus & tribus noctibus in ſepulchro quieuiſſe etiã ſynecdoche excluſa.ſed quia beatus Auguſtinus inquit ſe non debe re credere euangelio niſi eccleſia ipſum credendum traderet: approbandam cenſemus ſolutionem per ſynecdochen datam, tanq̃ ritui & obſeruationi romanæ eccleſię conſentaneam. uerum quia cũ iudæis hæc diſputatio agitata fuit:non eſt inconueniens aliam ſolutio nem iudęis dare:per quam ex propriis ſcriptis cõtumelia chriſto domino, & calumnia nobis illata in eos retorqueatur, & dicacitatis ip ſorum petulantia,qua diminutam in ſepulchro chriſti moram argue re ſolent,aliqua ex parte reprimatur:non q̃ aſſerere aliquid,uel affir

mare intendamus,ſed diſputationis gratia ut & noſtri cautiores fiant
ſi quando a perfidis Iudæis impia obtrectatione hæc eis obiiciantur
tela nanq; præuiſa minus lædere ſolent.

¶ Caput ſecundum continet ſolutionem,uel reſpõſionem ad argu
mentum iudæoꝶ ſuperiori capite inductum.

ET ſi argumentum iudæorum de ſigno Ionæ, & mora
christi ĩ ſepulchro ſuperiꝰ propoſitũ ſolutu eſt difficil
limũ:tamẽ pauca de eo ſcribere & ipſũ ſoluere,ac eno
dare aggrediemur: & ꝓut facultas ſuppeditabit refel/
lere,atq; in ipſos iudæos retorquere conabimur nul/
lo uerborũ apparatu:aut uenuſtate,ſed diſputantiũ more ea ſentẽtia
rũ explicãdaꝶ,& uerboꝶ facilitate qua poſſumus uerã Christi ſalua
toris mortẽ,& reſurrectionẽ,ac triduanã eius ſepulturã defendere,at
q; probare,& ueriſimilibus argumentis declarare enitemur. oſtẽſuri
q; a paraſceue paſchæ ĩ quo crucifixus fuit,uſq; ad primã ſabbati ĩ qua
reſurrexit tres dies,& tres noctes etiã ſynecdoche excluſa iure opti/
mo cõputari poſſint.pro quo probãdo primũ terminos exponemus,
& quid per paraſceue quid per ſabbatũ ſignificetur ꝑ duas hypothe
ſes declarabimus:pro prima animaduerti cõuenit,q; paraſceue,& fe/
ria ſexta non conuertũtur inuicẽ: neq; idẽ ſignificãt,ſed paraſceue ge
neraliꝰ eſt,quia nõ ſolũ ſignificat feriã ſextã hebdomadæ,in qua præ/
parãtur a iudęis ea quæ ſunt neceſſaria ꝓ ſabbato rite celebrãdo:ueꝶ
etiã ſignificat nonnunq̃ uigiliã,ſiue profeſtũ cuiuſcũq; alterius feſti
ſolẽnis ĩ quo ab omni opere ſeruili quieſcẽdũ eſt.quippe nihil aliud
ſignificat paraſceue q̃ diẽ præparationis.eſt enĩ græcũ hoc uocabulũ
deſcendẽs ἀπὸ τοῦ παρασκευεῖν quod ſignificat præparare quia ĩ
eo præparantur quæcũq; pro celebritate illius feſti ſunt neceſſaria:ſic
q; licet omnis feria ſexta hebdomadæ uocetur paraſceue quia in ea
parantur quæ pro ſabbato ſunt neceſſaria:tamẽ nõ ecõuerſo,quia pa
raſceue nõ ſemper ſignificat feriã ſextã uel diẽ ueneris ĩmo quilibet
dies pręcedens paſcha uel feſtum expiationis,uel feſtũ tubaꝶ,uel ta/
bernaculorum dici poteſt paraſceue quacũq; feria acciderit.quia ĩ eo
parãtur quæcũq; neceſſaria ſunt pro tali feſto rite celebrãdo.unde pa
raſceue,& ſabbatũ correlatiua ſunt.ut ex proxima hypotheſi patebit
Secũdo præſuppoſui,& a iudæo mihi admitti poſtulaui,ſabbatũ nõ
ſolũ ſignificare diẽ ſeptimũ hebdomadæ,quẽ deus per quietẽ ĩ prima
mũdi creatione ſãctificauit:uerũ etiã omne feſtũ ſolẽne in quo ab om
ni opere ſeruili quieſcendũ eſt ſabbatũ poſſe appellari: eſt enĩ hebrai
cum hoc uocabulũ. שבת qđ ſignificat quieſcere,ſic enĩ leuitici.xxiii.

ſeſtum tubaꝶ,qđ prima die mēſis ſeptimi celebratur ūocatur ſabba tum,quacunq; feria acciderit ubi ſic legitur.mēſe ſeptimo primo die menſis erit uobis ſabbatū memoriale clangentibus tubis . Eodem quoq; capite dies expiationis quacūq; feria acciderit ſabbatū appel/ latur,ſic enim Moſes de eo loquitur decimo die menſis huius ſepti/ mi dies expiationū erit celeberrimus,& uocabitur ſanctus.affligētiſ/ q; animas ueſtras ī eo , & offeretis holocauſtū dño:omne opus ſerui le nō facietis in tēpore diei huius quia dies propitiationis eſt,& ſab/ batū requietionis.ſimiliter eodē capite feſtū tabernaculoꝶ qđ.15.mē ſis ſeptimi celebratur ſabbatū uocatur.ubi ſic legitur.a 15.die menſis huius ſeptimi erūt ferię tabernaculoꝶ ſeptē diebus dño:dies primus erit celeberrimus, atq; ſanctiſſimus.die primo,& die octauo erit ſab batū:ideſt requies. ex quibus manifeſte patet ſabbatū ſignificare nō ſolū diē Saturni,hoc eſt feriam ſeptimā:quæ apud iudæos celebris ex iſtit,ſed indifferēter omnē diē feſtū in quo ab opere ſeruili eſt quieſcē dum,immo non ſolum dies feſti ſabbata appellantur,ueꝶ etiā totus annus ſeptimus ſabbatū uocatur.unde leuitici.xxv.quādo īgreſſi fue ritis terrā,quā ego dabo uobis ſabbatizetis ſabbatū dño ſex annis,ſe res agrū tuū,& ſex ānis putabis uineā tuā,colligeſq; fructus eius.ſep/ timo autē anno ſabbatū erit terræ requietionis dñi. nonnunq̄ etiam ſabbatū pro tota hebdomada ſumitur.iuxta illud ieiuno bis ī ſab// bato.& ſecundū hoc dies hebdomadæ diſtinguntur inuicē per diſtā/ tiā ipſoꝶ a ſabbato addito numero diſtantiā ſignificāte,ut prima ſab bati:ſecūda ſabbati:tertia ſabbati.patet itaq; multiplicem eſſe huius termini acceptionē.neq; ſolū diē ſaturni hoc eſt ſeptimā feriā ſabba/ tū dici, ſed & quēlibet diē feſtū ī quo ab opere ſeruili quieſcēdū præ cipitur ſabbatū appellari.ex quo ſequitur paſchę ſolēnitatē ſabbatū poſſe uocari.eſt enim requietionis dies.īmo ſabbatū pro paſcha poſi tū leuitici.xxiii.reperitur ubi ſic legitur . numerabitis autē ab alrero die ſabbati in quo obtuliſtis manipulos primitiaꝶ ſeptē ebdomadas plenas uſq; ad alteꝶ diē expletionis hebdomadæ ſeptimæ,ideſt .50 . dies: & ſic offeretis ſacrificiū nouū dño.ſuper quo Nicolaus de lyra & oēs alii expoſitores tā latini,q̄ græci:tā iudæi q̄ barbari dicūt,accipi hic ſabbatū nō pro ſeptima feria,quæ proprie ſabbatū dicitur,ſed ꝑ prima die paſchæ,quæ eſt quintadecima dies primi mēſis ,quæ hic uo catur ſabbatū:quia ī ea requieſcēdū erat ab omni opere ſeruili,excep tis his, quę ad ueſcendū pertinēt.patet itaq; paſcha ſabbatū eſſe ap/ pellatum : & per conſequens uigilia paſchæ quacunq; feria accide// rit paraſceue poteſt uocari , quia in ea parantur , quæ pro paſcha

rite celebrando neceſſaria putantur.ſunt ergo correlatiua paraſceue et ſabbatum.nam omne feſtū quod ſabbatum dici meretur hoc eſt omne feſtum in quo a ſeruili opere quieſcendum præcipitur, habet ante ſe paraſceuen in quo præparatur ea,quæ pro tali feſto rite cele/brando neceſſaria,uel oportuna eſſe poſſunt.& omne paraſceue refertur ad ſabbatum ſubſequēs,cuius eſt paraſceue.ſic enī feria ſexta cuiuſlibet hebdomadæ uocat̃ paraſceue hebdomadale & quartadecima menſis niſan uocatur paraſceue paſchæ in quo euangeliſtæ chri/ſtum crucifixum docent.unde Ioannes euangeliſta de die paſſionis diſſerens inquit.erat autem paraſceue paſchæ.Marcus quoq; paſſionis diē proſabbatū hoc eſt profeſtum nuncupat.❡ His ſic præſup/poſitis facile reſponderi poteſt ad argumentum de ſigno Ionę ſupe/rius inductum per quod iudæi diminutam chriſti ſaluatoris moram in ſepulchro calumniari ſolent, inferentes eum non permanſiſſe in ſepulchro tribus diebus & tribus noctibus inſtar Ionæ in uentre cetiſic ſyllogizātes chriſtus ī paraſceue paſchę hoc eſt feria ſexta fuit crucifixus,et reſurrexit a mortuis prima ſabbati,hoc eſt feria prima. ſed īter feriā ſextā & feriā primā nō ītercedūt tres dies et tres noctes ſed unus dies dūtaxat cum duabus noctibus,puta dies ſabbati:ergo chriſtus nō fuit in ſepulchro tribus diebus,ſed uno duntaxat.Huic argumento reſponderi poteſt iuxta euāgelicā doctrinā,chriſtū dñm crucifixum fuiſſe in paraſceue paſchæ hoc eſt in uigilia paſchæ, & reſurrexiſſe una ſabbatorum hoc eſt uno dierum paſchalium.paſcha nanq; ſabbatum uocatur:et ſeptem diebus continuis obſeruabatur & omnes hi ſeptem dies uocantur a iudæis ſabbata, quia in eis ab omni opere ſeruili exceptis his,quæ ad cibum coquendum pertinēt quieſcunt:niſi manifeſtum aliquod damnum: uel periculum ex tali quiete imineret,neq; lucri cauſa ſeruile aliquod opus peragere poſ/ſunt,ſed ſolum damni,uel periculi euitandi gratia conceditur in eis aliquid fieri.ſicq; ex euangeliſtis nihil haberi poteſt niſi ꝙ dominus crucifixus fuit ī paraſceuę paſchæ:& quod reſurrexit a mortuis una ſabbatorum,hoc eſt uno dierum paſchalium.non ſpecificando neq; de primo, neq; de ſecundo.et hoc eſt quod Marcus euangeliſta di/xit:ualde mane una ſabbatorum ueniunt ad monumentum: non ſpecificans nec de primo neq; de ſecūdo,uel tertio. et ſi arguatur ex Matthęo qui ſpecificat de prima ſabbati dicens ueſpere autem ſabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati &c. dicendum eſt ꝙ in originali hoc eſt in græco unde facta eſt traductio uulgata(quis Matthęus hebraice ſcripſerit)non habetur in prima ſabbati:ſed in una ſabbato/

rum ſic enim in græco ſcriptum reperitur ὀψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσει εἰς μίαν σαββάτων hoc eſt. ueſpere autem ſabbatorum quæ luceſcit in unam ſabbatorum: non ergo ſpecificat nec de prima, nec de ſecunda ſabbatorum. Sed adhuc poſſet aliquis inſtare, Nam ut uult Hieronymus et alii doctores eccleſię per unam ſabbati, feria prima eſt intelligenda. omnis nanq; hebdomada in ſabbatum, et in primam ſabbati, & ſecundam, tertiam, quartam, quintam, & ſextam diuiditur. Ergo una ſabbati & prima ſabbati idem ſignificare uidentur: primam ſcilicet diem poſt ſabbatum. Ad hoc dici poſſet cõcedendo primã ſabbati et unã ſabbati idẽ ſignificare uidelicet primã diem ſeptimanę. Sed in euãgelio nõ dicitur una ſabbati, ſed una ſabbatorum, hoc eſt uno feſtorum paſchalium. Multum enim intereſt dicere. una uel prima ſabbati: & una uel prima ſabbatorum. Nam una ſabbati ſignificat primam ſeptimanę diem, poſt ſabbatum, ſed una ſabbatorũ non poteſt exponi pro prima die ſeptimanę: non enim poſſet dici prima ſeptimanæ, ſed prima ſeptimanarum quod non eſt in uſu loquendi. una ergo ſabbatorũ exponi debet pro uno dierum feſtorũ paſchalium. Nam ut ſuperius diximus ſeptem diebus continuis paſchæ ſolemnitas obſeruabatur. Sed adhuc poſſet aduerſarius replicare dicendo Lucam, & Ioannem ſcripſiſſe una ſabbati, & non una ſabbatorum. Ergo per unam ſabbati intelligi uolunt primam diem ſeptimanę: uel primam diem poſt ſabbatum, quę eſt feria prima. Dicendum ut ſupra de Mathæo diximus: quod in græco & originali non habetur una ſabbati, ſed una ſabbatorum: Ioannes autem & Lucas græce, & non hebraice neq; latine ſcripſerunt. & ergo gręcis exemplaribus fides in hoc eſt adhibẽda. ſic enim Lucas ſcripſit τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων ὄρθρου βαθέως ἦλθον ἐπὶ τὸ μνημεῖον φέρουσαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα. hoc eſt una ſabbatorum ualde diluculo uenerunt ad monumentum portantes quę parauerant aromata. ſimiliter Ioannes dixit τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων μαρία ἡ μαγδαληνὴ ἔρχεται πρωῒ σκοτίας ἔτι οὔσης εἰς τὸ μνημεῖον hoc eſt: una autem ſabbatorũ: Maria Magdalene uenit mane cum adhuc tenebrę eſſent ad monumentum, & ſtatim poſt ſubdit οὔσης οὖν ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ὅπου ἦσαν οἱ μαθηταὶ συνηγμένοι. hoc eſt ſero igitur exiſtente die illo una ſabbatorum: & clauſis ianuis ubi apoſtoli erant congregati &c. Eodem modo & Marcus καὶ λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς τῶν σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου hoc eſt & ual

de mane una ſabbatorum ueniunt ad monumentum orto iam ſole. Patet itaq; omnium euangeliſtarum teſtimonio legendum eſſe marias ad monumentũ ueniſſe una ſabbatorũ,& non prima ſabbati.totum nanq; nouum teſtamentum pręter Matthęum gręco ſermone eſt conſcriptum . ubi ergo dubia in tranſlatione occurrunt, ad græcum originale recurrendum eſt et ab eo tanquam a fonte ueritas haurienda eſt:de quo diuus ipſe Hieronymus in epiſtola ad Damaſum papam ſic dicit.De nouo nunc loquor teſtamento, quod gręcũ eſſe non dubium eſt:excepto apoſtolo Matthęo qui primus in iudęa euãgelium chriſti hebraicis litteris ędidit.Hoc certe cum in noſtro ſermone diſcordat ,& diuerſos riuulorũ tramites ducit uno de fonte quęrendũ eſt.Sicq; ubi dubia in tranſlatione occurrunt ad gręca originalia recurrendum eſt. Matthęus uero quanquam hebraico ſermone euangelia chriſti conſcripſit :tamen quia traductio noſtra uſualis e græco eſt facta : Ideo etiam ſi dubia in Matthæo occurrunt ad gręca originalia recurrendum eſt:Tum maxime quia euangeliũ Matthęi hebraice ſcriptum nõ reperitur:ſed a perfidis iudæis combuſtum putatur.Totum ergo nouum teſtamẽtum a gręco ſermone tanquam a fonte hauriendum eſt.quamobrem idem Hieronymus dicit:in nouo autem teſtamento ſi quãdo apud latinos quæſtio exoritur ,& eſt in exemplari uarietas recurrimus ad fontem gręci ſermonis quo nouum ſcriptum eſt teſtamentum.in ueteri autem teſtamento ſi quando inter græcos,latinoſq; diuerſitas eſt ,ad hebraicam confugimus ueritatem.quicquid de fonte proficiſcitur hoc quęramus in riuulis.Idem quoq; Hieronymus i epiſtola ad Damaſum infert. ſi latinis exemplaribus fides eſt adhibenda reſpondeant quibus tot ſũt exemplaria pene quot codices,ſin autem ueritas eſt quærenda de pluribus:cur non ad gręcam originem reuertentes ea quę a uitioſis interpretibus male ędita ſunt corrigemus?hęc ille. Auguſtinus quoq; de doctrina chriſtiana libro ſecundo cenſet exemplaria noſtra,quę ex gręco fonte emanarunt non aliter ad unguem corrigi poſſe, niſi inſpectis eorum prototypis dicens ſi quid emendandum fuit magnum remedium eſt linguarũ cognitio : & iccirco latinę linguæ homines quos nunc erudiendos ſuſcepimus duabus aliis opus habent ad cognitionem ſcripturarum, hebręa ſcilicet,& gręca,ut ad exemplaria pręcedentia recurratur ſi quam ambiguitatem attulerit latinorum interpretum infinita uarietas.Patet itaq; quatuor euãgeliſtarum teſtimonio dicendum eſſe chriſtum a mortuis reſurrexiſſe una ſabbatorum ideſt uno dierum feſtorum paſchę, non ſpeci/

ficando nec de primo, nec de ſecundo. Si enim euāgeliſtæ uoluiſſent
dicere mulieres ad ſepulchrum ueniſſe prima die ſeptimanæ nō dix
iſſēt una ſabbatorum, ſed una uel prima ſabbati. Sic enim mos eſt
hebræis, græcis, & latinis, primam hebdomadæ diem appellare. Iam
autem oſtendimus nullum euāgeliſtarum prima ſabbati, ſed omnes
unanimiter una ſabbatorum dixiſſe. Sed contra prædicta adhuc ali-
quis inſtare poſſet. Nam Marci ultimo legitur. Surgēs autem ieſus
māe prima ſabbati apparuit primo Marię magdalenę de qua eiece
rat ſeptem dęmonia: quod in aliquibus gręcis codicibus ſic ſcriptum
reperitur. ἀναστὰς δὲ πρωῒ πρώτη σαββάτου ἐφάνη πρῶτον
μαρία τῆ μαγδαληνῆ ex quo apparet dicendū eſſe prīa ſabbati, &
nō una ſabbatorū. huius argumenti multę ſunt ſolutiones. primo di
ci poſſet totā illā particulā nō eſſe de textu Marci euangeliſtę, ſed ab
aliis additā fuiſſe qđ ex eo maxime liquet, nā ī paucis admodū gręcis
exēplaribus particula illa īuenitur, Tū etiā quia alii oēs euāgeliſtę cō
trariū aſſerere uidētur. Verū ſi quis noſtrā ī hoc ſpernēdā putat aſſer
tionē, & particulā illā euāgelii partē eſſe a Marco cōſcriptā omnino
contendere uelit: legat beati Hieronymi ad hedibiam epiſtolam in
ſolutione quęſtionis illius: quare eſt quod in reſurrectiōe domini &
in eius apparitione euangeliſtę diuerſa narrauerit. Nam Matthæus
Lucas & Ioannes uolunt chriſtū nocte ſurrexiſſe. Marcus uero ma
ne ſurrectionē eius factam commemorat Ita dicens: cum autē reſur
rexiſſet una ſabbati mane apparuit Marię magdalenę de qua ſeptē
dęmonia eiecerat: huius quęſtionis ſolutionē innuēs Hieronymus
dicit: Aut enim non recipimus Marci teſtimoniū, quod in raris fer
tur euangeliis omnibus gręciæ libris pene hoc capitulum in fine nō
habentibus: pręſertim cum diuerſa, atq; contraria aliis euangeliſtis
narrare uideatur. hęc ille. alia ſolutio quantum propoſito ſufficit da
ri poteſt admiſſo quod Marcus ſic ſcripſerit ut allegatum eſt: & qđ
in gręco habeatur ſurgens ieſus mane prima ſabbati, poſſet dici pri
mam ſabbati in propoſito non ſignificare feriam primam, ſed primā
diem poſt ſabbatum. ideſt poſt paſcha. Nam ut ſuperius oſtēdimus
paſcha ipſum ſabbatum appellatur. uel aliter, & melius non deter-
minando diē reſurrectionis dici poſſet apparitionem illam non eſſe
factam ipſo die reſurrectionis. Nā ut idē euangeliſta Marcus teſta-
tur: ipſo die reſurrectionis, hoc eſt una ſabbatorum Maria magdale
ne Maria Iacobi, & Salome uenerunt ad monumentū: & non inue
nerunt neq; uiderunt ieſum: neq; eum uiſuri erant anteq̄ in galileā
proficiſcerentur. angelo eis dicente, Ite & dicite diſcipulis eius, &

Petro

Petro quia pręcedet uos in galileam, ibi eũ uidebitis ſicut dixit uo
bis.Ex quibus apparet apparitionẽ illam non fuiſſe factã ipſo die re
ſurrectiõis, ſed prima ſabbati poſt reſurrectionẽ,& ſi arguatur quia
textus dicit.Surgens autem ieſus mane prima ſabbati apparuit Ma
rię magdalenę &c.ſurgens autem eſt participiũ pręſentis temporis er
go apparet eodem die & reſurrectionẽ,& apparitionẽ illam fuiſſe fa
ctam,dicendũ ꝙ in gręco & originali non habetur participiũ pręſen
tis temporis:ſed ἀναστὰς quod eſt participiũ pręteriti tẽporis. qđ
gręci ἀόριστον δεύτερον appellant quo latini carent.Sicq; ob defe
ctum grammaticę,& linguę latinæ textus ille ſub nomine participii
in latinũ uerti non poteſt,ſed potius per uerbũ pręteriti tẽporis ex/
ponẽdus eſt.quamobrẽ Hieronymus ĩ epiſtola ſuperius allegata uo
lens tranſferre hoc participiũ ἀναστὰς non dixit ſurgẽs autẽ ieſus,
ſed dixit cũ autẽ reſurrexiſſet:Poſtq̃ ergo ieſus ſecundũ Marcũ una
ſabbatorũ hoc eſt uno dierũ feſtoꝝ paſchaliũ reſurrexiſſet, nõ eſt in
uẽtus a mulieribus,nec apparuit eis,neq; diſcipulis eodẽ die, neq; in
hieruſalẽ,ſed pręceſſit eos ĩ galileã:& ibi mane pria ſabbati apparuit
primo Marię magdalenę:& deinceps apoſtolis duobus:ac demũ un
decim & ſtatim facta trina apparitione ſecundũ Marcũ aſſumptus
eſt in cœlum.Non ergo uult Marcus apparitionẽ primã fuiſſe pri/
ma die reſurrectionis,& ſecundam ſecũda die.Sed breuiſſime ſe ex/
pediens de his quę per chriſtũ in quadragita diebus ſunt facta a die
ſcilicet reſurrectiõis uſq; ad diẽ aſcẽſionis,trinã hãc apparitionẽ hoc
tẽporis interuallo factã dicit.quod autẽ Matthęus & Ioannes dicere
uidẽtur chriſtũ Marię magdalenę apparuiſſe eodẽ die quo ad ſepul
chrũ uenit non obuiat nobis. non enim dicunt una uel prima ſab/
bati, ſed una ſabbatorũ.ęqualiter ergo & cõtra aduerſariũ extat.ar/
gumentũ autẽ principale ex Marco fuit aſſumptum. ſicq; ſolutio
ex eodẽ Marco data ſufficiens nobis uidetur.quomodo autẽ Mar/
cus cũ cęteris concordari debet impertinẽs eſt propoſito noſtro, ſed
apud Hieronymũ in quęſtionibus noui teſtamẽti:& apud Auguſti
nũ in ſuis cõcordãtiis,& apud alios ſufficiẽter hęc tractata ſunt: qui
pro cõcordia euãgeliſtarũ duas fuiſſe marias magdalenas de eodẽ ui/
co magdalo nomĩatas perhibẽt:quarũ una fuit ſoror Lazari,& dña
eiuſdẽ uici uel caſtri & hęc nõ legitur fuiſſe dęmõiaca,ſed hęc una cũ
aliis mariis ipſo die reſurrectiõis ad ſepulchrũ uenit ut ieſũ ungeret.
Alia fuit oriũda de magdalo,ſed nõ fuit domina loci,& hęc dicitur
fuiſſe peccatrix:& dęmoniaca,& huic apparuit Ieſus nõ ipſo die re/
ſurrectionis:ſed pria ſabbati poſt reſurrectionẽ.Alii uero ut ſe libe

rent contradictiõe in loco ſuperius allegato uolũt unam eſſe de ma
riis. ſed nomen magdalene additum ex ſuperfluo ſcriptorum inole
uiſſe uitio, quod primum euangeliſta non ſcripſerit: ut etiam Hiero
nymus notat. quicquid tamen ſit nobis impræſentiarum ſatis eſt in
græco non haberi li ſurgens participium pręſentis temporis ſed
ἀναστάς quod eſt participium pręteriti temporis: quo latini ca/
rent, & exponi debet cum uel poſtquam reſurrexiſſet: quamob/
rem Hieronymus textum præfatum ita eſſe legendum dicit cum
autem reſurrexiſſet: & parumper ſpiritu coarctato inferendum po/
ſtea mane prima ſabbati apparuit marię magdalenæ. Quod quidẽ
& Ioannes euangeliſta ſignificat, mane eum alterius diei uiſum eſſe
demonſtrans. hæc ille. quando ergo dicitur ſurgens autem Ieſus ma
ne prima ſabbati apparuit primo Mariæ magdalenæ &c. hoc aduer
bium mane immo hoc totum complexum mane prima ſabbati non
debet conſtrui aut referri ad li ſurgẽs, ſed ad hoc uerbum apparuit
ut etiam fateri debent illi, qui aſſerunt chriſtũ media nocte reſurre/
xiſſe. ſicq; ſufficienter declaratũ eſſe arbitror omniũ euãgeliſtarũ te
ſtimonio chriſtũ a mortuis reſurrexiſſe: & mulieres ad ſepulchrum
ueniſſe una ſabbatorum ut in græcis originalibus & prototypis ſcrip
tũ reperitur hoc eſt uno dierũ paſchalium non ſpecificando, neq; de
primo, neq; de ſecundo: paſcha autẽ ſeptem diebus continuis obſer
uabatur. nihil ergo prohibet quin ratione optima tueri poſſet chri/
ſtum ſaluatorem non acceleraſſe reſurrectionẽ, ſed tribus diebus &
tribus noctibus uere mortuũ in ſepulchro inſtar Ionę in uentre ce/
ti manſiſſe. Sed cõtra hæc multa poſſunt obiici pro quibus ſecundũ
librum aggrediemur.

¶ Liber ſecundus continet obiectiones nonnullas cõtra reſponſio
nem datã et ſolutiones ipſarum affert: necnon et aliã ſolutionẽ ad
primum argumentum proponit.

POſſet aliquis dubitare circa ſolutionem argumen
ti ſuperiori libro expoſitã: quo nã pacto diuũ ipſũ
Hieronymũ in teſtẽ uocamus ubi trãſlationẽ no
ſtrã corruptã eſſe dicimus, ſi ipſemet nouũ teſtamẽ
tũ uſu habitũ, & prout in eccleſia canitur e græco
in latinũ traduxit. qđ ex epiſtolis eius & argumen
tis in cuiuſq; euangeliſtæ exordiis perſpicuum apparet. tum ex ge/
nerali in quatuor euangeliſtas præfatiuncula ad Damaſum pon/
tificem ſcripta, quæ incipit nouum opus me facere cogis ex ueteri

quinimmo & reliquos ſacrę ſcripturę libros,ac totum uetus teſtamẽ tum non ſolum ex hebraica ueritate in latinum traduxit, uerũ etiã ſeptuaginta interpretum trãſlationem aſtericis,& obeliſcis correxit ut elici poteſt ex epiſtolis,& pręfaciunculis tranſlationi uſitatę præmiſſis.ſic enim in pentateuchum præfatur:deſiderii mei deſideratas accepi epiſtolas,qui quodam prę ſagio futurorum cum Daniele ſortitus eſt nomen obſecrantis ut tranſlatum in latinam linguam de hebręo ſermone pentateuchum noſtrorum auribus traderem. Similiter in exordio libri Ioſue ſic ſcribit. Tandẽ finito pẽtateucho Moſi uelut grandi fœnore liberati ad Ieſum filium naue ad iudicum librum ad ruth quoq;,& heſter manum mittimus.Idem quoq; patet ex prologo in libris regum quẽ galeatum uocat.Similiter ex prologo in libro paralipomenon libro Iob & pſalterio patet traductionem eorum a Hieronymo factam eſſe. huic argumento reſponderi poſſet nondum ſatis compertum eſſe an hæc uſitata tranſlatio ſit aliqua illarum,quę per Hieronymũ traductæ fuerant:quod ex eo maxime liquet.Nam & ipſe Hieronymus tranſlationem eãdem plurimis in locis damnat:& ab alio factam & corruptam teſtatur ut ex cõmentariis eius multis in locis elici poteſt.immo ĩ textu de quo nũc diſputamus uitiatam,& corruptam dicit Neq; legendum eſſe. Veſpere autem ſabbati,ſed ſero autem ſabbati.Cõſuetudo autem humani ſermonis tenet ſero non ueſperam ſed tarde ſignificare. Sicut dici ſolet ſero ueniſti ideſt tarde ueniſti de quo in epiſtola ad Hedibiam dicit mihi autem uidetur euangeliſtam Matthęum,qui euangelium hebræo ſermone conſcripſit non tam ueſpere dixiſſe q̃ ſero, & eum qui interpretatus eſt uerbi ambiguitate deceptum non ſero interpretatum eſſe ſed ueſpere.i.græco etiam legitur ὀψὲ δὲ σαββάτων. hoc autem ὀψὲ ſero uel tarde ſignificat a uerbo ὀψέω õ deductum qd' tardus ſum ſignificat.ex quibus cõſtare arbitror beatum Hieronymum nouum teſtamentum pro ut in eccleſia canitur non traduxiſſe.Poſſet quoq; id plurimis exemplis probari quibus idem in ſuis commentariis hanc ipſam damnat tranſlationem ab eccleſia uſu habitam,& quaſi ab alio factam carpit & interpretem reprehendit.inter quæ pauca magis trita hic afferemus primum quod lucę xi.ubi chriſtus orare docuit diſcipulos legitur Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.dicit Hieronymus ſuper epiſtola ad Titũ illud q̃ ĩ euãgelio ſecũdũ latinos ſcriptũ eſt interpretes Panẽ noſtrũ quotidianũ da nobis hodie : melius ĩ græco habet περιούσιον ideſt præcipuũ,egregiũ,peculiarẽ eũ uidelicet,qui de cęlo deſcendẽs

ait ego ſum panis uiuus, qui de cęlo deſcendi. abſit quippe ut nos qui in craſtinum cogitare prohibemur de pane iſto, qui poſt paulu-lum coquendus, & abiiciendus eſt in ſeceſſum in prece dominica ro-gare iubeamur. pręterea in exordio euangelii ſecũdum Marcũ ubi in uulgata ędītiõe ſic legitur initiũ euãgelii ieſu chriſti filii dei ſicut ſcriptũ eſt ĩ Eſaia propheta. ecce mitto angelũ meũ ante faciẽ tuam. qui pręparabit uiam tuam ante te. arbitratˀ ipſe Hieronymus nomẽ Eſaiæ ſcriptoꝝ uitio additũ qm̃ in Eſaia hoc nõ ĩueniťˀ. Similiter ſu-ꝑ illud Matthęi ſexto de hypocritis dictũ exterminãt enĩ facies ſuas ut appareãt hominibus ieiunãtes dicit Hieronymus uerbũ extermi-nant quod in eccleſiaſticis ſcripturis uitio ĩterpretũ tritum eſt aliud multo ſignificat, q̃ uulgo intelligitur. exterminantur quippe exules qui mittũtur extra terminos. pro hoc ergo ſermone demoliũtur ſem-per accipere debemus. demolitur autẽ hypocrita faciem ſuam, ut tri-ſtitiam ſimulet, et animo forte lætante luctũ geſtet in uultu. apparet ergo ꝙ hęc uſitata ædītio nõ eſt a Hieronymo tranſlata. De his quo-qꝫ eſt illud quod prima ad Corinthios decimoquĩto in uulgata trã-ſlatione legiťˀ omnes quidem reſurgemus non omnes autem immu-tabimur. dicit Hieronymus in græcis codicibus non haberi omnes quidem reſurgemus, ſed omnes quidem dormiemus non omnes au-tem immutabimur ſic enim in gręco legitur. πάντεσ μὲν κοιμηθη-σόμεθα πάντεσ δὲ οὐκ ἀλλαγησόμεθα hoc eſt omnes quidẽ dormiemus omnes autẽ non immutabimur. q̃q̃ in græcis nonnullis codicibus inueniatur omnes quidẽ non dormiemus omnes autem immutabimur. Nobis autem impræſentiarum ſat eſt Hieronymũ hanc noſtram trãſlationem damnare & a ſe factam negare. quod & plurimis aliis locis deduci poteſt. Vnde prima ad Timotheum. ii. ſic legitur mulier ſeducta in præuaricatione fuit, ſaluabitur autem per filiorum generationẽ ſi permanſerit in fide, & dilectione, & ſanctita-te? cum ſobrietate dicit Hieronymus libro primo cõtra Iouinianum non enim ut male habetur in latinis codicibus ſobrietas eſt legenda ſed caſtitas ideſt σωφροσύνη. ſimiliter ad romanos duodecimo dico enim per gratiam, quę data eſt mihi omnibus, qui ſunt inter uos nõ plus ſapere quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. dicit Hieronymus non eſſe dicendum ad ſobrietatem, ſed ad pudici-tiam. ſi quidem græce ſcriptum eſt εἰς τὸ σωφρονεῖν. ſimiliter Io-annis ultimo legitur ſic eum uolo manere donec ueniam quid ad te? quod eodem Hieronymo teſte legendum eſſet ſi eum uolo mane-rẽ donec ueniam quid ad te? ſic ĩquiens dicit ei dominus ſi uolo eũ

ſic eſſe quid ad te? ſic etiam in græco ſcriptum inueni, non ſolum in libris uulgatis, uerum etiam in uetuſto libro qui eſt in bibliotheca illuſtriſſimi ducis urbini, & iuxta indicem putatur fuiſſe olim Ioannis & Alexii imperatorum conſtantinopolis & partium orientalium in quo ad uerbũ ſic legit̃ ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι τί πρὸς σέ; hoc eſt, ſi eum uolo manere donec ueniã, quid ad te? ſ licet in libro latino qui conſeruatur in eccleſia ſancti Pauli extra urbem, & ſcriptus putatur manu ſancti Hieronymi legatur, ſic eum uolo manere. Redeuntes ergo ad primum noſtrum propoſitum ſatis conſtare arbitror tranſlationem noſtram uſitatam a Hieronymo minime factam eſſe, quando quidem eam dãnans plurimis in locis corruptam docet non ſolum in nouo, ſed etiam in ueteri teſtamento. de quibus multa poſſem proferre exempla, ſed ne lectori faſtidium ingeram ex quatuor duntaxat primis pentateuchi capitulis pauca in medium afferã inter quæ id primum occurrit quod geneſis primo ſcriptum reperitur, & ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas dicit Hieronymus libro ſuo hebraicaꝝ quęſtionum pro eo ꝙ legitur ferebatur in hebręo habetur מרחפת quod nos appellare poſſumus incubabat ſiue con fouebat in ſimilitudinem uolucris oua calore animantis. in hebræo quoq; legitur רוח אלהים qđ interpretatur ſpiritus dei non dñi. præterea geneſis ſecundo ubi in uſitata tranſlatione legitur plantauerat dominus deus paradiſum uoluptatis a principio dicit hieronymus pro paradiſo in hebræo haberi גן ideſt hortum. Rurſus poſt pauca nomen uni phiſon & reliqua ibiq; inuenitur bdelium, & lapis onichinus. ſeptuaginta interpretum æditione ibi eſt carbunculus & lapis praſſinus dicit Hieronymus pro carbunculo, & lapide praſſino, bdelium, & onix alii tranſtulerunt. Eodem capitulo legitur in quacunq; enim die comederis ex eo morte morieris dicit Hieronymus melius interpretatus eſt Symmachus dicẽs mortalis eris. Eodẽ capitulo ubi legitur terrã mãducabis dicit Hieronymus pro terra in hebræo עפר ſcriptum eſt quod nos fauillam & puluerem poſſumus dicere. præterea geneſis quarto. & reſpexit dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem & ad munera eius non reſpexit iratuſq; eſt Cain uehemẽter dicit Hieronymꝰ unde ſcire poterat Cain ꝙ fratris munera ſuſcepiſſet deꝰ, & ſua repudiaſſet? niſi illa ĩterpretatio uera eſt q̃ Theodocion poſuit & inflãmauit dñs ſup Abel, & ſup ſacrificiũ eius, ſup Cain uero & ſuper ſacrificiũ eius nõ inflãmauit. Ignẽ autẽ ad ſacrificium deuorandum ſolitum uenire de cœlo & in dedicatione templi ſub ſalomone legimus, & quando Helias in monte Carmelo con-

ſtruxit altare.non igitur Hieronymi traductio exiſtit. neq; enim ue riſimile eſt ꝙ ſuam tranſlationem uituperando Theodotionis æditio nem extolleret.Idem in reliquis ſacræ ſcripturæ libris oſtendi poſſet nam & eccleſiaſten a,Hieronymo ex hebraica ueritate traductũ ui dimus longe aliũ ab eo qui in uſu habet̃ quẽ & cõmetatus eſt. unde primam eius propoſitionẽ exponẽs dicit ꝓ eo qđ legitur uanitas ua nitatũ,& oĩa uanitas,ĩ hebræo ſcriptũ eſt הבל הבלים qđ nos poſſumus uaporẽ fumi,& auram tenuem,quæ cito ſoluitur appellare,caducum igitur & nihil firmitatis ex hoc uerbo oſtẽdit̃ . Quod etiam pſalteriũ uſitatum non ſit Hieronymi ęditio ex hebraica ueritate traducta perſpicuum eſſe arbitror.nam alia Hieronymi tranſlatio ad Sophro niũ ſcripta ſub hoc titulo circunfert̃,quæ certe quãtũ ab uſitato pſal to diſcrepet nõ facile credi poſſet,ĩmo tãta in locis nõnullis eſt diſſo nãtia ut neq; in uerbo uno cõſonare uideant̃ queãdmodũ uidere licet ĩn trito illo uerſiculo.tecũ pricipiũ ĩ die uirtutis tuæ ĩ ſplẽdorib9 ſan ctoꝝ ex utero ante luciferꝝ genui te.quẽ uerſũ Hieronym9 ĩpe ex he braica ueritate ſic traduxit popl'i tui duces ſpõtanei ĩ die fortitudinis tuæ ĩ mõtib9 ſãctis de uulua oriet̃ tibi ros adoleſcẽtiæ tuæ.ſic enĩ ĩ he bræo legit̃ עמך נדבות ביום חילך בהדרי קדש מרחם משחר לך טל ילדתיך.ſcire tñ cõ uenit qđ hebręi hac tẽpeſtate nõ legũt ĩ mõtib9 ſãctis ſed ĩ decore ſãcto ꝑ mutationẽ litterę res ĩ deleth.poſſent & alia multa adduci ſed præ dicta ſufficere arbitramur ad oſtẽdendũ uſitatã hãc trãſlationẽ nõ eſſe ipſius Hieronymi licet ei9 pręfatiũculæ ĩ libroꝝ exordiis præmittant̃ quia fortaſſe ex libro epiſtolarũ eius aſſumptæ a lectore per errorem eis ſunt annexæ qđ ex hoc coniici poteſt quia aliquæ eaꝝ non reſpõ dent intentioni eius,queãdmodũ ſuperius oſtẽdimus de epiſtolis eius in quibus fit mentio de aſtericis,& obeliſcis.aliæ truncatæ,& imper fectæ ſunt ut illa quæ Matthæo euangeliſtæ præmittitur:quæ a calce truncata ſic in libro epiſtolaꝝ ubi tota habetur cõtinuatur.ſatiſq; mi ror Euſebi dilectiſſime cur Romã ſubito nauigaturus hãc tibi a me quaſi ſiſtertiã dari uolueris &c.raro nanq; Hieronymus ſuis æditio nib9 prologũ ſolet præmittere,ſed epiſtolas præfatiũculas amicis tranſ miſſas ĩ libro epiſtolaꝝ una cũ aliis collegit,qđ et Gẽnadius de Ru fino ſcribens innuere uidetur ubi dicit multos ſacræ ſcripturæ libros per Rufinũ fuiſſe traductos,qui ſuis prologis cognoſcũtur,qui autẽ ſine prologo reperiũtur ab alio ĩterpretati ſunt,qui prologũ facere noluit,quod de Hieronymo dictũ arbitror.Præterea Auguſtinus li bro.18.de ciuitate dei docet Hieronymi ex hebraica ueritate æditio nẽ ab eccleſia non fuiſſe receptam,ſed ſeptuaginta interpretũ trãſla

tionem in uſu eccleſię duntaxat haberi,ſic enim Auguſtinus de ſep/
tuaginta interpretũ æditione ſcriptum reliquit.hanc quæ ſeptuagin
ta eſt tanq̃ ſola eſſet ſic recipit eccleſia eaq; utuntur græci populi chri
ſtiani, quorum pleriq; utrum alia ſit aliqua ignorant.ex hac ſeptua
ginta interpretatione etiam in latinam linguam interpretatum eſt ,
quod latinæ eccleſiæ tenent,quamuis non defuerit in noſtris tempo
ribus preſbyter Hieronymus homo doctiſſimus,& omnium trium
linguarum peritus,qui non ex græco,ſed ex hebręo in latinum elo/
quium eaſdem conuertit ſcripturas,ſed eius tantum litterarum la/
borem quamuis iudęi fateantur eſſe ueracem:ſeptuagita uero inter
pretes in multis erraſſe contendant: tamen eccleſię chriſti tot homi/
num autoritati ab Eleazaro tũc pontifice ad hoc tantum opus elec
torum neminem iudicant præferendum . idem in alia epiſtola ſic
ſcripſit Hieronymo:ideo autem deſidero iterpretationem tuam de
ſeptuaginta ut tanta latinorum interpretum , qui qualeſcunq; hoc
auſi ſunt quantum poſſumus imperitia careamus.etenim qui me in
uidere putant utilibus laboribus tuis tandem aliquando(ſi fieri po/
teſt)intelligant propterea me nolle tuam ex hebręo interpretationẽ
in eccleſiis legi ne contra.70.autoritatem tanquam nouum aliquid
proferentes magno ſcandalo perturbemus plebes chriſti,quarum au
res, et corda illam interpretationem audire conſueuerunt,quæ etiã
ab apoſtolis approbata eſt.ex quibus apparet Hieronymi interpre
tationem ab eccleſia nõ fuiſſe acceptam immo Auguſtinus ipſemet
Hieronymo ſcripſit ,& intimauit:epiſcopum quendam(qui tranſla
tionem eius in eccleſia lectitandam inſtituerat)tumultu in plebe or
to gręcis diſputãtibus ab eccleſia fuiſſe depulſum,quę omnia ex epi/
ſtolis ſancti Hieronymi ad ſanctum Auguſtinum elici poſſunt,nam
cum Hieronymus ſuam ex hebręo tranſlationem ab Auguſtino ca
lumniari intellexerat,ſic ei poſt multa reſpõdit.quod autem in aliis
quæris epiſtolis cur prior mea in libris canonicis interpretatio aſteri
cos habeat,& uirgulas pręnotatas,et poſtea aliam trãſlationem abſq;
his ſignis,& huic diſſonam ędiderim.pace tua dixerim uideris mihi
non intelligere quod quęſiſti.illa enim interpretatio ſeptuaginta in
terpretum eſt, & ubicunq; obeliſci ſunt ſignificatur quod ſeptua/
ginta plus dixerunt , quam in Hebræo habeatur.ubi autem aſteri/
ci ideſt ſtellæ prælucentes ex Theodotionis interpretatione ab Ori
gene additum eſt , & ubi græca tranſtulimus de ipſo hebraico
quod itelligebamus expreſſimus ſenſuum potius ueritatem, quam
uerborum ordinem conſeruantes , & miror quomodo ſeptua //

ginta interpretum libros legas non puros,ut ab eis æditi ſunt,ſed ab Origene emẽdatos,& per obeliſcos,& aſtericos correctos,& chriſtiani hominis interpretatiũculam non ſequaris:pręſertim cum ea quę addita ſunt ex hominis Iudęi atq; blaſphemi poſt paſſionem chriſti æditione tranſtulerit. hæc ille. ſatis itaq; conſtare arbitror uſitatam hanc ſacrę ſcripturę ędicionem non eſſe ipſius Hieronymi,ſed tranſlationem eius ab eccleſia non fuiſſe ſuſceptam,quod etiam ex ſcriptis ipſius Hieronymi multis in locis elici poteſt:in quibus obtrectatorum ſuorum inuidiam conqueritur.Vnde in epiſtola ad Deſiderium in ſuum obtrectatorem,qui tranſlationem ex hebraica ueritate nõ legendam putauit,ſic inuehitur.quid liuore torqueris?quid imperitorum animos contra me concitas?ſicubi in tranſlatione tibi uideor errare interroga hebræos:diuerſarum urbium magiſtros conſule:quod illi habent de chriſto tui codices non habẽt.In alia quoq; epiſtola de tranſlatione ſua differens inquit:hæc pace ueterũ loquor & obtrectatoribus meis tantum reſpondeo,qui canino dente me rodunt in publico detrahentes,& legentes in angulis,ideſt accuſatores & defenſores cum in aliis probent quod in me reprobant quaſi uirtus,& uitium non in rebus ſint, ſed cum autore mutentur.aliã quoq; epiſtolã libro Iob pręmiſſam ſic inchoat.cogor per ſingulos ſcripturæ diuinæ libros aduerſariorũ reſpondere maledictis,qui interpretationem meam reprehenſionem .70. interpretum criminantur, & ſtatĩ poſt ſubdit: quapropter audiãt iccirco me in hoc uolumine laboraſſe non ut interpretationem antiquam reprehẽderẽ,ſed ut ea quę in illa aut obſcura ſunt,aut omiſſa,aut certe ſcriptorum uitio deprauata,manifeſtiora noſtra interpretatione fierent,quo & hebræũ ſermonem ex parte didicimus & in latino pene ab ipſis cunabulis ĩter grãmaticos,& rethores, & philoſophos detriti ſumus.q; ſi apud græcos poſt ſeptuaginta ędítionem iam chriſti euangelio coruſcante iudęus Aquila & Symmachus ac Theodociõ iudaizãtes hęretici ſunt recepti q multa myſteria ſaluatoris ſubdola ĩterpretatiõe celarũt,& tamẽ in hexaplois habentur & apud eccleſias explanantur ab eccleſiaſticis uiris:quanto magis ego chriſtianus,& de parẽtibus chriſtianis natus,& uexillum crucis in mea fronte portans cuius ſtudiũ fuit omiſſa repetere,deprauata corrigere,& ſacramenta eccleſiæ puro, & fideli aperire ſermone:uel a faſtidioſis,uel a malignis lectoribus non debeo reprobari.rurſus ĩ Eſaiam prophetam.nos quoq; patere morſibus plurimorũ,qui ſtimulante inuidia quod cõſequi nõ ualent deſpiciunt.ſciens ergo,& prudẽs in flammam mitto manum,& nihilo

minus hoc a faſtidioſis lectoribus precor ut quomodo gręci poſt 70. iterpretes Aquilam & Symmachum & Theodotionem legunt uel ob ſtudiū doctrinę ſuę uel ut ſeptuagita magis ex collatione eorum intelligant, ſic & iſti ſaltē unum poſt priores habere dignentur interpretem. legant prius & poſtea deſpiciant, ne uideantur non ex iudicio, ſed ex odii præſumptiōe ignorata damnare. Præterea i prologo ſuper Hieremiam. pro his omnibus maledicta ab ęmulis pręſtolantes: quibus me neceſſe eſt per ſingula opuſcula reſpōdere, & hoc patior quia uos cogitis. cęterū ad cōpendium mali rectius fuerat modum furori eorum ſilētio meo ponere quam quotidie noui aliquid ſcriptitantem inuidorum inſaniam prouocare. rurſus in alia epiſtola, & ut imprimis quod ſępe teſtatus ſum ſciat me nō in reprehenſionem ueteꝝ noua cudere ſicut amici mei criminantur, ſed pro uirili portione offerre linguę meę hominibus quos tamen noſtra delectāt ut pro gręcorum hexaplois quæ & ſumptu, & labore maximo indigent ædítionem noſtram habeant, & ſicubi in antiquoꝝ uoluminū lectione dubitarunt, hęc illis conferentes inuenient quod requirūt. maxime cum apud latinos tot ſint exemplaria quot codices, & unus quiſq; pro arbitrio ſuo uel addiderit, uel ſubtraxerit quod ei uiſum eſt, & utiq; non poſſit eſſe uerum quod diſſonat. Vnde ceſſet arcuato uulnere contra nos iſurgere ſcorpius, & ſāctū opus uenenata carpere lingua deſiſtat, uel ſuſcipiens ſi placet, uel contemnens ſi diſplicet. memineritq; illorum uerſuum os tuum abūdauit malicia, & lingua tua concinnabat dolos, ſedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filiū matris tuę ponebas ſcandalum hęc feciſti & tacui & reliqua. rurſus in alia epiſtola ſed & uos famulas chriſti rogo: ut cōtra latrantes canes, qui aduerſum me rabido ore deſęuiunt & circūeunt ciuitatē atq; i eo ſe doctos arbitrantur ſi aliis detrahant orationū ueſtrarum clipeos opponatis. quinimmo í epiſtola apologetica contra Rufinum ad Pammachium, & Marcellam data: ipſe Hieronymus conqueritur ſcriptam fuiſſe ab ęmulis eius epiſtolam ſuo nomine in qua confitebatur ſe agere pœnitentiam de hac tranſlatione & ꝙ ab hebręis in adoleſcētia inductus fuit ut hebraica uolumina in quibus nulla eſt ueritas in latinū uerteret. poſſent & alia complura proferri quibus ipſe Hieronymus ęmulorū ſuorū & obtrectatorum íuidiam deteſtatur, qui nouam ipſius ex hebraica ueritate ædítionem calumniari non deſtiterūt. Sed dicet fortaſſe aliquis licet Hieronymi ex hebraica ueritate ędítio nō fuerit ab eccleſia recepta, nihilominus emēdatio librorum ſacrę ſcripturę per aſtericos,

& obeliſcos ab eo facta in uſu eccleſię permãſit ut elici poteſt ex præfaciunculis exordiis librorũ pręmiſſis. Sed tu quicunq; es qui huiuſcemodi pręfaciunculis abductus hanc uſitatã tranſlationẽ Hieronymi eſſe arbitraris, uellẽ mihi quęrẽti reſponderes cuius nam ſit pſalmorum uſitata trãſlatio? dices Hieronymi eſſe quod eius pręfaciũcula pręmiſſa tibi oſtendit. profer ergo pręfaciunculam, ac eam lege: ſic enim ad uerbum dicit. pſalterium Romę dudũ poſitus emendaram: et iuxta ſeptuaginta interpretes (licet curſim) magna tamen ex parte correxerã quod quia rurſum uidetis o Paula & Euſtochium ſcriptorum uitio deprauatũ: pluſq; antiquum errorem q̃ nouã emendationẽ ualere. me cogitis ut ueluti quodã nouali ſciſſum iam aruũ exerceã, & obliquis ſulcis renaſcentes ſpinas eradicem ęquum eſſe dicentes ut quod crebro male pullulat, crebrius ſuccidatur. Vnde cõſueta præfatione commoneo tam uos, quibus forte labor iſte deſudat, q̃ eos qui exemplaria iſtiuſmodi habere deſiderant. ut quę diligenter emendaui cum cura, & diligentia tranſcribantur. Notet ſibi unuſquiſq;, uel iacentem lineã, uel radiantia ſigna ideſt obelos, uel aſtericos: & ubicunq; uiderit uirgulã pręcedentẽ ab eo uſq; ad duo puncta, quę impreſſimus ſciat in ſeptuaginta tranſlatoribus plus haberi. ubi autem perſpexerit ſtellę ſimilitudinem de hebræis uoluminibus additum nouerit, ęque uſq; ad duo puncta ex Theodotionis duntaxat ędítione, qui ſimplicitare ſermonis a ſeptuaginta interpretibus nõ diſcordat. Hęc ergo & uobis: & ſtudioſo cuiq; feciſſe me ſciens. non ambigo multos fore qui uel inuidia uel ſupercilio malít contẽnere uideri pręclara, q̃ diſcere: & de turbulento magis riuo q̃ de puriſſimo fonte potare. hęc eſt illa pręfaciũcula: quę fidem facere uidetur uſitatam hanc pſalterii trãſlationẽ a Hieronymo ęditam eſſe, ſed dic quęſo ubi ſunt obeli, & aſterici quos obſeruandos iubet? ubi ſunt ſigna quę omni cura, & diligentia tranſcribenda monuit? Nuſquam certe hęc in noſtro Pſalterio inuenire potui. Vides ne Hieronymi laborem deperiſſe? uides ne admonitionem eius in ſignis tranſcribendis haudquaquam effectum eſſe ſortitam? ſentis ne te falli & aberrare ꝙ ex dicta pręfaciuncula uſitatam hanc tranſlationem Hieronymi arbitraris? Cogeris ergo alterum horum fateri aut ſcilicet tranſlationem hanc uſitatam non eſſe Hieronymi (quamuis eius præfationes in exordiis præmittantur) aut ſi eam Hieronymi eſſe contenderis corruptam omnino aſtericorum & obeliſcorum defectu fatearis oportet. quod enim de pſalmorum libro diximus in cæteris etiã libris arguendũ eſt, in quibus cõſueta pręfatione lectorem

admonet ut aſtericorum & obeliſcoꝝ ſeriem & diſpoſitionem dili/
genti cura tranſcribat. Sic enī in paralipomenon libris pręfatur. ubi
cūq; aſtericos ideſt ſtellas radiare ī hoc uolumine uideritis, ibi ſcia/
tis de hebræo additū, quod in latinis codicibus non habetur. Vbi ue
ro obelus tranſuerſa ſcilicet uirgula præpoſita eſt: illic ſignificatur
quid ſeptuaginta interpretes addiderunt, uel ob decoris gratiā, uel
ob ſpiritus ſancti autoritatem licet in hebręis uoluminibus non le/
gatur. hęc ille. Idem quoq; in prologo librorum Iob dicit. Igitur
& uos & ununquenq; lectorem ſolita pręfatione commoneo: & in
principiis librorum eadem ſemper annectens rogo ut ubicunq; præ
cedentes uirgulas uideritis: ſciatis ea quæ ſubiecta ſunt in hebraicis
uoluminibus non haberi, porro ubi ſtellæ imago præfulſerit ex
hebræo ſermone in noſtro addita eſſe. hæc ille. ubi ergo nunc ſunt
obeli ſuperflua iugulātes? aut aſtra obſcura illuminantia? quę inſpi
cienda & obſeruanda admonet. Certe neq; lunulam inuenies. Sa/
tis itaq; conſtare arbitror uſitatam tranſlationem nō eſſe ipſius Hie
ronymi, licet eius præfaciūculę ī ipſius exordiis ſint pręmiſſę. Quod
autem Hieronymi prototypum, & originale nonnulli habere pu//
tant non ſane compertum omnibus extat. neq; ornatus & decor li
bri hoc probat, ipſum enim Hieronymum non tam ornatos libros
q̄ emendatos ſcripſiſſe arbitramur. eodem præfaciuncula in Iob di/
cente. habeant qui uolūt ueteres libros, uel in mēbranis purpureis
auro argentoq; deſcriptos, uel uncialibus (ut uulgo aiūt) litteris one
ra magis exarata q̄ codices. dummodo mihi meis ꝙ permittant pau/
peres habere ſchedulas. nō ergo Hieronymi manu ſcriptū ſed Ro/
berti cuiuſdam regis ſicilię procuratione uolumen illud exaratum
nonnulli arbitrantur. his etiam reſpondebunt alii complures, qui
idem originale ſe habere autumant. hęc ergo pro ſolutione argumē/
ti ſufficiant. Conſtat nanq; ex originalibus et prototypis euangeli/
ſtarū chriſtum dominū crucifixum fuiſſe in paraſceue ipſius paſchæ,
& una ſabbatorum a mortuis reſurrexiſſe, non autem prima ſabba/
ti ut argumentum contendit. Sed contra prędicta adhuc poſſet repli
cari nā cuiuſcunq; fuerit tranſlatio ſaltem ab eccleſia tanq̄ autentica
eſt recepta. ergo fides ei indubitanter eſt adhibenda, quia ab eccleſia
eam legente, & approbante uidetur autoritatem, & firmitatem eſſe
ſortita. iuxta illud Auguſtini non crederem euāgelio niſi eccleſia mi
hi credendum traderet. cum ergo eccleſia utatur hac interpretatiōe
& eam legendam nobis tradidit dicenda erit autentica, etiam cuiuſ/
cunq; interpretis eſſe dicatur. Ad hoc reſponderi poſſet concedendo

tranſlationem hanc autenticam eſſe dummodo ab originali non diſcrepet. iam autem ſuperius oſtendimus diſcrepare eam ab ori/ ginali. nuſquam enim in originali legitur dominum prima ſabbati reſurrexiſſe, ſed una ſabbatorum, conſtat certe prototypum grȩco, uel hebraico ſermone manu euangeliſtarum ſcriptũ nõ minus eſſe autẽticum, quam tranſlationem ex grȩco factam. eſt etiam perſpi/ cuum ex epiſtolis beati Hieronymi priſcis temporibus uarias & di uerſas tranſlationes in eccleſia legi ſolitas non omnes fuiſſe auten ticas inter quas erant tranſlatio Aquilȩ proſeliti, ſymmachi, & Theo dotionis iudaizantium hæreticoꝝ, qui multa myſteria trinitatis & ſaluatoris ſubdola interpretatiõe celarunt. horum ergo tranſlatio/ nes non erant autenticȩ in his ſaltem in quibus ab originali diſſona bant, & tamen in chriſtianorum eccleſiis decantari ſolent. Præterea apud diuerſas hominum nationes diuerſæ erant & ſunt tranſlatio/ nes inuicem diſſentientes. immo nonunꝗ præpoſita negatione ſibi mutuo contradicunt. neq; ut Hieronymus teſtatur ſeptuagita inter pretum tranſlatio pura, & ut ab eis ȩdita fuit in prima eccleſia ĩ uſu extitit: ſed ſcriptorum uitio corrupta: ac demum per diuerſos auto res correcta decãtari ſolet. Alexandria nãq; & ȩgyptus ut idẽ inquit in ſeptuaginta ſuum heſichium laudãt autorem Conſtantinopo/ lis uero uſq; Antiochiam Luciani martyris exemplaria decantabat Medię inter has prouincias palȩſtinos codices legere ſolẽt: quos ab Origene elaboratos, ac aſtericis & obeliſcis ex Theodotiõis ȩditiõe diſtĩctos Euſebius, & Pamphilus uulgauerũt. pſalteriũ quoq; apud diuerſas nationes uaria interpretatione decãtatur. Hieroſolymȩ nã q; ſecundum ſeptuaginta interpretes prout in hexaplois habetur le gi ſolet. in grȩcia uero ſecundum tranſlationem ſeptuaginta inter/ pretum obeliſcis, & aſtericis correctam decantari ſolet, quam Orige nes, & Euſebius cȩſarienſis commentati ſunt, & communem appel lant. ĩ aliis uero oriẽtalibus regionibus iuxta ĩterpretationẽ Aquilæ Symmachi & Theodotiõis legi ſolet. in occidẽtali etiam eccleſia du plex pſalteriũ Hieronymo aſcriptũ ĩ uſu habetur: unũ qđ uocatur romanũ ex ſeptuaginta interpretũ ȩditione in latinũ tranſlatũ. reli quũ uocatur gallicanũ quod a Hieronymo aſtericis & obeliſcis cor rectũ Damaſus papa hortatu eiuſdẽ ĩ gallicanis eccleſiis decãtari cõ ceſſit: qđ et ordo fratrũ minorũ obſeruat ut legitur ĩ regula eis data & hoc pſalteriũ expoſuit Nicolaus de lyra & cõmuniter etiã ĩ italia decãtatur. licet hac tẽpeſtate nulli ĩ eo aſterici, neq; obeliſci ĩuenian/ tur. ex hac & tanta tranſlationũ diuerſitate inferri poteſt æditionem

non debere dici autenticam ex hoc ſolo ꝙ in uſu eccleſię exiſtit. maxime ſi ab originali fuerit diſcrepans, uel ſaltem originalia, & prototypa ab apoſtolis, & euangeliſtis uel a prophetis cōſcripta magis erunt autentica. Prętera ueritas euangelii eſt una, & ęterna: tranſlationes uero ſunt multę & temporales pro beneplacito ſummi pontificis mutabiles, & abolendę, originale uero ſemper unum, & idē manet. ergo tranſlationes non debent dici ſimpliciter autenticę, niſi fuerint originali conformes. Vt autem hęc magis innoteſcant, & quę in hexaplois habentur, atq; etiam ea quę de aſtericis, & obeliſcis dicta ſunt magis fiant perſpicua breuiter eorum ſenſum ex ſcriptis beati Hieronymi aperiemus. Prima ueteris teſtamenti, & ſolemnis interpretatio per annos circiter ducētos & octoginta ante chriſti ſaluatoris noſtri aduētum a ſeptuaginta duobus interpretibus fuit ędita ad inſtantiam Ptolemęi philadephi ęgyptiorum regis. hęc trāſlatio per multa tempora ſola ī maxima quadam ęſtimatione perſeuerauit. nam & apoſtolos, & euāgeliſtas in ſuis allegationibus hac traductione uſos fuiſſe perſpicuum extat. uerum diuturno iam uſu uitia nonnulla ſcriptorum incuria concepit. quamobrem poſteriores utriuſq; linguę periti animaduertentes eam non eundem ſenſum in gręco ſermone cuſtodire, quem in hebręo tenebat, ſed multa ſuperaddita, nonnulla omiſſa, pleraq; aliter traducta eſſe cernentes nouos quoſdā tranſferendi labores aggreſſi ſunt, quorum primus Aquila proſelitus ſcrupuloſus (ut inquit Hieronymus) & contentioſus interpres, qui non ſolum uerbum de uerbo conatus eſt exprimere, immo quorundam uerborum etymologias transferre nitebatur. hic tranſlationem ſuam ędidit circa annum ſalutis centeſimum trigeſimum ſextum imperante Hęlio Hadriano quadringentis, & ſexdecim ferme annis poſt ſeptuaginta interpretum ęditionem. deinde pauco temporis interuallo imperante Commodo alter īterpres Theodotion iudęus acceſſit, qui parum a ueteribus ſeptuaginta īterpretibus diſcrepabat. deīde Helio pertinaci, Seueroq; īperantibus Symmachus interpres claruit, ac ſeptem poſtea annis Antonio caracalla imperante quinta æditio in hierico reperta perhibetur. non multis poſt annis in Nicopoli ſexta æditio, ac deinceps ſeptima ęditio ſine autoris nomine repertę ſunt, quę licet quibus cenſeantur autoribus ignoretur ita tamen prototypis conformari uidentur, ut autoritatem ſine nominibus tenuerint. pauco deinde temporis interuallo regnante Alexandro Mameę filio Origenes claruit, qui prędictas inter ſe diuerſas interpretationes cernens eas in ordinem redegit, & exemplar q̄d

hexaplon uocant ex eis cõfecit.hoc autem hexaplon per columnas taliter diſpoſuit.in prima columna hebraicam ipſam ęditionẽ cõſcripſit . altera deiceps e regione columnula hebraica uerba græcis characteribus ſignauit. Tertio loco Aquilę ęditionem poſuit. Quarto Symmachi, Quinto ſeptuagita interpretum ęditionem ſubnexuit. Sexto Teodotionis interpretationem collocauit.quamobrem exemplaria huiuſcemodi hexapla ſunt dicta,quia ſextuplici ordine cõſcripta fuerant.hanc autem ſeptuaginta interpretum ęditionem cum uiderent ab hebraica ueritate plurimũ diſcrepare multi emẽdare cõati ſunt inter quos(teſte Hieronymo)fuerunt non ſolum Heſichius & Lucianus martyr de quibus ſuperius diximus, ſed etiam Origenes diligenter accurateq; emẽdare curauit:eamq; obeliſcis & aſtericis diſtinxit,quibus quid deficeret,& quid abundaret,& quid addendum uel iugulandum eſſet ſignificauit.nam ubi quid minus in gręco habebatur ab hebraica ueritate de tranſlatione Theodotionis addidit,& ſignum poſuit aſterici ideſt ſtellam,quę quod prius abſconditum uidebatur illuminet,& in medium proferat.ubi autẽ quod in hebræo non eſt:in gręcis codicibus inueniebatur: obelum ideſt iacentem poſuit uirgulam, quam nos latine ueru poſſumus dicere quo oſtenditur iugulandum eſſe,& confodiendum,quod in autenticis libris nõ inuenitur.hęc autem ſeptuaginta interpretum ęditio aſtericis & obeliſcis ab Origene ſic emendata non ſolum in palęſtina regione,ut ſuperius diximus uerum etiam in aphricana eccleſia legebatur ut elici poteſt ex epiſtola beati Hieronymi ad ſanctum Auguſtinum ſuperius adducta.ea uero tranſlatio,quę hac tempeſtate in romana eccleſia legitur uidetur eſſe traducta ex ſeptuaginta interpretum ęditiõe per Lucianum martyrem emendata,quam conſtantinopolitana eccleſia decantare ſolet.ex hac traductum eſt quicquid tempore beati Hieronymi in romana eccleſia legebatur. pſalterium quoq; quod hac tempeſtate apud romanam eccleſiam in uſu habetur ex Luciani ęditione tranſlatum eſſe Hieronymus docet.de quo duo tantum exempla ponemus.primum ex pſalmo.73.qui ĩcipit ut quid deus reppuliſti Δεῦτε καὶ καταπαύσωμεν τὰσ ἑορτὰσ τοῦ θεοῦ ἀπὸ τῆς γῆς ideſt uenite,& quieſcere faciamus dies feſtos dei de terra quod(teſte Hieronymo) nullaã ęditio habet pręter ill quę Luciani dicitur . nam ſeptuaginta interpretes & ſexta ęditio tranſtulerunt ἐνκαύσωμεν ideſt comburamus.Theodotion ὑποκαύσωμεν uertit ideſt ſuccẽdamus.Aquila & ſymmachus uerterunt ἐνκαυκήσαντο ideſt incẽderunt . quemadmodum etiam in hebræo habetur ubi ſic

legit̃. אמרו בלבם נינם יחד שרפו כל מועדי אל בארץ Reliquũ qđ ĩ pſalmo quĩ
to legitur ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου κατεύθυνον ἐνώπιον σοῦ τὴν ὁδόν
μου hoc eſt propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo uiam me
am. qđ teſte Hieronymo nec habẽt ſeptuagĩta ĩterpretes nec Aqui
la, nec Symmach⁹, nec Theodociõ ſed ſola Luciani æditio ĩ hebræo
quoq; ſic legitur. יהוה נחני בצדקתך למען שוררי הישר לפני דרכך hoc eſt deus
deduc me ĩ iuſtitia tua, propter inimicos meos dirige ĩ cõſpectu meo
uiã tuã. Patet itaq; græcã uſitatã æditionẽ ex qua latina noſtra transla
tio eſt extracta non eſſe ſeptuaginta interpretũ quæ in hexaplois ha-
betur: ſed Luciani martyris, quæ ĩ cõſtantinopolitana eccleſia decã
tari ſolet. tamẽ circa prędicta animaduertẽdũ eſt qđ antequã hæc ſep
tuaginta interpretũ æditio per Lucianũ emendaretur in primo eccle
ſiæ ſtatu alia tranſlatio uel ſaltẽ aliud originale in uſu fuit. quẽadmo
dũ elici poteſt ex ſcriptis beati Hieronymi, & ex allegationibus apo
ſtoloꝝ, & euangeliſtarũ, qui ſæpenumero ſcripta prophetaꝝ aliter aſ-
ſumunt, atq; allegant quã in uſitata tranſlatione inueniantur. pro cu
ius declaratione etſi multa poſſunt adduci exẽpla tamen duo dunta
xat per Matthæum euangeliſtã allegata ex Hieronymo ſumpta in
mediũ afferemus. Primum eſt illud Matthæi. xxvii. Redditis a pro-
ditore Iuda triginta argenteis: & empto ex eis agro figuli ſcribitur,
Tũc impletum eſt quod ſcriptum eſt per Hieremiam prophetam di-
centem, & acceperunt triginta argẽteos precium appreciati qđ appre
ciauerũt a filiis Iſrael. & dederũt eos ĩ agrũ figuli ſicut cõſtituit mihi
dñs: qđ ĩ Hieremia penit⁹ nõ inuenit̃. Secũdũ eſt illud qđ legimus
Matthæi ſecũdo Herodẽ ĩ aduẽtu magoꝝ fuiſſe turbatũ ſcribiſq;, &
ſacerdotib⁹ cõgregatis ſciſcitatur ab eis ubi Chriſtus naſceret̃ illoſq;
reſpõdiſſe ĩ bethleẽ Iudæ. ſic enĩ ſcriptũ eſt ꝑ prophetã & tu bethleẽ
terra iudæ nequaq̃ minima es in prĩcipibus iuda. Ex te enĩ exiet dux
qui reget populũ meũ iſrael qđ ĩ uulgata æditione Michee quinto
quaſi cõtrario modo ſcriptũ reperit̃ ſic, & tu bethleẽ effrata paruulus
es ĩ milib⁹ iuda ex te enĩ egrediet̃, qui ſit dñator ĩ iſrael. Poſſẽt & alia
plura adduci exẽpla, quæ aliter ab apoſtolis allegata reperiũtur, q̃ no-
ſtra uſitata trãſlatio habeat. de quib⁹ eſt illud qđ apoſtolus Paulus
ad hebræos decimo uerſum pſalmorum Dauid aſſumens dicit hoſti-
am & oblationẽ noluiſti corpus autem aptaſti mihi. ſed in noſtra tran
ſlatione pſalmo. 39. non legitur corpus aptaſti mihi ſed aures perfeci
ſti mihi. quid tamen hoꝝ rectius dicendũ eſſet aliis diſcutiẽdũ dimit
to. In græco nanq; utrobiq; corpus habetur. Sic enim tã in pſalmo
quam in Pauli epiſtolis ſcriptum reperitur θυσίαν καὶ προσφοράν

ουκ ἠθέλησας σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι hoc eſt hoſtiam,& oblatio
nē noluiſti corpus autē coaptaſti mihi. In ambroſiano etiā pſalterio
corpus legitur. Sed in hebræo habetur אזנים quod ſignificat aures non
corpus. Multa etiam ſcriptorum incuria & negligentia uitiata, aliter
quotidie in eccleſia leguntur quam ī originali habentur. de quibus
eſt illud ego mater pulchrę dilectionis & timoris & magnitudinis qđ
legendum eſſet. ego mater pulchræ dilectionis & timoris & agnitio-
nis ut habetur eccleſiaſtici. 24. Redeundo ergo ad ſolutionē argumē
ti, poſſet dici tranſlationem hanc (cuiuſcunq; dicatur) eſſe autenticā
dūmodo ab originali nō diſcrepet. hæc autem in loco allegato diſcre
pat ab originali nā pro eo qđ in tranſlatione legitur dominū reſur-
rexiſſe prima ſabbati, in originali habetur una ſabbatoꝝ. reſtat nunc
ut ſoluatur argumentū ex beato Auguſtino aſſumptū, qui dicit ſe
non debere credere euangelio niſi eccleſia illud credendū traderet, ſed
eccleſia aſſumpſit hanc tranſlationē euangeliorū uſitatā quā & nobis
legendā, & credēdā tradidit, ergo tranſlatio iſta uſitata eſt per ſe autē-
tica, quia ab eccleſia eſt approbata. Ad hoc reſpōderi poſſet (ſaluo ſem
per meliori iudicio) uerba Auguſtini non intelligi de aliqua particu
lari æditione, neq; de hac uſitata tranſlatione, quia in poteſtate, & ar
bitrio romani pōtificis eſt mutare trāſlationē, & aliā pro uſu eccleſiæ
aſſumere ut ſuperius oſtēdimus, ſed ītelligēda ſunt de numero euāge
lioꝝ & euangeliſtaꝝ, nā ut Lucas teſtatur, cū plures euāgeliū Chriſti
cōſcripſerint, quatuor tantū ex illis ab eccleſia ſunt approbati. nō er-
go (ut Auguſtinus īquit) credendū eſt omni euāgelio aut euangeliſtę
hoc eſt omni bono nūcio niſi apoſtolus fuerit, ideſt, a deo miſſus. mul
ti enī euangelia ſcripſerūt, qui miſſi nō fuerūt, de quibus īquit Chri
ſtus ipſi ueniebāt, & nō mittebā eos, ſed eccleſia romana quę dñi uoce
ſuper firmā petrā fundata eſt, quatuor ſolū angulares lapides ex cūctis
ſibi euāgeliſtas elegit: Matthæū, Marcū, Lucā, & Ioānē, reliquos ue
ro omnes, qui euāgelia cōſcripſerūt cōfutādos eſſe decreuit, neq; eoꝝ
ſcriptis fides aliqua eſt adhibenda, ut ſunt euāgelia a ſcripta Thomæ,
Matthiæ, Bartholomeo, & Paulo nazareis: quia eoꝝ ſcripta nō ſunt
ab eccleſia approbata. hancobrē Auguſtinus dixit non eſſe credendū
euāgelio niſi eccleſia ipſū credēdū traderet. ſecus eſt de tranſlatione,
quia eccleſia nō limitauit ſe ad aliquā particularē trāſlationē, ſed uſus
potius, & conſuetudo hāc trāſlationē ſibi uſurpauit. Sed contra iam
dicta adhuc replicari poſſet ex ſcriptis beati Auguſtini multis in lo-
cis uidelicet libro ſecundo de doctrina chriſtiana & libro decimooc-
tauo de ciuitate dei qui longo proceſſu oſtendere conatur ſeptua-
ginta

ginta interpretum æditionem autenticā eſſe cenſendā non obſtantē quod ab hebraica ueritate diſſonet . ergo etiam traductio noui teſtamenti ab eccleſia iam recepta,& uſu habita cuiuſcunq; dicatur interpretis i autentica eſt reputanda . non obſtante quod ab originali,& prototypo diſcrepet.& per cōſequens legendum eſt dominum a mortuis ſurrexiſſe prima ſabbati ut in eccleſia canitur,& non una ſabbatorum . pro cuius declaratione , ſeriem ſententiæ beati Auguſtini his ſcriptis noſtris operæpretium inſerendam duximus ſic enim de ſeptuaginta i terpretibus libro ſecundo de doctrina chriſtiana ſcripſit .latinis codicibus emendandis græci adhibeantur in quibus ſeptuaginta interpretum quod ad uetus teſtamētum attinet excellit autoritas,qui iam per omnes eccleſias tanta præſentia ſpiritus ſancti interpretati eſſe dicuntur ut os unum tot hominum fuerit, qui (ſicut fertur multiq; non indigni fide prædicant)ſingulis cellis etiam ſinguli ſeparati cum interpretati eſſent,nihil in alicuius eorum codice inuentum eſt,quod non eiſdem uerbis eodemque uerborum ordine inueniretur i cęteris. quis huic autoritati conferre aliquid nedum præferre audeat ? Si autem contulerunt ut una omnium communi tractatu,iudicioq; uox fieret,nec ſic quidem quenquam unum hominem qualibet peritia ad emendandum tot ſeniorum doctorumq; conſēſum aſpirare oportet aut decet . quamobrem ſi aliquid aliter in hebræis exemplaribus inueniatur quam iſti poſuerunt,cedendum eſſe arbitror diuinę diſpēſationi,quæ per eos facta eſt,ut libri quos gens iudæa cæteris populis uel religione , uel inuidia prodere nolebat : crediturіs per Chriſtum gentibus miniſtra regis Ptolemæi poteſtate,tanto ante proderentur. itaq; fieri potuit ut ſic illi interpretati ſint quemadmodum congruere gentibus ille qui eos regebat,& qui os unum omnibus fecerat ſpiritus ſanctus indicauit.idem libro decimooctauo de ciuitate dei de ſeptuaginta interpretibus differens inquit .Traditur ſane tam mirabilem,ac ſtupendum planeq; diuinum in eorum uerbis fuiſſe conſenſum : ut cum ad hoc opus ſeparatim ſinguli ſederint(ita enim eorum fidem Ptolemęo placuit explorare) i nullo uerbo quod idem ſignificaret,& tantundem ualeret : neq; in uerborum ordine alter ab altero diſcreparet,ſed tanquam unus eſſet interpres, ita quod omnes interpretati ſunt unum erat quoniam reuera ſpiritus erat unus in omnibus,& ideo tā mirabile dei munus acceperant:ut illarum ſcripturarum non tanquam humanarum ſed ſicut erat tanquam diuinarum etiam iſto modo commendaretur autoritas , crediturіs quandoque gentibus profutura quod iam uidemus effectum,hæc ille,& ſtatim poſt, omni

bus íterpretationibꝰ hanc præferédã oſtẽdit dicẽs:nã cũ fuerint,& aliĩ interpretes,qui ex hebræo ĩ græcã linguã ſacra illa eloquia trãſtulerũt ſicut Aquila Symmachꝰ Theodotiõ ,ſicut etiã illa eſt íterpretatio cu ius autor nõ apparet.& ob hoc ſine nomine interpretis quita æditio nũcupatᷣ,hãc tñ que ſeptuagita íterpretũ eſt,tãq̃ ſola eſſet ſic recepit ec cleſia eaq; utunᷣ græci populi chriſtiani:quoꝵ plæriq; utrũ alia aliqua ſit ignorãt.ex ſeptuagita etiã íterpretũ ęditione ĩ latinã liguã íterpreta tũ eſt qđ latinę eccleſię tenẽt,dicit etiã íterpretationẽ Hieronymi nõ fuiſſe ab eccleſia receptã,& uniuerſaliter cõcludit nullã æditionẽ prę ferẽdã eſſe ſeptuagita íterpretũ trãſlatiõi:quia etſi ĩ eis unus nõ appa ruiſſet ſpiritꝰ ſine dubitatione diuinus,ſed íter ſe uerba íterpretatiõis lxx docti more hominũ cõtuliſſẽt ut qd placuiſſet oĩbus hoc maneret nullus eis unus íterpres debuit anteponi , cũ uero tãtũ ĩ eis ſignũ di uinitatis apparuit ꝓfecto qſquis aliꝰ illaꝵ ſcripturaꝵ ex hebræa ĩ q̃li bet aliã liguã eſt uerax,aut cõgruit illis.lxx.íterpretibꝰ:aut ſi cõgruere nõ uideᷣ altitudo ibi ꝓphetica eſſe credẽdũ eſt,ſpiritꝰ enĩ q ĩ ꝓphetis erat qñ illa dixerũt idẽ ipſe erat ĩ.70.uiris qñ illa ſũt íterpretati q ꝓfe cto autoritate diuina & aliud dicere potuerit tanq̃ ꝓpheta ille utrũq; dixiſſet quia utrũq; idẽ ſpiritꝰ diceret:& hoc ipſum aliter ut ſi nõ ea dẽ uerba idẽ tñ ſẽſus bene ítelligẽtibꝰ diluceſceret & aliqd prætermitte re,& aliquid addere etiã hinc oſtẽdereᷣ nõ humanã fuiſſe ĩ illo opere ſeruitutẽ q̃ uerbis exprimere debebat íterpres ſed diuinã potiꝰ poteſta tẽ quæ mẽtẽ replebat,& agebat íterpretis,& rurſus íſert ſi igiᷣ ut opor tet nihil aliud ítueaᷣ ĩ illis niſi qd ꝑ homines dixerit dei ſpiritꝰ qcquid eſt ĩ hebræis codicibꝰ:& nõ eſt apud íterpretes:lxx.noluit hoc ꝑ iſtos ſed ꝑ illos ꝓphetas dei ſpiritus dicere.qcquid uero eſt apud.lxx.in he bręis uero codicibus nõ eſt per iſtos maluit q̃ ꝑ illos idẽ ſpiritus dice re,ſic oſtẽdẽs utroſq; fuiſſe ꝓphetas iſto enĩ modo alia per Eſaiã alia ꝑ Hieremiã alia ꝑ aliũ ꝓphetã uel aliter eadẽ ꝑ hũc,ac ꝑ illũ dixit,ut uo luit.qcquid porro apud utroſq; íueniᷣ,ꝑ utroſq; dicere uoluit.unus atq; idẽ ſpiritus. ſed ita ut illi præcederẽt prophetãdo,iſti ſequerẽtur ptophetice eos íterpretãdo,quia ſicut ĩ illis uera dicẽtibꝰ ſpiritꝰ unus fuit,ſic & ĩ iſtis nõ cõferẽtibus1& tñ tanq̃ ore uno cũcta ĩ terpretãtibꝰ idẽ ſpiritꝰ unus apparuit.hęc ille.quibꝰ cõſtat trãſlationẽ.lxx.interpre tũ autẽticã eſſe etiã ĩ his ĩ qbꝰ ab hebraica ueritate diſcrepat,ſoluẽs de ĩde tacitã obiectionẽ quę fieri poſſet de niniuitaꝵ excidio,cuiꝰ ꝑ Ionã denũciatio ĩ hebræo.40.dieꝵ ſpatio tẽdiᷣ in lxx autẽ tridui breuita te cõcludiᷣ ſic ĩquit ſed dicet aliqs quomõ ſciã qd Ionas ꝓpheta dixe rit utꝵ triduũ,& niniue ſubuerteᷣ an 40.dies? qs enĩ nõ uidet nõ po tuiſſe utrũq; dici a ꝓpheta q miſſus fuerat terrere cõminatione íminẽ

tis exitii ciuitatē: cui ſi tertio die fuerat futurus interitus non utiq; die quadrageſimo. ſi autē quadrageſimo nō utiq; tertio. Si ergo a me quęratur quid Ionas horum dixerit: hoc puto potius qđ legitur in hebręo quadraginta dies,& niniue ſubuertetur. ſeptuagīta quippe lōge poſterius interpretati aliud dicere potuerūt,qđ tamē ad rem pertineret,& in unū eundēq; ſenſū(q̄uis ſub alia ſignificatione)concurreret,admoneretq; lectorē utraq; autoritate nō ſpreta ab hiſtoria ſeſe attollere ad ea requirenda propter quę ſignificanda hiſtoria ipſa conſcripta eſt. geſta ſunt quippe illa in niniue ciuitate. ſed aliquid etiā ſignificauerūt qđ modū illius ciuitatis excedat,ſicut geſtum eſt qđ ipſe propheta in uentre ceti triduo fuit,& tamē alium ſignificauit in profundo īferni triduo futurū qui dn̄s eſt omniū propheta℞. quapropter ſi per illā ciuitatē recte accipitur eccleſia gentiū,quę prophetice figuratur euerſa ſcilicet per pœnitentiā ut qualis fuerat iam nō eſſet hoc quoniā per chriſtū factū eſt in eccleſia gentiū cuius illa niniue figurā gerebat,ſiue per.xl.dies,ſiue per triduū idē ipſe ſignificatus eſt chriſtus.per quadragīta uidelicet: quia tot dies peregit cū diſcipulis ſuis poſt reſurrectionē ſuā,& aſcēdit in cœlū: per triduū uero quia in die tertio reſurrexit.tanq̄ lectorē nihil aliud q̄ hiſtorię rerum geſtarū inhęrere cupientē de ſomno excitauerint ſeptuagīta interpretes: iidēq; prophetę ad perſcrutandū altitudinē prophetiæ & quodāmodo dixerunt in quadraginta diebus ipſum quęrere in quo,& triduū poteris inuenire.illud in aſcenſione,hoc ī reſurrectione reperies.Propter qđ utroq; numero ſignificari cōuenietiſſime potuit. quo℞ unū per Ionā prophetā: alte℞ p.lxx.īterpretū prophetiā,tamē unus atq; idē ſpiritus dixit.hęc ille. Patet itaq; Auguſtinū uoluiſſe trāſlationē ſeptuaginta interpretū ī omnibus autēticā ęſſe,etiā in his in quibus ab hebraica ueritate diſcrepat.aſſerens īterpretes ipſos diuino ſpiritu plenos fuiſſe,ac ſeptuagīta duab⁹ cellulis ab īuicē ſeparatos eadē dictitaſſe.qđ etiā ex Euſebio cęſarieſi elici poſſe uidetur Idē quoq; Origenes cōfirmat: nā cū īter eū,& Iuliū aphricanū orta eſſet cōtrouerſia de hiſtoria Suſānę,quę ī Daniele ſcripta eſt,q̄ Iulius fictā & a ſcriptura ꝓphetica alienā eſſe dixit cū apud iudęos hęc nō habeat: reſpōdet Origenes nequaq̄ iudæo℞ cōmētis,& fraudibus auſcultādū eſſe: ſed hoc ſolū ꝓ uero habēdū ī diuinis qđ ſeptuagīta interp̄tes trāſtuliſſēt,q̄m id eſſe ſolū qđ autoritate apoſtolica cōfirmādū ſit.Sed certe Hieronymus ab his adeo diſſēſit ut nō ſolū quę dicta ſūt refellere,ac cōfutare fuerit aggreſſus: uerū etiā cōtrariū in oībus aſtruere conatus eſt,ac ſeptuaginta illas cellulas mēdacio fabri-

catas aſſerit. Neſcio inquit quis primus autor ſeptuaginta cellulas Alexandrię mẽdacio ſuo extruxit: quibus diuiſi eadem ſcriptitarẽt cũ Ariſtęus eiuſdem Ptolemæi hyperaſpiſtes & non multo poſt tẽ pore, Ioſephus nihil tale retulerint. ſed in una baſilica congregatos contuliſſe ſcribant non prophetaſſe. aliud eſt enim eſſe uatem, aliud eſt eſſe interpretẽ ibi ſpiritus uentura prædicit, hic eruditio, & uerbo rũ copia ea quę intelligit transfert. Niſi forte putandus eſt Tullius œconomicũ Zenophõtis, aut Platonis prothagorã & Demoſthenis ꝓ cteſiphõte orationẽ afflatus rhetorico ſpiritu trãſtuliſſe, aut aliter de eiſdẽ libris ꝑ ſeptuaginta interpretes, aliter per apoſtolos ſpiritus ſanctus teſtimonia texuit. ut qđ illi tacuerunt, hi ſcriptũ eſſe mẽtiti ſunt hęc ille. uult ergo Hieronymus trãſlationẽ .70. interpretũ nõ eſſe dicẽdã autẽticã i his ſaltẽ ĩ quibus ab hebraica ueritate diſcrepat Neq; prophetaſſe eos, ſed traduxiſſe putãdũ eſt, pleraq; enĩ fidei, & religionis noſtræ teſtimonia ex hebraica ueritate ſumi poſſunt, quę ſeptuaginta ĩterpretes trinitatẽ ignorãtes aliter traduxerũt. ipſi enĩ chriſti aduentũ, & trinitatis myſteria ignorãtes qđ neſciebãt dubiis protulere ſentẽtiis. quãobrẽ iudęi prudenti factũ dicunt eſſe cõſilio, ne Ptolemæus unius dei cultor duplicẽ apud hebręos diuinitatẽ de prehẽderet quo factũ eſſe ut ubicũq; ſacratũ aliquid de patre, filio & ſpiritu ſancto ſcriptura teſtat̃, aut aliter ĩterpretati ſũt, aut omni no tacuerũt, ut regi ſatiſfacerẽt, & arcanũ fidei nõ uulgarẽt: neq; iu dæi ꝑfidi per hãc ſeptuaginta interpretũ æditionẽ cõuinci poſſũt. ſed ubi cõtra eos aliqd ex hac trãſlatiõe aſſũpſerimus illudẽtes nobis di cũt aliter i hebręo haberi q̃ ĩterpretati ſũt, qđ teſte Hieronymo acci dit Sophronio: q cũ iudęo diſputãs: & teſtimonia quædã ꝓ dño ſal uatore de pſalmis aſſumẽs ꝑ ſingulos pene ſermones a iudęo illuſus fuit aſſerẽte aliter ĩ hebręo haberi q̃ ille de ſeptuagĩta ĩterꝑtibus op poneret, quæ diuũ ipſũ Hieronymũ induxerũt ut nouæ trãſlatiõis onus de hebræo in latinũ aſſumeret. Euſebius uero cæſariẽſis libro ſuo octauo euãgelicę ꝑparatiõis de .70. ĩterpretũ trãſlatiõe ſcribẽs, & epiſtolã Ptolemæi regis ad Eleazarũ põtificẽ ſcriptis ſuis ĩſerẽs nul lã de .70. cellulis mẽtionẽ fecit: ĩnuere tñ uidetur trãſlationẽ hãc nõ ab oĩbus .70. ĩterpretibꝰ ſimul, & ĩ unũ locũ cõgregatis factã fuiſſe ſed a ſingulis ipſoꝝ nã ex ſinguloꝝ æditiõe electũ & excerptũ aſſerit illud in quo plures cõuenerũt, ſic enĩ ĩ epiſtola Ptolemæi regis Elea zaro põtifici transmiſſa ſcriptũ legitur quia igit̃ uolumus & tibi, & iudæis tã ꝓſentibꝰ q̃ futuris opus gratiſſimũ facere decreuimꝰ ut lex ueſtra litteris gręcis ex hebraica lĩgua traducat̃. ut ueſtra quoq; uolu

mina cũ aliis regiis libris ĩ bibliotheca noſtra ĩueniãtur.recte igitur facies & noſtro ſtudio cõdigne ſi uiros probos,& ſeniores peritos legis linguę & grętę non ignaros ſex ab unaquaq; tribu elegeris,oportet enim(quoniã res quam grauiſſima eſt)illud eligatur ĩ quo plures conueniant traductores &c.Patet itaq; ex prędictis ſanctum Hieronymum aduerſari in his ſancto Auguſtino . & Iulium aphricanum Origeni Alexandrino.ſed quia non eſt noſtrum inter ſanctos hos uiros iudicium interponere : quantum propoſito noſtro ſufficit ad argumentum reſponſuri: concedemus(ſi ita placet aduerſario)tranſlationem.70.interpretum puram illam quemadmodum in hexaplois habebatur autenticam eſſe etiam in locis in quibus ab hebraica ueritate diſſentit propter rationes a beato Auguſtino & Origene aſſignatas.ex hoc tamen non ſequitur tranſlationẽ noui teſtamenti autenticam eſſe in locis,in quibus ab originali diſſonat cum nõ a .70. interpretibus ſed ab uno ſolo ſit ædita neq; a ſancto Hieronymo, ſed alio ignoto interprete quem Hieronymus ſępenumero reprehendit & calumniatur. Vel aliter reſponderi poteſt concedendo totum argumentum: uidelicet q̃ trãſlatio ab eccleſia legi ſolita cuiuſcũq; dicatur eſſe interp̃tis:autẽtica eſt cẽſenda:etiã in his locis ĩ qbus ab originali diſcrepat.& ita recte legitur dñm prima ſabbati reſurrexiſſe,ſed expõi debet prima ſabbati ideſt una ſabbatorũ. cõgruentiſſima nanq; expoſitio eſt ut textus tranſlationis per originale interpretetur.nã tranſlator euphonię cauſa prima ſabbati poſuit pro una ſabbatorum. Mos enim interpretibus eſſe ſolet ut ſenſum de ſenſu non uerbum de uerbo exprimant immo addere aliqua nonnũquam uel ſubtrahere licet ut decorẽ magis, & elegãtiã ĩ trãſlatiõe cõſeruẽt dũmodo ab autoris ſẽſu,& ſentẽtia nõ fuerit alienũ.ipſo eni Hieronymo teſte difficile eſt alienas linguas inſequentem non alicubi excidere.arduum etiam eſt ut quæ in aliena lingua bene dicta ſunt eũdem decorem in tranſlatione obſeruent. ſignificatum eſt aliquid fortaſſe unius uerbi proprietate:& non habet interpres uerbũ quo id effari poſſit . Noſter ergo interpres arbitratus idem ſignificari per primam ſabbati,& per unam ſabbatorum:ornatus gratia & decoris cauſa,pro una ſabbatorum primam ſabbati ſcripſit,ob hoc fortaſſe q̃ propter diſtinctiones,& denominationes dierum ſeptimanæ magis erat in uſu loquendi dicere prima ſabbati quam una ſabbatorũ debet ergo textus tranſlationis exponi per originale , & prima ſabbati pro una ſabbatorũ conuenienter accipi poteſt . Sed cõtra prędicta adhuc poſſet aliquis inſtare quia per hanc ſolutionẽ non poſſet

tueri chriſtum dominum crucifixum fuiſſe feria ſexta, quam dię ue⸗
neris uocant, & reſurrexiſſe feria prima quam dominicā appellamus
quia a ueſpera ferię ſextæ quando dominus ſepultus fuit, uſque ad
diluculum ferię primæ quando reſurrexit non poſſunt cōputari tres
dies & tres noctes niſi per ſynecdochen. quod autem chriſtus crucifi
xus fuit feria ſexta, & reſurrexit feria prima: manifeſtū eſt ex obſer⸗
uatione eccleſię, quę dominicę paſſionis memoriam recolit feria ſex
ta, & reſurrectionē eius celebrat feria prima quinimmo per totū an
ni circulum cuiuſlibet hebdomadæ feriam primam celebrē facit ob
reſurrectionis lętitiam, et omnes ferias ſextas abſtinētię dedicauit ob
paſſionis memoriam. Ad hoc argumentum reſponderi poſſet quod
licet hac tempeſtate eccleſia romana obſeruet memoriam paſſionis
feria ſexta, uel die ueneris tamen priſcis temporibus non recolebat
eam feria ſexta, ſed luna quintadecima, quacūq; feria acciderit: quia
tunc paſcha obſeruabatur in memoriam cœnæ domini luna quarta
decima quacūq; feria acciderit: & quia poſtera die hoc eſt luna quin
tadecima chriſtus crucifixus fuit recolebatur eodē die memoria paſ
ſionis eius, luna ſcilicet quintadecima quacunq; feria acciderit. ſic er
go quemadmodum in priſco eccleſiæ ſtatu non ualebat argumentū
paſſio domini recolitur luna. 15. quæ caſu accidit die martis, uel alio
die q̄ die ueneris ergo chriſtus crucifixus fuit die martis, uel alio die
q̄ die ueneris. ſic ſimili ratione non concludit argumentum hac tem
peſtate memoria paſſionis recolitur die ueneris ergo chriſtus die ue⸗
neris crucifixus fuit. Secundo ad idem argumentum reſponderi poſ
ſet etiam quamuis eccleſia ſemper obſeruaſſet memoriam paſſionis
die ueneris, tamē ex hoc inferri non poteſt chriſtum die ueneris paſ⸗
ſum fuiſſe, quia eccleſia celebrat multa feſta aliter quam ipſorū de⸗
nominatio requirit ob cauſas accidentales in rationali diuinorum
uel catalogo ſanctorum expreſſas. non enim ualet conſequentia: ro⸗
mana eccleſia obſeruat feſtum ſancti Petri ad uincula in calendis au
guſti ergo ſanctus Petrus die primo auguſti in carcerem fuit coniec⸗
tus, aut quod die illo carcerem angelo iuuante effregit: nam in die⸗
bus azymorum hęc facta fuiſſe actuum duodecimo legitur. ſimiliter
feſtum Iacobi maioris octauo calendas auguſti celebratur & tamen
circa feſtum paſchę in diebus azymorum capite obtruncatus legi⸗
tur. ſimiliter feſtū decollatiōis Ioānis Baptiſtę quarto calendas ſep⸗
tēbris obſeruatur, qui tamē circa dies paſchę decollatus putatur. ſimi
lis poſſet dari iſtātia de feſto omniū ſanctorū qđ ex feſto oīum ido⸗
loꝝ traxit originē, qđ Bonifacius pontifex quarto idus maii beatę

uirgini,& omnibus martyribus dicauit,ſed poſtea per Gregorium tertium ad calendas nouembris omnibus ſanctis dedicatum,tranſlatum fuit.eodem modo de feſto cathedrę Petri argui poſſet,quod ex feſto epularum originem duxit.domini quoq; transfiguratio,quę in ueris principio fuiſſe creditur:octauo idus auguſti celebratur.Simili etiã modo de feſto apoſtoloꝝ Petri & Pauli de feſto Ioannis euangeliſtę,de feſto Stephani & feſto Innocẽtiũ,de feſto Trinitatis,aſſũptionis Mariæ,& præſentatiõis eius,de feſto iuentionis corpoꝝ ſanctoꝝ Stephani,Gamalielis, & Abibõ ac de aliis multis feſtis cõſtat ꝙ aliter ab eccleſia obſeruãtur q̃ eoꝝ denomĩatio requirit ob certas cauſas,quas lõgũ eſſet in ſingulis enarrare:imo feſta nõnulla,ut feſtũ Bartholomęi feſtũ,Margaritę,& feſtũ Georgii diuerſib⁹ dioeceſibus ſub romana eccleſia exiſtentibus,diuerſis diebus celebrantur. Itaq; ad argumentum reſponderi poſſet:negando conſequentiam, nõ enim eſt formalis,neq; ad formam ſyllogiſticam reducibilis cum propter cauſam iam dictam,tum quia in priſco eccleſię ſtatu paſſio domini nõ ſemper obſeruabatur die ueneris,immo luna quintadecima quacunq; feria acciderit.ſed poſtq̃ placuit patribus paſcha ſanctum celebrandum eſſe die dominico in memoriam reſurrectionis domini factum eſt ut domini paſſio die ueneris ſemper obſeruaretur,quinimo non ſolum die ueneris primi menſis,ſed & per totum anni circulum,& per ſingulas anni hebdomadas memoria dominicę paſſionis die ueneris recoleretur. conuenienter quidem ut dies ille deliciis,& uenereis uoluptatibus a gẽtibus dedicatus:ieiuniis,& abſtinentiis ac amariſſimę chriſti paſſionis memoria ſanctificaretur.ut enim in uitis patrum legitur Martialis apoſtolorum diſcipulus primum hunc diem a gentibus ueneri dicatum,& bacchanalibus addictum in amariſſimam chriſti paſſionis memoriam commutans ieiuniis,& abſtinentiis celebrauit.Simili modo ſolui poſſet argumentũ de reſurrectione domini inductum:non enim ualet argumentatio: reſurrectio dñi celebratur die dominico,ergo dñs die dñico a mortuis reſurrexit,quia i primo eccleſię ſtatu reſurrectio dñi nõ obſeruabatur die dñico ſed luna.17.quacũq; feria acciderit.nã paſcha qđ nunc in memoriã reſurrectionis recolitur priſcis tẽporibus i memoriã cœne domini luna.14.obſeruari ſolet.nõ ergo ualet argumentũ reſurrectio dñi celebratur ĩ paſcha ergo dñs ĩ paſcha reſurrexit,ĩmo quarto die poſt ſuũ paſcha reſurrexit.hęc autẽ perſpicue patẽt ĩ libro quẽ de paſchę rõne cõſcripſimus ubi oſtẽdimus ꝙ paſchę ſolẽnitati in priſco eccleſię ſtatu nullus terminus pręfixus fuit ſed a diuerſis

uariis modis,et diuerſis feriis celebrari ſolet. Redeuntes ergo ad pri mum iudęorum argumentum de mora chriſti in ſepulchro propoſi tum:manifeſtum eſt ex prędictis per euangelicam doctrinam iure optimo tueri poſſe chriſtum dominum manſiſſe ĩ ſepulchro tribus diebus & tribus noctibus inſtar Ionæ in uentre ceti.quia crucifixus fuit in paraſceue paſchę,& reſurrexit una ſabbatorum hoc eſt uno dierum paſchalium,neq; euangeliſtę ſpecificant de primo,neq; de ſe cundo.Sed licet hęc ſolutio ex euangelica doctrina ſumpta non poſ ſet reprobari,neq; conuinci a iudęis,& per eam impium iudęorum os ſufficienter obſtrui poſſet,quãdo diminutam chriſti in ſepulchro moram calumniari contendunt:nihilominus ne incidam ĩ ſcyllam cupiens uitare charybdim: omiſſa hac contentione de tranſlatione ſacræ ſcripturæ,& de originali eius ab euangeliſtis conſcripto ſuperi us diſputata:conceſſo etiam quod dominus crucifixus fuit feria ſex ta,& quod reſurrexit feria prima:adhuc tamen probabimus eum in ſepulchro manſiſſe tribus diebus et tribus noctibus inſtar Ionæ in uentre ceti: pro cuius probatione aliud capitulum auſpicabimur.

¶ Caput ſecundum aliam ſolutionem ad argumentum iudæorum de mora chriſti in ſepulchro ſuperiori libro propoſitum inducit.

ET ſi euangeliſtę omnes in originali a ſe ędito, et ſuis manibus conſcripto teſtentur,ac doceãt chriſtum do minum reſurrexiſſe a mortuis una ſabbatorũ, & nõ prima ſabbati:tamen quia eccleſia romana canit eum reſurrexiſſe prima ſabbati:admittemus utiq; ſi ita li buerit aduerſario eum prima ſabbati ſurrexiſſe: quo conceſſo oſten demus nihilominus eum tribus diebus & tribus noctibus in ſepul chro inſtar Ionæ in uentre ceti manſiſſe.pro cuius declaratione ani maduertendum eſt:quod poſt tranſmigrationem Babilonis omnia legis feſta ſolemnia quę lunę curſum conſequuntur duobus diebus continuis obſeruabantur,ne forte ſi ob penuriam librorum,uel per errorem calculi in ſupputatione motus lunę erraſſent in die uno: er ror ille recompenſaretur in die altero,& ſic poſt chaldaicham capti uitatem primum feſtum paſchæ quod ex lege celeberrimum eſt rei terabatur,& ſequenti die eadem celebritate obſeruabatur. nam cũ iudæi per captiuitatem Babilonicam bonis omnibus cunctaq; ſupel lectili,& libris ſpoliati eſſent:neq; lunæ curſum per ſupputationes indagare ualerent:ſolo uiſu lunam obſeruabant :quamobrem ne in

ſolemnitate

ſolénitate feſti paſchalis celebranda errarent,ſtatuerunt feſtū paſchæ
duobus diebus continuis obſeruandū eſſe:ut ſi forte in uno errauerint,cōmiſſum errorē in altero emēdarēt.hos autē duos dies pro uno
cōputabant,ſicut hac tēpeſtate faciunt romani in obſeruatione biſexti,qui iuxta Cæſaris cōſtitutionē quarto quoꝗ anno duos dies appellatos biſextos pro uno cōputant: quinímo ut inquit Celſus iuriſcōſultus,ſi quis natus eſt ſexto calendas martias nihil refert utrū priore
an poſteriore die natus ſit,cum illud biduū pro uno tantū die habeatur. ſicꝗ in anno biſextili licet februarius re uera habeat dies uigintinouē,tamē per decretū Iulii cæſaris & iuxta cōputationē romanoꝝ
nūquā habet dies plures quā uigintiocto: quia duo dies biſextiles pro
uno cōputantur,& uterꝗ eoꝝ uocatur ſextus calendaꝝ martii.eodē
modo duo feſta paſchalia a iudæis tunc obſeruata pro uno die cōputabantur:& duobus diebus continuis luna dicebatur quintadecima
Similiter quintadecima dies menſis niſan per intercalationē alterius
diei reiterabatur,& bis obſeruabatur: neꝗ hęc negauit iudæus ímo
facile admiſit,nā & uſꝗ in hodiernū diē multi ímo fere omnes iudæi
eadē obſeruant dicentes ſic ab Eſdra ſcriba in ſecūda tēpli ædificatione dū corā populo uolumen legis exponeret inſtitutū fuiſſe.quāobrē
rabbi Raua adhoratus fuit iudæos ſui tēporis ne deſerant conſuetudinē a patribus obſeruatā cōmonefaciens eos ut feſta ſolénia duobꝰ
diebus continuis celebrent: ſicut præcepit eſdras.his ſic diſpoſitis facile confutare poſſumus calūniā,quā perfidi iudæi Chriſto ſaluatori inferre ſolent,diminutā eius morā in ſepulchro criminantes: ímo ex argumento eoꝝ manifeſte ſequitur Chriſtū dn̄m tribus diebꝰ & tribus
noctibus in ſepulchro quieuiſſe inſtar Ionę in uētre ceti.nā ſi Chriſtus ſaluator crucifixus fuit in uigilia paſchæ, & reſurrexit altera paſchæ hoc eſt prima die poſt paſcha,ſequitur neceſſario eū māſiſſe i ſepulchro tribꝰ diebus & tribus noctibus ſynecdoche excluſa,quia paſcha duobꝰ diebꝰ continuis eadē ſolénitate obſeruabatur,qui duo dies
pro uno cōputabantur.ſimiliter ſi crucifixus fuit luna quartadecima
& reſurrexit luna ſextadecima,ſequitur neceſſario eū manſiſſe in ſepulchro tribus diebꝰ & tribus noctibus etiā ſynecdoche excluſa,quia
luna quītadecima reiterabatur,& duobꝰ diebꝰ cōtinuis obſeruabatur
propter cauſas dictas.Similiter ſi crucifixus fuit (ut dícunt iudęi) die
quartadecima menſis niſan,& reſurrexit die ſextadecima eiuſdē mēſis
ſequitur eū in ſepulchro manſiſſe tribꝰ diebus & tribus noctibus ſynecdoche excluſa,quia dies quintadecima mēſis niſan obſeruabatur
duobꝰ diebꝰ cōtinuis. ut autē hęc meliꝰ ītelligāt ponemꝰ exēplū de bi-

ſexto,uerbi gratia,ſi Chriſtꝰcrucifixꝰ& ſepultꝰfuiſſet ſeptimo calēdas
martias,& reſurrexiſſet a mortuis quīto calēdas earūdē,claꝝ eſt eū ī ſe/
pulchro māſiſſe tribꝰdiebꝰ& tribꝰnoctibꝰſynecdoche excluſa,qa ſextꝰ
calēdaꝝ martiaꝝ duobꝰdiebꝰcōtinuis obſeruabat.ſic eodē mō dicēdū
eſt de paſcha iudęoꝝ ī quo Chriſtꝰī ſepulchro māſit,quia duobꝰdiebus
cōtinuis celebratū fuit.Hāc autē duplicatā,uel iteratā paſchalis feſti ce
lebritatē tēpore paſſionis Chriſti obſeruatā fuiſſe euāgeliſtæ oēs(dn̄icā
paſſionē deſcribētes)īſinuaſſe nobis uidētur:nā quoties mētionē faciūt
de ſabbato quo Chriſtꝰī ſepulchro qeuit ſēper explicāt ipſū per nume
rū ſignificātē pluralitatē ut ſabbatoꝝ multitudinē docerēt. et licet in
trāſlatiōe noſtra legatur dn̄m reſurrexiſſe a mortuis prima ſabbati,uel
una ſabbati,tn̄ ī originali græco unde hæc noſtra trāſlatio extracta eſt
ſēper habetur dn̄m a mortuis reſurrexiſſe prima uel una ſabbatoꝝ hoc
eſt,prima die poſt ambo ſabbata:ſignificantes paſcha iudæoꝝ tēpore
paſſionis Chriſti celebratū,& ſabbatizatū fuiſſe duobꝰ diebꝰ cōtinuis:
propter cauſas ſuperius expoſitas.hęc cū reſpōdiſſē obmutuit Iudęus:
nā & cōfeſſus fuit tēpore paſſionis Chriſti duos primos dies paſchales
ſibi cōtinuos eadē ſolēnitate pro uno paſcha celebratos fuiſſe.cōfeſſus
eſt etiā lunā quintādecimam & diem quintumdecimum menſis niſan
duobus diebus continuis obſeruatos fuiſſe. faſſus eſt etiā Chriſtum
ſaluatorē tribus diebus,& tribus noctibus ſynecdoche excluſa ī ſepul
chro māſiſſe. ℂ Sed cōtra hęc adhuc poſſet aliquis īſtare & dicere ꝙ
licet tēpore mortis Chriſti ſabbatū paſchale(ob quītādecimā lunā ābi
guā)iuxta phariſæoꝝ traditiones fuerit reiteratū,& duobus diebus cō
tinuis celebratū:tn̄ ſabbatū hebdomadale unico dūtaxat die fuit cuſto
ditū:quia iudæi hebdomadas dieꝝ ſēper obſeruarūt cōſtituētes quāli
bet hebdomadā ex diebus ſeptē quoꝝ ultimus ſabbatū uocatur:ſi er
go Chriſtus ſepultus fuit feria ſexta,& reſurrexit a mortuis feria p̄ma
ſequitur neceſſario eū nō fuiſſe in ſepulchro tribus diebus & tribus
noctibus ſynecdoche excluſa.Ad hoc argumētū dupliciter reſpōderi
poteſt:primū dicēdo ꝙ euāgeliſtæ nullā faciūt mētionē de feria ſexta,
neq; de feria prima,ſed dicūt dūtaxat dn̄m crucifixū fuiſſe ī paraſceue
paſchæ,& reſurrexiſſe una ſabbatoꝝ,hoc eſt,uno dieꝝ paſchaliū:paſ
cha autē ex lege ſeptē diebꝰcontinuis obſeruabatur.uel ut ī trāſlatione
noſtra legitur reſurrexit dn̄s prima ſabbati:iā enī oſtēdimus ſuperius
paſcha ſabbatū appellari,reſurrexit ergo prima ſabbati,ideſt,prima die
poſt paſcha qd̄ duobꝰdiebus cōtinuis ſolēniter celebratū fuit,& duo
illi dies pro uno fuerūt cōputati ob cauſas ſuperius expoſitas.uel ali
ter reſponderi poteſt ꝙ tēpore paſſionis Chriſti nō ſolū reiteratū fuit

ſabbatũ paſchale, ueꝝ etiã ſabbatũ hebdomadale occurrẽte ĩ eo paſ-
cha duobus diebus cõtinuis fuit celebratũ, qui duo dies pro uno fue
rũt cõputati: ut enĩ Ioãnes euãgeliſta teſtať erat ille dies ſabbati magn⁹
quia cõcurrebãt ĩ eo duo feſta ſolẽnia, uidelicet paſcha & ſabbatũ heb
domadale, & ꝙ ĩ argumẽto aſſumiť iudæos ſẽper obſeruaſſe hebdoma-
dẽ dieꝝ ſeptẽ, cõſtat eſſe falſũ, quia ordo iſte ĩterrupt⁹ fuit tẽpore Ioſue
qñ ſolẽ & lunã ꝑ diẽ ſtetiſſe aſſerũt: tũc enĩ nõ hebdomadẽ ſed ogdoadẽ
fecerũt ꝑ reiterationẽ diei, uel feriæ illi⁹ ĩ q̃ ſol ſtetiſſe perhibeť. & ut Hie
ronym⁹ ĩ argumẽto libri ioſue ſcripſit, Ieſus fili⁹ naue (quẽ ioſue uocãt)
typũ dñi nõ ſolũ ĩ reb⁹ geſtis, ueꝝ etiã ĩ nomine gerebat. q̄obrẽ ſigna, &
portẽta quæ ſub eo ĩ cœlo facta ſũt præfigurabãt ea quæ ſub Chriſto fu
tura erãt. nã ſicut ſol, & luna tẽpore cõflictus Ioſue cũ ãmorreis cõtra
naturã miraculoſe ſteterũt, ſic etiã ĩ hora cõflict⁹ Ieſu Chriſti cũ Iudæis
a curſu ſolito & naturali diſpoſitiõe ĩmutati fuerũt: ſol enĩ Chriſto cõ
patiẽs cõtra naturę ordinẽ ĩ medio cœli obſcurat⁹ eſt: luna quoq; dũ ple
na lumine, & ſoli oppoſita eſſet curſũ ſuũ ĩmutãs: lumine quo ad nos
priuata ſoli ſe ſuppoſuit. & ſicut tẽpore Ioſue ſol ꝑ ſuã ſtationẽ octauũ
diẽ ſeptimanæ addidit, ſic ſol ĩ morte Chriſti per luminis ſui obſcura
tionem inopinatã noctẽ ĩduxit: & ſicut iudæi tẽpore Ioſue obſeruarũt
ogdoadẽ ꝑ duplicationẽ diei ĩ quo ſol ſtetit, ſic etiã tẽpore mortis Chri
ſti, ob paſcha ĩ ſabbato reiteratũ ogdoadẽ fecerũt: & ſicut iudæi tẽpore
Ioſue ob lunę ſtationẽ, diẽ ętatis lunę duplicarũt: ſic etiã tẽpore paſſio
nis Chriſti quĩtãdecimã lunã ex decreto ĩ trãſmigratione Babylonis
facto reiterarũt & diẽ illũ ĩ mẽſe lunari quaſi ĩtercalarẽ, & aduẽtitiũ re-
ceperũt. ſicq; reiterarũt nõ ſolũ ſabbatũ paſchale iuxta patrũ ſuoꝝ de
creta, ueꝝ etiã ſabbatũ hebdomadale duplicarũt. hæc autẽ rite ab eis fi
eri potuerũt, qa feſtoꝝ, & ſabbatoꝝ diſpoſitio ĩ arbitrio ipſoꝝ poſita
ſẽper fuit, & pro uolũtate eoꝝ ex cauſa aliqua legitima trãſferre feſta
uel ĩmutare ea potuerũt: adducẽtes ad hoc textũ legis leuitici. 23. ubi
ĩ noſtra trãſlatiõe ſic legiť. Locut⁹ eſt dñs ad Moſẽ dicẽs: loquere filiis
iſrael & dices ad eos hæ ſunt feriæ dñi quas uocabitis ſanctas quod
in hebręo ſic habetur מועדי יהוה אשר הקראו אתם מקראי קדש אלה הם מועדי
hoc eſt feriæ dei quas uocabitis ſãctas erũt feriæ meæ. quaſi dixerit, fe
rias quas uos uocabitis ſãctas ego ſãctificabo, uel ꝓ ſãctis acceptabo. ni
ſi enĩ feſtoꝝ ordinatio fuiſſet ĩ arbitrio ipſoꝝ poſita, nõ poſſẽt obſer-
uare ſẽper paſcha ĩ primo uere ꝓpter illos ũdecĩ dies qb⁹ ãn⁹ ſolaris ãnũ
lunarẽ ſuperat. ex qb⁹ dũ ad trigĩta dies excreuerit, mẽſẽ ẽboliſmũ cõ-
ficiũt. hæc autẽ ſabbati hebdomadalis reiteratio, & duplicatio facta pu
tatur, ſuaſione Gamalielis præceptoris Pauli apoſtoli moſaicæ legis

doctiſſimi, & aſtrologicarum ſupputationum peritiſſimi: cuius cy
clos lunares, atq; paſchales poſtea exponemus. hic ut hebræi teſ
tantur tantæ fuit autoritatis apud iudæos in quæſtionibus ad paſ
cha uel lunæ motum pertinentibus, ut contentiones, & controuer
ſia oés ſub idem tempus, quo Chriſtus crucifixus fuit de paſchæ cele
bratione inter iudæos ortas, ſolo nutu diſſoluerit, atq; ſedauerit.
adeo quod in prima parte talmut quæ miſna uocatur de eo lega
tur: cum rabbi Ioſue diſſentiret a gamaliele in ætate lunę diffinien
da, dixit ei rabbi hachiua noli contendere cum gamaliele, quia
quodcunq; gamaliel dixerit hoc ſolum obſeruandum eſt. legitur eti
am in chronicis hebraicis poſtquam gamaliel cyclos lunares con
ſcripſiſſet (quibus uera quartadecima luna paſchalis in promptu ſem
per habebatur) orta eſt contentio inter iudæos an paſcha debeat ce
lebrari duobus diebus continuis: dicentibus nonnullis quod uni
co duntaxat die obſeruari debuit: quia ceſſante cauſa ceſſat effec
tus, ſed cauſa reiterationis feſtorum fuit ambiguitas motus lunæ poſt
captiuitatem babylonicam: quoniam ergo per ſupputationes Ga
malielis certificati fuerint de uero motu lunæ, dixerunt feſtum paſ
chæ non eſſe reiterandum, ſed uno duntaxat die iuxta legis manda
tum ſolemniter celebrandum. dunq; hæc quæſtio ad gamalielem de
ferretur, reſpondit gamaliel paſcha omnino reiterandum & duobus
diebus continuis celebrandum eſſe: non obſtante quod ordo men
ſium & motus luminarium fuerit ab eo ad unguem conſcriptus:
ſicq; iuſſit gamaliel paſcha reiterari & duobus diebus continuis ſo
lemniter obſeruari: tum propter conſuetudinē ex captiuitate īductā,
tum propter myſteriū paſſionis Chriſti qđ ipſū nō latuit, licet iudæis
non patefecerit ob metum iudæorum. nam cum eſſet diſcipulus
Chriſti occultus, ſpiritus ſancti reuelatione illuminatus, præſagi
ens, & prænoſcens ſeptimam hebdomadæ diem commutandam
eſſe in octauam, iuſſit ogdoadem fieri, & ſabbatum hebdomada
le in quo paſcha tunc accidit, una cum paſcha reiterari, & duobus
diebus continuis celebrari: necnon & totam ſolemnitatem paſchæ
octo diebus continuis obſeruari per reiterationem primæ diei præ
cepit propter cauſas legi, & traditionibus patrum congruentes ſu
perius expoſitas, quæ diuinæ reſurrectionis myſteria typice præfi
gurabant. hinc eſt quod eccleſia catholica poſt Chriſti reſurrectio
nem obſeruauit ſemper ogdoadas, & octauas feſtorum ſuorum ſo
lemnium pro eo quod lex moſaica ſeptimam cuſtodire præcepit.
ut enim multis in locis ſacræ ſcripturæ legitur prima & præcipua le

gis feſta uidelicet feſtum paſchę & feſtum tabernaculorum ſeptē diebus continuis obſeruabantur, ſed eccleſia catholica octo diebus ſua feſta ſolemnia celebrat, propter ogdoadem tempore paſſionis chriſti obſeruatam. Quod autem autores nonnulli cauſam celebrationis octauę elicere conētur ex textu leuitici.23. ubi poſtquam Moſes prę cepit feſtum tabernaculorum ſeptem diebus eſſe celebrandum ſubiunxit (ut aiunt) dies quoq; octauus eſt celeberrimus, atq; ſanctiſſimus. friuola eſt huiuſcemodi ratio quia octauus ille dies eſt feſtum cœtus uel collectæ, & non celebratur tanquam octaua feſti tabernaculorum eo ꝙ feſtum tabernaculorum ſeptem dūtaxat diebus ex lege obſeruabatur, ſed celebratur tanquam feſtum diſtinctum a feſto tabernaculorum. neq; in hebræo habetur ꝙ dies octauus erit celeberrimus, ſed ꝙ erit retētio, quia die illo retinebatur populus, qui uenerat ad feſtum tabernaculorum, nec licitū erat illo die recedere cū propter feſtum, tum quia illa die colligebatur pecunia a populo pro ſacrificiis, & neceſſariis tabernaculi, & templi pro tēpore quo fuit tēplum. Hęc autem expreſſius habentur neemię octauo ubi de feſto tabernaculorū legitur ꝙ fecerūt ſolemnitatē illam ſeptē diebus, & in die octauo collectam iuxta ritū. Redeuntes ergo ad ſolutionē argumēti dicemus ſabbatū ſepulturę chriſti reiteratū fuiſſe a iudæis, & duobus diebus continuis obſeruatū. ſicq; chriſtus ſaluator feria ſexta crucifixus duobus ſabbatis ī ſepulchro requieuit, & feria prima (quę nunc ob hoc dominica uocatur) a mortuis reſurrexit, & tribus diebus ac tribus noctibus in corde terræ inſtar Ionę in uentre ceti quieuit. Omitto tres illas horas quibus ſol obſcuratus fuit pro nocte computari, quia per eas mora chriſti in ſepulchro augeri non poteſt: & nihil intereſt ſiue diei attribuātur, ſiue nocti aſcribātur: ſed reiteratū fuit ſabbatū hebdomadale tēpore paſſionis chriſti propter paſcha in eo contingens, quod iuxta patrū traditiones duobus diebus cōtinuis celebrari debuit. ſicq; iudæi primā hebdomadæ feriā in qua dominus reſurrexit a die ſequenti utrunq; paſcha inchoarunt.

¶ Sed contra prædicta poſſet adhuc aliquis replicare nā ſeptimanæ obſeruabātur nō ſolū apud iudęos, uerū etiā apud omnes gētes, & nationes, quę dies hebdomadę nominibus ſeptē planetarū diſtictos cuſtodiebant, queadmodū hac tēpeſtate adhuc in uſu eſſe uidemus: ſed gētes nunq̄ obſeruarūt duos dies Saturni inuicē cōtinuos: ergo falſum eſt qđ diximus ſabbatū tēpore paſſionis chriſti fuiſſe reiteratum, & duobus diebus cōtinuis obſeruatū. Huic argumento reſpōderi poteſt negando aſſumptū quia tēpore paſſionis chriſti nullæ na

tiones adhuc obſeruabant hebdomadas, uel dies ſeptimanę nominibus planetarum diſtinctos, ſed hęc obſeruatio inducta fuit longo tẽpore poſt chriſti natiuitatẽ imo poſt tẽpora Ptolemęi quod ex hoc coniici poteſt quia ordo dieꝝ ſeptimanæ eſt fabricatus ſuper ordinem planetarum iuxta opinionẽ Ptolemæi, qui poſuit ſolẽ in medio planetarum ſed priſci aſtrologi opinati fuerunt ſolẽ eſſe collocatum imediate ſupra lunã, & huic ordini nõ cõgruit ſeries dierũ hebdomadę uſq; in hunc diem obſeruata. quę ut magis pateant ponemus exemplum: ordo planetarum a Ptolemęo conſcriptus eſt iſte Saturnus Iupiter Mars Sol Venus Mercurius Luna. Iuxta quem ordinem dies ſeptimanę ſic debent diſponi & cõputari a Saturno incipiẽdo ſic ꝙ primus ſit dies Saturni quem ſequi debet dies Solis deinde dies lunæ Martis Mercurii Iouis & Veneris. cauſa huius ordinis talis ab aſtrologis aſſignatur: nam cuilibet horę diei planetam gubernatorem chaldęi conſtituerunt iuxta ordinem ipſorum, & cuiq; diei nomen illius planetę indiderunt cui prima diei hora obtigit: exempli gratia a die ſabbati, & a ſupremo planeta quem Saturnum appellant incipientes: primam horã Saturno attribuerunt: ſecundam Ioui: tertiam Marti: ſicq; in cęteris iuxta ordinem planetaꝝ. qua ſerie obſeruata iterũ obueniet Saturno hora octaua eiuſdẽ diei ac denuo quintadecima, & uigeſima ſecunda: ſed uigeſima tertia datur Ioui: uigeſima quarta attribuitur Marti: & uigeſima quinta, quę eſt prima hora ſequentis diei obuenit Soli: quamobrẽ poſterum diẽ dicarunt ſoli. eadẽ de cauſa, & eodẽ computationis ordine ſeruato prima hora ſequentis diei obuenit lunę. quamobrẽ diẽ illũ lunę dicarunt. ſimili ratione diẽ proximo ſequentem Marti attribuerunt, & poſteram diem Mercurio dicarunt ſicq; in cęteris. hic ergo eſt ordo dierũ ſeptimanæ aſſumptus, & deductus ex ordine planetarũ a ptolemæo poſt chriſti natiuitatẽ conſtituto, ſed priſci aſtrologi aliũ planetarũ ordinẽ ſtatuerunt ponentes ſolem immediate ſupra lunã ſic ꝙ Saturnus ſit primus, ſecundus Iupiter, tertius Mars, deinde uenus, poſt eam Mercurius, poſt quẽ Sol, ultima luna. Iuxta quem ordinem planetarum dies ſeptimanę ſic debent diſponi a ſupremo planeta incipiẽdo ſic ꝙ primus ſit dies Saturni: ſecundus dies Veneris: tertius dies Lunę: quartus dies Martis: deĩde dies ſolis: poſt quẽ dies Iouis: ultimo loco dies Mercurii. Patet itaq; ex prædictis ꝙ tẽpore paſſionis chriſti nõ obſeruabantur a gentibus ſeptimanę, neq; dies hebdomadæ per nomina planetarũ erant diſtincti quẽadmodũ hac tẽpeſtate in uſu habetur. ſicq; nõ ualet argumẽ

tū ex diebus ſeptimanæ ſuperius deductū: quia tēpore paſſionis chriſti nullus fuit dies ueneris, neq; dies Iouis, neq; dies aliquis planetæ alicui dicatus: ſed longe poſtea huiuſcemodi dierum denominationes fuerunt per aſtrologos in uulgus ītroductæ. Sed cōtra prædicta adhuc poſſet aliquis replicare nā antiquiſſimi poetaꝝ Homerus, & Heſiodus ſæpenumero mētionē faciunt de ſeptimanis, & de die ſeptimo hebdomadis, qui ſacer habebať. ergo falſum eſt qđ diximus tēpore paſſionis Chriſti nō fuiſſe ī uſu ſeptimanas, & dies ꝑ nomina planetaꝝ diſtinctos. de quib⁹ Homer⁹ ſic ſcripſit ἑϐδοματη δ᾽ἤπειτα κατήλυθεν ἵερον ἦμαρ hoc eſt. ſeptima lux rurſum ſacra, & præfulgida uenit. idē ἑϐδομον ἦμαρ ἐνὴν καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα hoc eſt. ſeptima lux aderat cūcta, & perfecta fuerunt. & rurſus ἑϐδομάτη δὴ οἱ λίπομεν ῥόον ἐξ ἀχέροντος hoc eſt. ſeptima ubi orta dies acherontis liquimus undas. ſimiliter heſiodus. καὶ ἑϐδόμη ἱερὸν ἦμαρ hoc eſt ſeptima dies ſacra eſt. Ad hoc argumentū reſpōderi poteſt ꝙ autores prædicti nō loquūtur de diebus ſeptimanæ quia tunc tēporis nō obſeruabātur hebdomadæ, neq; ſeptimanæ, ſed loquūtur de diebus mēſis lunaris. priſci nāq; græci annū lunarē obſeruabāt cōſtantē dieb⁹ trecētis quīquaginta quatuor: quibus per duodecī mēſes diſtributis alteꝝ diebus triginta, alteꝝ diebus uigintinouē cōſtituerūt quēadmodū libro ſecundo de paſchæ celebratione expoſuimus. de his ergo diebus mēſis lunaris ſcripſerunt poetæ uocantes aliquos ex eis fauſtos uel fœlices ad opus aliqđ auſpicādum, alios uocāt īfauſtos & euitādos: alios appellāt ſacros, ſic Heſiodus ſeptimā uocauit ſacrā quia ī ea Apollo ex Latona natus fuit ſic ſcribens καὶ ἑϐδόμη ἱερὸν ἦμαρ τῇ γὰρ ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο λητώ. Idē trigeſimum diē mēſis uocat fauſtum & fœlicem & quintam menſis putat eſſe īfœlicem & fugiēdā ſic de ea ſcribēs πέμπτας δ᾽ἐξαλέασθαι ἐπεὶ χαλεπαί τε καὶ αἰναί. ἐν πέμπτῃ γὰρ φασὶν ἐριννύας ἀμφιπολεύειν. ὅρκον τιννυμένας τὸν ἔρις τέκε πῆμ᾽ ἐπιόρκοις hūc Vergilius imitatus ſcripſit Atq; hæc ut certis poſſimus diſcere ſignis Aeſtuſq;, pluuiaſq;, & agentes frigora uentos, Ipſe pater ſtatuit quid menſtrua luna moueret, Ipſa dies alios alio dedit ordine luna. Fœlices opeꝝ quintā fuge pallidus orcus Eumenideſq; ſatæ tum partu terra nephādo Cœum q; iapetumq; creat ſæuumq; typhœa, Et cōiuratos cœlum reſcindere fratres. Septima poſt decimā fœlix & ponere uites. ſicq; in cœteris.

Aliquādo etiā Heſiodus loqui uidetur de diebus conſequētibus motum lunæ in zodiaco, quos medici uocāt criticos, hoc eſt, judiciarios quia ī eis fit pugna īter naturā & morbū, & medici ſumūt ex eis iudi

ciũ de ſalute uel morte ægri,& hi dies obſeruandi ſunt ab ægris, &
ſunt quarta,ſeptima,& quartadecima computando a,prima die ægri
tudinis quod Heſiodus ĩſinuare uidetur dicẽs πρῶτον ἔνη τετράς
τε καὶ ἑβδόμη ἱερὸν ἦμαρ,hoc eſt primũ prima dies de hinc quarta,
& ſeptima ſacra eſt. ſeptima lux rurſum ſacra,& præfulgida fiet.ideſt
quartadecima. patet itaq; ex prædictis hebdomadas uel ſeptimanas
ante Chriſti ſaluatoris aduentũ non fuiſſe a gentibus neq; a romanis
obſeruatas. ❡ Sed contra prædicta adhuc poſſet aliquis inſtare nã
ſabbatũ hebdomadale,quod in prima mundi conſtitutione a deo cre
atore per requiẽ eius fuit ſanctificatũ ı præfigurabat Chriſtũ in ſepul
chro per ſabbatũ debere quieſcere. ſed hoc ſabbatũ in prima mũdi
conſtitutione unicũ fuit,& ſimplex ı ergo Chriſtus ſaluator uno dun
taxat die in ſepulchro quieſcere debuit ı ſicut ab æterno diuina pro
uidentia ſãcitũ,& præordinatũ fuit. quia figuratũ cõformari debet
figuræ,& imagini ſuæ. falſum eſt ergo qđ diximus Chriſtũ dominũ
tribus diebus & tribus noctibus in ſepulchro mãſiſſe. huic argumẽ-
to reſponderi poteſt concedendo ꝙ ſabbatũ in prima mundi cõſtitu-
tione a,deo õnipotẽte per requiẽ ſanctificatũ ı præfigurabat Chriſtũ
in ſepulchro quietuꝝ: ſabbato: tanq̃ ĩ die ĩtermedio ĩter alios duos
dies mortis eius neq; ex hoc ĩferri poteſt Chriſtũ dñm unico dũtax-
at die in ſepulchro mãſiſſe, ſed tribus diebus quoꝝ medi⁹ fuit dies
ſabbati. uel aliter reſponderi poteſt dicendo ꝙ ſabbatũ inquãtũ ſab
batũ,hoc eſt,inq̃tũ requiẽ ĩportat nihil typice de Chriſto præfigura-
bat: ſed ſignificabat mundi creatorẽ in die ſeptimo ab omni opere
quieuiſſe. Nã ut geneſis ſecundo legiť cõpleuit deus die ſeptimo
opus ſuũ quod fecerat, & requieuit die ſeptimo ab õni opere quod
patrarat: & benedixit diei ſeptimo & ſanctificauit illũ ı quia in ipſo
ceſſauerat ab omni opere ſuo quod creauit deus ut faceret. ex quo
patet cauſã ſanctificationis ſabbati fuiſſe ceſſationẽ ab omni opere:
quod autẽ hoc ſabbatũ non figurabat Chriſtũ ĩ ſabbato ĩ ſepulchro
debere quieſcere,patet ex hoc ꝙ Chriſtus promiſſus fuit patribus no
ſtris pro reparatione humani generis,quod propter Adæ peccatũ peri
turũ erat. Sed ſabbati obſeruatio a,mundi creatore fuit ĩſtituta an-
teq̃ Adã peccaſſet: per hoc ꝙ deus die ſeptimo ab omni opere creati
onis reqeuit. Ergo ſabbatũ ueteris legis nihil de Chriſto futuꝝ figu
rabat. Præterea ſi Adã non peccaſſet Chriſtus non fuiſſet crucifixus
& tamen ſabbatum nihilominus obſeruatum fuiſſet ob cauſam dic
tam. fuit enim ſanctificatum ſabbatum antequam Adam peccaret.
Ergo ſabbatum non erat figuratiuum moræ Chriſti in ſepulchro,ſed

ſolũ ſignificatiuũ quietis creatoris ab omni opere. Ad quod etiam accedit, ꝙ linus poeta antiquiſſimus græcorum qui Chriſtum uenturum ignorabat hanc creatoris requiem die ſeptima ſic deſcripſit. Septima cum uenit lux cuncta abſoluere cœpit Omnipotens pater. Præterea ex quo ſeptima dies ſine ueſpera legitur. requiem potius perpetuã, q̃ tẽporalẽ ſignificaret, & ſic reſurrectionẽ excluſiſſet: perpetuã, & ſine fine requiẽ denotãs. Nã ſex primis diebus ſuas ueſperas habẽtibus ſeptima ſola ſine ueſpera legitur. Potius ergo æternã requiẽ fœliciũ animarum ĩ cœlo ẽpyreo præfigurabat, q̃ chriſti ĩ ſepulchro requiẽ ad reſurrectionẽ reciprocã. ex quo enĩ ſabbati obſeruatio a deo iſtituta fuit ãteq̃ Adã peccaret ſi figuratiua erat portẽdebat ea quæ uẽtura fuerãt Adæ peccato ſecluſo, ſed ſi Adã nõ peccaſſet animæ omniũ hominũ poſt ſeparationẽ ab hoc ſęculo æternã in cœlo ẽpyreo quietẽ fuiſſẽt ſortitæ. qua de cauſa ſabbatũ ueſpere, & fine carẽs, æternã animarum quietẽ præfiguraſſe uidetur. Ad quod etiã accedit ꝙ cœlũ empyreũ ab õnipotenti deo ſine motu creatũ perpetua quiete eſt dotatũ. Sicq; ſabbatũ cuius ueſpera fine caret a creatore inſtitutũ ı figurabat potius æternã animarum beatarum requiẽ, q̃ Chriſti in ſepulchro quietẽ ad reſurrectionẽ reciprocã. quod etiã ex alio liquet, nã quæcũq; aliqd de Chriſto figurabant, legi iudaicæ erant propria: per patriarchas, & prophetas eis denunciata, ſed ſeptimæ diei obſeruatio nõ eſt propria iudæis ĩmo etiã ethnici & gẽtiles ſeptimã diẽ hac tẽpeſtate obſeruant & hebdomadas per ſeptẽ dies diſtingunt: ut manifeſtũ eſt: ergo ſabbatũ non potuit pręfigurare aliquid de Chriſti ſaluatoris aduentu. Sanctificatio nanq; diei ſeptimæ a creatore facta & eius obſeruatio non ſolis iudæis fuit præcepta ı immo tunc nondũ erant iudæi ı ſed omni nationi ſub ſole in perſona primi parentis fuit mãdata: Adã quippe non ſolũ iudæorum fuit parens, ſed ut ſcriptura teſtatur omniũ hominũ, qui ſunt, fuerunt, & erũt, fuit primus pater. Sicq; ſeptimæ diei: ſiue ſabbati obſeruatio inquantũ ſabbatũ, hoc eſt, inquãtũ requiẽ importat non eſt figuratiua, ſed ſignificatiua ſolum. ſignificat nanq; mundi creatorẽ die ſeptimo ab omni opere quieuiſſe. quantum uero ad feriam qua obſeruabatur ſabbatum, ꝙ ſcilicet die ſaturni celebrari debuit iam oſtendimus nihil poſſe præfigurare quia diſtinctio dierum hebdomadæ per nomina planetarum non fuit facta a deo in prima mundi conſtitutione, ſed poſt paſſionem Chriſti: a chaldæis, & aſtrologis fuit inuenta. His tamen non obſtantibus ſi aduerſarius omnino contendere uelit, hanc hebdomadarum diſtinctionem factam fuiſſe, uel a mundi primordio, uel a chaldæis

ante Chriſti ſaluatoris aduẽtũ,& qđ ſeptimæ diei ſãctificatio ad diẽ
Saturni a iudæis limitata,ac poſtea eiuſdẽ ſeptimæ diei celebratio ad
diem ſolis a,chriſtianis tranſlatio ſit figuratiua rei futuræ. dicemus ꝙ
pręfigurabat legẽ ueterẽ ĩ ſe obſcurã,& ĩſtar Saturni liuidi obtenebra
tã per aduẽtũ Chriſti,& nouæ legis clariſſime dilucidãdã eſſe,ac ſolis
ĩſtar luce clariorẽ fieri,quãtũ ſolis dies ſaturni diẽ ſine medio ſequẽs
a,digniori planeta denominationẽ ſumit. quamobrẽ requies ab om-
ni opere ſeruili quæ in ueteri lege die ſaturni obſeruabatur: in noua
lege iure optimo ad diẽ ſolis tranſlata fuit,quod & Heſiodus uates
celeberrimus ceciniſſe uidetur, καὶ ἑϐδόμη ἱερὸν ἦμαρ ἑϐδομάτη
δ᾽αὖτις λαμπρὸν φάος ἠελίοιο, hoc eſt,ſeptima lux ſolis ſacra,& præ
fulgida fiet. eſt enĩ hæc ſolis dies q̃ dñicã uocam⁹ multis priuilegiis inſi
gnis nã ĩ ea creat⁹ fuit mũd⁹,& ĩ eadẽ poſt lapſũ humani generis reno
uatus fuit mũdus per ĩcarnationẽ mirifici uerbi dei. in eadẽ etiã reſur
rexit dominus,& ĩferni clauſtra reſerauit. uoluit ergo dominus tri-
bus diebus,& tribus noctibus ĩ ſepulchro ĩſtar Ionæ ĩ uẽtre ceti qui-
eſcere: ut uere ſe mortuũ fuiſſe oſtẽderet,& reſurrectionẽ ſuã triũ die
ꝵ numero pro mortis cõteſtatione cõprobaret. ¶ Sed cõtra prædic
ta adhuc poſſet aliquis inſtare,& dicere ſi pro reſurrectione affirman
da: mortis trium dierum conteſtatio fuit neceſſaria: ergo pro maio-
ri mortis conteſtatione plures dies erant neceſſarii,aut ſaltem oppor
tuni. Chriſtus ergo pluribus diebus quam tribus in ſepulchro qui-
euiſſet,ut omni cauillatione,& iudæoꝵ calũnia remota ueriſſime ſe
mortuũ oſtẽdiſſet,& quatriduanus potius reſurrexiſſet quẽadmodũ
Lazaꝵ quatriduanũ reſuſcitauit,aut potius poſt duodecĩ dies a,mor
tuis reſurrexiſſet quẽadmodũ apud Platonẽ legitur Liroſtũ heꝵ ar-
meniũ quẽdã ĩ bello occiſũ a,ſuis domũ delatũ corpore iã fere corrup
to cũ in rogũ poneretur duodecimo die poſtq̃ e, uita exceſſit reuixiſ
ſe,cuius anima e,corpore egreſſa hoc tẽporis ĩteruallo ꝑ loca beatoꝵ
& dãnatoꝵ ducta: ſtupenda ſe uidiſſe teſtatur,ac demũ diuoꝵ licẽti
a in corpus reuerſa,quæ apud inferos agerentur mortalibus nuncia-
uit. ſicq; pro maiori mortis,& ueræ reſurrectionis cõteſtatione cõue
nientius fuiſſe uidetur Chriſtũ dominum poſt plurimos dies reſurre
xiſſe: ĩmo dieꝵ numero poſthabito conuenientius fuiſſet ipſũ poſt
multos annos a,mortuis reſurrexiſſe,quẽadmodũ de Ariſtæo proe-
cõneſio apud metapõtinos legitur,qui fullonis tabernã ingreſſus ui-
tã finiſſe dicitur: poſt annũ uero ſeptimũ in proecõneſo uidendũ ſe
præbuit ut refert Herodotus libro quarto. legitur etiã filiũ Theodo
ſii prĩcipis ãtiocheni poſt ãnos quatuordecĩ a,beato Petro apoſtolo

reſuſcitatum fuiſſe quinimo per baculum paſtoralem Petri apoſto
li Martialem eius diſcipulum in germania uita functũ poſt quadra-
geſimum diem reſuſcitatũ fuiſſe . quamobrẽ pontifex romanus uſq;
in hodiernũ diem caret baculo paſtorali, qui in treuerenſi eccleſia cõ
ſeruatur. congruere itaq; uidebatur pro maiori mortis, & uerę reſur
rectionis cõteſtatione dominum poſt plurimos dies reſurgere debu
iſſe . huic argumento reſponderi poteſt ꝙ quamuis ex longiori mor
te maior eiuſdem conteſtatio accipiatur : non tamen tot dierum
teſtificatio ut de Liroſto fertur aut multorum annorum mors neceſ
ſaria uiſa eſt neq; figurata fuit, aut per prophetam aliquem denun-
ciata , neq; per uatem quempiam , aut ſibyllam diuino afflatu prędi
cta fuit , ſed trium dierum mors pro eiuſdem teſtificatione ſufficien
tiſſima extitit , ac ſacris litteris a diuinis prophetis ꝓdita fuit, & prę
nunciata . Noluit ergo chriſtus Ieſus poſt paululũ reſurgere ut Plu
tarchus de Enagcho refert, & apud Origenem de Clazomenio legi-
tur, quod & medici de plurimis narrant ne iudęi perfidi reſurrectio
nem negantes dicere potuiſſent nondum eum mortuum fuiſſe, ſed
ſtuporem aut λειποθυμίαν & animi defectionem paſſum. neq; etiã
poſt multum temporis reſurgere uoluit, nec poſt duodecimũ diem
ut de Liroſto fertur, neq; poſt quadrageſimum diem ut de martiali
ſcribitur neq; poſt ſeptimum ãnum ut de Ariſtęo legitur, neq; poſt
annos quatuordecim ut de filio Theodoſii antiocheni dicitur: quia
non manſiſſent tanto tempore apoſtoli in fide ſed poſt triduum re-
ſurgendum erat ut ſcriptura per eundẽ de Ionę ſigno prolata adim-
pleretur . Eſt igitur manifeſtum ex prędictis chriſtum ſaluatorem in
ſepulchro manſiſſe tribus diebus et tribus noctibus inſtar Ionę i uẽ
tre ceti . fuit enim crucifixus feria ſexta quam diem ueneris uoca-
mus , & reſurrexit a mortuis feria prima quam ob hoc dominicam
appellamus, & quia inter feriam ſextam, & feriam primam duo ſab-
bata obſeruata fuerunt ob cauſas ſuperius expoſitas conſtat eum in
ſepulchro manſiſſe tribus diebus & tribus noctibus inſtar Ionę in
uentre ceti . Quod ſi fortaſſe Iudęi perfidi & obſtinati recuſauerint
confiteri ſabbatum hebdomadale tempore paſſionis chriſti fuiſſe rei
teratum , & duobus diebus continuis celebratum : ſaltem negare
non poſſunt paſchalis ſolemnitatis reiterationem . immo omnes
fatentur quod paſcha tempore paſſionis chriſti duobus diebus con-
tinuis celebratum fuit . ſi ergo chriſtus crucifixus fuit in paraſceue
paſchę hoc eſt in uigilia paſchę , & reſurrexit a mortuis prima ſab-
bati , hoc eſt , prima die poſt paſcha (quod ſabbatum uocatur)

ſequitur neceſſario eũ in ſepulchro manſiſſe tribus diebus & tribus
noctibus inſtar Ionę ĩ uẽtre ceti.hęc de primo iudęorũ argumẽto di
ſputationis gratia ſcripta ſufficiãt : non recedẽdo per ea a ſolutione
doctorũ eccleſię per ſynecdochen fieri ſolita : nũc reliquas iudæorũ
calumnias confutaturi ad tertium librum nos transferemus.

¶ Liber tertius continet argumenta iudęorum quibus diem paſſio
nis domini impugnant.

DVo ſunt pręcipua argumenta, quibus iudęi perfi
di dominicæ paſſionis diẽ impugnare ſolẽt conten
dentes chriſtũ dominũ ſaluatorẽ noſtrũ haudqua
q̃ die ueneris ab eis crucifigi potuiſſe. Primũ aſtro
logicę ſupputatiõi innititur.quia pręcipui eccleſię
doctores perhibent chriſtũ dominũ crucifixũ fuiſ-
ſe luna quitadecima, uel ut gręcis placet luna quartadecima, ſed lu
na quintadecima, uel etiam luna quartadecima in anno paſſionis
domini non accidit die ueneris : ergo dominus non fuit crucifixus
die ueneris. fuit nãq; in ãno quo chriſtus crucifixus putatur hoc eſt
anno ab incarnatione eius trigeſimo quarto currente luminariũ op
poſitio,quam quintamdecimam lunam uocant ſecundum medium
motum, quo hebręi utuntur ad ciuitatem ſanctam hieruſalem die
23. martii hora quinta poſt meridiem cum minutis .29. & quia cy-
clus ſolaris illius anni fuit quintuſdecimus neceſſe eſt litteram do-
minicalem fuiſſe .c. cum ergo e regione diei .23. martii in romano
calendario ſignetur littera e ſequitur neceſſario lunam quintãdeci-
mam paſchalem illius anni fuiſſe dię martis & non die ueneris, &
per conſequens etiam neceſſe eſt lunam quartamdecimam fuiſſe die
lunę,& nõ die ueneris.Argumentũ hoc non parum urgere uidetur
fauente calculo, & multos pręclaros uiros in arte ſupputandi peri-
tos hoc argumento plurimum perturbatos animaduerti nullam in-
uenientes uiam, qua calculo, aut ſupputatione defendi poſſit do-
minum ſaluatorem luna quartadecima,uel quintadecima crucifi-
xum fuiſſe niſi per ambages, & anfractus quoſdam, ac ſubterfugia.
nos quoq; multas ob hoc noctes inſomnes duximus, ac tandem
deo concedente poſt immenſos labores quod quærebamus inue-
nimus uel inueniſſe ſperamus, quemadmodum ſequentibus li-
bris oſtendemus. ¶ Reliquum iudęorum argumentum non mi
nus urgere uidetur pro quo aſſumunt quod pręcipui eccleſię docto-

res perhibent Chriſtum dominum ab eis crucifixum fuiſſe in die feſto paſchæ iudæorum, Ex quo ſic arguunt paſchalis ſolemnitas iudæorum poſt ſecundam templi inſtaurationem nunquam celebrata fuit die ueneris, ergo Chriſtus non fuit crucifixus ab eis die ueneris in feſto paſchæ. aſſumptum deducunt ex priſca ipſorum conſtitutione in ſecunda templi inſtauratione longo temporis interuallo ante Chriſti ſaluatoris natiuitatem ædita, qua cauetur ne feſtum paſchæ feria ſexta, hoc eſt, die ueneris obſeruari poſſit: feſtorū ordine hoc exigēte, quā ſuis linguis maledicis his uerbis nobis obiicere ſolēt כך גזרו רבותינו סנהדרין גאוני עולם:בבית מקדש שני בכנסת ונשלם ואז נראה כסא אש בשלם : ועליו מלכו של עולם מסתלסל. ועומד בין האולם וקבלו כתר ותפשו אותם נעלם:ומנו ותקנו תקנת עולם:ונתן ביד רבי אליעזר גדול שבגלם:והתקין לא גרז פור ולא גרז פסח ולא גהו עצרת ולא אדו ראש השנה ולא אגו יום כפור לעולם . ſtatuerunt patres noſtri iudices ęquiſſimi in templi inſtauratione ſecunda quando ī templi porta diuina eis apparuit maieſtas ſuper cathedram igneam ordinem ſempiternum. accepta itaq; corona, & ſigillo ſecreto præſidente Eleazaro legiſperito ſtatuerunt ut feſtum ſortis nunquā poſſit contingere feria ſecunda, feria quarta, aut ſabbato. paſcha uero nunquam feria ſecunda, feria quarta, aut feria ſexta celebrari poſſit: & pentecoſte nunquam feria tertia, feria quinta aut ſabbato accidere poſſit. caput anni & feſtum tabernaculorum nunquam feria prima feria quarta aut feria ſexta. Ieiunium expiationis nunq̄ feria prima feria tertia uel feria ſexta contingere poſſit. huius autem conſtitutionis quantum ad anni neomeniam talem reddunt rationem, nam ſi neomenia anni feria prima, hoc eſt, die dominica obſeruaretur. neceſſe erit feſtum ramorum, ſiue palmarum quod uigeſima prima menſis celebratur in ſabbato accidere, & ſabbatum uiolari per uoluptates quibus in feſto ramorum inueterata iam conſuetudine frui ſolent, & ſi neomenia feria quarta, uel feria ſexta obſeruaretur neceſſe erit propitiationis ſiue expiationis feſtum ſabbato continuari, quod moleſtum eis foret, quia duobus diebus continuis culinaria ſeu coquinaria commoditate priuarentur. primum ſic declarari poteſt, nam ut legitur leuitici 23. ſcenophegiæ, ſiue tabernaculorum feſtum a moſe fuit præceptum in cōmemoratione diuinæ protectionis in deſerto ubi in tabernaculis, & tentoriis habitabant, quo in feſto per ſeptē dies uoluptatib⁹, & bacchanalib⁹ dediti lætari corā dño cōſueuerūt, ſumētes fructū arboris pulcherrimæ, ſpathulaſq; palmarū ad ſignificandū ꝙ per aridam terram deſerti deduxit eos deus ad terram delitioſam, cum his itaq; palmarum ramis quolibet tabernaculorum feſto ſemel altare

ſolemniter circumibant, in ſeptimo uero die ſepties circungirabant in memoriam captionis hierico, quæ prima fuit ciuitas per eos huiuſcemodi ſeptenaria circuitione depopulata ut Ioſue ſexto legitur. & quoniam in hoc ſeptimo die adeo bacchanalibus fuerant aſſueti, ut aliqua die illo agi ſolita non liceat fieri in ſabbato ſtatuerunt ꝙ feſtū ramorum nunquam ſabbato poſſit accidere, & quoniam hac tempeſtate altare non habeant huius circuitionis memoriam in gyro rotuli legis obſeruant. ſi itaqꝫ prima dies anni, hoc eſt, primę neomenię feſtū feria prima, ſiue dominica celebraretur, ſequeretur neceſſario feſtū tabernaculorum. 15. eiuſdem menſis obſeruari ſolitum feria prima contingere, ſicqꝫ ſeptima tabernaculorum dies, quæ palmarum, ſiue ramorum nuncupatur in ſabbato accideret, quod fieri nequit. patet itaqꝫ anni neomeniam nunquam feria prima, hoc eſt, die dominica celebrari poſſe, quod etiam anni neomenia nūqnam feria quarta, uel feria ſexta figi poſſit ſic deducūt. nam ſi anni neomenia feria quarta, uel ſexta, hoc eſt, die Mercurii, uel die Veneris obſeruaretur, ſequeretur feſtum expiationis die ueneris aut die dñico accidere poſſe, & ſabbato cōtinuari qđ fieri nequit. Nā cū feſtū expiationis qđ decima mēſis tiſri obſeruatur celeberrimū exiſtat nec fas ſit ī eo parari cibaria ſicut nec in ſabbato, ſed tota die ieiunantes, & orātes ī tēplo eos perſiſtere oporteat in memoriā beneficii ſuſcepti, quo dñs indulſit eis peccatū idolatrię ī uituli fabricatione cōmiſſum: graue eis fore autumāt, & moleſtū duos dies cōtinuos obſeruare in quibꝰ nulla humano uſui neceſſaria parari poſſint, quapropter antiqua eoꝝ traditione, & cōſuetudine immutabili ad hæc uſqꝫ tēpora obſeruata inoleuit, ꝙ feſtū expiationis nūquā die Veneris, aut die dñico contingere poſſit, ne ſabbato continuetur. qđ autē in feſto expiationis ſiue propitiationis, nihil operis fieri poſſit leuitici. 23. habetur ubi ſic legitur. dies propitiationis eſt, ut propitietur uobis dominus deus ueſter, omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac peribit de populis ſuis, & quæ operis quidpiā fecerit delebo eā de populo ſuo. nihil ergo operis facietis eo ī legitimū ſempiternum erit uobis in cunctis habitationibus & generationibus ueſtris, ſabbatum requietionis eſt, & affligetis animas ueſtras. cum ergo feſtum expiationis decima eiuſdem mēſis tiſri celebretur, fieri nequit ut anni neomenia die Mercurii, aut die Veneris obſeruet. nā ſi anni neomenia die Mercurii obſeruata fuerit neceſſe eſt decimā eiuſdē mēſis (quę expiationis eſt feſtū) die ueneris euenire, & ſabbato apte āteriori cōtinuari, qđ fieri nō licet, & ſi āni neomenia die Veneris celebrata fuerit, neceſſe eſt decimā eiuſdē mēſis quæ expiationis eſt feſtum die

dominico obſeruari, & ſabbato a parte poſteriori continuari quod fieri nequit: patet itaq; propoſitum. Ex his inferunt iudæi feſtū paſchæ nunquam die lunæ, die Mercurii, nec die Veneris poſſe contingere: nam cum certam, & inuariabilem, ac eandem inuicē habitudinem feſta hebræorum ſemper obſeruēt, & a principio menſis niſan ſemper æqualibus interſtitiis computētur ut leuitici uigeſimotertio mandatum legitur, ſi anni neomenia nūquam die dominica, die Mercurii, & die Veneris accidere poteſt, ſequitur neceſſario quod feſtum paſchæ quintadecima die menſis niſan celebrari ſolitum nunquam die lunæ, die Mercurii, uel die Veneris contingere poſſit. Nam cum a feſto paſchæ uſq; ad principium anni ſequentis computentur ſemper dies. 163. ſi paſcha die lunæ celebraretur tunc neomenia uel caput anni ſequentis die Mercurii accideret, quod fieri nequit: & ſi paſcha die Mercurii obſeruaretur tunc caput anni ſequentis die Veneris eueniret, quod eſt impoſſibile, & ſi paſcha die Veneris celebraretur, tunc caput anni ſequentis die dominica obſeruaretur quod eſt abſurdum, igitur impoſſibile eſt paſcha iudæorum die Veneris accidere, & ne inuariabilis ille feſtorum ordo per dies intercalares anno ſuperadditos, ſiue ſubtractos interrumperetur, ſtatuerunt dies omnes intercalares anno addendos, aut ſubtrahendos, illis menſibus inſeri in quibus nulla legis feſta celebrantur. uidelicet menſi marchaſuan, & chiſleu, qui hac tempeſtate octobri, & nouembri reſpondent talem itaq; conſtitutionis ſuæ rationem reddere ſolent, eamq; trecētis & .50. annis ante Chriſti natiuitatem æditam contendunt. nam tot anni ſecundum hebraicam ueritatem inter ſecundam inſtaurationem templi, & Chriſti natiuitatem computantur: quanquam ſecūdū uulgatam chronicorum ſupputationem multo plures anni immo quingenti, &. 18. numerentur. Verum quoniā iudæi perfidia pleni multa pro arbitrio ſolent confingere, ut chriſtianam religionem calumniari ualeant: arbitrabar hanc conſtitutionem poſt Chriſti paſſionem ab eis confictam fuiſſe, donec eandem apud ſanctum Gamalielem Chriſti diſcipulum, & Pauli pręceptorem conſcriptam inuenirem, ad cuius pedes apoſtolus ipſe ſe legem, & prophetas didiciſſe gloriatur, qui in libro quem de ſolis & lunæ motibus, anniq; ratione conſcripſit ſic dicit. טעם דחיית המועדים שהם נראים מן הימים הללו מפני שני דברים האחד מפני יום הכפורים שלא יבא ביום א או ביום ו והשני כדי שלא יבא יום ערבה בשבת לפי שבזמן הזה אין ערבה דוחה שבת ſtatuerunt doctores, & patres noſtri neomenias, & feſta in tempore conueniente ne ſabbati honor minuatur, aut alia præcepta uiolentur. ſtatuerunt itaq; anni

neomeniam nunquam feria prima,feria quarta,uel ſexta poſſe con/
tingere.feſtum expiationis,nunquam feria prima,feria tertia,neq; fe/
ria ſexta. paſcha uero nunquam feria ſecunda,feria quarta,neq; feria
ſexta obſeruari poſſe,ſicq; in cæteris iudæorum feſtis. Hoc itaq; argu
mento procaciter iudæi contendunt Chriſtum ſaluatorem haudqua
quam ab eis die ueneris in feſto paſchæ crucifigi potuiſſe.
¶ Pro ſolutione huius arguméti primũ inquirendũ eſt an Chriſtus
crucifixus fuit in die feſto paſchæ iudæorum,hoc eſt,luna quintade/
cima ut argumentum præſupponit,an potius in uigilia,ſiue profeſto
paſchæ:ubi animaduertendum eſt priſcos eccleſiæ doctores diuerſas
de hoc habuiſſe opiniones,nam aliqui dixerũt Chriſtum ſaluatorem
in feſto paſchæ iudæorum crucifixum fuiſſe,& legitimum paſcha ob
ſeruaſſe,ac prima die azymorum(quæ erat uigilia paſchæ)agnum paſ
chalem cum diſcipulis manducaſſe,quemadmodum tres primi euan/
geliſtæ expreſſe ſignificare uidentur,per ea quæ de prima die azymo
rum,& eſu agni paſchalis ſcripta reliquerunt. unde Matthæi uigeſi/
moſexto prima autem die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ie/
ſum dicentes,ubi uis paremus tibi comedere paſcha?ſimiliter Marci
quartodecimo prima die azymorum quando paſcha immolabant
dicunt ei diſcipuli,quo uis eamus,& paremus tibi ut manduces paſ/
cha?Lucæ quoq; uigeſimoſecundo uenit autem dies azymorum in
qua neceſſe erat occidi paſcha,& miſit Petrum,& Ioannẽ dicens eun
tes parate nobis paſcha ut manducemus. ex quibus euidenter patet
trium euangeliſtarum teſtimonio cœnam illam factam fuiſſe prima
die azymorum,& per conſequens luna quartadecima ſecundum ri/
tum iudæorum iuxta legem exodi. 12. ſcriptã,ubi pręcipitur agnum
paſchalem immolari debere quartadecima die primi menſis ad ueſpe
ram. ex quibus inferunt Chriſtum luna quintadecima,hoc eſt, ipſo
die paſchæ iudæorũ crucifixum fuiſſe.de quo Chryſoſtomus ſic ſcrip/
ſit. primam azymorum eam diem uocant,quæ ante azyma erat.cõ/
ſueuerunt enim a ueſpera ſemper dies numerare,& eius mentionem
facere in ueſpera cuius paſcha erat immolandum. quinta enim ſab
bati diſcipuli ad Chriſtum acceſſerunt,quam hic primam azymorũ
ideſt,ante azyma uocat,tempus deſignans,quo diſcipuli acceſſerunt
ad Ieſum. alius autem euangeliſta uenit inquit dies azymorum,in
qua oportebat immolari paſcha.Hieronymus quoq; in libro de quæ
ſtionibus nouæ legis expreſſe dicit hanc cœnam factam fuiſſe luna
quartadecima in qua agnus paſchalis ad ueſperam immolari præ/
cipitur.quippe ut Chryſoſtomus ĩquit Ieſus a pricipio circũciſionis

ſuę uſq; in finem uitę nunquam fuit contrarius legi diuinę, ſed eam apprime ſemper ſeruauit, ergo comedit agnum paſchalem die quartadecima ad ueſperas, qua die etiam iudęi agnũ comedere debuiſſēt, ſed ut idem inquit nacti opportunitatem capiẽdi ieſum per Iudam traditorem, & in captura eius nocte illa occupati præuaricati ſunt, & diſtulerunt eſum agni paſchalis uſq; in diem ſequentem: & hoc eſt quod Ioannes euangeliſta dicit iudęos in die quo chriſtus crucifixus fuit non introiiſſe in prętorium Pilati ne contaminarentur, ſed ut manducarent paſcha. de quo idem Chryſoſtomus, homilia. 88. inquit captum ieſum ad Caypham ducunt ibi pernoctarunt uigilãtes adeo ut paſcha ea nocte comedere neglexerunt. mane autẽ facto nõ introierunt in prætorium ne contaminarentur, ſed ut manducarent paſcha. ex quo liquide patet Chryſoſtomum uoluiſſe iudęos cupiditate interficiendi chriſtum pręuaricatos fuiſſe, ac alia die paſcha comediſſe non enim chriſtus, ſed illi (ut inquit) audaciſſimi omniũ homines, & mille tranſgredientes legis præcepta quoniam ira inflammati erant, & ſępe conati capere ipſum nihil facere potuerunt ex inſperato nacti quod cupiebant tempus tranſpoſuerunt, ut ardentes cęde animos eorum explerent, & licet per concilium deliberauerint hęc non eſſe facienda in feſto paſchę, tamen nacti opportunitatẽ per Iudam traditorem mutarunt propoſitum. unde idẽ Chryſoſtomus inquit conſiliũ autẽ fecerũt ut occulte eũ caperẽt, atq; interficerent, utrũq; enĩ occulte facere uolebãt, nã populũ ualde formidabãt, & ideo prętererire diẽ feſtũ uolebãt dicẽtes nõ ĩ die feſto. nã diabolus ne manifeſta paſſio extaret ad aliud tẽpus reiicere ipſã ſtudebat. ira tñ inflammati poſteaq; proditorem ĩuenerunt commutati expectare nõ potuerunt, ſed in ipſa ſolemnitate ipſum occiderunt. quaſi enĩ cęci cupiditate, furoreq; irritati, q̃ primũ ſibi facultas data eſt facinus per egerunt. Alibi tamen Chryſoſtomus ambigue de hoc paſcha loqui uidetur quando dicit quid ſignificat quod Ioãnes ſcribit iudæos nõ introiiſſe in prętorium Pilati, ut manducarent paſcha. Ieſus autem id fecerat una die azymorum: ſiue igitur paſcha totam appellant ſolemnitatem, ſiue q tunc faciebant paſcha: chriſtus autem pridie paſchã fecerat: cædem ſuam in paraſceue reſeruans, quando antiquitus fiebat paſcha. ſed Nicolaus de lyra in ſuis poſtillis & ſanctus Thomas libro quarto contra gentiles capite. 69. arbitrãtur paſcha hoc loco pro azymis ſumi dicentes iudęos non introiiſſe in prętorium Pilati ne contaminarẽtur, ſed ut manducarent paſcha ideſt panes azymos quia agnum paſchalem pridie comederant. ¶ Sed aliis uiſum

chriſtum crucifixum fuiſſe in paraſceue paſchę hoc eſt in uigilia paſchę uidelicet luna quartadecima in qua iudęi agnum paſchalem ſecundum legem uorabant & hoc eſt quod dicit Ioannes euangeliſta iudęos chriſtum accuſantes non introiiſſe in pretorium Pilati ethnici hominis ne contaminarentur, ſed ut manducarent paſcha hoc eſt agnum paſchalem,& ſic conſequenter dicunt chriſtũ anticipaſſe paſcha cum diſcipulis ſuis,& comediſſe agnum paſchalem luna tertiadecima.quia pręcognouit ſe moriturum die ſequenti quando agnus immaculatus ſecundum legem immolari debuit ut immolatio agni immaculati puta chriſti in cruce reſponderet immolationi agni typici paſchalis tanq̃ figuratum figurę,hanc autem accelerationem immo cauſam anticipationis cœnę exponere uidetur Ioannes euangeliſta inſinuans cœnam factam fuiſſe ante diẽ feſtũ paſchę ſic de ea ſcribens ante diẽ feſtũ paſchę ſciẽs ieſus quia uenit hora eius,ut tranſeat ex hoc mundo ad patrem,& reliqua.agnus enim paſchalis immolari debuit die quartadecima primi mẽſis ad ueſperam a qua incipit dies paſchalis, quæ quintadecima menſis celebratur iuxta mandatũ leuitici.23.a ueſpera uſq; ad ueſperã celebrabitis ſabbata ueſtra,ſed dñs ſaluator iuxta euangeliũ Ioannis diſcubuit cũ diſcipulis,& agnũ paſchalẽ comedit ante diẽ feſtũ paſchę,ergo ãticipauit eſũ agni quia ſciuit ſe moriturũ eo die,quo agnus imaculatus ſecundũ legẽ ĩmolari debuit.Fuit igitur crucifixus non in feſto paſchę iudeorũ,ſed in profeſto paſchę,quod chriſtiani latini uocant uigiliam,gręci paraſceuen ſiue proſabbaton appellant. hoc Marcus euangeliſta declarans dixit quia paraſceue erat quod eſt proſabbaton ideſt profeſtum uel anteſabbatum fuit enim profeſtum paſchę.ſuperius nanq; oſtendimus ꝙ paſcha nõnunq̃ ſabbatum appellatur,quia in eo requieſcendũ eſt ab omni opere ſeruili exceptis his,quę ad ueſcendũ ſũt neceſſaria,& ſic uigilia paſchæ appellari poteſt proſabbatum. ubi ergo in noſtra tranſlatione legitur erat autem paraſceue quod eſt ante ſabbatum li anteſabbatum legendum eſt ac ſi eſſet una dictio ut idem ſignificet quod proſabbatum ſiue profeſtum , quia in græco habetur προσάββατον. quod Ioannes euangeliſta magis declarat dicens erat paraſceue ipſius paſchæ hoc eſt dies pręparationis antecedẽs paſcha.ſi enĩ dicere uoluiſſet ipſũ paraſceue fuiſſe paſcha poſuiſſet paſcha ĩ caſu nomĩatiuo idẽtice & nõ ĩ genitiuo caſu & dixiſſet erat autem paraſceue ipſum paſcha & non ipſius paſchæ.Iam autem in originali legitur ἦν δε παρασκεύη τοῦ πάσχα hoc eſt erat autẽ paraſceue paſchæ. apparet ergo chriſtũ non fuiſſe crucifixũ in die feſ-

to paſchę Iudęorum, ſed in uigilia, ſiue profeſto paſchę qđ etiã fuit profeſtum ſabbati hebdomadalis, & ergo Ioannes euãgeliſta de die paſchę dixit erat autẽ dies ille ſabbati magnus quia ĩ eo cõcurrebãt duo feſta iam dicta, ſcilicet paſcha & ſabbatum hebdomadale quin ĩmo Matthęus euangeliſta inducit pontifices, & principes ſacerdo/ tum in concilio congregatos, & ſuper captura chriſti cõſultãtes dixiſ ſe non expedire ipſum capi in die feſto, ne forte fieret tumultus in populo, ergo multo minus deliberaſſent occidere eum in primo die paſchę, qui celeberrimus eſt. nec cõſtat ꝙ concilium mutauerint per ſponſionem a Iuda proditore factã nihil enim aliud ex iuda habue/ runt, q̃ diuerticuli chriſti, & perſonę eius noticiam ne Iacobum do/ mini fratrem, ac ei ſimilem deprehenderent. pręterea Iudęi rogabãt Pilatum ut crucifixorum crura frangerentur & tollerentur, ut non remanerent in cruce corpora in ſabbato, ergo non permiſiſſent cor/ pora remanere in cruce in paſcha, & per conſequens multo minus ĩ terfeciſſent eum in ipſo die paſchę. quia nitebantur iuſtificare ſe. fuit ergo crucifixus in paraſceue paſchę in qua iudęi agnum paſcha lem uorabant, quod etiam Tertulianus docet in libro quem contra iudęos ſcripſit dicens dominum crucifixum fuiſſe prima die azymo rum, qua pręceptum fuit a Moſe iudęis ut agnum occiderẽt & ideo iudęi non introierunt in prętorium Pilati ne contaminarentur, ſed ut manducarent paſcha hoc eſt agnum paſchalem. nec dici poteſt ibi paſcha ſumi ꝓ panibus azymis, quibus ſeptem diebus ueſcebãtur: nullibi enim neq; in ueteri, neq; in nouo teſtamento legitur paſcha pro azymis aliquando poſitum fuiſſe. pręterea admiſſo ꝙ in loco al/ legato paſcha pro azymis fuerit poſitum: Iam non eſſet ad propoſi tum quod Ioannes dicit Iudæos non introiiſſe in prętorium Pilati ne contaminarentur, ſed ut manducarent paſcha hoc eſt azymum. quia ad manducandum azymum non requirebatur ꝙ eſſent mundi immo hac tempeſtate iudęi tempore paſchalis ſolemnitatis come dunt azyma & agreſtia, et tamen fatentur ſe eſſe immundos & con taminatos propter carẽtiam cineris uitulę ruſę, cuius aſperſione mũ dari ſolent. de quo ſcribitur numeri. 19. neq; hoc tempore hos cine/ res legitime conficere poſſunt, hæc autem luculenter exponit Pau/ lus burgenſis hiſpanus ex iudaiſmo ad chriſti fidem conuerſus oſtendens iudęos in die paſſionis chriſti multa peregiſſe, quę non li/ cet fieri in die feſto paſchę uidelicet accuſare: teſtes producere: & examinare: ſententiam mortis diffinitiuam procurare. quę omnia in die feſto paſchę a lege uetita erant ut patet exodi. 12. Nec eſt di/

cedū ꝙ ex odio chriſti hęc feciſſet,qa nitebatur iuſtificare facta ſua & ꝑ legem moſaicā ea defendere & uelare dicētes nos legē habemus & ſecūdum legē debet mori,ſed ſecūdū legē nēo in die feſto iterfici aut cōdēnari debet. ergo nō in die feſto paſchę,ſed potius in uigilia paſ chę crucifixus fuit. Idem patet ex hoc ꝙ angariauerunt patrem Ale xandri et Rufi quod in die feſto fieri non licuit.idem deduci poteſt ex his,quę circa ſepulturam ſunt acta.fuit enim ſepultus per Ioſeph ab arimathia & Nicodemum qui iuſti erāt & nullo modo paſchę ſo lemnitatem uiolaſſent. non enim licitum erat in die feſto paſchæ quenq̄ ſepeliri ut patet exodi.12.quamobrem Auguſtinus accelera/ tam intelligi uult ſepulturam antequam adueſperaſceret cum iam aliquid facere non liceret,unde Ioannes Chryſoſtomus cum enim tempore urgerentur nona enim hora mortuus erat & dum peterent a Pilato,& dum lauarent iam ueſper aduentarat, quo tēpore nihil licebat operari:in proximum ergo monumentum poſuerunt eum. Nec eſt dicendum ꝙ Ioſeph ab arimathia ex deuotione chriſti fe/ ſtum uiolaſſet,ipſum in die feſto paſchę ſepeliendo,nam de Maria magdalene,quę chriſtum feruentius diligebat & de cęteris mulieri/ bus ipſum ſequentibus legitur ꝙ ab ēptione aromatum ad ſepultu ram domini pertinentium(quod eſt multo leuius q̄ ſepelire) mulie res deuotę propter ſabbatū obſeruādū abſtinuerunt.unde Lucæ.23. ſabbato ſiluerunt ſecundum mandatum,et Marci 16.cum tranſiſſet ſabbatum emerunt aromata. Apparet itaq; chriſtum ſaluatorem no ſtrum crucifixum fuiſſe nō in die feſto paſchę ſed in uigilia eius.nec obſtat ꝙ euāgeliſtę dicant per diem feſtum ſecundum conſuetudi/ nem dimitti unum ex uinctis. nō enim in die feſto,ſed pridie ante fe ſtum dimitti ſolet ut agnum paſchalem una cum aliis uorare poſſet quod in gręco originali ſignificantius dicitur κατὰ δὲ ἑορτὴν hoc eſt ſecundum diem feſtum.ꝙ autem dicant nonnulli iudęos in captu ra chriſti occupatos nocte illa qua agnum uorare debebant non po tuiſſe facere paſcha & comedere agnū luna quartadecima iuxta mā/ datum legis,ſed diſtuliſſe eſum agni paſchalis uſq; in diem ſequentē hoc non uidetur ueriſimile, quia agnus paſchalis non potuit come di niſi die quartadecima & ſi propter impedimenta aliqua continge ret non poſſe īmolari die quartadecima primi menſis debebat trāſfer ri immolatio eius uſq; ad diem quartamdecimam ſecundi menſis, iuxta pręceptum dei numeri nono annotatum. ubi ſic legitur ecce quidam immundi ſuper anima hominis qui non poterāt facere pha ſe in die illo accedētes ad Moſen & Aaron dixerūt eis immundi ſu

muſ ſuper anima hominis quare fraudamur ut non ualeamus obla
tionem offerre domino in tempore ſuo inter filios Iſrael.quibus re
ſpondit Moſes ſtate ut conſulam quid pręcipiat dominus de uobis
locutuſq; eſt dominus ad Moſen dicens loquere filiis Iſrael. ho-
mo qui fuerit immundus ſuper anima,ſiue in uia procul í gente ue
ſtra faciat phaſe domino menſe ſecũdo quartadecima die menſis ad
ueſperam.Ex quibus manifeſte patet agnum paſchalem non poſſe
immolari niſi die quartadecima primi menſis.uel ſi ex cauſa occur-
rente tranſferri expediat:debet differri uſq; ad diem quartamdecimá
ſecundi menſis.uidetur igitur manifeſtum chriſtum dominum cruci
fixum fuiſſe die quartadecima primi menſis quando iudæi agnũ uo
rabant: ut Ioannes euangeliſta docet. in hanc opinionem conueni
unt gręci fere omnes licet Chryſoſtomus ambigue de his loqui ui-
deatur:immo ex hoc ulterius inferunt chriſtum ſaluatorem corpus
ſuum in pane fermentato conſecraſſe,& non in azymo quia nondũ
aduenerat tempus azymorum. ad hoc etiam adducunt ꝙ euangeli-
ſtę ſcribentes de chriſto corpus ſuum conſecrante his uerbis utantur
& accepit ieſus panem. panis autem pro fermentato communiter ſu
mitur & non pro azymo. quippe in gręco habetur ἄρτος quod pa
nem ſignificat fermentatum. quamobrem & uſq; in hodiernum di
em gręci preſbyteri ſacramentũ euchariſtię in pane fermentato con-
ficiunt. dixerũt ergo chriſtum anticipaſſe eſum agni paſchalis, quia
ſciuit ſe moriturum in craſtino quando agnus ſecundum legem im
molari debuit ut Ioannes euangeliſta inſinuare uidetur,cuius teſti-
monio gręci pręcipue innituntur dicentes ꝙ Ioannes poſterior fuit
& ultimus in ſcribendo euangelium diuina inſpiratione ad hoc im-
pulſus addentes etiam Ioannem alios euangeliſtas in hoc correxiſſe
quia oíbus interfuit,& oculis ſuis oía uidit. ná & de ſeipſo loquens
capi.19.dixit & q uidit teſtimoniũ phibuit & ueꝝ eſt teſtimoniũ eius
& ille ſcit qa uera dicit ut & uos credatis, & idé í fine euágelii de ſe-
ipſo iteꝝ dicit:hic eſt diſcipulus ille,q teſtimoniũ perhibet de his &
ſcripſit hęc & ſcimus quia uerum eſt teſtimonium eius.ſuper quo di
cit Ioannes Chryſoſtomus quid tádem pręter aliorum morem hic
ſolus ſecũdum de ſeipſo perhibet teſtimonium? uidetur enim audi
toribus occurrere,quę nam huius cauſa? dicitur ultimus ad ſcriben
dum diuina inſpiratione ſe contuliſſe,chriſto ad hoc ipſum impel-
lente: ideoq; & ſuam dilectionem, & cauſam quare ad ſcribendum
uenit frequenter oſtendit ac meminit, hinc ſibi fidem comparans
& manifeſtum eſt quod motus inde uenit ad hoc ut diceret, & ſcio

ꝙ uera ſunt quæ dico. rurſus idem Chryſoſtomus. Cum ergo certiſ-
ſima ſcripſerit non recuſat etiam ſuum in medium ferre teſtimoniũ
ꝙ ſingula inueſtigarat, examinaratq;, mos enim nobis eſt ut ueriſſi-
mi eſſe uideamur noſtrum non recuſare teſtimonium ꝙ ſi facimus
multo magis ille, qui ex ſpiritu ſancto ſcribebat. omnibus enim aſ-
fuerat. crucifixum non reliquit. matrem commedatam habuit. quę
& ſigna amoris erant & ꝙ certo omnia ſciret. hinc fortaſſe factũ fuit
ꝙ in primo eccleſię ſtatu unica euangelii paſſio per Ioannẽ conſcri-
pta in eccleſia decantaretur quemadmodum mediolanenſes iuxta
ambroſianũ officiũ obſeruare ſolẽt. gręci itaq; ſolius Ioãnis teſtimo
nio perſuaſi dominum crucifixum aſſerunt in paraſceue hoc eſt in
uigilia paſchæ die. xiiii. menſis & per conſequens die. xiii. cum diſci-
pulis diſcubuit. ¶ Sed hoc græcorum reſponſum non uidetur ſatiſ
facere quoniam non ſolum Ioannis euangelium, uerum etiam alio
rum euangeliſtarum teſtimonium approbandum cenſet eccleſia. ut
enim Hieronymus de uiris illuſtribus teſtatur Ioannes nouiſſimus
omnium ſcripſit euangeliũ rogatus ab aſiæ epiſcopis aduerſus Che-
rintum alioſq; hęreticos, ſed & aliam huius ſcripturę cauſam ferunt
nam cum legiſſet Matthęi Marci Lucęq; uolumina: probauerit qui
dem textum hiſtorię & uera eos dixiſſe affirmauit, ſed unius tantum
anni in quo & paſſus eſt poſt carcerẽ Ioannis hiſtoriã texuiſſe. pręter-
miſſo itaq; ãno cuius acta a tribus expoſita fuerãt ſuperioris tẽpo
ris anteq̃ Ioãnes clauderetur ĩ carcerẽ geſta narrauit, ſicut manifeſtũ
eſſe poterit his qui diligenter quatuor euangeliorum uolumina le-
gerint, quę res & diaphoniam, quę uidetur Ioannis eſſe cum cæteris
tollit, & ſoluit. hęc Hieronymus ¶ Conandũ eſt igitur pro euãgeli
ſtarum concordia: conſtat nanq; omnes uerum ſcripſiſſe, decuit etiã
chriſtum ſaluatorem legem in omnibus cuſtodire & paſcha cum di-
ſcipulis iuxta legem ſeruare & agnum paſchalẽ ſtatuto tempore co-
medere quod eum feciſſe tres primi euangeliſtę teſtãtur. congruebat
etiam eum crucifigi debere eo die, quo agnus immaculatus a popu-
lo iudaico immolaretur ut figura rei figuratę reſponderet quemad-
modum Ioannes euangeliſta docet: quę ſi aliquo modo inuicem
contrariari uideantur elaborandum eſt pro euangeliſtarum concor-
dia. ſi igitur dicatur chriſtum crucifixũ fuiſſe in uigilia paſchæ quan
do iudæi agnum uorabant ut Ioannes apoſtolus innuit: tunc pro
ſolutione argumenti de prima die azymorum ex tribus euangeli-
ſtis adducti poſſet reſponderi: primam diem azymorum dupliciter
ſumi: uno modo proprie uidelicet pro quintadecima menſis niſan

& ſic ab euangeliſtis ubi loquuntur de prima die azymorum ſumi non poteſt, quia prima die azymorum non licuit occidere agnum paſchalem, aut paſcha parari ut patet leuitici uigeſimotertio. ubi ſic legitur quintadecima die menſis primi ſolemnitas azymorum domini eſt, ſeptẽ diebus azyma comedetis: dies primus erit uobis celeberrimus, ſanctuſque, omne opus ſeruile non facietis in eo. igitur prima azymorum non erat licitum paſcha parare, aut paſchalem agnum occidere, ſi ꝓprie de prima azymorum loqui uelimus. Alio modo prima azymorum, uel dies azymorum magis generaliter ſumi poteſt uidelicet pro diebus illis, in quibus paſcha, & azymum parari præcipitur, & ſic decima menſis prima azymorum appellari poteſt, quia in ea agnus paſchalis parari præcipitur, & uſq; in diem quartumdecimum ſeruari ut interim diligenter perſcrutari poſſit ſi maculam aliquam haberet, propter quam immolari non debuiſſet: quod ſi maculam aliquam inuenerint poſſent interim de alio prouidere, ut enim Herodotus in euterpe ſcripſit: apud ægyptios immolare pecudem non mundam, & ſigno ſacerdotis non notatam pœna morte ſancita fuit. explorabat hoc ſacerdotum aliquis ad id conſtitutus linguam pecudis ſtantis erectæ, uel reſupinatæ exerendo: ſi munda ſit inſpicit, & caudæ pilos ſi habeat ſecundum naturam procreatos: quam ſi omnibus ſignis mundam inuenerit alligato cornibus canabi deinde applicata terra ſigillari anulo impreſſa notat. unde exodi. xii. decĩma die huius menſis tollat unuſquiſque agnum per familias, & domos ſuas & reliqua, ſi ergo ut Chryſoſtomus inquit Chriſtus in omnibus legem adimpleuit, & a principio circunciſionis uſq; in diem paſſionis eius legem obſeruauit: ueriſimile eſt eum agnum paſchalem & paſcha iuxta legis mandatum decima die paraſſe. Nec dici poteſt mandatũ hoc non obligare Iudæos in terra promiſſionis, ſed in ægypto duntaxat in primo eorum egreſſu ex ægypto: nam eodem capite dicitur cuſtodi uerbum iſtud legitimũ tibi, & filiis tuis uſq; in ęternum cunq; itroieritis terram quam dominus deus daturus eſt uobis ut pollicitus eſt obſeruabitis cerimonias iſtas. Itaq; ſaluator uolens legem in omnibus adimplere prima azymorum, hoc eſt, die decima menſis, paſcha parari iuſſit quod quartadecima die menſis cum diſcipulis comedit Ad hæc etiam accedit ꝙ primum ipſorum paſcha in egypto celebratũ Chriſti paſſionem figurabat. omnia ergo quæ in paſcha illo præcepta erant: ſignificationem aliquam de Chriſto afferebant: & per conſequens obſeruari debuerunt uſq; ad paſſionem Chriſti per quam omnia ſunt conſũmata. Dicet fortaſſe quiſpiam textum illum non

eſſe intelligendum de præparatione agni paſchalis,ſed de alia quadã immolatione decima die facienda,nam & ſtatim poſtquã dixit deci/ma die tollẽdum eſſe agnum anniculum,de paſchali ſacrificio ſermo nem facturus ſubdit iuxta quem ritum tolletis & hedum immacula/tum, & ſeruabitis eum uſq; ad quartamdecimam. ſicq; duplicem immolationem Moſes inſinuaſſe uidetur,unam decima die facien/dam: reliquam paſchalem die quartadecima immolandam. Ad hoc dicendum Moſen unicam duntaxat immolationem expreſſiſſe uidelicet agni immaculati qui decima die menſis in domum in/troduci & pro quartadecima die ſeruari & parari debuit. & caſu quo agnus haberi non poſſit licitũ erat de hędo anniculo paſcha fie/ri. quia præceptum non ſpecificat de agno.nam pro eo quod in no/ſtra tranſlatione legitur decima die huius menſis tollat unuſquiſque agnum in hebræo habetur hæc dictio שה hoc eſt zhe quæ indifferen/ter uel agnum uel hedum ſignificat.quod autem in argumento aſſu/mitur ſacrificium eſſe faciendum de hędo dicente textu iuxta quem ritum tolletis & hedum: longe aliter in hebræo & in græco legi/tur.in hebræo ſic habetur. מן הכבשים ומן העזים תקחו .hoc eſt de arie tibus & de capris accipietis illum. & apud ſeptuaginta interpretes ſic habetur ἀπὸ τῶν ἀμνῶν καὶ ἀπὸ τῶν ἐρύφων ληψεσθαι.hoc eſt de agnis & de hedis accipietis illũ. ut ſẽſus ſit ſacrificiũ hoc ſumẽdũ eſſe de grege in quo ſunt arietes et capræ uel agni & hędi.qđ etiã rei figuratæ congruit nam agnus ille immaculatus Chriſtum præfiguravit qui ut doctores tradunt & in genealogia matthæi primo:& lucæ tertio legitur:a iuſtis qui per agnos & a peccatoribus qui per hędos ſignificantur carnem aſſumpſit: ut nemo de uenia deſperaret. hedi autem peccatores,& iniuſtos ſignificãt ut ipſemet Chriſtus Matthæi uigeſimo quinto nos docet qui de extremo iudicio diſſerens ubi iuſti ſeparabũtur ab iniuſtis per agnos iuſtos,per hędos iniuſtos ſignificauit.ſicq; decima dies primi menſis prima azymorum dici potuit non quod in ea azymum comedi neceſſe fuerit immo adhuc fermentato uefci licuit, ſed dicebatur prima azymorum quia in ea agnus paſchalis,& azymũ iuxta legis mandatum parari debuit. quamobrem euangeliſtæ omnes de hac die differentes inſinuant nobis diem hunc præparationis diem fuiſſe, Vnde Matthæus diſcipulos inducit Ieſum interrogantes: ubi uis paremus tibi commedere paſcha? Marcus ſimiliter quo uis eamus? & paremus tibi ut manduces paſcha? Lucas uero Chri/ſtum inducit dicentem Ioanni, & Petro, parate nobis paſcha ut manducemus. patet itaq; omnium euangeliſtarum teſtimonio di/em hunc

em hunc primum azymorum appellatum, non quo paſcha manduca bant; ſed quo paſcha parandum erat. & ſi arguatur ex Luca qui dicit, uenit autem dies azymorum: in quo neceſſe erat occidi paſcha: ſolet autem occidi paſcha non die decima menſis, ſed potius die xiiii. uel xiiii. ut in ueſpera quartędecimæ ueſci poſſit ergo apparet quod dictum euangeliſtæ non poſſit exponi de die decima menſis. dicendum quod in originali non habetur in qua neceſſe erat occidi paſcha, ſed in qua neceſſe erat ſacrificari paſcha ſic enim in græco ſcriptum reperitur. ἦν δὲ ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα. hoc eſt, erat autem dies azymorum in quo neceſſe erat thyeſthe paſcha. θύεσθαι uero ut Suidas inquit non occidi aut iugulari ſignificat, ſed libani aut turis uaporationibus deo honorem tribuere, & ſacris peractis ueniam petere. Et ſi ulterius ex Marco arguatur dicente prima die azymorum, quando paſcha immo labant: immolare autem eſt hoſtias in mole altaris poſitas incendere, aut uictimam iugulare: ergo Marcus nõ loquitur de die decima ſed potius de quartadecima in qua paſchalis agnus occidi ſolet. Dicendũ ut ſupra ĩ originali nõ haberi ĩmolabãt, ſed potius ſacrificabãt ſic enĩ in græco legitur καὶ τῇ πρώτῃ τῶν ἀζύμων ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον, hoc eſt, prima die azymorum quando paſcha ſacrificabant: ſacrificare nanq; non eſt idem quod immolare, ſed teſte Nonio marcello ſacrificare eſt per ſacra ueniam petere. Iudæi ergo iuxta legis mandatum decima die menſis agnum anniculum immaculatum debitis cerimoniis, & ſacrificiis in domum introducentes ſibi paſcha parare ſolent. Chriſtus itaque legem uolens ſeruare decima die menſis paſcha parari pręcepit, quod non eodem die cum diſcipulis comedit, ſed ut Lucas dicit cum facta eſſet hora diſcubuit, hoc eſt cum aduentaſſet iam dies quartadecima diſcubuit. quod autem Marcus, & Matthæus dicant ueſpere facto diſcubuiſſe non de ueſpera eiuſdem diei ſed de ueſpera paſchæ intelligi uolunt, quæ propter eſum agni paſchalis abſolute per antonomaſiam haraua hoc eſt ueſpera, ſiue uigilia dicebatur. nec obſtat quod ſecundum eundem euangeliſtam Chriſtus prius dixerat, poſt biduum paſcha futurum: conſtat enim euangeliſtas non in omnibus ordinem ſeruaſſe, quod ex hoc maxime liquet, nam poſtquam Matthæus euangeliſta Chriſtum induxerat dixiſſe, ſcitis quia poſt biduum paſcha fiet, deſcribit Mariam Magdalenam unguento nardi piſtici precio ſi caput Chriſti, & pedes ĩ bethania unxiſſe, quod Ioannes euãgeliſta ante ſex dies paſchæ in bethania factũ aſſerit, imo ex hoc inferri poteſt

paſcha ab euangeliſta Matthæo non ſumi pro quartadecima menſis quæ proprie paſcha dicitur, ſed pro tota paſchali ſolemnitate a, decima die menſis in qua paſcha parari præcipitur inchoata nam ut Matthæus Lucas & Marcus teſtantur cum Chriſtus præciperet diſcipulis parare paſcha erat adhuc in bethania, ubi Maria Magdalene pedes eius unxerat, aut ſaltem erat extra ciuitatem Hieruſalem, quod ex hoc maxime coniici poteſt quia Matthæus, Marcus, & Lucas de paſcha parando differentes teſtantur Ieſum dixiſſe diſcipulis: ite in ciuitatem, ergo ſignum eſt eum adhuc extra ciuitatem fuiſſe uidelicet in bethāia ubi pridie cœnauerat diſtāte ab hieroſolyma quaſi ſtadiis quindecim ſi enim in ciuitate fuiſſet, non dixiſſet diſcipulis ite in ciuitatem: ut enim Ioannes teſtatur, Ieſus ante ſex dies paſchæ uenit bethaniam ubi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitauit: fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha miniſtrabat: Lazarus uero unus erat ex diſcumbentibus cum eo: Maria autem accepit libram unguenti nardi piſtici, & unxit pedes Ieſu, & reliqua. die autem ſequente ingreſſurus hieroſolymam præmiſit duos ex diſcipulis ſuis Ioannem, & Petrum in ciuitatem ut hoſpitium pro paſcha celebrando idoneū inuenirent, & ſecūdum legē paſcha pararent: cunq; iam turbæ ex relatione diſcipulorum, & præparatione hoſpitii cognoſcerēt Ieſum aduenturum: tollentes ramos oliuarum exiuerunt ei obuiam, eodem quinto die ante paſcha, quæ omnia Ioannes euangeliſta clare exponit, qui poſtquam deſcripſit cœnam ſexta die ante paſcha in bethania factam ſubdit in craſtinum autem turba multa, quæ uenerat ad diem feſtum cum audiſſent quia uenit Ieſus hieroſolymam acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiam ei, & clamabant oſanna benedictus qui uenit in nomine domini. uenit ergo Ieſus hieroſolymam quinto die ante paſcha, quæ fuit decima menſis in qua iuxta legis mandatum agnus immaculatus accipi, & pro paſcha parari, & uſq; in quartamdecimam diem reſeruari præcipitur, ſicq; decima die menſis niſan præceperat Ieſus diſcipulis ut irent in ciuitatem, & paſcha pararent, hanc autem diem tres euangeliſtæ primam azymorum uocant quia in ea agnus paſchalis, & azyma, & alia quæ pro eſu agni ſunt neceſſaria parari ſolent, propter cauſas dictas. ¶ Alia ſolutio ad argumenta prædicta pro euangeliſtarum concordia dari poteſt & ſumit̄ ex dictis Chryſoſtomi ſuperius allegatis ubi ſic dixit. Chriſtus cœ̄nā ſuā ī paraſceue reſeruās pridie paſcha fecerat quādo antiquitus fiebat paſcha. cōſtat nāq; ex ſcriptis hebræoꝝ duplex paſcha fuiſſe antiquū, & nouū: ātiquū legitimū uocāt: qa ī lege a Moſe exodi duo

decimo leuitici.xxiii.& numeri nono: mandatum legitur. ubi præci pitur paſcha inchoari debere quartadecima die primi menſis ad ueſperam ſic quod annus & menſis quilibet ipſo nouilunii die exordium ſumat, ſed nouum paſcha iudiciale uocant, quia a iudicibus & doctoribus per ἐπιείκειαν quandam & legis moderationem in ſecūda templi inſtauratione inſtitutum fuit: qua licuit propter certas cauſas neomeniam anni & menſium obſeruari non ſemper ipſo die nouilunii, ſed aliquando ad diem ſequentem nonnunquam ad duos dies tranſferri, ne expiationis feſtum ſabbato continuaretur aut feſtum palmarum in ſabbato accideret & per hoc ſabbati honor minuatur, aut feſta uiolentur, quemadmodum ſequētibus libris declarabimus in quibus hebræorum paſchę rationem conſcribemus. Chriſtus ergo prænoſcēs ſe moriturum eo die quo multitudo agnū paſchalem iuxta iudicum normam immolaret: pridie ātequam moreretur cum diſcipulis diſcubuit, & uetus ac legitimum & uerū paſcha obſeruauit, & agnum paſchalem comedit, die et luna quartadecima primi menſis quando ſecundum legem Moſi paſcha fieri debuit, ſed iudęi iuxta iudicum normam in ſecunda templi inſtauratione æditam paſcha ſequenti die faciebant: habentes reſpectum ad feſta ſequentia. ne ſcilicet feſtum expiationis ſabbato continuaretur aut feſtum palmarum in ſabbato accideret. chriſtus uero ſciens hęc feſta per ſuam paſſionem delendā eſſe: non curauit propter obſeruationem ipſorum neomeniam mēſis niſan & paſcha tranſferre ad diem ſequentem, ſed uerum & legitimum paſcha celebrauit, ut & ipſe legem ſeruaret & ſequenti die immolatio eius in cruce reſponderet immolationi agni immaculati a multitudine immolati. ſed quia hęc examuſſim decerni non poſſunt niſi prius dominicę paſſionis dies proferatur: ideo ad inueſtigationem eius cum dei auxilio procedemus ex quo etiam primi argumenti de quartadecima, uel quintadecima luna in principio huius libri propoſiti ſolutio ī promptu erit.

¶ Liber quartus annum paſſionis domini inquirit & priſcorum de hoc opiniones narrat.

DOminicę paſſionis diē indagaturo expedit primū inueſtigare annum, quo paſſus fuit chriſtus, quandoquidē non ſolū in die, uerū etiam in anno pręcipui eccleſiæ doctores diſſentire uideātur: nam alii quītodecimo āno īperii Tiberii, alii decīo octauo alii decio nono anno īperii eiuſdē chriſtū paſſum uoluerunt: alii trigeſimo ętatis anno, alii. 32. alii. 33. alii. 34. ętatis anno crucifixum dixerunt. non minores quoq; diſſenſiones in āno natiuitatis habentur quinimo ut beatus Auguſtinus libro ſecundo de doctrina chriſtiana ſcripſit ignorantia conſulatus quo natus eſt dominus, uel quo paſſus eſt nonnullos coegit errare ut putarent quadraginta ſex annorum ætate paſſum eſſe dominum quia per tot annos ędificatum eſt templum: quod imaginem dominici corporis habebat. uerum quoniam de anno natiuitatis, uel paſſionis domini multiphariā loqui poſſumus ſcilicet uel referēdo hos annos ad exordium conſtitutionis mundi, uel ad annos imperatorum, ſub quibus natus, aut crucifixus fuit, uel ad annos cycli ſolaris, aut lunaris iuxta cōputationē eccleſiaſticorū, uel ad annos ſolares iuxta cōſuetudinē aſtrologorū, uel ad annos ętatis chriſti: pauca de ſingulis dicemus.

¶ De anno natiuitatis & paſſionis chriſti quantum ad exordium creationis mundi.

SI tempora chriſtianę ſalutis ad primam mundi cōſtitutionē referre uelimus tot fere cōperiemus de hoc opiniones, quot ſunt pētateuchi & ueteris teſtamēti trāſlationes: prima nanq; ueteris legis ęditio a Moſe legiſlatore hebraice cōſcripta fuit, quę tēpore Eleazari pontificis iudęorum procurante Ptolemæo philadelpho ęgyptiorum rege in gręcum ſermonem a ſeptuaginta duobus interpretibus fuit uerſa hanc græci omnes in primo eccleſiæ ſtatu obſeruabant. hanc quoq; latini in tertium uas tranſfuſam & in latinum uerſam decantabant. tandem creſcente & multiplicata iam chriſti fide multę & diuerſę alię tranſlationes emerſerunt. quas ſecūdo libro abunde expoſuimus ubi de hexaplois Origenis ſcripſimus. quo factū eſt ut apud diuerſas eccleſias ſacra ſcriptura diuerſimode legeret. nā ut Hieronymus teſtat alexādria ſuū Heſichiū ſeqbat eccleſia. cōſtātino

politana lucianum obſeruabat. Origenes quoqꝫ et poſt eum Hieronymus ſeptuaginta iterpretum ędítionem ad hebraicam ueritatem referentes correxerũt per aſtericos & obeliſcos. ſi igitur tempora noſtra ad primam mundi cõſtitutionem referre uelimus tot fere diuerſitates iueniemus, quot ſunt ueteris teſtamenti trãſlationes, quia raro admodum in omnibus conueniunt, ſed inuicem ſunt diſſonę & ab originali diſcrepantes. quo factum eſt ut tempora ab exordio mũdi uſqꝫ ad chriſtum computata: ſint ambigua, atqꝫ incerta: iudęi nã ꝙ iuxta primam legis æditionem & hebraicam ueritatem: a prima mundi plaſmatione uſqꝫ ad annum quo chriſtus natus perhibetur: numerant annos duntaxat .3760. cum menſibus quatuor. gręci uero ſeptuagita interpretum ęditionem primam illam & puram (quæ in exaplois habebatur) ſequentes: computant ab exordio mundi uſqꝫ ad chriſti aduentum annos .5500. hos & primę eccleſię patres in chriſtiana religione probati ſecuti ſunt. huic numero annorum Niceta gręcus ſupputator adiecit annos ſex ut tueri poſſet chriſtum dominum decimo calendas apriles die ueneris crucifixum fuiſſe, ſed latini chronographi ſequentes tranſlationem pentateuchi e gręco in latinum traductam numerant a prima mundi conſtitutione uſqꝫ ad chriſti natiuitatem ãnos. 5199. ut docet Paulus oroſius libro primo hiſtoriarum dicens ꝙ a prima mundi conſtitutione uſqꝫ ad natiuitatem Abrahæ fuerunt anni tria milia centum octuaginta quatuor, & ab Abraham uſqꝫ ad natiuitatem chriſti numerantur anni bis mille plus quindecim, qui ſimul iuncti faciunt annos. 5199. idem affirmat Beda in chronicis ſuis. Idem Vincentius in ſpeculo hiſtoriarum & Bacõn in epiſtola ad Clementẽ papam, & alii nonnulli. quibus etiã chronica Euſebii uſu habita conformari uidẽtur. ab hoc numero magiſter hiſtoriarum, & autor libri polycratici ſubtraxerũt annos quatuor, & Marianus ſubtraxit ãnos. 22. ſed Iſidorus quito ethymologiarũ addidit ad numerũ prędictum annos undecim computans ab initio creationis mundi, uſqꝫ ad natiuitatem chriſti annos 5210. et Gerlandus ſupputator addidit annos octo, ſed Ioſephus libro decimo antiquitatum capite decimo numerat a prima mundi conſtitutione uſqꝫ ad deſtructionem primi templi per Nabuchdonoſor annos. 3513. menſes ſex dies. 10. quibus ſi addantur anni. 589 qui intceſſerunt a tẽpli deſtructione uſqꝫ ad natiuitatem chriſti prouenĩẽt ãni a prĩa mũdi creatiõe uſqꝫ ad chriſtũ dñm. 4102. mẽſes ſex et dies. 10. ſed aſtrologi a diluuio uſqꝫ ad chriſtũ numerãt ãnos. 3102 quibus ſi addãtur ãni. 2226. quos Albumaſar dicit interceptos fuiſſe

a prima mundi creatione uſq; ad diluuium proueniét anni a prima mundi conſtitutione uſq; ad chriſtum dominum.5328.ſed Eduicon numerat a pría műdi cőſtitutiőe uſq; ad chriſtű annos.4320.alii ali ter ſenſerűt.quinímo in hac annorű ſupputatiőe ſcriptores adeo in ter ſe diſcreparunt, ut tedeat & pudeat me opiniones ſingulorű reci tare. quãdo quidé uſq; ad tépora Abrahæ nihil certi ex hiſtoriis gen tiű elici poſſit,& hoc téporis íteruallo .70. íterp̃tes maxíe ab hebrai ca ueritate diſcrepãt atq; diſſétiűt, quinímo í ſingulis generatiőibus quę cőputãtur ab arphaxat uſq; ad Nachor addűt ſeptuagíta íterpre tes centű ãnos plus q̃ in hebręo habeatur,quę cű ſint generatiőes ſex addiderűt ãnos ſexingétos. adiecerűt etiã ſeptimã generationé,quę í hebræo nő habetur quippe geneſis undecío in uſitata trãſlatione le gitur ꝙ Arphaxat géuit Sale, ſed iuxta ſeptuagíta íterpretű ędítioné Arphaxat genuit Chaynã,& Chaynã genuit Sale,qđ etiã lucas euã geliſta generationé chriſti exponens cőfirmat. ut Lucę tertio uidere licet.ſic ení geneſis .11. legitur:uixit Arphaxat trigíta quiq; annis,& genuit Sale:pro quo apud ſeptuagíta interpretes ſic habetur Arpha xat centű triginta quinq; annorű genuit Chaynan Chaynan uero centű triginta annorű genuit Sale. ecce ab Arphaxat uſq; ad genera tioné Sale abundant ſeptuaginta interpretes ultra hebraicã ueritaté in annis ducentis & trigíta. Similiter in multis aliis generationibus abundãt ſępenumero in ãnis cétű ut uidere licet in generatiőe Enos ex Seth,& in generatiőe Malalehel ex Caynan,& in generatiőe Ia red ex Malalehel, & in generatiőe Mathuſalé ex Enoch.in ſingulis his generationibus ſeptuaginta interpretes addiderunt ãnos centű. ultra hoc qđ í hebræo habetur.Sed hęc diuerſitas opinionű de exor dio mundi nő uariat ſupputationé noſtrã, quia in pręſentia ſatis eſt inquirere annű natiuitatis,uel paſſionis chriſti a poſteriori uidelicet per interuallű téporis íterc̨epti ab ãno & die natiuitatis eius uſq; in diem pręſentem iuxta ſupputationem ab eccleſia uſu habitam.

¶ De anno natiuitatis domini iuxta Dionyſii computationé,quã eccleſia obſeruat.

PRimus qui téporű ſupputationé ab incarnatiőe mirifici uerbi dei induxit fuit Dionyſius abbas romanus,qui floruit tépore Iuſtiniani íperatoris quingétis annis poſt chriſti natiuitaté.nã antea cőputabantur tépora,uel ab urbe condita,uel ab annis auguſtorum,& tunc numerabantur ãni a morte Dioclitiani ípiiſſimi perſequutoris eccleſię.Dionyſius ergo abbas romanus ut chriſtianę ſalu-

tis exordium notius redderet & perſecutoris eccleſię memoriã dele
ret: induxit hanc tẽporũ ſupputationẽ a uerbi incarnatione exordiẽ
dam: & quia incarnatio uerbi facta creditur die .25. martii incæpit
hanc ſupputationẽ a martio. ſub idẽ etiã tẽpus a romano pontifice
decretũ fuit eiuſdẽ ſupputationis numerũ in cereis paſchalibus quo
tannis annotari debere: hanc annorũ rationẽ priſci aſtrologi in ſuis
ſupputationibus obſeruabant, qui calculationũ ſuarũ initia a mar
tio deducebãt ut elici poteſt ex ſupputatione Alberti magni de die
paſſionis chriſti, quam poſtea exponemus & ex ſupputatione Hen/
rici de mechelinia in libello de propria natiuitate, & in ſpeculo di/
uinorum, ac humanorũ licet aſtrologi noſtri temporis radices motu
um ad ianuarium romanorum more reduxerint. Hæc itaq; fuit pri/
ma annorum chriſtianæ ſalutis inſtitutio, ſed neſcio qua incuria, uel
negligentia hęc ſupputatio iam deperierit & anni potius a natiuita/
te & ianuario q̃ a cõceptione uel a martio computentur. niſi fortaſ
ſe quia romanis ſe conformari uoluerunt, qui annos a ianuario au/
ſpicantur: quod tollerari immo comprobari poſſet ſi rectam ad hoc
conſiderationem obſeruaſſent & conceptionem pręceſſiſſe natiuita
tem indicaſſent, ſed hac tempeſtate annos natiuitatis & conceptio//
nis inuicẽ confundũt & promiſcue eis utuntur adeo ut nõnũq̃ ordi
ne prępoſtero eos numerare uideantur: & natiuitatẽ pręceſſiſſe con/
ceptionẽ ĩſinuent, quia ãnos natiuitatis ante ãnos ĩcarnationis ſub
eodẽ numero inchoãt, quaſi dñs prius natus fuiſſet anteq̃ fuerat in/
carnatus queãdmodũ ĩ quotidianis ãnotationibus, atq; reſcriptis ui
dere licet. exẽpli gratia, ĩ ianuario & februario iubilei trãſacti: hi q
auſpicãtur ãnos a natiuitate dñi dixerũt tũc fuiſſe annũ a natiuitate
dñi milleſimũ quingẽteſimũ, ſed hi qui ab ĩcarnatiõe numerãt: dixe
rũt durare adhuc annũ ab ĩcarnatiõe milleſimũ quadrigẽteſimũ no/
nageſimũ nonũ. ſ. uſq; ad .25. diẽ martii ĩ quo ĩcęperũt annũ ab ĩcar
natiõe milleſimũ qngenteſimũ. ecce hoc tẽporis ĩteruallo plures ſũt
ãni natiuitatis, q̃ ĩcarnatiõis, & tñ uerbũ dei ꝑ nouẽ mẽſes prius car/
nẽ aſſũpſerat anteq̃ naſceretur. nec cõgruit dicere ãnos ĩcarnationis
cõputari tãq̃ trãſactos & ãnos natiuitatis tãq̃ currẽtes. qa idẽ debet
eſſe modus cõputãdi in utriſq;, & Dionyſius prius huius cõputatio
nis autor numerauit ãnos ĩcarnatiõis tãq̃ currẽtes ſicut mos & cõſue
tudo chronographoꝝ habet, qui ãnos põtificũ, & ĩperatoꝝ tãq̃ currẽ
tes ſẽper cõputãt. ſed accidit error iſte ex negligẽtia & ĩcuria notario
rũ, qui promiſcue uſi ſunt ãnis ĩcarnatiõis, & natiuitatis. nõ animad
uertentes incarnationem pręceſſiſſe natiuitatem per menſes nouem.

¶ De anno natiuitatis domini reſpectu cycli ſolaris, atque lunaris iuxta eccleſiaſticos, qui ſe computiſtas uocāt.

ECcleſiaſtici qui calēdarii rationem perſcrutari ſolēt et ob hoc ſe computiſtas uocari cupiunt, communiter dicunt dominum natum & incarnatum fuiſſe anno ſecundo cycli magni Dionyſii, qui fuit annus ſecundus cycli decemnouenalis, & decimus cycli ſolaris in quo littera dominicalis fuit .b. circa quę animaduertēdum eſt quod Dionyſius prędictus compoſuit cyclum magnum paſchalem de quo ſcripſimus in libro de paſchę celebratione quem inchoauit ab anno incarnationis domini .532. ſi igitur per hunc cyclum retroceſſerimus uſque ad annum incarnationis chriſti inueniemus eum natum & incarnatū fuiſſe anno ſecundo huius magni cycli, qui fuit decimus in cyclo ſolari, & littera dominicalis fuit .b. & cyclus decemnouenalis ſecundus. Diximus ſuperius hunc cyclum magnum compoſitum eſſe ex cyclo ſolari multiplicato in cyclum decemnouenalem, ſi enim multiplicauerimus annos .28. per annos .19. prouenient anni .532. poſt quot annos neceſſe eſt redire diuerſitates omnes ex his cyclis contingentes, nam cum diuerſitates ex luna quarta decima procedentes dependeant ex cyclo lunari decemnouenali : & uarietates ex biſexto & littera dominicali prouenientes dependeant ex cyclo ſolari : ſi anni cycli lunaris multiplicentur per annos cycli ſolaris redibunt poſt tot annos ex multiplicatione prouenientes omnes diuerſitates ex diſcrepantia cyclorum contingentes. & quia celebratio paſchę iuxta obſeruationem eccleſię innititur eiſdem cyclis : neceſſe eſt paſcha ſecundum hunc cyclum magnum ſemper reuerti poſt annos quingentos triginta duos. Iam enim in libro de paſchę celebratione oſtendimus hūc cyclum Dionyſii compoſitū eſſe ex cyclo Theophili patriarchę alexādrini et ex cyclo Cyrilli eius ſucceſſoris. cōtinebat cyclus Theophili ānos quadringētos triginta ſeptē & cyclus cyrilli habebat ānos nonagīta quinque qui ſimul iuncti faciunt annos quingentos triginta duos, ex quibus integratur hic cyclus Dionyſii. quæ ut magis pateant ſubnectemus hic cyclum ipſum per litteras dominicales diſtinctum. in cuius capite annotabitur aureus numerus cycli decemnouenalis. ſed pro cyclo ſolari hoc eſt animaduertendum ꝙ in quocunque loco inuenitur littera dominicalis .g.f. ibi eſt primus annus cycli ſolaris. ſequitur nunc tabula Dionyſii.

❡ Cyclus iſte incipit a primo áno cycli decénouenalis, & ab áno nono cycli ſolaris. ubicúq; iuenitur pro litteris dominicalibus. Gf. ibi ícipit primus ánus cycli ſolaris.

Numerꝰ iſte íferius deſcriptꝰ eſt numerꝰ cycli decénouenalis alexádrinoꝝ.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
dc	b	a	g	fe	d	c	b	ag	f	e	d	cb	a	g	f	ed	c	b
a	Gf	e	d	c	ba	g	f	e	dc	b	a	g	fe	d	c	b	ag	f
e	d	cb	a	g	f	ed	c	b	a	Gf	e	d	c	ba	g	f	e	dc
b	a	g	fe	d	c	b	ag	f	e	d	cb	a	g	f	ed	c	b	a
Gf	e	d	c	ba	g	f	e	dc	b	a	g	fe	d	c	b	ag	f	e
d	cb	a	g	f	ed	c	b	a	Gf	e	d	c	ba	g	f	e	dc	b
a	g	fe	d	c	b	ag	f	e	d	cb	a	g	f	ed	c	b	a	Gf
e	d	c	ba	g	f	e	dc	b	a	g	fe	d	c	b	ag	f	e	d
cb	a	g	f	ed	c	b	a	Gf	e	d	c	ba	g	f	e	dc	b	a
g	fe	d	c	b	ag	f	e	d	cb	a	g	f	ed	c	b	a	Gf	e
d	c	ba	g	f	e	dc	b	a	g	fe	d	c	b	ag	f	e	d	cb
a	g	f	ed	c	b	a	Gf	e	d	c	ba	g	f	e	dc	b	a	g
fe	d	c	b	ag	f	e	d	cb	a	g	f	ed	c	b	a	Gf	e	d
c	ba	g	f	e	dc	b	a	g	fe	d	c	b	ag	f	e	d	cb	a
g	f	ed	c	b	a	Gf	e	d	c	ba	g	f	e	dc	b	a	g	fe
d	c	b	ag	f	e	d	cb	a	g	f	ed	c	b	a	Gf	e	d	c
ba	g	f	e	dc	b	a	g	fe	d	c	b	ag	f	e	d	cb	a	g
f	ed	c	b	a	Gf	e	d	c	ba	g	f	e	dc	b	a	g	fe	d
c	b	ag	f	e	d	cb	a	g	f	ed	c	b	a	Gf	e	d	c	ba
g	f	e	dc	b	a	g	fe	d	c	b	ag	f	e	d	cb	a	g	f
ed	c	b	a	Gf	e	d	c	ba	g	f	e	dc	b	a	g	fe	d	c
b	ag	f	e	d	cb	a	g	f	ed	c	b	a	Gf	e	d	c	ba	g
f	e	dc	b	a	g	fe	d	c	b	ag	f	e	d	cb	a	g	f	ed
c	b	a	Gf	e	d	c	ba	g	f	e	dc	b	a	g	fe	d	c	b
ag	f	e	d	cb	a	g	f	ed	c	b	a	Gf	e	d	c	ba	g	f
e	dc	b	a	g	fe	d	c	b	ag	f	e	d	cb	a	g	f	ed	c
b	a	Gf	e	d	c	ba	g	f	e	dc	b	a	g	fe	d	c	b	ag
f	e	d	cb	a	g	f	ed	c	b	a	Gf	e	d	c	ba	g	f	e

❡ Nota ꝙ iuxta uulgatã annorũ domini ſupputationem Chriſtus ſaluator noſter ícarnatus, & natus fuiſſet anno ſecũdo huius cycli, & anno decimo cycli ſolaris: littera dominicali exiſtẽte. b. & ſic cõſequẽter numerãdo primus annus huius magni cycli reſpondet anno ícarnationis quígenteſimo trigeſimo ſecundo, & anno milleſimo ſexageſimo quarto, & ſimiliter anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto.

¶ De anno natiuitatis domini iuxta computationem aſtrologorū.

AStrologi noſtri temporis,qui romanorum more ãnorum ſupputationem reduxerūt ad ianuarium, & radices motuum ſtatuerunt ad initium ianuarii primi anni natiuitatis chriſti:incipiunt primum natiuitatis annum ab octauo die natiuitatis eiuſdem non computantes ſeptem illos dies a natali domini uſq; ad ianuarium interceptos,quod ex hoc manifeſte patet.nam qui loca planetarum ad horam natiuitatis Chriſti inuenire uolunt: retrocedunt per dies ſeptem a radicibus planetarum in tabulis annotatis, & hunc computandi modum obſeruant non ſolum aſtrologi,ſed & theologi in chriſtiana religione probati Petrus de aliaco,Nicolaus cuſanus,Roger⁹ Bachon,& generaliter omnes,qui loca planetarum in hora natiuitatis Chriſti indagarunt:collocãtes ſaturnum in quintodecimo gradu geminorum,Iouem in nono gradu uirginis,martem in decimo arietis,lunam in tauro.ſicq; in cæteris.& iuxta hanc ſupputationem chriſtus natus fuiſſet per annum unum citius quam computiſtæ putant. nam in anno natiuitatis Chriſti cyclus ſolaris fuiſſet nonus.his etiam congruunt uerſus de hoc uulgati.Creditur a nono tabulam Dionyſius anno incœpiſſe ſuam,quia tunc in uirginis aluum deſcendit dominus biſextum tuncq; fuiſſe.& alibi legitur.annus erat nonus ſolis, lunæq; ſecundus,quãdo fuit dominus ſacra de uirgine natus.ſed hæc aſtrologoꝝ ſupputatio nõ eſt cõformis cõputationi priſcoꝝ aſtrologorū,qui annos ab incarnatione uerbi numerarūt.nã iuxta Dionyſii,& priſcoꝝ aſtrologoꝝ cõputationẽ ſi inueſtigare uelimus loca planetaꝝ in hora natiuitatis Chriſti nõ eſſet retrocedẽdū a radice per dies ſeptẽ ſed procedẽdū per mẽſes.11.& dies.25.hoc eſt,uſq; ad diẽ.25.decẽbris quãdo Chriſtus natus perhibetur. Alphõſus quoq; radices planetaꝝ cõſtituit ad annū incarnationis uerbi dei a ianuario incipiendo.quãobrẽ ad tollẽdã hãc æquiuocationẽ de ãno natiuitatis Chriſti,melius eſt cõputare ãnos ab incarnatione,q̃ a natiuitate,queadmodū Dionyſius primū iſtituit & romana eccleſia ac priſci aſtrologi ſic obſeruarūt.

¶ De anno natiuitatis Chriſti reſpectu ãnorum ĩperii Auguſti ſub quo natus creditur.

PErhibent chriſtianæ religionis profeſſores Chriſtum dñum natū fuiſſe ãno ĩperii Auguſti quadrageſimo ſecūdo.ſolus autẽ Tertullianus carthaginẽſis ſcripſit eū natū ãno ĩperii Auguſti quadrageſimo primo,& licet euangeliſtę nõ explicent annū,quo chriſtus natus fuit

poteſt tamen elici ex hoc quod Lucas euangeliſta dixit ieſum a Io‑
anne baptizatum fuiſſe ãno quintodecimo imperii Tyberii cęſaris
dum eſſet annorum quaſi triginta, nam ſi retroceſſerimus ab anno
quintodecimo imperii Tiberii, & computauerimus annos triginta
ętatis chriſti inueniemus annum natiuitatis eius fuiſſe annum impe
rii Auguſti quadrageſimum ſecũdum quemadmodum Euſebius cæ
ſarienſis multis in locis ſcriptum reliquit. primo in pręfatione ſuorꝫ
chronicorum interprete Hieronymo ſic dixit. quadrageſimo ſecun
do anno imperii Auguſti chriſtus natus eſt. & quintodecimo Tibe‑
rii anno prædicare orſus eſt, quod etiam in ſupputatione annorum
Auguſti & Tiberii repetit. ubi ſub anno quadrageſimo ſecundo im
perii Auguſti ſic ſaluatoris natiuitatem annotauit. Ieſus chriſtus fi‑
lius dei in Bethleẽ iudæę naſcitur. idem repetit libro primo eccle
ſiaſticę hiſtorię capite ſecundo & in hanc ſententiam cõueniunt om
nes chronographi & hiſtoriographi pręter Tertulianũ, qui tamen cũ
reliquis concordari poſſet per diſtinctionem annorum uſualium, ſi‑
ue ciuilium & emergentium, exempli gratia, anni ciuiles quos uſua
les uocant incipiunt ſemper a ianuario, ſed anni emergentes imperii
Auguſti uel Tiberii incipiunt a die & menſe quo imperare cœperũt
uidelicet a menſe ſextili quia hoc menſe Auguſtus primum conſu‑
latum inuaſit & Tiberius eodem menſe defuncto Auguſto impera‑
tor eſt appellatus. & quia dies natiuitatis chriſti incidit ĩter menſem
ſextilem & ianuarium contingit ipſum attribui diuerſis annis iuxta
uariam annorum computationem iam expoſitam. neqꝫ repugnant
immo ſimul ſtant chriſtum ſaluatorem natum fuiſſe iuxta Tertulia‑
num anno imperii Auguſti quadrageſimo primo: incipiendo annos
a Ianuario & eundem natum fuiſſe anno imperii Auguſti quadra‑
geſimo ſecundo incipiendo annos imperii eius a menſe ſextili. hic
tamen animaduertendum eſt ꝙ tempora imperatorum debent po‑
tius computari per annos emergentes uidelicet a die quo imperium
ſumpſerunt quam per annos ciuiles quemadmodum hac tempeſta‑
te anni pontificum numerantur ab exordio cuiuſqꝫ pontificatus &
non a ianuario. ſed quia nõnunꝙ̃ contingit primordium anni emer
gentis, uel initium imperii incertum eſſe inoleuit abuſio, & cõſuetu
do obtinuit ut anni imperatorum & tempora omnia a ianuario cõ‑
putentur. nulla facta differentia inter ãnos emergẽtes & ciuiles quã
obrem & chronographi iuniores tempora omnia confundentes an‑
nos imperii Auguſti a ianuario inchoant dicentes chriſtum ſaluato
rem natũ fuiſſe in fine anni quadrageſimi ſecundi imperii Auguſti,

ſic ꝙ de anno illo habuerit dies duntaxat ſeptem. cum tamen iuxta ſupputationem iam expoſitam ſi annos imperii Auguſti a ianuario inchoare libuerit ſequeretur chriſtum natum fuiſſe in fine anni quadrageſimi primi pręſupponẽdo Auguſtũ quĩquaginta ſex ãnis imperaſſe, ut chronographi aſſerũt. ſed Alphonſus rex caſtellæ bonarum artium doctiſſimus in exordio tabularũ motuũ planetarum pręſupponit chriſtũ dominũ incarnatũ fuiſſe anno imperii Auguſti trigeſimo nono computans a pˀimo anno imperii cęſaris Auguſti uſq; ad annum incarnationis domini dies. 13880. qui faciunt annos ſolares iulianos trigĩcta octo & diem unum, & hoc incipiendo annum incarnationis dñi a ianuario iuxta computationẽ romanorũ. licet chriſtus in martio fuerit incarnatus. nec miretur lector de die illo ſuperfluo, quia dies ille reſultat ex anno biſextili ſuperabundante in his triginta octo annis intercæptis inter primum annũ cæſaris Auguſti & ianuarium anni illius in quo incarnatus fuit chriſtus ſaluator: nã cum iuxta normã biſextorum ãni triginta octo continerent biſextos duntaxat nouẽ: accidit hoc tẽporis interuallo incurriſſe biſextos decẽ: eo ꝙ annus ĩmediate pręcedens chriſti natiuitatẽ iuxta hanc rationẽ fuit biſextilis & licet hæc ſupputatio Alphõſi aduerſetur opinioni cõmuni: poſſet tamen concordari cum aliis, quia fortaſſe Alphonſus auſpicatus fuit primũ annũ imperii Octauii a reditu eius ad urbem poſtquã Brutum & caſſium & alios percuſſores patris ſui deuicerat & una cum Marco antonio & Lepido orbis imperiũ partitus fuerat, quando ſcilicet hiſpania Auguſto ſorte obtigerat, quod fuit anno tertio poſt necem Cęſaris iam cõpleto. Illi autẽ qui dicunt chriſtũ natũ fuiſſe anno imperii Auguſti .28. incipiunt annos ĩperii a monarchia eius, quando appellatus fuit Auguſtus, uel ab ęgypto ſubiugata, ſed de his alias. nunc ſatis eſt aliqua ex parte oſtẽdiſſe modum, per quem diuerſa doctoꝝ ſcripta, quę inuicem pugnare uidentur cõcordari poſſint. licet huic argumẽto ex alphonſinis tabulis adducto aliter reſpõderi poſſet, dicẽdo hãc temporũ ſupputationẽ quã arabes uocãt herã tẽporum ab alphõſo in tabulis annotatã: inſtitutã fuiſſe longo tẽpore poſt chriſti natiuitatẽ tanq̃ poſitionẽ quandã, ſiue exẽplum, quo motus planetarũ ad quodcunq; tẽpus datũ ĩueſtigari poſſint: tales autẽ poſitiones nõ requirũt omnimodã ueritatẽ quippe ut Ariſtoteles inquit nõ ponuntur exẽpla quaſi ita ſint, ſed ut ſẽtiant, qui addiſcunt. certũ eſt enĩ Alphonſum per ſuas tabulas non uoluiſſe docere ãnũ natiuitatis chriſti, ſed per ſupputationẽ ãnorum chriſti ſuo tẽpore uſitatã loca planetaꝝ inuenire docet, cuius etiã ſup

putatio cũ eccleſia concordat licet in ordine ad annos Cęſaris Auguſti diſcrepet: nihil enim intereſt Alphonſo, uel alteri aſtrologo pro motibus planetaꝝ inueniendis quo anno natus dicatur chriſtus, ſed per poſitionē quandam pręſupponit chriſtũ tali, uel tali anno natũ fuiſſe & ex hac poſitione loca planetarũ ad reliqua tēpora ante, uel poſt tranſacta uel futura perquirit.

¶ De ãno paſſionis chriſti reſpectu annoꝝ īperii Tiberii cęſaris ſub quo crucifixus fuit. tũ etiã reſpectu annorũ ętatis atq; baptiſmi eius.

ETſi euangeliſtę aperte nõ docent annũ paſſionis chriſti tamen elici poteſt ex anno quo ieſus a Ioanne baptizatus fuit quemadmodũ ſuperius de anno natiuitatis eius oſtendimus: nam ſi erat annorũ quaſi triginta dũ baptizaretur, & poſt baptiſimũ prędicauit euangeliũ annis tribus, uidetur in humanis uixiſſe annis triginta tribus. uerũ quia anni imperii Tiberii diuerſimode poſſunt computari, uel per annos emergentes, uel per annos ciuiles, altius hęc ſunt perſcrutanda. nã & multiplicē ſenſum habere poteſt quod Lucas euangeliſta dixit dominũ baptizatũ fuiſſe anno quintodecimo imperii Tiberii cęſaris dum eſſet annorũ quaſi triginta quinímo doctores nonnulli opinati ſunt eũ tunc cõpleuiſſe trigeſimũ annũ quēadmodũ īſinuare uidetur ſanctus Ignatius in epiſtola ad Trallianos dicens triginta annos agēs chriſtus baptizatus eſt a Ioanne & tribus annis prędicauit euangeliũ. idem Nicolaus de lyra aſcripſit beato Auguſtino, qui tamen libro ſecũdo de doctrina chriſtiana innuere uidetur dominũ baptizatũ fuiſſe anteq̃ trigeſimũ annũ cõpleuiſſet, cuius hęc ſunt uerba. annorũ quidē fere triginta baptizatum eſſe dominũ retinemus autoritate euangelica: ſed poſtea quot annos in hac uita egerit quãquam textu ipſo actionum eius animaduerti poſſit: tamen ne aliunde caligo dubitationis oriatur de hiſtoria gentiũ collata cũ euãgelio liquidius, certiuſq; colligitur. idem Nicolaus de lyra īpingit Ioanni chryſoſtomo de quo etiam Petrus comeſtor autor ſcholaſticę hiſtorię allegans uerba chryſoſtomi ſic ſcripſit. poſt triginta annos ieſus uenit ad baptiſmum legē ueterē ſoluturus propterea uſq; in hanc ætatem, quæ omnia ſolet capere peccata in legis obſeruatione permanſit ne quis diceret ideo ipſum ſoluiſſe legē, quia illã nõ potuiſſet adimplere, & per trigita annos iuſticiam legis īpleuerat & tunc uenit ad baptiſmũ euangelium docturus quaſi cumulũ cunctis obſeruationibus legis imponēs. ſed

durus eſt hic ſermo, neq; facile poſſum adduci ut credam chryſoſto mum unquam ſcripſiſſe ieſum tunc ad baptiſmum ueniſſe ut ueterem legem ſolueret, cum ipſe in euangelio teſtetur ſe non ueniſſe ut ſolueret legem, ſed ut adimpleret. per quæ uerba Ioannes ipſe chryſoſtomus homilia. 16. contra manichęos diſputans impudentiſſima hæreticorum ora frenanda eſſe putauit, triplicē modū exponēs quo ieſus legem ueterem adimpleuit. huius etiam cōtrarium docet expoſitor decreti diſtinctione. 78. capitulo preſbyter: aſſerens Chryſoſtomū dixiſſe ꝙ ieſus dum baptizaretur peregerat de trigeſimo āno dies duntaxat tredecim, quod etiam Lucas euangeliſta inſinuare uidetur ſcribens ieſum dum baptizaretur extitiſſe quaſi annorum triginta, uolens ſignificare eum tunc incępiſſe annum trigeſimū. cuius uerba hæc ſunt. & ipſe ieſus erat incipiens quaſi annorū triginta. neq; hæc dictio quaſi hoc loco ſignificat idem quod fere ut arbitratus eſt magiſter Petrus de riuo, ſed ſignificat idē quod tāquam. in gręco nanq; habetur ὡσεὶ quod ſignificat tanq̄. neq; hæc dictio quaſi con ſtrui, aut referri debet ad hanc dictionem incipiens, non enim eſſet oratio congrua ꝙ ieſus erat quaſi incipiens annorum triginta, ſed referri debet ad ea quę ſubduntur ſcilicet triginta annorum, ut ſenſus ſit. ieſus cū baptizaretur erat quaſi hoc eſt tanq̄ annorū triginta incipiens quidem annū trigeſimū, quæ omnia in gręco ſignificantius exprimuntur ubi ſic legitur καὶ αὐτὸς ἦν ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὤν. hoc eſt et ipſe ieſus erat tanquā annoꝝ triginta: incipiens quidem. conſtat nanq; tranſlationē noſtrā ex gręco eſſe traductā. Idē ſenſit Hieronymus ſuper ezechielē capite primo ſic inquiens illud quoq; intelligendum eſt quod in trigeſimo ętatis ſuę anno dominus ad baptiſmū uenerit. Idē ſentit Apollinaris. idem ſentit Beda ſuper eodem capite in commentariis Lucę & Petrus comeſtor in ſcholaſtica hiſtoria ſed de his poſtea plura ſcribemus ubi ſingulorum doctorum opiniones narrabimus.

¶ Opinio Tertuliani de anno paſſionis chriſti.

TErtulianus carthaginēſis ſācti Cypriani pręceptor libro ſuo quē in iudęos cōſcripſit īſinuat dn̄m crucifixū fuiſſe āno quītodecimo īperii Tiberii cæſaris. nā ſeptuagīta illas hebdomadas a Daniele ꝓpheta numeratas expoſiturus cōputat primū ſexagīta duas annoꝝ hebdomadas cū dimidia hoc eſt ānos. 437. cū mēſib⁹ ſex a primo āno Darii quādo Danieli facta eſt uiſio uſq; ad annū. 41. imperii Auguſti īperatoris, quo chriſtum

natum aſſerebat. et reliquas ſeptem hebdomadas cum dimidia, hoc eſt ānos quinquaginta duos cū dimidio computat a natiuitate chriſti uſq; ad deſolationem & deſtructionem templi factam per Titum & Veſpaſianum ſic inquiens. uideamus autem quoniam quadrageſimo primo anno imperii Auguſti (qui poſt mortem Cleopatrę imperauit) naſcitur chriſtus. & paulo poſt ſubdit. poſt Auguſtū enim, qui ſuperuixit poſt natiuitatem chriſti annis quindecim ſucceſſit Tiberius cæſar & imperium tenuit annis uiginti duobus, menſibus ſeptē diebus. 28. huius quintodecimo anno imperii paſſus eſt chriſtus annos habens quaſi triginta cum pateretur ſic enim originali ſcriptum inueni & cōmuniter a doctoribus ſic allegatur. licet apud Hieronymum ſuper Danielem in expoſitione ſeptuaginta hebdomadarum aliter legatur hæc Tertuliani ſententia quaſi de tempore baptiſmi, & nō de tempore paſſionis ipſe ſcripſerit ſic enim Hieroynmus uerba Tertuliani refert. huius ſcilicet Tyberii quintodecimo anno imperii baptizatus chriſtus annos habens quaſi triginta cum baptizaretur, ſed prima lectio magis uidetur eſſe ad intentionem Tertuliani quinimo Hieronymus in epiſtola ad Euſtochium de uirginitate cōſeruanda circa finem epiſtolę de ieſu dicit taceo ꝙ uſq; ad trigeſimū annum ignobili parentum paupertate cōtentus eſt uerberatur & tacet. crucifigitur & pro crucifigentibus deprecatur. huic etiam Tertuliani ſententiæ conſentiunt & aſtipulātur Iulius aphricanus Lactantius & Paulus oroſius.

ℭ Opinio Iulii aphricani.

IVlius aphricanus primę eccleſię doctor percelebris, cui diuus Hieronymus hanc laudem tribuit ꝙ nunq̄ in libris eius inuentus fuit error. ſub idem fere tempus quo Tertulianus ſcripſit: ipſe chronica collegit & librum de temporibus cōpoſuit. in cuius quinto uolumine de ſeptuagita hebdomadibus (teſte Hieronymo ī expoſitione Danielis) ſic ſcriptū reliquit. Capitulū qđ in Daniele de ſeptuaginta hebdomadibus legimus multa & admirabilia continet, quę nunc lōgum eſt dicere. ergo quod ad pręſens opus pertinet de tēporibus diſſerēdum eſt. nulli dubium eſt quin de aduentu chriſti prędicatio ſit, qui poſt ſeptuaginta hebdomadas mundo apparuit, poſtq̄ cōſummata ſunt delicta & finē accepit peccatū, & deleta eſt iniquitas & annunciata eſt iuſticia ſempiterna, quę legis iuſticiā uinceret & īpleta eſt uiſio & prophetia, quia lex & prophetę uſq; ad baptiſmū Ioānis & unctus ſanctus ſanctoꝝ.

quę omnia priusq̃ chriſtus humanum corpus aſſumeret ſperabantur magis q̃ tenebantur.& poſt pauca ſic inquit.permanſit auté regnum perſicũ uſq; ad initium macedonum annos ducentos triginta,& ipſi macedones regnauerunt annos trecentos, atq; inde uſq; ad annum quitum decimũ Tiberii cæſaris quãdo paſſus eſt chriſtus numerãtur anni ſexaginta,qui ſimul faciunt ãnos quingentos nonaginta,ita ut centum ſuperſint anni ultra hebdomadas ſeptuaginta.Idem teſtatur Beda libro de temporibus capite decimo ſcribens aphricanũ terminaſſe numerũ ſeptuaginta hebdomadarum in anno quintodecimo imperii Tiberii cęſaris,quo ãnó dominũ paſſũ & crucifixũ credebat.

Opinio Lactantii,&Pauli oroſii de anno paſſionis domini.

DOctores prænominatos Tertulianum ſcilicet & Iulium aphricanũ ſequi uidetur Lactãrius firmianus &Paulus oroſius.Lactantius nanq; libro quarto diuinarũ inſtitutionũ capite decimo ſic ſcriptum reliquit. Iudęi exinde tetrarchas habuerunt uſq; ad Herodé, qui fuit ſub imperio Tiberii cæſaris,cuius anno quintodecimo ideſt duobus geminis conſulibus ante dié decimũ calendarum aprilliũ iudęi chriſtum cruci affixerunt. In eãdem fertur ſententiam Paulus oroſius libro ſeptimo hiſtoriaꝝ de chriſto ſic ſcribẽs ãnó Tiberii quintodecimo cũ dominus chriſtus Ieſus uoluntarie quidem ſe tradidit paſſioni impie a iudæis apprehẽſus & patibulo ſuſpẽſus eſt. patet ex prædictis, quatuor doctores ſupraſcriptos uidelicet Tertulianum Iulium aphricanum, Lactantium & Paulum oroſium uoluiſſe chriſtum ſaluatorem crucifixum fuiſſe anno quintodecimo imperii Tiberii cæſaris. ſed his obuiare uidentur euangelica ſcripta,nam ut Lucas euangeliſta docet Anno quintodecimo imperii Tiberri cæſaris procurante iudæam Pontio pilato prædicabat Ioannes Baptiſta in deſerto peccatorum remiſſionem per baptiſmum & ab eo inter primos baptizatus eſt ieſus cum eſſet annorum tanquam triginta: & ut doctores eccleſiæ communiter teſtantur chriſtus poſt quintumdecimum imperii Tiberii annum hoc eſt poſtquam a Ioanne baptizatus fuit tribus annis prædicando & docendo inter iudęos conuerſatus eſt. fuit ergo tardius crucifixus,quam doctores iſti perhibuerunt.

Opinio Euſebii cęſarieſis & Eutropii chronographorũ Ioannis de muris,Rogeri Bachon & Pauli burgenſis de anno paſſionis dñi.

IIII Euſebius

EVſebius cæſarienſis in ſuis chronicis ſcripſit dominum ad paſſionem ueniſſe anno decimo octauo imperii Tiberii cæſaris. Idem teſtatur Eutropius: necnon & reliqui chronographi fere omnes in eandem ſententiam cōueniunt. Ex hac chronographorum poſitione ſequi uidetur dominum ſaluatorem in humanis uixiſſe annis duntaxat uno & triginta cum tribus menſibus. nam ſi natus fuit chriſtus anno quadrageſimo ſecundo imperii Auguſti habuit de anno illo dies duntaxat ſeptem eo quod natus fuit .25. decembris & ſi paſſus fuit anno .18. Tiberii cęſaris habuit de anno illo menſes duntaxat tres. cum ergo Auguſtus imperauerit annis quinquaginta ſex ut Euſebius & Eutropius teſtantur ſi ſubtraxeris ab annis.56.annos.42.reſtabunt anni.14 ſicq; in morte Auguſti chriſtus compleuiſſet annos quatuordecim, quibus ſi addiderimus annos.17. cum tribus menſibus de tempore imperii Tiberii prouenient anni triginta plus uno. huic opinionī conſentire uidentur Ioannes de muris & Rogerus Bachon,qui dominicę paſſionis diem & annum calculo indagantes dixerunt dominum crucifixum fuiſſe tertio nonas aprilis anno ętatis trigeſimo ſecundo currente.unde Ioannes de muris ſic ſcripſit. fuerunt dies uitę chriſti anni ſolares.31.& dies centum.ſimiliter Rogerus Bachon in epiſtola ad Clemētem papam dominus inquit paſſus eſt anno trigeſimo tertio ab eius incarnatione hoc eſt anno trigeſimo ſecundo iuxta uerā eius ętatē.Ad hoc etiam tendit ſupputatio Pauli burgenſis in poſtillis ſuis ſuper Matthæum ut ſequenti libro oſtēdemus.

¶ Opinio Apollinaris laodiceni epiſcopi: beati Auguſtini: Victorini lemonicenſis. Magiſtri ſententiarum: autoris ſcholaſticę hiſtoriæ: Nicolai de lyra: & Mariani ſcoti: qui omnes dixerunt dominum crucifixum fuiſſe anno ætatis ſuę trigeſimo tertio currente hoc eſt trigeſimo ſecundo completo cum tribus menſibus.

APollinaris laodicenus epiſcopus ſeptuaginta illas hebdomadas expoſiturus (Hieronymo interprete) ſic ſcriptum reliquit.in quadringentis & nonaginta annis peccata & omnia quę ex peccatis oriuntur uitia comprimēda poſt quę uentura ſunt bona & reconciliandum deo mundum in aduentu chriſti filii eius.& poſt pauca ſubdit trigeſimo enim iuxta euangeliſtam Lucā āno ętatis ſuæ in carne cœpit dn̄s euangeliū prædicare,& iuxta Ioannē euāgeliſtā per tria paſcha duos poſtea īpletuit

annos. Idem inſinuare uidetur beatus Auguſtinus in libro quęſtio-
num ueteris & noui teſtamenti ſic ſcribens, omnia propriis locis, &
temporibus geſſit ſaluator quoniam ergo chriſtus mori diſpoſuit ꝓ
hominibus: differre uoluit uſq; ad trigeſimum tertium ætatis ſuę
annū quādo ī perfectiſſimo erat ſtatu. ad idē tēdit ſupputatio Victo
rini lemonicenſis de qua ſequēti libro ſcribemus. Idem docet magi
ſter ſententiarum libro quarto diſtinctione quadrageſima tertia ubi
ſic inquit: duorum & triginta annorum & trium menſium erar ętas
chriſti ī qua mortuus eſt & reſurrexit. Idem uidetur ſenſiſſe Petrus
comeſtor autor ſcholaſticę hiſtoriæ de ieſu baptizato ſic inquiens &
ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum. xxx. ideſt trigeſimum annū
incęperat. xiii. tantum diebus eius anni peractis. & ſecundum hoc ui
xit ieſus tanrum. xxxii. annis cum dimidio, quia eadem die reuoluto
anno conuertit aquā in uinum & in ſequenti paſcha ideſt in paſcha
trigeſimi primi anni incarceratus eſt Ioannes, & in paſcha ſequenti
ideſt. xxxii. anni decollatus eſt Ioannes, & in tertio paſcha ideſt trice
ſimi tertii anni paſſus eſt dominus, & ita uixit. xxxii. annos integros
& de. xxxiii. anno quantum fluxit temporis a natali uſq; ad paſcha.
hęc illius ſunt. Idem ſentit Nicolaus de lyra ſuper illud Lucę tertio
capitulo & ipſe ieſus erat incipiens quaſi ānorum triginta. Ad idem
tēdit ſupputatio Mariani ſcoti, qui opinatus fuit dominum die do-
minica natum, die ueneris crucifixum fuiſſe. ex qua ſupputatione ſe
quitur eum crucifixum fuiſſe anno ętatis ſuę trigeſimo ſecūdo com
pleto cum tribus menſibus.

ℭ Opinio Venerabilis Bedę de anno dominicæ paſſionis.

VEnerabilis Beda & eius ſequaces opinati ſunt dominū
in humanis uixiſſe annos .33. cum tribus menſibus, un-
de libro ſuo de temporibus capite .47. annos domini-
cę paſſionis inquirens tandem ſic infert. habet enim (ni
fallor) eccleſię fides dominum in carne paulo plus quam trigīta tres
annos uixiſſe, qui uidelicet triginta annorum fuit baptizatus ſicut
euangeliſta Lucas teſtatur & tres ac ſemis annos poſt baptiſma præ-
dicauit, ſicut non ſolum in euangelio ſuo Ioannes commemorato
redeuntis paſchę tempore perdocet, ſed idem in apocalypſi ſua. Da
niel quoq; in ſuis uiſionibus prophetice deſignat, ac rurſus ſancta ſi
quidem romana & apoſtolica eccleſia hāc ſe fidem tenere, & ipſis re-
ſtatur indiculis, quę ſuis in cereis annuatim ſcribere ſolet, ubi tem-

pus dominicę paſſionis in memoriam populis reuocans annotat nu merum annorum triginta ſemper, ac tribus annis minorem quam ab eius incarnatione Dionyſius ponit. Deniq; ãno ab eius incarna tione iuxta Dionyſium ſeptingenteſimo primo indictione quarta decima fratres noſtri, qui tunc fuerunt Romę hoc modo ſe in nata li domini in cereis ſanctæ Mariæ ſcriptum uidiſſe & reſcripſiſſe refe rebant. A paſſione domini noſtri ieſu chriſti anni ſunt ſexcenti ſexa ginta nouem. hæc Bedæ ſunt. Itaq; Beda arbitratus eſt dominum crucifixum fuiſſe anno ætatis trigeſimoquarto uertente anno impe rii Tiberii cęſaris decimo octauo, nam ut idem in chronicis ſuis ſcrip tum reliquit, anno cæſaris Auguſti. 42. quo anno compreſſis cuncta rum per orbem terrę gẽtium motibus firmiſſimam, ueriſſimamq; pa cem ordinatione dei cęſar compoſuit, Ieſus chriſtus filius dei ſex tam mundi ætatem ſuo conſecrauit aduentu. ac ſtatim poſt Tiberii tempora deſcribens ſic inquit anno. 18. imperii Tiberii dominus ſua paſſione mundum redemit. hęc uenerabilis Bedæ fuit opinio, quam & doctores nonnulli iuniores ſunt imitati, neminem tamen unquam inuenire potui, qui ſupputatione aliqua hanc opinionem quadraret. immo neq; ipſe Beda ſibiipſi ſatis conſtare uidetur. Vel lem mihi Beda hoc argumentum ſolueret ſi dominus ut inquit na tus fuit anno imperii Auguſti. 42. qui per eundem in ſuis chroni cis imperauit annis duntaxat. 56. & paſſus fuit ãno imperii Tiberii 18. ergo. 31. dũtaxat annos cum tribus menſibus in humanis uixit. pręterea quod de triplici paſcha a Ioanne euangeliſta cõmemorato aſſumit nihil ſibi ſuffragatur, ſed obuiat q̃ maxime: nam cum do minus in tertio paſcha crucifixus fuit duobus dũtaxat annis cũ tri bus menſibus poſt baptiſmum uixiſſet, quod Bedę potiſſimũ aduer ſatur, qui capite ſuperius allegato dixit Ioannem baptizaſſe ieſum iam incipientem fieri quaſi annoꝝ triginta. ſic enim ad uerbum ſcri ptum reliquit. cum euangelia manifeſte ſignificent. xv. anno Tiberii præcurſorem domini prædicare cępiſſe ipſumq; mox inter alios bap tizaſſe ieſum ĩcipientẽ iã fieri quaſi 30. ãnoꝝ &c. ſi ergo dñs baptiza tus fuit cũ iã incęperat annũ trigeſimũ & in tertio paſcha poſt bap tiſmum crucifixus fuit ſequitur neceſſario dominum uixiſſe dunta xat ãnos. 31. cum tribus mẽſibus quẽadmodũ calculãti liquide patet. nã primũ paſcha fuit eodẽ anno trigeſimo, quo baptizatus eſt, tertio poſt baptiſmũ menſe. ſecundũ paſcha fuit ãno. 31. ætatis chriſti currẽ te. tertiũ paſcha fuit anno trigeſimo ſecundo currente, & in hoc paſ cha iuxta euangeliũ Ioãnis crucifixus fuit. ſicq; nõ ſolũ in ãno uno,

ſed in duobus annis ſententia Bedę a ſupputatione propria diſcre/pare uidetur.quod etiam deduci poteſt ex hoc quod Romę i cereis ſanctę marię de annis paſſionis domini ſcriptum fuiſſe cõmemorat: nam ſi anno ab incarnatione domini ſeptingenteſimo primo fratres eius,qui tunc Romę fuerũt i natali domini hoc modo ſcriptum in cereis ſanctę Marię inuenerunt. a paſſione domini noſtri ieſu chri/ſti anni ſunt ſexcenti ſexaginta nouem.neceſſe eſt dominum crucifixum fuiſſe anno ętatis ſuę trigeſimo primo cõpleto cum tribus mẽ/ſibus & non.34.currente ut Beda eſt opinatus: quod ſic deducitur nam cum anni ab incarnatione domini & anni a paſſione ab uno eodemq; die quotannis auſpicentur & innouentur uidelicet ab.8. calendas apriles neceſſe eſt ſecundum Bedam ꝙ totus ille ãnus ,qui ab ĩcarnatione dicebaẽ ſeptĩgẽteſimus primus fuerit a paſſione ſexcenteſimus ſexageſimus nonus.ſi ergo anni ſexcenti ſexaginta nouẽ ſubtrahantur ab annis ſeptingentis & uno reſtabunt duntaxat ãni triginta duo ab incarnatione uſq; ad paſſionem intercępti , & quia incarnatio domini pręceſſit natiuitatẽ eiuſdẽ in menſibus nouẽ ſe/quitur neceſſario ꝙ a natiuitate domini uſq; ad paſſionem eius non fuerunt niſi anni.31.cum tribus menſibus.patet itaq; ꝙ probatio Bedę opinioni eius aduerſatur in annis duobus.

℃ Epilogus & declaratio prędictorum.

NArrauimus nũc multas & uarias de ãno paſſionis domini tam priſcorum q̃ iuniorum doctoꝝ opiniones.nõ ut taxemus eos ſed ut lectorẽ attentũ reddamus:& ex mul/tis ſibi placentem magis opinionem accipere poſſit . illa autem in qua plures conueniunt:tenet dominũ in carne uixiſſe triginta tres annos cõpletos non ad ſenſum Bedę,qui hos annos extra uterum a natiuitate computat,ſed iuxta opinionẽ priſcorũ patrum qui ab ĩcarnatione eos numerãt.quẽadmodum Dionyſius primum inſtituerat,& ante Dionyſium antiquiſſimi tẽpora ab exordio crea/tionis mundi computantes ſemper obſeruarunt.dicentes filium dei incarnatum fuiſſe anno conſtitutionis mundi .5500. & crucifixum fuiſſe anno.5533. oſtendemus etiam poſtea myſteria paſſionis poti/us eſſe referenda ad ĩcarnationẽ uerbi dei q̃ ad natiuitatẽ .hos etiã ſecutus eſt Apollinaris primæ eccleſię doctor ſolẽnis, ſimiliter & magiſter ſententiarum & autor ſcholaſticę hiſtoriæ,& Nicolaus de lyra imitari eos uidenẽ.ſed ſiue hęc opinio,ſiue Bedę ſentẽtia approbanda fuerit:nõ ſufficit pro cõfirmatione eius triplex illud paſcha cuius

euangeliſta Ioannes meminit, quia ex hoc ſequeretur dominū cruci fixum fuiſſe anno ætatis trigeſimo ſecundo currente ut ſuperius cō tra Bedam oſtendimus. expedit ergo ut aliud paſcha, uel plura feſta paſchalia inter baptiſmum chriſti & paſſionem eius intercepta inda gemus: ex quibus fortaſſe unum paſcha elicere poſſumus, quod im- mediate baptiſmum ſequebatur, de quo euangeliſtę non ſcripſerunt. quod ſcilicet itercęptum fuit inter baptiſmum chriſti & primū eius in nuptiis miraculū: nam ut doctores perhibent & ī diuinis legitur officiis eodem die quo ieſus baptizatus fuit, uidelicet ſexto die Ia- nuarii: altero tamen anno: primum in nuptiis miraculū fecit aquam in uinum conuertens: ut Maximus taurinenſis epiſcopus in ſermo ne epiphanię inſinuare uidetur ſic ſcribens. in hac dilectiſſimi cele- britate ſicut relatu paternę traditionis inſtruimur multiplici nobis eſt feſtiuitate lętandum. ferunt enim chriſtum dominum noſtrū ſtel- la duce a gentibus adoratum, uel inuitatū ad nuptias aquas in uina uertiſſe, uel ſuſcepto a Ioanne baptiſmo conſecraſſe fluenta iorda- nis. Verū quia hęc maximi doctrina non omnino eſt approbata, ne- ꝗ ex euangelica lectione deduci poteſt inquirendum eſt ſi aliud paſ cha aliunde inueniri & ex euangelica doctrina probari poſſit: primū autem paſcha cuius euangeliſta meminit ſecundo capitulo poſt nup tias ī chana galilæę factas deſcribitur cū dicitur, & prope erat paſcha iudęorū & aſcendit Ieſus hieroſolymam. alterū paſcha Ioannis ſex to annotatur cū dicitur erat autē proximū paſcha dies feſtus iudęo- rum: Tertiū paſcha Ioannis duodecimo deſcribitur, Ieſus autē ante ſex dies paſchę uenit in bethaniam, in quo paſcha crucifixus fuit. Reliquum paſcha elici poteſt ex hoc quod dicitur Ioannis quinto. erat autē dies feſtus iudęoꝝ & aſcēdit Ieſus hieroſolymā quod & ſi doctores cōmuniter de feſto pentecoſtes exponant nō tamen fortaſ- ſe ab euangeliſtę ſenſu alienū uidebitur de feſto paſchę intelligendū eſſe, aut ſaltē ante hoc feſtū de quo euāgeliſta loquitur, aliud paſcha pręter illud cuius ſecundo capite meminerat tranſactum fuit. pro cu ius probatione pręſupponemus hebręorum meſſem communi an- norū decurſu accidere circa feſtū pentecoſtes, qđ ex ſitu Iudæę regio nis auſtrū uerſus facile ꝓbari poſſet ubi ſolis ardore fruges ad matu- ritatē citius decoquūtur, īmo lege moſaica ſancitū fuit ut paſcha mē ſe nouarū frugū celebraretur, ſecūdo quoqꝫ paſchali die frugū mani- pulos primitias meſſis ī holocauſtū deo offerre pręceptū erat: quini- mo leuitici .23. pręcipitur ipſo die pētecoſtes offerri duos panes pri- mitiarū, ſicqꝫ meſſem nō lōgo tēpore poſt paſcha fuiſſe perſpicuū ex

tat: ex quo ſic arguitur anteq̃ euangeliſta cõmemoraret Ieſum in die feſto hieroſolymam aſcendiſſe dixerat immediate prius diſcipulis ſuis nonne uos dicitis ꝙ adhuc quatuor menſes ſunt & meſſis uenit ſi ergo quatuor menſes uſq; ad meſſem erant futuri ſequitur ꝙ quatuor fere menſes uſq; ad pentecoſten reſtabant. Illud ergo quod poſtea dicitur Ieſum in die feſto iudæorum hieroſolymam aſcendiſſe: feſto paſchę congruere uidetur: aut ſaltem ſi de feſto pẽtecoſtes hoc exponatur neceſſe eſt inter hoc pentecoſtes feſtum & diem illũ quo chriſtus quatuor adhuc menſes ad meſſem ſupereſſe dixit: aliud paſcha cuius euãgeliſta nõ meminit ĩterceſſiſſe, nã ĩ mẽſe Ianuarii uel februarii dixiſſe uidetur quatuor adhuc mẽſes uſq; ad meſſem ſupereſſe. ad quod etiã accedit nam quotieſcunq; feſtum per ſe & incontracte ponitur pro feſto paſchę tanq̃ celebriori hebręorũ more ſumi ſolet: quo accolę pro agno paſchali edendo hieroſolymam iuxta legis mandatum uenire conſueuerunt: nõ enim paſchalis agnus ueſci potuit niſi in ciuitate ſancta hieruſalem. Idem ex probatica piſcina in qua ęgri ſe balneabant (cuius euangeliſta meminit) probari poteſt. nam menſe nouarum frugum ægri ad balnea mineralia ſe conferre ſolent maxime in regione calida: uidetur enim piſcina hęc balneum fuiſſe minerale: in græco nãq; κολυμϐήθρα habetur quod proprie balneum ſeu natatoriũ ſignificat. poſſet fortaſſe & aliud paſcha etiã a chronographis neglectum elici ex hoc ꝙ euangeliſta Ioãnes ſcribit poſt necem Ioannis Baptiſtæ chriſtum non uoluiſſe accedere hieroſolymam, ſed ambulabat ultra iordanẽ & permanſit in galilęa: quia Iudæi quærebant eum occidere, & tempus paſſionis eius nondũ aduenerat. quamobrem ſeceſſit in galilęam & licet lex præcipiebat omne maſculinum quotannis ipſo die paſchæ accedere debere hieroſolymam, tamen excuſati erant qui inimicicias capitales habebãt. pręterea licet euangeliſta Ioannes non tradat expreſſe chriſtum in his paſchalibus diebus hieroſolymam ueniſſe, tamen ex hoc non poreſt concludi tria duntaxat paſchalia feſta a chriſti baptiſmo uſq; ad eius mortem interceſſiſſe. multa enim hoc tẽporis interuallo acciderunt quæ ab euangeliſtis non ſunt ſcripta. ſicut in ſimili non ualet argumentum alii euangeliſtæ nullã faciunt mentionẽ de aliquo feſto paſchali, uel azymorum a die baptiſmatis chriſti uſq; ad paſcha in quo chriſtus crucifixus fuit: ergo nullũ hoc tẽporis interuallo paſcha itercæptũ fuit: ſicq; ex numero feſtorum paſchalium expoſitorum a Ioanne euangeliſta a die baptiſmi chriſti uſq; ad diẽ mortis eius poſſumus inferre chriſtum ad minus tot annis poſt baptiſmum ſuperui-

xiſſe. ſed non poſſumus ex hoc demonſtrare Chriſtum non ſuperuixiſſe pluribus annis quam ſint feſta paſchalia a Ioanne euangeliſta annotata. neq; enim ualet locus ab autoritate negatiue, quando quidem ipſe euangeliſta dicit multa eſſe facta a Ieſu quæ per eum ſcripta non ſunt. pauca hæc de anno paſſionis Chriſti dicta ſufficiant: nūc priſcoꝝ doctoꝝ opiniones de die paſſionis eiuſdē ſubnectemus.

¶ Liber quintus diem paſſionis domini inueſtigat, & priſcorum de hoc opiniones atq; ſententias breuiter recolligens narrat.

ORdo præmiſſus iam expoſtulat ut poſtquam ſuperiori libro dominicæ paſſionis annum idagauimus nunc diem inueſtigemus: in quo etiam priſcos eccleſiæ doctores plurimum īter ſe diſſidere, & diſcrepare animaduerti. diſſentientibus inuicem græcis a latinis & latinis inter ſe. nam græci fere omnes opinati ſunt Chriſtum dominum decimo calendas apriles crucifixū fuiſſe. latini uero multi octauo calendas apriles crucifixum putarunt nonnulli undecimo calendas crucifixum dixerunt, ſed qui hunc diē aſtrologica ſupputatione indagare conati ſunt, alii ſeptimo calendas apriles crucifixum affirmarunt, alii tertio nonas, alii tertio idus apriles crucifixum uoluerunt: quemadmodum hoc libro de ſingulis exponere aggrediemur. hanc autem opinionum diuerſitatem, & dieī paſſionis ambiguitatem ortam fuiſſe arbitror ex hoc: quia iudæi, qui Chriſtum crucifixerunt non utuntur romano calendario, neq; anno ſolari ſed lunari duntaxat. immo neq; calendas romanorum, neq; diem ueneris nouerunt. quo factum eſt ut dies paſſionis etſi certus eſſe putetur iuxta hebraicam ſupputationem, ex eo quia ſecundum euangelicam doctrinam dominus in paraſceue paſchæ iudæorum crucifixus fuit (paſcha autem quintadecima die primi menſis qui uocatur niſan in perpetuum celebratur) tamen incertus eſt iuxta ſupputationē romanorum & gentium qui ſolares annos obſeruant: quia ambiguum eſt, quo menſe paſcha a iudæis fuit obſeruatum, & quo die anni ſolaris, & quota menſis ſecundum romanum calendarium Chriſtus crucifixus fuit. ad quod etiam accedit quod tempore paſſionis Chriſti immo uſq; ad quingentos annos poſt tempora paſſionis non computabantur anni, uel tempora a natiuitate uel incarnatione domini, ſed ab urbe condita, uel ab ānis auguſtorum, & poſtea ab annis Dioclitiani eccleſiæ perſecutoris, quo fieri potuit ut priſcis illis tēporibus

incertum,& ambiguum fuerit temporis interuallum,quod inter do
minicam paſſionem,& inter ætatem priſcorum patrum interceſſerat
ſine quo diem paſſionis calculo indagare non potuerunt:omnes ī hoc
conuenire uidentur quod Chriſtus die ueneris de menſe martii cru
cifixus fuit:unde laudabili conſuetudine per italiam obſeruatur ut
ſextæ quæq; feriæ menſis martii(quas dies ueneris appellant)celebres
habeantur. quod ab Hilario pictauienſi epiſcopo inductum ferunt.
quaſi certum fuerit dominum die ueneris in martio crucifixum fuiſſe
licet ambiguum ſit qua die ueneris,aut quota die menſis martii cruci
fixus fuerit. quæ ut magis innoteſcant ſingulas quaſq; doctorum opi
niones hic annotabimus.

¶ Opinio græcorum dicentium Chriſtum dominum crucifixum
fuiſſe decimo calēdas apriles,& octauo earūdē a mortuis reſurrexiſſe.

Difficillimum eſſe,& fuiſſe ſemper dominicæ paſſionis
annum,& diē mathematica ſupputatione perſcrutari
ex hoc animaduerti poteſt,quod non ſolum latini ue
rum etiam græci plurimum in hoc laborarunt: inter
quos Niceta græcus autor materiam hāc pertractans
quaſi duobus icompatibilibus ſibi propoſitis,deſperatione quadam
ductus fatetur neceſſarium fore errorem,uel in die uel in anno paſſio
nis fuiſſe commiſſum. quoniam annus & dies dominicæ paſſioni ab
autoribus attributi ſimul ſtare nequeunt. pro quo animaduertendū
eſt quod græci fere omnes opinati ſunt dominum crucifixum fuiſſe
decimo calendas apriles,& reſurrexiſſe a mortuis octauo earundem.
eodem ſcilicet die quo angelo nunciante conceptus fuit. ſic ení bene
congruere priſci putabant,ut quo die humani generis redemptio per
Chriſti incarnationem inchoata fuit,eodem die per glorioſiſſimam
eius reſurrectionem perficeretur,& conſummationē acciperet. quæ
profecto diuinis myſteriis cōgruere uiderētur,ſi modo ratione aliqua
aut temporum ſupputatione comprobari poſſent. hanc ob cauſam
nonnulli in primo eccleſiæ ſtatu paſcha ſanctū quotannis obſeruabāt
octauo calendas apriles,ut eccleſiaſtica docet hiſtoria,quia dominum
eodem die a mortuis reſurrexiſſe credebant,quibus & Galli,ac Tuſci
& in aſia montani conſenſerūt. quamobrem Niceta græcus ſuppu
tator aſſumens hæc pro indubitato,& firmiſſimo fundamento: cum
animaduerteret ea non congruere ſupputationi annorum,ī quibus
Chriſtus natus,& crucifixus perhibetur,maluit dicere chronographos

in anno paſſionis, & natiuitatis domini erraſſe quam hos dies paſſio ni, & reſurrectioni aſcriptos præterire. dixit ergo erraſſe eos in annis ſex, & ubi priſci dixerunt Chriſtum natum anno a conſtitutione mundi quingenteſimo ſupra quinquies milleſimum: ipſe ad hũc numerum addidit annos ſex ut tueri poſſet Chriſtum crucifixum fuiſſe die uigeſimatertia martii, & reſurrexiſſe a mortuis die uigeſimaquinta eiuſdem. nam ſi dominum (ut inquit) natum dixerimus anno a creatione mundi quingenteſimo ſupra quinquies milleſimum, ut omnes fere aſſerunt: inueniemus eum paſſum fuiſſe trigeſima die martii ſexta die hebdomadæ: quia cyclus ſolaris erat decimuſſeptimus, lunaris uero quartus quo die & iudæi agnum paſchalem uorabant luna quartadecima exiſtente. ſi uero(ut aliis placuit)dominum natum fuiſſe dixerimus anno primo ſupra quingenteſimum & quinquies milleſimum, & paſſum fuiſſe anno ætatis trigeſimo quarto inueniemus iudæorum paſcha decimaoctaua aprilis factum fuiſſe, feria quinta, luna quintadecima exiſtente: dominicam uero reſurrectionem uigeſimaprima aprilis extitiſſe: ex eo quia cyclus ſolaris erat decimuſoctauus, lunaris uero quintus: ſicq; utroq; modo dominica reſurrectio extra uigeſimumquintum diem martii contigiſſet, quo tamen die eam factam fuiſſe perſpicuum extat. Indecens eſt enim(ut inquit Niceta) ac penitus abſurdum a die uigeſimaquinta martii diſcedere, & opinari dominicam reſurrectionem in alio die factam fuiſſe. addidit ergo Niceta ad numerum annorum a priſcis annotatum annos ſex, & dixit Chriſtum natum fuiſſe anno a conſtitutione mundi quingenteſimo ſexto ſupra quinquies milleſimum die uigeſimoquinto menſis decembris hebdomadæ feria tertia. ſicq; ſalutifera eius paſſio facta eſt anno a creatione mundi nono & trigeſimo ſupra quingenteſimum & quinquies milleſimum, die uigeſimatertia menſis martii indictione quarta, feria ſexta: legitimum autem iudæorum paſcha peracta ſepultura a iudæis celebratum eſt illuceſcente ſabbato ſecundum diem uigeſimumquartum menſis uidelicet a ueſpera paraſceues. diuina autem reſurrectio uigeſimaquinta menſis facta fuit prima die hebdomadæ: quæ cum ita ſint, & non aliter (inquit Niceta) facile quæ dicta ſunt comprobari poterunt: cyclus enim tunc erat ſolaris quidem uigeſimuſtertius, lunaris uero decimus, nam ſi annos .5539. quos a mundi creatione uſq; ad Chriſti ſaluatoris paſſionem computari diximus, diuiſerimus per decem & nouem reſtabunt nobis pro cyclo lunari decem, & ſi eoſdem per uigintiocto partiti fuerimus

prouenient nobis pro cyclo ſolari.23. ex quibus facile nobis liqui/
dum erit quo die,& quo menſe legitimum iudęorum paſcha(quod
lunarem cyclum conſequitur)obſeruatum fuit.conſpicuum etiam
erit per ſolarem cyclum quo die hebdomadæ,& Chriſti ſalutifera paſ
ſio,& diuina reſurrectio facta fuit hæc Niceta.ex quibus infert Chri
ſtum dominum crucifixum fuiſſe decimo calendas apriles hoc eſt die
uigeſimatertia martii,& reſurrexiſſe a mortuis octauo calendas apri/
les hoc eſt die.25.martii.Circa hanc ſupputationem Nicetæ,atq; grę
corum omnium animaduertendũ eſt ꝙ licet diſſentiant græci a lati/
nis in annis a prima mundi conſtitutione uſq; ad Chriſtum numera
tis,in ãnis trecẽtis plus uno,tñ quantũ ad paſcha hebręoꝝ & lunatio
nes indagandas,nõ accidit diuerſitas in ſupputatione niſi in ãnis duo
bus quẽadmodũ ſequẽtibus libris declarabimus.ſcire etiã cõuenit ꝙ
hæc ſupputatio Nicetæ & priſcoꝝ græcoꝝ innititur cyclo lunari ſu/
perius deſcripto: nã priſci omnes uſq; ad nicænã ſynodũ nõ utebãtur
alio cyclo,quam cyclo lunari.ſed quid uigoris aut firmitatis habeat
hęc ſupputatio Nicetæ uideant alii.nõ enim probat chronographos
erraſſe in annis ſex,ſed a poſteriori,& per diẽ paſſionis hoc ĩfert ſic ſyl
logizans.nõ poteſt demonſtrari Chriſtũ ſaluatorẽ die ueneris,& de/
cimo calendas apriles crucifixum fuiſſe niſi dicatur chronographos
erraſſe in annis ſex ſic quod per ſex annos tardius q̃ chronographi
perhibuerunt Chriſtus crucifixus fuiſſet:ergo addẽdi ſunt ãni ſex ad
ſupputationẽ priſcoꝝ.ſed hic modus ſyllogizandi uidetur petere prĩ
cipiũ,& præſupponere illud qđ intendit probare.quia præſupponit
dominum crucifixum fuiſſe decimo calendas apriles die ueneris: &
hoc eſt quod oportuit probare.neq; ſufficit dicere chronographos er
raſſe in computatione annorum niſi demonſtretur ubi & quando
errauerint.eſt etiam manifeſtum ex ſcriptis ſuperius declaratis nul/
lum cyclum lunarem calendario inſcriptum,poſſe eſſe perpetuum,
neq; reſpondere ſemper motui cœleſti. non ergo expedit indagare
paſcha iudæorum, uel quartamdecimam lunam per cyclum luna/
rem,quinimmo poſtea per ſupputationem oſtendemus quod in an
no in quo Niceta chriſtũ dñm crucifixũ dixit,nõ fuit.14.luna decimo
calẽdas apriles,hoc eſt die 23.martii, quo dominum crucifixum dixit,
ſed die ſequente quæ fuit dies.24.martii:quãobrẽ hæc opinio Nicetę
nõ uidetur approbãda,ſed potius priſca illa ſanctoꝝ patrũ ſentẽtia eſt
reſumenda.nã & poſterioribus libris oſtendemus ueram fuiſſe ipſo
rum opinionem de ãno natiuitatis,& paſſionis domini ab eis præſcri
ptam.neq; addendos eſſe annos ſex ad numerum annorum a prima

mundi conſtitutione uſq; ad chriſtum numeratorum ut Niceta fuit arbitratus. ſed de his poſtea ſcribemus.

¶ Opinio Tertuliani, Ioannis Chryſoſtomi, Hieronymi, Cyrilli, Auguſtini, & Bedæ, dicentium chriſtum dominum crucifixum fuiſſe octauo calẽdas apriles, & ſexto earundem a mortuis reſurrexiſſe.

DIem a gręcis & gallis reſurectioni aſcriptum Tertulianus Ioannes Chryſoſtomus, Cyrillus, Hieronymus, Auguſtinus, & Beda, paſſioni attribuunt: dicentes dominum octauo calendas apriles crucifixum fuiſſe eodem ſcilicet die quo cõceptum aſſerũt. de quo Tertulianus in libro quem aduerſus iudæos ſcripſit: dicit chriſtum paſſum fuiſſe ſub Tiberio cęſare conſulibus Rutellio gemino & Rufo gemino, menſe martii, temporibus paſchę, die octaua calẽdarum aprilium, die prima azymorum. hunc magiſter Petrus de riuo opinatur ſcripſiſſe de die decimo calẽdarum apriliũ: & cum Theohpilo atq; Lactãtio ſenſiſſe autumat. ego de octauo calendas aprilis in originali ſcriptum inueni. Idem ſenſit Ioannes chryſoſtomus in ſermone de natiuitae ſancti Ioãnis baptiſtę dicens quo enim die conceptus eſt dominus, eodẽ die & paſſus eſt. conceptus eſt enim mẽſe martio octauo calendas aprilium. Idẽ aſcribitur Hieronymo in martylogio licet incertũ ſit an a Hieronymo, uel Vſuardo, uel ab alio ſit ſcriptũ. quando quidẽ reliqua quæ in libro impreſſo ſubnectuntur: neq; a Hieronymo, neq; ab Vſuardo ſcripta dignoſcantur, ſed ab hominibus noſtri temporis addita conſtat. Idem ſcripſit Auguſtinus decimo octauo de ciuitate dei capite ultimo: mortuus eſt chriſtus duobus geminis conſulibus octauo calendas apriles, & reſurrexit die tertio utpote ſexto earundem calendarum ſicut apoſtoli ſuis ſenſibus probauerunt. Idem libro quarto de trinitate capitulo quinto ſic inquit. octauo calendas apriles dominus conceptus creditur, quo et paſſus ita monumento nouo quo ſepultus eſt ubi nullus erat poſitus mortuorum nec antea, nec poſtea: congruit uterus uirginis quo conceptus eſt ubi nullus ſeminatus eſt mortalium. dicit etiam Adam primum hominem eodem die de terra formatum fuiſſe, & peccato factum obnoxium cecidiſſe. Cyrillus quoq; Alexandrinus patriarcha in epiſtola ad ſynodum carthaginenſem de chriſto loquens dicit eodem die cõceptus in utero eſt, & mortuus in cruce: dũ ĩ ſexta feria mortuus eſt Adam in anima per peccatum in paradiſo: eodem die chriſtus obiit in cru-

ce. Idem ſentit Beda libro ſuo de tēporibus capite.47.ſic inquiens ꝙ autem octauo calendas apriles dominus crucifixus ſexto calendas reſurrexerit multorum late doctorum eccleſiaſticorum conſtat ſententia uulgatum. uerum quo calculo hoc probari poſſit incertū reliquit. immo innuere uidetur hoc demōſtrari non poſſe quemadmodum in exordio huius operis oſtendimus: nōnunꝗ etiam de hoc uacillans in contrariam partem declinat, nam eodem libro capite .67. aſſentire uidetur Theophilo cæſarienſi, qui opinatus fuit (ut ipſe aſſerit) chriſtum dominum decimo calendas apriles crucifixum fuiſſe de eodem die ſic ſcribens: unde merito creditur ſi non uerior uincit ſententia ꝙ beatus Theophilus cum cęteris palæſtinæ epiſcopis de paſcha diſputans ſcripſit eodem ſcilicet decimo calendas apriles die dn̄m crucifixum fuiſſe. hæc Beda. ſicq; præcipui eccleſiæ doctores inſinuare uidentur chriſtum dominum octauo calendas apriles crucifixum fuiſſe. putantes ſic bene congruere ut quo die ſaluator conceptus fuit in utero uirginis, eodem die in monumento conderetur. ſed neminem inuenire potui, qui ad hoc demonſtrationem aliquā uel ſupputationē afferret. immo impoſſibile eſt calculo hoc probari niſi dicatur chronographos erraſſe in annis uigintiduobus, ſed de his poſtea ſcribemus.

¶ Opinio Theophili cæſarienſis, & Lactantii firmiani de die paſſionis domini.

OStendimus ſuperius Theophili de die paſſionis ſcripta eſſe ambigua. nā alii aſſerunt Theophilum uoluiſſe chriſtū dn̄m undecimo alii, decimo calēdas apriles crucifixū fuiſſe de quo libro primo abunde ſcripſimus. ubi de mora chriſti i ſepulchro tractauimus. ſimiliter de opinione Lactātii non nulli dubitare ſolent an dominum decimo, an undecimo calendas apriles crucifixum dixerit: uidetur tamen de undecima ſcripſiſſe: ſic enim libro quarto inſtitutionum legitur. Iudęi exinde tetrarchas habuerūt uſq; ad Herodem qui fuit ſub imperio Tiberii cęſaris cuius anno quintodecimo ideſt duobus geminis conſulibus ante diem decimum calendarum aprilium iudæi chriſtum cruci affixerunt. hic rerū exitus, hic ordo in archanis ſanctarum litterarum cōtinetur. hęc ille. Verū graues nōnulli cēſores uerba Lactantii in dubiū uerterūt pro eo ꝙ dicit ante diē decimū calendarū quaſi nō de.xi. ut diximus intelligi debeat, ſed de decima die ante diem calendarum dixiſſe contendunt: horum profecto grammaticam non ſolum lingua la-

tina confutat, uerum etiam Pauli iuriſconſulti autoritas, & prȩcepꝰ tum redarguit ſic dicentis ante diem decimum calendarum, et poſt diem decimum calendarum ꝗque utroq; ſermone undecima dies ſiꝰ gnificatur.

Expoſitio opinionis Victorini aquitanici de die paſſionis dñi.

Victorinus lemonicenſis doctor antiquus, et ſupputator egregius arbitratus fuit dominum ſeptimo calẽdas aprilꝰ les crucifixum fuiſſe, & quinto calendas reſurrexiſſe ut docet Beda libro ſuo de temporibus capite .60. uiguit hic Victorinus circa annum ſalutis.465.paulo poſt beatos Hieronymum, & Auguſtinum tempore Hilarii pontificis, cuius hortatu cyꝰ clos paſchales ædidit de quibus ſuperius ſcripſimus.ea tempeſtate romana eccleſia nondum cæperat computare annos & tempora a natiꝰ uitate chriſti ſed romanoꝝ more a morte Dioclitiani numerabat. Primus autem qui temporum ſupputationem ab ānis chriſtianȩ ſalutis computandā induxit fuit Dionyſius abbas romanus quingentesimo & trigeſimo anno a natiuitate domini tranſacto.hic ergo Victorinus arbitratus fuit chriſtum dominum natum fuiſſe per undecim annos citius ꝗ̄ iuxta ſupputationem iam uſu habitam natus putetur.opinatus fuit etiam dominum crucifixum fuiſſe āno ȩtatis ſuæ trigeſimo tertio currente, quibus prȩſuppoſitis inferebat eum crucifixum fuiſſe ſeptimo calendas apriles die ueneris. nā ſi lunam quintamdecimam ad ea tēpora perſcrutari uelimus, inueniemus oppoſitionem luminarium ad ciuitatem hieroſolymam factam fuiſſe die 25.martii, quȩ fuit dies Iouis hora prima poſt meridiem.quamobrē arbitratus fuit paſcha iudȩorū ſequenti die celebratū fuiſſe hoc eſt 26.martii quȩ fuit.vii.calendas apriles, & dies ueneris & chriſtū eoꝰ dem die crucifixū fuiſſe, ſed fefellit eū huiuſcemodi ſupputatio. nā ut poſtea oſtendemus paſcha hebrȩorū anno prȩfato obſeruatū fuit viii.calendas apriles die Iouis eo ſcilicet die quo luminariū oppoſiꝰ tio facta eſt.erat nanq; cycli lunaris annus ſecundus & annus comꝰ munis.cuius nouiluniū mēſis teſri ſecundū hebraicā ſupputationē fuit feria ſecunda hora.20.cum punctis.685.quamobrem iuxta doꝰ ctrinam Gamalielis quā poſtea exponemus neceſſe eſt phaſe hebrȩorum celebratum fuiſſe.25.martii die Iouis. prȩterea ex quo ſuppuꝰ tatio huius doctoris quantū ad annū paſſionis domini nō eſt cōſenꝰ tanea obſeruationi eccleſiȩ, nō uidetur eius opinio approbanda. hȩc

de priſcorum doctorum opinionibus, de die paſſionis domini dicta ſufficiant. Nunc ad iuniores accedendum eſt, inter quos primus occurrit Albertus epiſcopus ratiſponẽſis, qui ob doctrinę excellẽtiam magnus cognominatur.

¶ Supputatio Alberti magni pro die paſſionis dñi perſcrutando.

ALbertus magnus ratiſponenſis epiſcopus philoſophus inclytus, necnon mathematica doctrina inſignis dominicam paſſionem.viii.calendas apriles hoc eſt.25.martii factam fuiſſe calculo aſtrologico uiſus eſt comprobaſſe in expoſitiõe epiſtolæ Dionyſii areopagitæ ad Polycarpũ, in qua Dionyſius meminit illius eclipſis ſolaris, quam ipſo die paſſionis præter naturalem luminarium curſum factam aſſerit. ſuper quo Albertus ſic ſcripſit.dominus noſter ieſus chriſtus in martio noſcitur eſſe paſſus anno ętatis eius.34.et quoniam annus ſecundum aſtrologos incipit in martio inueni in tabulis pręuẽtionis ſolis,& lunę tempus oppoſitionis lunę æquatũ, mẽſẽ nullũ, dies.23.horas.15. minuta.55. ſecũda.13. cunq; dies ſecũdũ aſtronomos incipiat a meridie, fuit oppoſitio ſolis & lunæ in nocte quæ ſequitur uigeſimamquartam diẽ martii horis nouẽ poſt ſolis occaſum uidelicet tribus horis poſt mediam noctem. ergo nouem horis ante meridiẽ uigeſimę quintę diei martii, qua die paſſus fuit dominus in meridie.& rurſus coniunctio ſolis.& lunæ quæ in eodem menſe pręceſſerat fuit ſecundum diligẽtiſſimam ęquationem undecimo die martii.habuit enim nullũ menſem, dies decem, horas.xv.minuta.xxvi.& ſecunda.32. ſi igitur tempus coniunctionis ſubtrahatur a tempore oppoſitionis intercedent inter oppoſitionem,& coniunctionem dies.13.& una hora fere.cum ergo uigeſimuſtertius dies martii terminetur in meridie.24. diei, patet ꝙ ætas lunę fuit a coniunctione uſq; ad tempus in quo dominus ĩn cruce pependit.xv.dies,& una hora fere & ad noctem captiuitatis chriſti.14.& quod poſt oppoſitionem pependit in cruce.hęc Albertus. Miror de hoc calculo Alberti quẽ non poſſum recte quadrare quia nulla fuit oppoſitio luminarium.25.martii, ſed illa cuius meminit fuit in nocte ſequẽte diem uigeſimam tertiã.neq; fuit hora quintadecima poſt meridiem, ſed hora octaua. abſurdum eſt etiam ꝙ dicit ſecũdũ aſtrologos diem uigeſimum tertium martii terminari in meridie diei.24.cum terminetur in meridie eiuſdem diei.xxiii.incipiens a meridie pręcedente, neq; aliqua fuit coniũctio luminarium

undecima martii,ſed.8.martii.præterea anno domini .34. currente
neq; dies.23.martii,neq;.24. neq; .25. fuit dies ueneris.ſed dies.23.
erat dies Martis. dies.24.erat dies Mercurii. & dies.25.fuit dies Io
uis.ſicq; oppoſitio illa de qua loqui uidetur non eſt idonea ad pro/
bandũ dominum crucifixũ fuiſſe die ueneris.neq; etiam coniũctio/
nes,uel oppoſitiones anni pręcedentis,uel ſequentis idoneę fuerunt
ut poſtea libro ſeptimo probabimus.quinimo uolui ĩdagare an ſup
putatio Alberti poſſet applicari ad aliquẽ aliũ annũ paſſioni dñi cõ
gruẽtẽ, & expertus ſum calculũ eius nulli annorum poſſe coaptari,
etiam a primo anno natiuitatis domini uſq; ad quĩquageſimũ poſt
natiuitatẽ eiuſdem, immo per oppoſitionem luminariũ,quã ponit
interimit coniunctionem eiuſdem aſſerens interuallum eorum con
tinere dies duntaxat.13. quod eſt ĩpoſſibile ut patet cõſideranti max
imas ęquationes ſolis & lunæ temporibus coniunctionis & oppoſi/
tionis ipſorũ,in quibus luna ſemper eſt in auge ecentrici ſui,& non
accidit diuerſitas motus eius niſi ex parte epicycli,quia impoſſibile
eſt quod inter ueram coniunctionem luminarium,& ueram oppo
ſitionem intercipiantur duntaxat dies tredecim,ſed maius ſemper
interuallum inter eas inuenitur.

¶ Opinio Mariani ſcoti de die paſſionis domini.

Marianus ſcotus ſuſcipiens dominũ ſaluatorem octauo
calendas apriles iuxta communem doctorũ opinionem
crucifixum fuiſſe,conatus eſt ſanctorum opinionem cal
culo comprobare. Verum quoniam ſecundum cyclũ
Dionyſii,& uſitatam eccleſiæ computationem hoc inuenire nequi/
uerit,coactus eſt dicere cyclum a Dionyſio inſtitutũ, & ab eccleſia
obſeruari ſolitum mancum,& inutilem eſſe ſic arguens.doctores ec
cleſiæ dominũ octauo calendas apriles luna quintadecima crucifixũ
teſtantur, ergo neceſſe eſt aureum numerum cycli decemnouenalis
fuiſſe tredecim ,aliter enim luna quintadecima non poſſet accidere
octauo calendas apriles.& quia cõmunis doctorũ opinio tenet do/
minũ crucifixũ die ueneris,& die dominico ſexto calẽdas apriles re/
ſurrexiſſe,neceſſe eſt litterã dominicalem illius ãni fuiſſe.b. nã in ro
mano calendario ſexto calendas apriles annotatur.b.ſed hæc duo ui
delicet aureus numerus.13.& littera dominicalis.b.nõ coĩcidũt poſt
chriſti natiuitatẽ niſi in ãno duodecimo,ac deinde ducẽteſimo quin
quageſimo nono ut patet calculanti.ergo neceſſe eſt dñm in altero

hoꝝ annoꝝ crucifixũ fuiſſe, ſed abſurdum eſt dicere eum crucifixũ fuiſſe in anno, qui iuxta computũ Dionyſii dicitur annus ducenteſimus quinquageſimuſnonus. ergo dicendũ eſt eũ crucifixũ fuiſſe anno, qui iuxta eiuſdẽ cõputationẽ dicitur annus duodecimus ab incarnatione, cum ergo dñs crucifixus credatur anno ab incarnatione eius trigeſimo quarto ſequitur Dionyſium in computatione annorum domini erraſſe in annis uiginti duobus. hęc fuit opinio Mariani qui in hoc deficere uidetur ꝙ aſſumit Dionyſium, & chronographos erraſſe in annis dñi numerandis, ſed non probat hoc. non enim ſatis eſt dicere eos erraſſe in annis uigintiduobus, ſed oſtẽdere oportet ubi & quãdo errauerint. Deficit etiam in modo inueſtigandi paſſionis diem per cyclũ decemnouenalẽ poſt chriſti paſſionẽ in nicæna ſynodo pro paſcha chriſtianoꝝ perſcrutando, romano calendario inſcriptũ, quoniã neq; lunatio primi menſis, neq; luna quintadecima paſſionis tẽpore, neq; paſcha iudęoꝝ in quo chriſtus crucifixus creditur per hunc cyclum inueniri poſſunt quemadmodum in ſequentibus libris docebimus.

¶ Opinio Gerlandi de die paſſionis domini.

GErlandus lotharingus computator nominatiſſimus non inueniẽs diẽ aliquẽ dominicę paſſioni idoneũ iuxta uulgatã annoꝝ dñi cõputationẽ arbitratus eſt opinionẽ grę coꝝ magis eſſe propinquã ueritati, qui dñm decimo calendas apriles crucifixũ, octauo earũdẽ a mortuis reſurrexiſſe aſſerũt eo ſcilicet die, quo angelo nunciante fuit conceptus, ſed nec hoc tueri potuit niſi diceret Dionyſiũ ĩ ſuo cyclo magno erraſſe ſic arguẽs ſi dñs decimo calẽdas apriles luna quĩtadecima crucifixus fuit neceſſe eſt aureũ numerum cycli decemnouenalis fuiſſe quinq;. aliter enĩ luna .xv. nõ poſſet accidere decimo calendas apriles & quoniã eccleſia tenet dñm crucifixũ fuiſſe die ueneris neceſſe eſt litterã dñicalẽ illius anni fuiſſe .g. nã in romano calẽdario .8. calendas apriles quo dñs ſecũdũ doctores prefatos reſurrexiſſe creditur ãnotatur .g. ſed ſecũdũ cyclũ Dionyſii ab eccleſia uſu habitũ non coincidit littera dñicalis g. cũ aureo numero quĩq; niſi ĩ ãno dñi .42. ergo ſi dñm crucifixũ dixerimus .10. calendas apriles fateri oportet ſecundũ cyclũ Dionyſii eũ crucifixũ fuiſſe ãno ab ĩcarnatiõe eius quadrageſimo ſecundo qđ eſt abſurdũ. errauit ergo Dionyſius ĩ ſuo cyclo ĩ annis ſex, quia dñm anno incarnationis .34. crucifixũ cõſtat: hęc Gerlandi opinio deficit in primis

in primis in perſcrutando lunā.xv.ſeu paſcha hebręo℞ per aureū nu meꝝ cycli decēnouenalis,qui lōgo tēporis interuallo poſt chriſti ſal uatoris paſſionē imo poſt nicęnā ſynodū romāo calēdario fuit iſcrip tus,ſed ꝑ cyclū lunarē a iudęis paſſionis tēpore uſu habitū diē paſſio nis iueſtigare debuit,aut potius per.15.lunā aſtrologica ſupputatio ne iuentā,ꝙ conſtat eodem anno factam fuiſſe die.25. martii die do minico.fuit ergo hic annus pro die paſſionis minime idoneus.

¶ Opinio Rogeri Bachon,& Ioānis de muris dicentium dn̄m cru cifixum fuiſſe anno ętatis ſuę.xxxii.die tertia aprilis.

ROgerus Bachon in epiſtola ad Clemētē papā diē paſſio/ nis dn̄i indagaturus,primū arguit cōtra uulgatā opinio/ nē,quę ponit dn̄m crucifixū fuiſſe.8.calēdas apriles luna xv.nā ex hoc ſequeretur dn̄m crucifixū fuiſſe āno ętatis ſuę.xxx.uertēte cui obuiat euangelica doctrina,quę docet dn̄m.xxx. ętatis āno baptizatū,ac poſtea tribus ānis euangeliū prędicaſſe teſta/ tur. pręterea ſequeretur dn̄m crucifixū fuiſſe die dn̄ico,qđ eſt abſur dū.primū ſic deducit,nā ſi octauo calēdas apriles luna fuit.xv.neceſ/ ſe eſt cyclū decēnouenalē,& aureū numerū fuiſſe.xiii.ut liquide pa tet omnibus,qui ętatē lunę in romano calēdario cōputare aliquādo didicerint.ſcribitur nanq; aureus numerus.xiii.quinto idus martias a quo initio cōputationis ſumpto quintadecima terminabitur octa uo calēdas apriles.cū ergo dominus ſecundo cycli decemnouenalis anno ab omnibus natus perhibeatur uidelicet prope finē ſecūdi an/ ni ſic ꝙ ſeptē dūtaxat dies de ſecundo cyclo obtinuerat,ſequitur do minum in fine totius cycli perfeciſſe annos.17.cū diebus ſeptē,qui/ bus ſi addantur anni.13.ſequētis cycli reſultāt anni.30. fuiſſet ergo crucifixus dominus anno ętatis eius.29.completo cum tribus men/ ſibus quod eſt abſurdum,& contra euangelicā doctrinā. Secundum uidelicet ꝙ ſequeretur dominum crucifixum fuiſſe die dominico ſic deducit.Nam ſi paſſus fuit octauo calendas apriles & luna.xv.neceſ ſe eſt aureum numerum fuiſſe.13.ut ſuperius monſtratum eſt,ſed ſe cundum cyclum Dionyſii quem uulgus imitatur aureus numerus tredecim coincidit circa rempora paſſionis cum cyclo ſolari duo/ decimo āno enim decimi cycli ſolaris dominus natus creditur . qua propter neceſſe eſt.g.fuiſſe litteram dominicalem.cum ergo octauo calendas apriles quo dominum crucifixum dicūt ſignetur.g.ſequi tur dominum die dominico crucifixum fuiſſe,quod eſt abſurdum.

Eadē probari poſſent uia retrograda regrediendo ab anno preſente uſq; in annū paſſionis dñi, quo cyclus decēnouenalis ponitur fuiſſe 13. His itaq; argumentis uiſum eſt Rogero Bachon īpoſſibile probari dñm octauo calendas apriles die ueneris crucifixū fuiſſe, ſed aſtrologica ſupputatione diē, & annū paſſionis indagaturus pręſupponit dñm die ueneris, & luna. 15. crucifixū fuiſſe. Itaq; perſcrutatus ſingulas luminariū oppoſitiones circa paſſionis tēpora non inuenit lunā quintādecimā die ueneris accidere, niſi in anno trigeſimo tertio, die 3. aprilis. ſic enī in epiſtola ad Clementē papā ſcriptū reliquit. anno trigeſimotertio ab incarnatione ſecūdū cyclū Dionyſii fuit oppoſitio luminariū ſecundū mediū motū ad meridianū ciuitatis nouarię die. 2. menſis aprilis cōpleta cū horis. 17. poſt meridiē, & minutis. 16. ergo die. 3. aprilis fuit oppoſitio luminariū, & luna. 15. & quia eodē āno littera dominicalis fuit. d. ſequiē oppoſitionē luminariū fuiſſe die ueneris. hoc itaq; argumento opinatus eſt Rogerus Bachon dominū crucifixū fuiſſe die. 3. aprilis āno ab īcarnatione eius trigeſimo tertio hoc eſt ſecūdū uerā chriſti ętatē āno trigeſimo ſecundo. nā pro primo ętatis anno ſeptē dūtaxat dies cōputabat, qui a natiuitate uſq; ad calēdas Ianuarias intercipiūtur. ſic enī in epiſtola ad Clemētē papā quintū inquit. dñs paſſus eſt anno trigeſimotertio ab eius incarnatione, & ſeipſum exponens addit hoc eſt anno trigeſimo ſecūdo iuxta uerā chriſti ętatē. ſicq; ſecundū Rogerū Bachon chriſtus ī humanis uixit annis triginta & uno. & paulo plus tribus menſibus. hęc Rogeri opinio non uidetur approbanda, quia nō eſt conſentanea ſcriptis doctoꝝ, neq; in anno, neq; in menſe paſſionis, qui dominum crucifixū aſſerunt anno incarnationis ſuę. 34. de menſe martii.

¶ Opinio Ioannis de muris.

EIuſdē opinionis fuiſſe uidetur Ioannes de muris, qui in libello ſuo de regulis calendarii ſic inquit. fuerūt dies uitę chriſti ab eius ſcilicet natiuitate āni ſolares. 31. & dies centū. dñm quoq;. 3. aprilis crucifixū arbitrabatur. quod ex luna. xv. primi menſis coincidente ī die ueneris probare conatus eſt, cum circa paſſionis tēpora, nuſq̄ luna quintadecima primi menſis, die ueneris eſt facta: pręterq̄ in anno ab incarnatione dñi trigeſimotertio uertente. ſic enī in tractatu præſcripto inquit. anno chriſti 33. ab eius īcarnatiōe currēte fuit media coniunctio ſolis & lunæ die 19. martii cōpleta, & uigeſimo die martii fuit luna prima quamobrē

neceſſe eſt lunam fuiſſe quintamdecimam.3.die aprilis,quę fuit dies ueneris,eo ꝙ cyclus ſolaris fuit.14.& littera dominicalis.d.ꝙ ſi hos 33.annos ab incarnatione computatos ad ętatem chriſti reducere uelimus,inueniemus dominũ in humanis uixiſſe annis triginta,& uno cum diebus centum,qui computantur a die natiuitatis eius uſqꝫ ad tertium diem aprilis,quo die ſecũdum autorem iſtum crucifixus putatur. Verum quoniam omnium doctorum,& ſanctorum ſententia dominus in martio crucifixus creditur non uidetur hęc opinio ſuſcipienda, quę eum in aprili crucifixum autumat. ad quod etiam accedit quia annos uitę chriſti non recte computare uidetur,nam euãgelica doctrina inſinuat dominum longiori tempore in humanis uixiſſe. In hãc opinionẽ ire uidetur Rabbi Paulus burgenſis natione hiſpanus ex iudaiſmo ad chriſti fidẽ conuerſus,cuius ſupputationem nunc exponemus.

Breuis narratio opinionis Pauli burgenſis.

PAulus burgenſis in ſupplemẽto ſuper euangeliſtã Mathęum diem paſſionis domini per paſcha hebręoꝝ indagaturus,ſeptẽ pręſupponit.primũ ꝙ dies naturalis apud hebręos ab occaſu in occaſum computatur. Secundũ ꝙ hebręi menſe lunari utuntur. Tertium ꝙ annus hebręorum ſecũdũ legis mãdatum a nouilunio uernalis ęquinoctii inchoatur. iuxta illud exodi.xii.menſis iſte uobis principiũ menſiũ primus erit in menſibus ãni.& infra exodi.xiii.memẽtote diei huius in qua egreſſi eſtis de ęgypto, & de domo ſeruitutis &c. hodie egrediemini in menſe nouarum frugum. Quartum ꝙ omnia feſta hebręorũ pręter ſabbatum exordium computationis,& per cõſequens mobilitatem per diuerſas ferias hebdomadę ſumunt a neomenia primi menſis prędicti .Quintum quod in quacunqꝫ die coniunctio luminarium iuxta medium curſum prope æquinoctium uernale occurrerit, in eadem die neomenia primi menſis celebratur pręterquam in duobus caſibus in quibus neomenia repellitur uſqꝫ in diem ſequentem , & quandoqꝫ in ſubſequentem . primus caſus eſt quando talis coniunctio tranſcendit decimamoctauam horam eiuſdem diei in qua facta fuit,cuius repulſionis cauſa eſt,quia talis coniunctio magis declinat ad diem ſequentem, quam ad diem in qua facta eſt,cum facta ſit in ultima quarta diei , & talis coniunctio uocatur apud eos nouilunium uetus . Secundus caſus eſt quando nouilunium

uernale accidit feria ſecunda, quarta uel ſexta in his enim tribus fe/riis nõ poteſt figi neomenia ęquinoctii uernalis, ne feſtum expiatio/nis ſabbato cõtinuetur, & ne feſtũ palmaꝝ qđ eſt ultimũ feſtũ taber naculoꝝ ĩ ſabbato cõtigat ne ſabbati honor minuatur aut uioletur queadmodũ alibi declarauimus. Sexto præſupponit duplicẽ aliquã/do repulſã fieri oportere uidelicet duobus caſibus prędictis ĩ unũ cõ currentibus. Exempli gratia ſi nouiluniũ uernale factũ fuerit feria prima hoc eſt die dominica poſt.xviii.horam tunc in eadem die non eſt figenda neominia ob uetuſtatem lunę per primum caſum ſuperi us expoſitum: nec in ſecunda feria ſequenti figi poterit neomenia, quia feria ſecunda eſt una ex tribus feriis interdictis pro neomenia ut patet per ſecundum caſum ſuperius expoſitum, ergo tranſferen/da erit neomenia uſqꝫ in feriam tertiam & hoc apud eos frequenter contingit. Ex quibus omnibus elicitur quædam regula in calendariis eorum ubiqꝫ & apud omnes diuulgata & uſqꝫ in hodiernum diem in fallibiliter obſeruata, uidelicet ꝙ prima dies ſolẽnitatis paſchalis nũ quam feria ſecunda, quarta, uel ſexta accidere poſſit. Nam cũm paſ chalis ſolemnitas.xv. primi menſis iuxta legis mandatum obſerue/tur, neceſſe eſt ꝙ eadem feria accidat ĩ qua feria neomenia illius men ſis fuit obſeruata, ſed per ea quę nunc præſuppoſita ſunt neome/nia primi menſis nunquam celebrari poteſt feria ſecunda, quarta, uel ſexta. ergo nec paſcha celebrari poterit feria ſecunda, quarta uel ſexta. Septimo pręſupponit coniunctionem primi menſis anno paſ/ſionis domini iuxta ueram computationem hebręorum (quę eſt ſe/cundum medium curſum ſolis & lunę) fuiſſe feria quinta poſt .xix. horam. his ſic præſuppoſitis hoc pacto paſcha inquiritꝛ nam ex quo coniunctio luminarium fuit poſt.18.horam ferię quintæ non potuit figi neomenia in feria quinta propter uetuſtatem lunę cum iam tres quartæ diei peractæ fuerant. itaqꝫ tranſferẽda erat neomenia uſqꝫ in diem ſequentem, & quia dies ſequens fuit feria ſexta, quæ pro neo/menia figenda minime eſt idonea: fuit tranſlata neomenia menſis no uarum frugum uſqꝫ ad diem ſabbati. cum ergo paſcha hebręorũ.xv. menſis niſan obſeruari pręcipiaturꝛ ſequitur paſcha die ſabbati cele bratum fuiſſe. quod & Ioannes euãgeliſta innuit cum diceret & erat magnus ille dies ſabbati quia in eo duæ feſtiuitates ſolemnes cõcur rerunt uidelicet ſabbatina, & paſchalis, & in feria ſexta ĩmediate pręcedente fuit ſecundum eos luna decimaquarta in qua legitime erat paſcha immolandum. ſicqꝫ in eadem feria ſexta fuit immolatus ab eis uerus agnus paſchalis in cruce. ſimiliter & typicus agnus pro cu/

ius typici agni manducatione non introierunt iudęi in prętorium Pilati ne contaminarentur. Chriſtus uero pro agno paſchali cum diſcipulis ſuis ueſcendo primam duntaxat repulſam neomeniæ obſeruauit, non ſecundam. prima nanq; rationabilis eſt in ſe cum nullum habeat reſpectum ad feſta futura, ſed ſolum propter uetuſtatem coniunctionis, & ergo neomenia illius anni a chriſto fuit tranſlata uſq; ad feriam ſextam, ſed de feria ſexta uſq; in ſabbatum nullatenus transferi debuit. nam cauſa illius repulſę ex feſtis futuris in ſeptimo menſe dependebat, quæ feſta futura cum chriſtus ſciuiſſet per paſſionem ſuam de propinquo imminentem delenda eſſe ſicut & cętera legis cerimonialia nullam uim habebant repellendi, aut tranſferendi neomeniam. nam ceſſante cauſa præſertim finali ceſſare debet effectus. fuit ergo iuxta ueriſſimam, & infallibilem noticiam chriſti: neomenia primi menſis tempore paſſionis eius feria ſexta, quapropter & prima dies paſchalis ſolemnitatis quæ eſt decimaquinta menſis ſecundum eandem ſupputationem fuit feria ſexta quamobrem & feria quinta, quę fuit decimaquarta mẽſis niſan chriſtus ſaluator ad ueſperas una cum ſuis diſcipulis legitime paſchalem agnum comedit. Hæc breuiter recollecta Paulus burgenſis pro inueſtigatione diei paſſionis domini conſcripſit. quæ prima facie multum uidentur probabilia, ſed ſi accuratius perſpiciantur nihil ad propoſitam quæſtionem conducunt. nam ex ſcriptis eius ſequeretur dominum tertia aprilis crucifixum fuiſſe cum paſcha illud quod die ſabbati obſeruatum dicit quarta aprilis celebratum fuit. hoc autem abſurdum uidetur, nam orthodoxi omnes aſſerunt dominum in martio crucifixum fuiſſe. præterea ſequeretur dominum crucifixum fuiſſe anno ætatis trigeſimo primo completo cum tribus menſibus, quod eſt contra communem doctorum opinionem qui dicunt dominum longiori tempore in humanis conuerſatum fuiſſe quemadmodum quarto libro oſtendimus. Quod autem hæc ex ſcriptis eius ſequantur, facile deduci poterit ſi coniunctio illa cuius meminit, quam die Iouis fuiſſe dicit, ad romanum calendarium reducatur. nam inueniemus eam factam fuiſſe anno ab incarnatione domini trigeſimo tertio uertente in quo dominus de menſe martii compleuerat annum ætatis trigeſimum primum cum tribus menſibus. & facta fuit hęc luminarium cõiunctio die decimonono martii ad duas horas poſt meridiem. quapropter neceſſe eſt oppoſitionẽ factam fuiſſe tertia die aprilis per quatuor horas ante meridiem ut patet calculanti. præterea a ſeptimo & uigeſimo anno domini uſq;

in annum quinquageſimũ nulla coniunctio primi menſis facta fuit
die iouis ſole exiſtente ſupra orizontem hieruſalem præter hanc quã
anno ab incarnatione domini 33.factam diximus & eã quę fuit ãno
domini quadrageſimo ultima martii ſole occidente,quæ cum fuerit
in occaſu ſolis non poteſt eſſe illa, quam autor hora.xix. factam di
cit. minus etiam pro die paſſionis idonea eſſet quam illa quę anno
trigeſimo tertio facta fuit.nam eius oppoſitio accidit quintadecima
die aprilis.ſicq; ex ea ſequeretur dominum die quintadecima aprilis
crucifixum fuiſſe quod eſt abſurdum.ſequitur ergo ꝙ autor locutus
eſt de coniunctione iam dicta cuius oppoſitio fuit tertia aprilis, &
ſic ſequeretur dominum crucifixum fuiſſe tertia aprilis anno ætatis
ſuę trigeſimo primo completo cum tribus menſibus,quòd eſt cõtra
communem opinionem . Quod etiam autor iſte non recte hebręo
rum paſcha perſcrutatus ſit:patebit ex ſequentibus libris ubi cano-
nes omnium feſtorum legalium exponemus, & oſtendemus chriſtũ
ſaluatorem legitimum paſcha obſeruaſſe & uera luna quartadeci-
ma agnum paſchalem cum diſcipulis comediſſe,neq; aliquam repul
ſam feciſſe. ex quibus perſpicuum erit non eſſe approbandam hanc
Pauli burgenſis opinionem.

ℭ Opinio Ioannis de Monte Regio.

IOannes de Monte Regio aſtrologorũ noſtrę ętatis do-
ctiſſimus in quadam eius epiſtola miſſa ad Iacobum ſpi
renſem aſtrologum ſic ſcriptum reliquit:diem paſſionis
ſalutiferę dico fuiſſe feriam ſecundam: anno enim trige
ſimo quarto ętatis ſaluatoris noſtri ęquinoctium uernale fuerat ui-
geſima ſecunda die Martii . oppoſitio autem uera luminarium eo-
dem anno proxime ſecuta ęquinoctium fuit completis decẽ diebus
Aprilis horis.23.& minutis .21. diebus non ęquatis ad meridianum
hieruſalem per tabulas modernas : uidelicet die undecima Aprilis
currente:quam oportet fuiſſe feriam ſecundam quia .b. tunc littera
dñicalis currebat . hæc ille . Vera eſt huiuſcemodi ſupputatio iuxta
uulgatã annorũ domini numerationem pręſupponendo Chriſtum
natum anno decimo cycli ſolaris:& crucifixum anno ab incarnatio
ne eius trigeſimoquĩto currente. Sed iſta opinio non uidetur cõſen
tanea obſeruatiõi romanę eccleſię:quę dñm die ueneris in Martio
crucifixũ tenet.Pauca hęc de priſcoꝝ doctoꝝ opinionibus ſcripta ſuf
ficerent niſi noua(licet abſurda & erronea) opinio magiſtri Petri de

riuo doctoris louanienſis ad ulteriora nos prouocaſſet, pro cuius con futatione ſequentem librum auſpicabimur.

¶ Procemium libri ſexti in confutationem opinionis magiſtri Petri de riuo, qui ſuis ineptiis me ad ſcribendum prouocauit, & impulit.

CVm in patriã ueniſſem, & quęſtionẽ de die paſſionis Chriſti diſputandam propoſuiſſem: difficultatiſq; huius enodationem ab academicis gymnaſii loua nienſis deſideraſſem: doctor iſte ante alios immo pro omnibus prouinciam hanc aggreſſus, conatus fuit probare Chriſtũ dominum octauo calendas apriles die ueneris crucifixum fuiſſe: nouo quidem ingenio ſed per deuios anfractus falſo per interpretem ſeductus calculo cum ipſe cal culare neſciat. Et quia ad hoc demoſtrandum abſurdiſſima quæq;, & ab omni ueritate aliena aſſumpſit, putaui ſcripta eius peſſundan da potius quã reprobanda eſſe: & quaſi Democriti cachinno digna irridenda magis q̃ cõfutanda iudicaui. uerũ quia iã ſcripta eius ĩpreſſa per orbem terrarum diſſeminata ac multiplicata uiderẽ, & per falſas eius hypotheſes, ac per calculum erroneum ſimplices multos ſeduc tos animaduerterem: non differendũ, neq; ſilendũ amplius ratus ca lamum ſumpſi, eiuſq; ineptias confutare aggreſſus ſum: eo maxime quia ſcripta mea ad doctores louanienſes tunc data perperã interpre tatus, & falſo criminatus, calumniatoris & ſycophantæ officio abuſus fuerit: nã pro eo quod ſcripſerim impoſſibile eſſe iuxta ſupputatio nem annorum a chronographis hac tempeſtate uſu habitam demon ſtrare Chriſtum dominum crucifixum fuiſſe octauo calendas apriles die ueneris: immo ex ſupputatione cõſueta ſequi eum crucifixũ fuiſ ſe undecimo calendas apriles die lunæ ſi in paraſceue paſchæ eũ cru cifixum dixerimus: elegans hic calumniator ſcripſit me aſſeruiſſe do minum crucifixum fuiſſe die lunæ. nihil enim tunc de mea ſupputa tione attuli, ſed ut difficultatem quæſtionis oſtenderem dixi hoc ſe qui ex conſueta chronographorum computatione: quam falſam & er roneã eſſe demõſtraui. quẽadmodũ etiam hoc opere poſtea oſtendã.

¶ Vt autem perſonam huius doctoris in quem ſcripturus ſum le ctor ſtudioſe agnoſcas, hic eſt baccalarius ille dialecticus in quẽ ſcrip ſit ſũmus pontifex romanus pię recordationis Sixtus quartus dum adhuc cardinalis eſſet, in tractatu de futuris contingentibus, qui diui no accenſus zelo inſolentiam huius (ut inquit) dialectici non ferens cum per maximam locorum intercapedinem ad pias eius aures perue

niſſet,baccalarium hunc multa arrogantius in ſtudio louanienſi diſ-
putaſſe,atq; ſcripſiſſe:quæ chriſtianæ religioni aduerſarentur:ſcilicet
quod propoſitiones de futuro contingenti,quæ in articulis fidei con
tinentur quales ſunt mortui reſurgēt,Antichriſtus naſcetur, deus ad
iudiciū ueniet & ſimiles non ſint determinate ueræ: ſed quod uerita
tem ſuam expectent & quod deus non præcognoſcat futura ante-
quā eueniant:non paſſus fidei chriſtianæ iacturam: calamum ſump
ſit,& manus ad ſcribendum appulit: multiſq; rationibus demonſtra
uit propoſitiones iam dictas nullam expectare ueritatem: ut dictus
dialecticus aſſeruit:ſed nūc ueras eſſe,& pro ueris credēdas eſſe.multis
quoq; argumentis probauit deum præcognoſcere futura antequam
eueniāt.quēadmodū uidere licet ī libro quē de ueritate propoſitionū
de futuro cōtingēti cōtra hūc baccalariū ſcripſit & ædidit:in quo nō
ſolū ualidiſſimis rationib⁹ opinionē huius arguti uiri cōfutauit:ueꝝ
etiā eundē hæreticæ prauitatis notā,& ignominiā(niſi reſipuerit)īcur
riſſe declarauit: & ad palinodiā,& retractionē cœgit.ſed his omiſſis re
deūtes ad quęſtionē de die paſſionis dñi propoſitā:pro cōfutatione opi
nionis,uel ineptiaꝝ dicti doctoris ſcripſi ad eū multas epiſtolas quas
longum nimis & ſuperuacaneum foret hic repetere uel enarrare ſed
duas duntaxat in quibus falſæ eius hypotheſes ſubuertuntur:his ſcrip
tis noſtris inſeremus. nam ſublatis fundamentis,reliqua omnia cor
ruere neceſſe eſt. In prima confutantur ea,quæ de cyclo & āno ſolari
confinxit.In ſecunda reprobantur ea,quæ de cyclo lunari,& decem
nouenali commentatus eſt. ſequitur nunc prima epiſtola.

¶ Paulus de middelburgo zelandiæ doctiſſimo uiro ſacræ theologię
profeſſori eximio,magiſtro Petro de riuo: ſalutem dicit.

RIſum profecto non mediocrem ſcripta tua romam nu
per miſſa uiris doctis excuſſerunt his præcipue, qui
artem ſupputandi apprime callent,& illis potiſſimum
quibus ingenium & mores tui perſpecti erant, ex his
quæ Sixtus pōtifex maximus dū adhuc cardinalis eſſet
diuino accēſus zelo ꝑ defēſione cauſæ magiſtri hērici de zomerē cōtra
te ſcripta reliquit.cū oībus luce clarius pateat inanē illā gloriā cuius ī
exordio meminiſti,quā a uulgo īdocto aucupari uoluiſti ī dedec⁹ tuū
eſſe cōuerſā. q̄doquidē nō ſolū ī calculo aberraſti ueꝝ etiā omniū ſcri
bētiū ordinē peruertiſti.mos enī ſcribentibus eſſe ſolet ueriſſimas,&
māifeſtiſſimas ſēper hypotheſes præmittere,ut firmiſſimis fūdamētis
iactis altiſſime ſuperędificare poſſit,tu uero abſurdiſſima quæq;,& ab
omni ueritate aliena pro hypotheſibus aſſūpſiſti.quis enī tā demēs,

tam mentis inops,tam uecors reperiri poterit,qui tibi hoc admittat quod autumas iudæos tempore paſſionis chriſti paſcha ſuum,& lunę ętatem indagare conſueuiſſe per numeros in romano calendario annotatos, quos dicis eſſe numeros cycli lunaris,& quod omni dementia maius eſt comminiſceris Herodem aſcalonitam Romam uenientem docuiſſe romanos hunc cyclum lunarem,quę non ſolũ falſa,ſed et inepta,atq; abſurda ſunt. Conſtat nanq; hebręos nõ obſeruare ãnos ſolares,ſed lunares neq; uti calendario romano pro paſcha ĩueniẽdo,ſed per peculiares canones,quos poſtea exponemus paſcha ſuum indagant. neq; numerus ille romano calendario inſcriptus eſt numerus cycli lunaris hebręorũ ut autumas,ſed eſt numerus cycli decemnouenalis ex alexandrino calendario excerptus,& romano calendario inſcriptus.quemadmodum libro tertio de paſchę celebratione oſtendimus.pręſupponis etiam Iuliũ cęſarem inſtituiſſe romanis annũ ſolarem primo anno imperii ſui,quem uocas primũ annũ dictaturę eiuſdem,quod certe falſiſſimum extat.nam anno primo dictaturę ſuę maximo bello in Italia,& hiſpania occupatus nondũ ab alexandrinis ueram anni ſolaris quantitatẽ didicerat,neq; alexandriã attigerat. Eſt etiam abſurdum quod dicis Iuliũ cęſarẽ diuiſiſſe annum per hebdomadas & diſtinxiſſe dies hebdomadarũ per nomina ſeptem planetarum.nuſquam certe in idoneo autore hoc inuenies immo romani nunquam hebdomadis ſunt uſi.Temere etiã pro alia hypotheſi aſſumpſiſti chriſtum ſaluatorem natum fuiſſe anno imperii Auguſti quadrageſimo primo cum omnes eccleſię doctores (uno Tertuliano excepto) aſſerant eum natum ãno imperii Auguſti quadrageſimo ſecũdo.dicis etiam dominum natum nono calendas Ianuarii cum tamen eccleſia catholica & uniuerſalis teneat eum natũ octauo calendas eiuſdem hoc eſt die uigeſima quinta decembris.quę omnia & ſi abſurdiſſima ſunt,& pro arbitrio uoluntatis tuę confiċta. nondum tamen tibi uiſa ſunt ſufficere ad probandum chriſtnm dominum die ueneris octauo calendas apriles crucifixum fuiſſe,niſi & aliam penitus ridiculam hypotheſim,uel concluſionem his adieciſſes dicẽs,curſum annoꝝ,& calendariũ romanũ poſt tẽpora paſſionis chriſti fuiſſe mutatũ ſic ꝙ nõ ſemper factus ſit quartus ãnus biſextilis,ſed ſemel obſeruatos fuiſſe octo ãnos cõmunes ſibi ĩuicẽ cõtinuos ſine biſexto intermedio.& cũ quęſitũ a te eſſet quãdo,aut quo tẽpore hęc obſeruata fuerũt.reſpõdiſti & ingenue cõfeſſus es te neſcire ſed tamẽ hęc ſuſcipiẽda,& a quolibet admittẽda eſſe aſſerebas. quia aliter probari nõ poſſet chriſtũ dñm die ueneris crucifixũ fuiſſe.ecce

plane & palam fateris te iſta cõfinxiſſe ut per ea probare poſſes chri
ſtũ dominũ die ueneris crucifixum fuiſſe,& circulo te inuoluens aſ/
ſumis id quod probare intendis. Verũ ut omnia tua ſcripta ſingula
tim confutemus,& falſa eſſe probemus,ad particularia nunc accede
mus & ſingulas tuas hypotheſes reprobabimus a prima incipientes
quã his uerbis a chalcographis impreſſam repperi. Iulius cęſar anno
imperii ſui primo inſtituit romanis annum ſolarem. hęc tua eſt hy/
potheſis prima. quę manifeſte falſa,abſurda,atq; riducula eſt,qs enim
tam demens,tam mentis inops,tam uecors reperiri poterit,qui non
nouerit hanc tuam hypotheſim falſam eſſe,& omnium hiſtoriogra
phorũ ſcriptis aduerſari ? quis eſt tam litterarũ ignarus,qui Iulii cæ
ſaris hiſtoriã non perlegerit?& hæc ineptiſſima eſſe non didicerit ? cer
te pueris in italia cæſaris geſta ſunt nota,& ab inuptis etiam puellis
decantantur. pudet me profecto cum te uirum alioquin doctũ ſem/
per cognouerim ꝙ hæc tam inconſulte,tam temere,tã friuole cõſcri
pſeris,ut ignorare uidearis quæ pueris ſunt nota,quandoquidẽ non
ſolum error calculi te condemnat , ſed & hiſtoriographi omnes una
in te acclamantes te redarguunt. Euſebius ipſe, & Eutropius chro/
nicorũ auctores in primis te accuſant,Suetonius,Paulus oroſius,Io
ſephus,Sextus aurelius , Rufus,& ipſe tuus Beda quẽ allegas te re/
fellũt,Lucius florus,Titus liuius,Cornelius tacitus,ac reliqui ſũmi
hiſtoriagraphi contra te teſtimoniũ proferũt. Appianus alexãdrinus
accuratiſſimus ciuiliũ bellorũ expoſitor,& Plutarchus ipſe approba
tiſſimus uitę cęſaris deſcriptor te cõuincunt,& ipſemet Iulius cęſar
in cõmentariis,& epiſtolis a ſe conſcriptis in te ſententiã diffinitiuã
pronunciat,ac teipſum propriis tuis ſyllogiſmis conuincis,coarguis
ac condẽnas. omnia nanq; argumenta tua in te retorquebimus,& ex
pręmiſſis tuis oppoſitũ cõcluſionis tuę inferemus. Poſſem ego in pri
mis hanc tuã hypotheſim,quã pro primo fundamento totius operis
tui ieciſti unico conatu ſubuertere per ſentẽtiam Cenſorini ſcripto
ris ãtiqui,qui ĩ libro ſuo de die natali ſcripſit annũ cõfuſionis fuiſſe
annũ tertii cõſulatus Cæſaris,& primũ annũ ſolarẽ fuiſſe ãnũ quarti
cõſulatus eiuſdẽ. Huic cõſẽtire uidetur Suetonius q poſtq̃ bella omnia
per Cęſarẽ acta cõſcripſit,ſubdit cõuerſus hinc ad ordinãdũ reipub
licę ſtatũ,faſtos correxit,& annũ ad ſolis curſum redegit. Plutarchus
quoq; cęſarẽ poſt bella peracta ãni rationẽ ĩſtituiſſe ĩſinuat. Pręterea
uellẽ mihi hũc nodũ extricares ſi primus ãnus ſolaris fuir (ut ĩquis)
primus ãnus ĩperii uel dictaturę Cęſaris,ergo ãnus cõfuſionis q ĩme
diate pręceſſit primũ ãnũ ſolarẽ fuiſſet ĩſtitutus & obſeruatus a Cęſare

ante primũ annũ ĩperii uel dictaturę eius hoc eſt antequã rubiconẽ tranſiſſet dũ adhuc gallorũ imperator erat,quod eſt abſurdum,quia anni ſolaris quantitatẽ non a gallis,ſed ab alexandrinis didicit.poſſent hęc ad euerſionẽ tuę poſitionis ſufficere,ſed ut oſtendã hanc tuã hypotheſim non ſolũ eſſe falſam immo etiã cũcta quę ad declaratio nẽ eius aſſumpſiſti abſurdiſſima fuiſſe,reliquos tuos errores hic annotabo eos pręcipue,qui ad controuerſiã ſpectant.nã cunctos enar rare longũ nimis,& ſuperfluũ eſſet.quamobrẽ cũ nulla inter nos cõ tentio ſit habita de hoc,an Iulius cęſar romanis annũ ſolarẽ inſtitue rit, dimittemus ea quæ ex Macrobio cõmemoras quãdoquidẽ non ſolũ Macrobius uerũ etiã uniuerſi ſcriptores idipſum memorię pro diderunt, ſed quoniã controuerſia inter nos uerſatur circa annum quo Iulius cęſar romanis annum ſolarẽ inſtituit aſſumemus ea dũ taxat ex ſcriptis tuis, quę ad annũ inſtitutionis calendarii cõducere uidentur. Poſthabito itaq; Macrobio,& tuo(ut inquis)pręxaxato : quẽ rectius pretextatũ nuncupaſſes(erat enim pretexta ingenuorum puerorum inſigne,quod ſupra tunicas honorati quiq; ſumpſerunt ut ipſe tuus Macrobius primo ſaturnaliũ capite quarto ,& Nonius marcellus capite de genere ueſtimẽtorũ teſtantur) reliqua quę ſubnectis his ſcriptis noſtris inſeremus,ſic enĩ imprimere iuſſiſti . his uerbis pręxaxati conſonant quę libro de uita.xii.cæſarum Suetonius cõ memorat ſcribens primo de uita Iulii,& dehinc de uita Auguſti, de quo ſignanter dicit ꝙ poſtq̃ pontificatum maximum ſuſcepit condi dit duobus forulis auratis ſub palatini Apollinis baſi annũm a diuo Iulio ordinatum, ſed poſtea ſacerdotum negligentia turbatũ & con fuſum rurſum ad priſtinã ordinationem redegit.hęc tua ſunt ex Sue tonio nondum a te intellecto aſſumpta. quem ſi diligentius perſpe xiſſes ĩueniſſes Auguſtũ ſub baſi Apollinis palatini condidiſſe duo bus forulis auratis non annum a Iulio inſtitutum(ut tu autumas) ſed libros ſibyllinos,ſic enim ad uerbum ſcriptum reliquit.poſtquã uero pontificatum maximum quem nũquam uiuo Lepido auferre ſuſtinuerat, mortuo deinde ſuſcepit, quicquid fatidicorum librorũ gręci, latiniq; generis nullis, uel parum idoneis autoribus uulgo ferebatur,ſupra duo milia contracta undiq; concremauit , ac ſolos re tinuit ſibyllinos,hos quoq; delectu habito, abdiditq; duobus forulis auratis ſub palatini Apollinis baſi.Annum a diuo Iulio ordina tũ,ſed poſtea ſacerdotũ negligentia conturbatũ ,atq; confuſum rurſus ad priſtinã rationẽ redegit . ex quibus manifeſte patet Auguſtũ non condidiſſe ſub baſi Apollinis annũ a Iulio ordinatũ,ſed libros

ſibyllinos.Sed exequamur nunc ordinem,& ſeriem uerborum tuo/
rum,ſic enim ſermonem tuũ continuas.ex præmiſſis ſuadetur tripli
citer ꝙ Iulius anno imperii ſui primo annũ ſolarẽ inſtituit ſicut dici
tur in hypotheſi. primo nam ut patet ex uerbis Macrobii annũ ſo/
larem inſtituit dictator exiſtens,electus eſt autẽ in dictatorẽ ãno im/
perii ſui primo. nam Pompeio deuicto ingreſſus alexandriã ęgypti
ut Lucanus ſcribit libro decimo uſq; ĩ profundam noctẽ diſputauit
cum Achorẹo a quo didicit quantitatẽ anni ſolaris.dehinc Romã re
diens conſul,& dictator creatus eſt,& hinc in hiſpaniã cõtra põpeia
nos proceſſit,quibus deuictis cũ triennio,& ſex cũ medio menſibus
principatum tenuiſſet occiſus eſt.hæc tua ſunt.O pręclarã ratiocina
tionẽ,in qua tot ſunt errores quot uerba,quos uſq; ad decẽ hic expli
cabimus. primum quidem falleris in ſyllogizando.non enim ualet
argumentũ tuum Iulius cęſar ſolarẽ annũ inſtituit dictator exiſtens
ergo primo dictaturę ſuę ãno ſolarẽ ãnũ ĩſtituit,quia ãnis plus qua/
tuor dictator extitit.Secũdo errafti ĩ hoc ꝙ arbitratus fuiſti eũ ſemel
dũtaxat dictatorẽ creatũ fuiſſe cũ quinquies dictator fuerit deſigna
tus.ſolet enĩ hęc dignitas iuxta prima romanorũ decreta ad ſex dun
taxat mẽſes cõferri,licet poſtea ad ãnũ nõnũꝗ ꝓrogata fuerit.primo
nãq; ſtatĩ poſt fugã Põpeii ex italia ut Appianus alexãdrin⁹,& Eutro
pius ſcripſerũt dictatorẽ ſe fecit.ſecũdo creat⁹ fuit dictator teſte Plu
tarcho poſtꝗ(deuictis ducib⁹ Põpeii)ex hiſpania Romã rediiſſet.cu
ius dictaturę ipſemet cęſar in cõmentariis ſuis meminit ſic librũ ſuũ
tertiũ de bello ciuili ĩchoãs.dictatore habẽte comitia cæſare. Tertio
creat⁹fuit dictator apud pharſaliã exercitu Põpeii profligato ut Plu
tarchus ĩ uita Antonii ſcripſit.deinde profectus ĩ ęgyptũ ad Põpeiũ
perſequendum,& exorto nouo bello Ptolemęũ regẽ ęgypti uicit,&
Cleopatrę regnũ a fratre occupatũ reſtituit.ac deinde per ſyriã ĩ põ
tũ contra Pharnacẽ profectus eſt,quo ſuperato per aſiã Romã redi/
ens nõ dictator ut tu autumas,ſed conſul creatus eſt Plutarcho au/
tore.poſthęc profectus ĩ africam contra Scipionem,Catonem,& Iu
bã regẽ eos deuicit.rediens deinde poſt annũ Romã quarto dictator
deſignatur,ut in principio ſexti libri cõmentarii eiuſdẽ legitur.pro/
fectus deinde in hiſpaniã contra Pompeii liberos poſt multa prælia
apud Mũdã ciuitatẽ cũ maximo ſuo periculo eos uicit eodẽ die quo
Pompeius in aciem proceſſerat quarto iam ãno peracto.hoc ultimũ
a Cæſare geſtum eſt bellum.rediẽs ergo romã quinto dictator,& per
petuus eſt deſignatus Plutarcho autore.uides ne quãtũ a uero aber
raſti quãdo quidẽ quinquies dictator deſignatus fuerit quẽ ſemel dũ

taxat dictatorẽ fuiſſe prẹſupponis,& eo tẽpore quo minime deſignatus fuerat. Tertio erras ĩ hoc ꝙ dicis Cẹſarẽ primo ĩperii ſui ãno electũ fuiſſe ĩ dictatorẽ.nã primo ĩperii ſui ãno nõ fuit electus,ſed dictatorẽ ſe fecit ut ſuperius oſtẽdimus. Quarto falleris,& tibi ipſi aduerſaris ĩ hoc ꝙ dicis Cẹſarẽ primo ãno ĩperii ſui,& poſt reditũ eius ex alexandria romanis annũ ſolarẽ cõſtituiſſe.nã ex tuo antecedẽte oppoſitũ cõcluſionis tuẹ inferri poteſt, ſi enĩ cẹſar poſt deuictũ Pompeium ex alexandria romã rediens ſolarẽ annũ romanis inſtituit, ergo nequaq̃ primo ſui ĩperii anno ſed tertio anno ſolarẽ annũ ĩſtituiſſet nam (ut hiſtoriographi omnes teſtãtur) ſecũdo ĩperii ſui ãno Ptolemæũ ẹgypti regẽ uicit,ac regnũ ẹgypti Cleopatrẹ reſtituit.ut enim Euſebius in ſuis chronicis ſcriptũ reliquit ſecũdo ĩperii cẹſaris ãno Ptolemẹi cadauer lorica aurea in nilo inuentum eſt.& tertio imperii ſui anno romã rediit.ut enĩ Appianus ſcripſit cẹſar nouẽ menſibus in ẹgypto manſit.deinde per Syriã in aſiã contra Pharnacẽ proceſſit quo ſuperato,& aſiẹ rebus diſpoſitis tertio ĩperii ſui ãno Romã uenit.omnes nanq; hiſtoriographi teſtantur,& ipſe Euſebius,ac Beda in ſuis chronicis cõfirmant cẹſarẽ ſingulare romanorũ imperiũ ſiue monarchiã obtinuiſſe anno tertio regni Cleopatrẹ,& eiſdẽ teſtibus perſpicuũ extat initiũ regni Cleopatrẹ cõputari a morte Ptolemẹi Dionyſii patris Cleopatrẹ,cuius teſtamento ut Cẹſar ipſe libro tertio ſui cõmentarii teſtatur Cleopatra hæres regni una cũ fratre fuit inſtituta,ſed orta inter fratrẽ,& ipſam diſſenſione ac fratre a Cẹſare uicto ipſa ſola ob ſtupri gratiã regno potita eſt.ãni ergo regni Cleopatrẹ nõ cõputantur a morte fratris aut uictoria Cẹſaris,qua regno donata eſt,ſed a morte patris Dionyſii cuius teſtamẽto regno eſt aſcripta qđ ex hoc maxime liquet,nã ſecundũ omnes hiſtoriographos Cleopatra ſcribitur regnaſſe annis uiginti duobus,ſed a morte fratris uſq; ad.xv.annũ Auguſti quo ipſa mortua eſt non cõputantur niſi anni.18.ut ex Euſebio,Beda,& Eutropio liquide patet. Quinto falleris ĩ hoc ꝙ primã dictaturã cẹſaris auſpicaris poſt reditũ eius ex alexandria,cũ antea ter dictator creatus fuerat. Sexto Lucanũ falſo allegaſti nuſq̃ enĩ in Lucano inuenies cẹſarẽ ab Achoræo ãni ſolaris quantitatẽ didiciſſe, ſed cauſas inundationis nili, ſitus terrarũ mores uulgi,& ritus,ac formas deoꝝ ab eo diſcere deſiderauit. anni autẽ quãtitatem ſe iampridem didiciſſe ĩnuit cũ ipſe cẹſar Achoræo dixerit ſe media inter prẹlia ſemper ſtellaꝝ,cẹliq; plagis,ſuperiſq; uacaſſe.quãobrẽ ſtatĩ infert. Nõ meus eudoxi uĩcetur faſtibus annus, Sed cũ tãta meo uiuat ſub pectore uirtus. Tantus amor ueri nihil

eſt quod noſcere malim, Quã fluuii cauſas per ſecula tanta latentes Ignotũq; caput ſpes ſit mihi certa uidẽdi Niliacos fontes, bellũ ciuile reliquã. Achorẹus uero ut doceret cauſas inundationis nili a a Sole & Mercurio dependere, præmittit Solem anni tẽpora diſtinguere. quoties ergo Sol, & Mercurius ad Leonis ſignũ perueniũt nilus ripas ſuas exit, ſubſidet autẽ in ẹquinoctio autũnali & reliqua. nõ ergo nocte illa ab Achoræo anni quãtitatẽ didicit, ſed prius eã ſciuit ſed ſinamus hẹc. nihil enĩ ex Lucano cõcludere potes cũ haudquaq̃ hiſtoriographũ, ſed poetã ſe fateatur. Id unũ certe ĩ ſcriptis tuis animaduerti ꝙ parũ idoneos ſemper autores producis, nã pro chronographo, & reꝝ a cẹſare geſtarũ ſupputatore Martinũ quendã romanis ignotũ adduxiſti qui nouiſſimis tẽporibus curia apoſtolica ĩ gallia cõmorãte chronicorũ libros cõpilauit, & ꝓ hiſtoriographo affers Macrobiũ, qui ſe grãmaticũ, & nõ hiſtoriographũ in ſuo exordio fatetur, aut Lucanũ qui ſe poetã magis q̃ hiſtoriographũ appellari maluit. Septimo falleris in hoc ꝙ innuis Cẹſarẽ ex alexandria Romã rediiſſe cũ dicis dehinc Romã rediens &c. omnes nãq; hiſtoriographi teſtantur eũ ex alexandria per ſyriã in pontũ profectũ cõtra Pharnacem magni Mithridatis filiũ, quo ſuperato in aſiam peruenit, & aſiaticas res diſpoſuit. ſentiens deinde ſeditionẽ in urbe ortã eſſe Romã tandẽ reuerſus eſt. Octauo falleris in hoc ꝙ dicis eũ dictatorẽ creatũ in reditu ab alexãdria cũ Plutarchus dicat eũ haudquaq̃ dictatorem ſed conſulẽ in reditu deſignatũ fuiſſe. ſic enĩ ad uerbũ in Plutarcho ſcriptũ inuenitur exacto iã anno in quẽ ſecũdo dictator creatus fuerat cum ſuperiori tẽpore nunq̃ ea niſi in anni ſpaciũ cõferri dignitas ſoleret conſul deſignatur in poſterũ. Nono falleris in hoc ꝙ dicis, & hinc in hiſpaniã cõtra põpeianos proceſſit. nã ut hiſtoriographi omnes teſtantur primũ ĩ aphricã cõtra regẽ Iubã, & cõtra Scipionẽ, Catonẽ, & fauſtũ Syllẹ filiũ profectus eſt. ac poſt annũ Romã rediit, & tandẽ (ut Appianus alexãdrinus teſtatur) quarto iam functus cõſulatu in hyberiã contra iuniorẽ Pompeiũ profectus eſt. Decimo grauiſſime in hoc errafti ꝙ dicis cẹſarẽ ſuperuixiſſe tribus annis cũ ſex mẽſibus poſt deuictos Põpeii liberos, nã ut autores omnes teſtantur eodẽ anno quo Pompeii liberos in hiſpania deuicit interfectus fuit, ſic enĩ in Appiano legitur Cẹſar ex hiſpania Romã regreſſus ciuilibus cõfectis bellis omnibus formidabilẽ ſe uniuerſis, ac uerendũ prẹſtitit & cauſã ĩ eum cõiurãdi ſenatoribus dedit. ĩ Plutarcho quoq; Lucio floro, & ĩ Eutropio legitur Cẹſarẽ filios Pompeii ĩ hiſpania ſuperaſſe eodẽ die, quo Pompeius in aciẽ proceſſerat quarto iã ãno peracto

ĩmo ut Eutropius teſtatur Cęſar quinquaginta ſex ãnos natus Põ-
peii liberos deuicit,& ut Appianus alexãdrinus ſcribit Cęſar iteriit
annũ ſextũ ſupra quinquageſimũ ętatis agens.Idẽ quoq; Suetonius
& cęteri hiſtoriographi teſtãtur. igitur Cæſar eodem ętatis ſuę ãno
quo Põpeii liberos deuicit interfectus fuit,ſic enĩ Eutropius de bel
lo hiſpanico dicturus ſcriptũ reliquit. poſt annũ cęſar quatuor triũ
phis Romã ingreſſus eſt,quarto ſe cõſulẽ fecit, & ſtatĩ ad hiſpanias
eſt profectus ubi Põpeii filii ingẽs bellũ pręparauerant,multa pręlia
cõmiſſa fuerũt. ultimũ apud Mundã ciuitatẽ ĩ quo adeo cęſar pene
uictus eſt,ut fugiẽtibus ſuis ſe uoluerit occidere ne poſt tantã mili-
taris rei gloriã in poteſtatẽ adoleſcentiũ natus ãnnos quĩquagita ſex
ueniret.deniq; reparatis ſuis uicit, & maior Põpeii filius occiſus eſt
minor aufugit.inde cęſar bellis ciuilibus toto orbe cõpoſitis Romã
rediit,& agere inſolentius cępit,& cõtra conſuetudinẽ romanę liber
tatis.cũ ergo & honores ex ſua uolũtate pręſtaret,qui ad populũ an
tea referebãtur nec ſenatui ad ſe ueniẽti aſſurgeret aliaq; regia,& pe
ne tyrãnica faceret coniuratum eſt ĩ eum a ſexagita,uel ãplius ſena
toribus equitibus romanis &c.Ex quibus liquidum patet cęſarẽ eo
dẽ ãno occiſum fuiſſe quo Põpeii liberos uicit,uidelicet anno uitæ
ſuę quĩquageſimo ſexto.falſum eſt ergo ꝙ uixiſſe eum autumas tri
bus annis cũ dimidio poſt Pompeii liberos deuictos. Idẽ quoq; ex
Tito liuio patet libro ſuo .116.in cuius breuiario ſic legitur.cęſar ex
hiſpania quĩtum triumphum egit,& cũ multi ꝗ maximiq; honores
ei a ſenatu decreti eſſent ĩter quos ut pater patrię appellaretur,& ſa
croſanctus,ac dictator ĩ perpetuum eſſet ĩuidię cauſã aduerſus eum
pręſtiterunt ꝙ ſenatui deferẽti hos honores cum ante ędẽ ueneris ge
nitricis ſederet minime aſſurrexit,& ꝙ Marco antonio cõſule colle
ga ſuo inter lupercos currẽte diadema capiti ſuo ĩpoſitum in ſella re
poſuit,& reliqua.ex his cauſis conſpiratione ĩ eum facta in curia Põ
peii occiſus eſt &c.ex quibus perſpicuum eſt cæſarẽ haudquaꝗ uixiſ
ſe tribus ãnis cum ſex mẽſibus poſt deuictos Põpeii liberos.ĩmo ut
ſuperius oſtẽdimus eodẽ ãno occiſus fuit.Sed admittamus omnia ad
uota tua uidelicet ꝙ ſemel duntaxat,& ĩ reditu ab alexãdria ſolũ di
ctator creatus fuerit,quę tñ omnia, & ſingula falſiſſima eſſe oſtendi
mus. uideam⁹ nũc uĩ argumẽti tui & cõſequẽtię formatę,ſic enĩ ſyl
logizas.Iulius cęſar ex uerbis Macrobii ſolarẽ annũ inſtituit dicta-
tor exiſtẽs,ſed primo ĩperii ãno ex ægypto rediẽs dictator eſt creatus
ergo primo ĩperii ſui ãno ſolarẽ annũ ĩſtituit.putas ne aliquẽ reperi
ri poſſe tã amẽtẽ,qui ſe hoc tuo paralogiſmo uictũ fateatur.nõ eru-

beſcis tali argumento abſentem me(quem falſo rumore uita functū arbitrabaris)aggredi? & apud uulgus indoctum criminari? non te pudet argumentum hoc in ſcholis theologoꝝ īter uiros doctiſſimos proponere, ac demū quaſi in hoc uno uiciſſes indelebili charactere imprimere? Miror profecto nec ſatis admirari ualeo te magiſtrū ſacrę theologiæ profeſſorē hoc argumento tam friuolo, tanq̄ inepto tibi perſuadere potuiſſe tuam concluſionem probatum ire.cum manifeſte fallaciam committas quam conſequentis appellant. nam & tuipſe fateris cęſarem quatuor annis imperaſſe & totidem annis dictatorem fuiſſe. ſi ergo ſolarem annum inſtituit dictator exiſtens,nō poteris ex hoc inferre quod primo anno dictaturę ſuę hoc fecerit potius quam ſecundo,uel tertio,uel quarto anno. ſed hęc de primo tuo ſyllogiſmo dicta ſufficiant.Nunc ad ſecundam tuam rationem primę hypotheſis accedemus,quam his uerbis imprimere iuſſiſti.Secundo ſuadetur ad idem ſic,nam atteſtante Macrobio Iulius annū ſolarem inſtituens ad lunam reſpectum habuit.in hoc itaq; Romulum imitatus,qui primo romanis annum decem menſium inſtituēs cuiuſlibet menſis initium ex illo ſumebat die quo lunam nouā uideri contigiſſet, ut ſcribit Macrobius. unde quo die uiderat tēpore uernali lunā nouā primū menſē āni ſui puta martiū īchoauit.ita & Iulius annū ſolarē inſtituens nō prius īcepit primū eius menſē ſcilicet ianuariū,q̄ poſt tranſactū ſolſtitiū hyemale uidiſſet lunā nouā.in nullo autē ānorū quibus Iulius īperauerat nouiluniū cōtigit calendis ianuarii niſi in āno īperii ſui primo,ꝙ clare liquet ex ſolito aſtronomico calculo.fuit enī eodē anno ad longitudinē urbis romanę uera coniūctio luminariū ultima decēbris cōpleta horis.13. poſt meridiē & minutis.57.quare die ſequenti puta calēdis ianuarii fuit nouilunium.hinc ne palam eſt ſi Iulius cum luna noua primum mēſem anni ſui ſolaris inceperit,ipſum anno imperii ſui primo annum ſolarem romanis inſtituiſſe.hęc tua ſunt.proh dedecus īmenſum quid a te excidit magiſter Petre? qd ſcripſiſti?quid īprimere iuſſiſti? quid poſteris legendum exhibuiſti?recollige libellos tuos & preſſis manibus tene.aut certe Vulcano cuſtodiendos trade.ne ad manus doctorum uirorum perueniant.ne pueri tibi illudant. quando quidē omnibus perſpicuum eſt ꝙ Iulius cęſar īmitatus alexandrinos ſupputatores egregios non expectauit ut lunam nouam oculis aſpiceret. nā per nubes impediri potuiſſet.ſed pręnoſcens longe ante per ſupputationem eo die lunam cum ſole coituram iuſſit per edictum ab eodem die annum auſpicari debere,quod & Macrobius innuere uidetur dicens

tur dicens cęſarem ãnum ciuilem habitis ad lunam dimenſionibus inſtituiſſe. dimenſiones uero medium lunę curſum,& nõ uiſionem lunę conſequuntur. nam priua lunę uiſio plurimum uariatur ſecũdum quod luna eſt in ſignis oblique, uel recte deſcendentibus, & ſecundum latitudinem eius ab ecliptica. aliquando enim citius, aliquando tardius uidetur ut aſtrologi docent. nec ualet argumentum tuum ex Macrobio aſſumptum, qui ſcripſit Romulũ non incepiſſe annum a ſe conſtitutum, niſi poſtquam uidiſſet lunam nouam, ergo & Iulius ſimili modo lunam expectauit ut eam aſpiceret. Romulus nanq; ut in faſtis legitur inter paſtores educatus arma magis q̃ ſydera nouit, ſed Iulius cęſar togatus, & domi, ac militię clarus tam arma q̃ ſydera cognouit. quod etiam Macrobius tuus affirmat dicens Iulium cęſarem de ſyderum motibus nõ îdoctos libros reliquiſſe. Idem docet Plinius libro. 18. & Iulius firmicus. erat enim Iulius cęſar aſtrologię peritiſſimus. quinimmo ĩ ſuo calendario nõ ſolum lunæ curſum annotauit, ſed & ortus, atq; occaſus ſtellaꝶ ĩ eo conſcripſit, & nouã aſtrologorũ ſectã inſtituit. falſũ eſt ergo ꝙ autumas Iuliũ cęſarẽ nõ ĩcepiſſe annũ ſolarẽ niſi poſtq̃ ĩ cœlo uidiſſet lunã nouã. ĩmo ꝑ edictũ in oẽs prouĩcias ditioni ſuę ſubditas iuſſit auſpicari ãnũ a luna noua poſt ſolſtitiũ hyemale lõge anteq̃ oculis cerni poſſet. ꝙ ſi cęſar expectaſſet donec lunã nouã uidiſſet, iã nõ potuiſſet ãnus ab omnibus romanoꝶ ditioni ſubiectis ĩ diuerſis ꝓuinciis cõſtitutis, & ĩ lõginquis regionibus habitãtib⁹ eodẽ die ĩchoari. Sed quid opus eſt ſyllogiſmo aut ꝑplexa aliq̃ ratiocinatiõe ꝓ huius tui fũdamẽti ſubuerſiõe? Audi Macrobiũ tuũ prĩo libro ſaturnalioꝶ capite de nonis ſic ſcribẽtẽ. Annũ ciuilẽ cęſar habitis ad lunã dimẽſionib⁹ ſic cõſtitutũ edicto palã poſito publicauit. huic etiã edicto Cicero alluſiſſe uidet. nã cũ quidã diceret craſtĩa die lunã cũ ſole coiturã ita eſt ĩquit ꝑ edictũ q̃ſi & hoc hominibus neceſſario ſit accipiẽdũ. huius etiã edicti Plutarchus ĩ uita cęſaris meminit. Nõ ergo expectauit cęſar ut uideret lunã nouã queadmodũ ruſtici & litteraꝶ ignari facere cõſueuerũt ſed ab alexãdrinis edoctus anteq̃ uideretur noua iuſſit ꝑ edictũ uocari nouã. Sed nũc ad calculi tui errorẽ accedamus quãdo qdẽ hęc ſcripta tua duplici errore calculi cõtaminata ſe ipſa ĩterimũt & cõtrariũ hypotheſis tuæ ꝓbãt. duplici inq̃ errore nõ quidẽ ĩ horis aut minutis, ſed ĩ dieb⁹, ĩmo ne mihi obiicere poſſis nimiã curioſitatẽ ĩ examinãdo calculũ tuũ nolui ꝑſcrutari an ĩ horis, aut miutis reſpõderet motui cœleſti neq; reꝑhẽdere curaui errorẽ calculi ex mãuali oꝑatiõe cõtigẽtẽ qm̃ hęc etiã ꝑitiſſimo aſtrologo accidere poſſũt,

ſed animaduerti duntaxat modum calculationis factę, & canonem per quē hęc īueſtigata ſunt, a quo⁊ errore uir doctus excuſatione nō recipit. In hoc ergo canone, & modo operādi duplicē errorē inueni. primū quidē nā ſi ſolito ut dicis aſtronomico calculo recte uſus fuiſſes, haudquaq̄ luminariū cōiūctionē īueniſſes ultima decēbris cōpleta primo āno īperii cęſaris, ſed. xii. ianuarii nouiluniū fuiſſe tabulę oēs docēt. q̄ ſi prima aſtrologię rudimēta aliquādo didiciſſes, nō tā temere hæc effudiſſes, prima calculationis rudimēta aſtrologi uocāt radices motuū planeta⁊, & tēpo⁊ reductionē, q̄ arabes herā appellāt. nihil enī p alphōſi tabulas calculare potes, niſi prius hāc tēpo⁊ ſuppu tationē, & radicē motuū ad aliqd' pricipiū ſtabilieris. nā cū diuerſę hominū nationes diuerſa & uaria cōputādi pricipia uſu habeāt, placuit aſtrologis per dies magis q̄ per ānos calculādū eſſe. alii nāq̧ a natiuitate ſaluatoris, alii a cōceptione eius, alii ab ęquinoctio autūnali alii ab ęquinoctio uernali, alii a ſolſticio ęſtiuali, alii a ſolſticio hyemali, alii ab ānis Machometi, alii ab ānis Dioclitiani, alii ab ānis Darii regis perſa⁊, alii ab olympiadibus, alii a morte Alexādri magni ſiue ab initio regni Philippi aridei, alii ab ānis cęſaris, alii ab urbe cōdita ānos ſuos cōputare ſolēt, alii p ānos lunares, alii p ānos ſolares alii p mēſes ſua tēpora numerāt. aſtrologi ergo hāc tēpo⁊ & āno⁊ diuerſitatē animaduertētes, ut tabulas ſuas uniuerſales, & cōmunes facerēt, ac omni nationi accōmodarēt ānotarūt differētiā īter initia cōputationis qua⁊ libet nationū. & quia hoc fieri nō poterat p ānos cū diuerſi uariis utātur ānis effecerūt hoc p dies ānotātes nume⁊ die⁊ īter pricipia quarūlibet cōputationū. numerāt ergo a primo āno īperii cęſaris uſq̧ ad primū annū dn̄i ſaluatoris dies. 16802. hoc eſt ſexdeci mille octīgētos & duos, & ſolis radicē primo āno cęſaris ſtatuerūt in. 8. capricorni, ſed lunę radicē poſuerūt ī. 13. gradu leonis. ex quibus perſpicuū patet īpoſſibile fuiſſe luminariū coniūctionē ultima decēbris, aut prima ianuarii primo īperii cęſaris āno, ſed ſecūdū mediū motū. 11. ianuarii cōpleta cū horis. 22. & minutis. xiiii. ad meridianū urbis Romę qd' nedū per Alphonſi tabulas liquidū extat, ue⁊ etiā per tabulas Blanchini ferrarienſis proſdocimi patauini per tabulas toletanas exoniēſes &c. deniq̧ p tabulas Albategni & Ptolemęi oēs nāq̧ radicē ſolis ad primū chriſti ſaluatoris ānū ponūt ī nono gradu capricorni. radicē uero lunę ſtatuūt ī. 2. gradu leonis a q̄bus ſi retroceſſeris uſq̧ ad primū ānū Iulii cęſaris īuenies cōiūctionē luminariū haudq̄q̄ fuiſſe ultīa decēbris nec prima ianuarii, ſed. xi. ianuarii cōpleta. Sed ſinamꝰ hęc ad grauiora nunc accedamꝰ, & reliquum

calculi errorē omnino inexcuſabilē diſcutiam*.grauiter nāq; ī hoc er
raſti ꝙ dicis primo īperii cęſaris āno fuiſſe uerā coniūctionē lumina/
riū ultima decēbris cōpleta cū.xii.horis.cū ī nullo ānoꝝ cęſaris,neq;
ꝑ ſeptē ānos āte cęſarē ſi idē curſus ānoꝝ fuiſſet,neq; ad.15.ānos poſt
cæſarē inuenies coniunctionē aliquā luminarium fuiſſe ultima decē
bris cōpleta,ſed ſi rectius per īterpretē calculaſſes nō ultima decēbris
completa,ſed prima ianuarii cōpleta iuxta aſtrologoꝝ cōputationē
unā lunationē inueniſſes.ueꝝ quoniā in corroborationē calculi tui
ut fidē,& autoritatē ei nāciſcaris,dicis eum factum fuiſſe a pręcepto/
re meo.non ſatis ītelligo quē mihi pręceptorē dari uelis,nā quātum
memini nullum unq̄ Louanii pręceptorē ī aſtrologia habui,ſed pri/
ma huius diſciplinę rudimēta ī patria ab amico iādiu defuncto acce
pi.in reliquis ſine arrogātia dictum ſit αὐτοδίδασκαλος fui.ueꝝ quo
niā in calce libelli tui īpreſſum uidi chirographum Oliueri godelof
quo fidē facit ſe huius calculi tui autorē fuiſſe.aſſeritq; eum firmum
& ratum haberi uelle:arbitratus ſum ꝙ hunc meum pręceptorē fuiſ
ſe uelis.ꝙ ſi ita & tibi & illi placeat,ꝑ me non ſtabit quī pręceptorē
eum appellabo,īmo & te pręceptorē uocabo,ſi noua quędā documē
ta ī aſtrologia ab illo uel a te ꝑdiſcere potero,ſed certe īepto hoc cal
culo nō meremini pręceptoris nomine fūgi. ueꝝ qm̄ dictū Oliue/
rum peritū calculatorē ſēper cognoui uix poſſū adduci ut credā inep
tiſſimū hunc calculū per eū factū fuiſſe.ſed ſinamus errorē cū huma
nū ſit etiā peritiſſimū calculatorē aliquādo in calculo errare nā quan
doq; bonus etiā dormitat Homerus. Veꝝ qm̄ error iſte accidit in ca
none calculi,qui conſiſtit in ītellectu,& nō ī manuali operatione,ex
cuſationē non recipit. In hoc quoq; arrogaſſe ſibi uidet̄ ꝙ falſū hūc
calculū in mei calūniā exaratū ſuo chirographo a ſe factū atteſtetur
ac firmū,& ratū haberi cupit.ut ergo chirographo illi arrogātiā præ/
ſe ferēti in ſimilē modū reſpondeā & uices reddā,dico,aſſero,& affir
mo,hunc calculū falſum erroneū ac penitus inutilē eſſe.Eā nāq; co
iunctionem,quam fuiſſe dicis ultima decembris completa dico fuiſ
ſe prima ianuarii completa incipiendo diem a meridie diei pręce
dentis aſtrologorum more . Veꝝ ut una cū interprete tuo quē præ/
ceptorē meū autumas:propriū recognoſcas errorē:diſcipulus ego do
cebo (ſi libet audire) cauſas erroris quę te & pręceptorē latuerunt:nā
cū interpres tuus īueſtigaret coniunctionē illā ad tēpora Iulii cęſaris
oꝑatus eſt ꝑ tabulas a chriſti aduētu radices ſuas ſtatuētes quæ a pri
mo āno poſt biſextū inchoātur & quartum,octauū.12.16. ſicq; dein
ceps biſextos faciunt,ſed has tabulas non eſſe idoneas pro locis pla

netarũ ante chriſti aduentũ perſcrutandis, aut ſaltem non ſufficien tes niſi ingenio adiuuentur.ex hoc preſpicuũ extat quoniam ſi per eas operando retrocedere uelimus ad.45.annos quibus Iulii impe/rium chriſti natiuitarẽ pręceſſiſſe aſſeris, neceſſe eſt annũ primũ.5.9. ſicq; in cęteris atq; etiam.45.biſextiles fuiſſe quos hic tuus pręcep/tor non biſextiles ſed communes fecit, ac ſi ſupputatio facta fuiſſet poſt radicem a chriſto inchoatam.in uno ergo die in calculo errauit & hoc bene animaduertendũ moneo, quoniã cõplures etiam magi/ſtros & pręceptores ĩ hoc errare cõperi, qui per eaſdẽ herarũ ut appel lant & radicum tabulas docent inuenire loca planetarũ ad tempo/ra poſt chriſti natiuiratẽ,& ante tranſacta.fallũtur autẽ omnes quo/ties non animaduertũt quantũ biſextiles ante radicẽ tabulę diſſenti unt a biſextilibus poſt chriſti natiuitatẽ in tabula annotatis.In hoc ergo caſu quẽ prę manibus habemus ſi inueſtigare uelimus loca pla netaꝶ ad.45.annos ante chriſti aduentũ oportebit ingredi tabulas uno die addito propter biſextũ unũ ſuperabundantẽ ultra biſextos in tabula notatos. Quod ſi adhuc certior de errore tuo fieri deſide/ras aliũ docebo modũ, quo errorem tuum recognoſcere poteris.nã quoniã in alio loco mẽtionẽ facis de nouilunio menſis paſchalis an no ętatis chriſti.34.currente,& dicis eo anno cõiunctionem lumina rium fuiſſe ſecundum medium motũ die.8.martii cõpleta &c. ſum pta ergo pro radice cõiunctione iſta, quã primo anno Iulii fuiſſe di/cis ſi per continuã additionẽ temporis, quod inter duas coniunctio/nes ſibi proximas cõplectitur proceſſeris uſq; ad cõiũctionẽ, quã fa ctam dicis anno domini.34.currẽte.8. martii cõpleta non inuenies eam ad horas decẽ poſt octauã diem martii, ſed ad horas decem poſt ſeptimum diem martii fuiſſe.neceſſe eſt ergo errorẽ contigiſſe in al tera haꝶ coniunctionum per tuum interpretẽ calculataꝶ, quoniã ſi mul ſtare non poſſunt, ſed una aliã interimit.Quod ſi de errore tuo adhuc certior fieri cupis accipe tertium modum, quo hoc facillime experiri poteris. nam quoniã omnibus ſeptuaginta ſex annis cõiun ctiones luminarium ſecundum medium motum redeunt ad idẽ fere tẽpus in quo prius factę fuerunt anticipantes ſolũ ad horas.5. minu ta.52.& ſecũda.13.ſi de errore tuo certior fieri deſideras quęre coniũ ctionem luminarium trigeſimo primo anno natiuitatis domini cõ/pleto quã ſecundum medium motum ad meridianum urbis Romę inuenies factam fuiſſe prima Ianuarii completa hora una, minutis 11.quia ergo.45.anni ante chriſti aduẽtum adiuncti ad.31.poſt eius natiuitatem faciunt.76.neceſſe eſt ꝙ cõiunctio illa.45. anni de qua

mentionem feciſti non differat ab hac ſecundũ mediũ motũ niſi in horis.5.minutis.52.& ſecundis.13.quæ ſi addantur coniunctioni prędictę proueniẽt dies una, horæ.7.minuta.3.quibus ſi addãtur æquationes proueniet uera coniũctio luminariũ horis prædictis.poſt meridiem ultimæ diei decẽbris.hæc ergo ad tuũ interpretem,& meũ(ut autumas)præceptorem,qui ſe calculi tui autorẽ gloriatur referas, & chirographum in calce libelli tui impræſſum,quo falſum hunc calculũ firmũ,& ratũ haberi cupis quãtotius abradere cures.ſed hęc de calculi errore,& de ſecunda tua ratione, qua primã hypotheſim tuã probare conatus es dicta ſufficiant.Nunc ad tertiã tuã rationẽ accedamus ſic enĩ æneis litteris ĩprimere iuſſiſti.quod & tertio ſuadetur ſic,nam ut patet ex uerbis Suetonii Auguſtus adeptus pontificatum maximũ reformauit errorẽ ſacerdotũ,qui.36.annis errarũt in obſeruatione anni ſolaris quem Iulius inſtituit Auguſtus autẽ a ſenatu pontifex maximus appellatus eſt anno imperii ſui.31.fuit autem idẽ annus.36.ab ãno quo Iulius regnum obtinuit,quorum utrunq; patet ex chronicis Euſebii.hinc ergo rurſus apparet ꝙ Iulius annum ſolarem romanis inſtituit,anno primo quo regnare cæperat ſicut dicit hypotheſis.hæc tua ſunt.Non ſatis fuit ſemel fallaciam conſequẽtis commiſiſſe,ſed denuo reiteranda erat,quando quidem ex hoc ſo loꝙ Suetonius dixit Auguſtum poſt adeptum pontificatũ calendarium reformaſſe,inferas hoc eum feciſſe primo pontificatus ſui anno,cum tamen .25. annis in pontificatu uixerit. nec recte Suetonium allegaſti,dicit enim Suetonius poſtquam uero pontificatum maximum ſuſcepit &c.commemorans ea quę in pontificatu geſſit non quidem primo duntaxat pontificatus ſui anno, ſed toto tempore pontificatus præcipua eius geſta expoſuit. Sed certe ut in cęteris fecimus argumentum tuum in te retorquebimus,& ex hypotheſi tua contradictorium concluſionis per te illatæ inferemus ſic arguendo ab anno inſtitutionis calendarii a Iulio uſq; ad annum correctionis per Auguſtum decurrerant anni.36.ut tu ipſe aſſumis,& autores omnes teſtantur aſſerentes errorem iam commiſſum fuiſſe a ſacerdotibus per ãnos.36.ĩ quibus ĩtercalati fuerãt dies.12.cũ nouẽ dũtaxat debebãt ĩtercalari,ſed iuxta tuã rationẽ nõ ĩuenies ãnos triginta quĩq; cõpletos a primo ãno ĩperii cæſaris uſq; ad primũ annũ põtificatus Auguſti uidelicet quatuor cũ dimidio,qbus Iulius regnauit &.30. cõpletos uſq; ad põtificatũ Auguſti.nã ut Euſebius teſtať,& tuipſe fateris Auguſtus ãno.31.ĩperii ſui currẽte põtificatũ adeptꝰ eſt nõdũ ergo.36.ãni trãſacti erãt falſo ergo ĩfers Iuliũ primo ĩperii ſui

anno ſolarē annū inſtituiſſe ex hoc ꝙ Auguſtus primo pontificatus
ſui anno calendarium correxit.his perſpicuū fore arbitror falſiſſimā
eſſe hanc primā tuā hypoteſim,uidelicet ꝙ Iulius cęſar primo īperii
ſui anno romanis annū ſolarē inſtituit,qua ſublata totum tuū opuſ
culum huic fundamento innixum corruere neceſſe eſt.fatearis ergo
oportet:te operā,& impenſam,atq; multoꝝ annorum laborē perdi-
diſſe,& inique me a te criminatum fuiſſe. hęc ergo pro deſtructione
totius tui libelli ſufficere arbitramur nā & ſi plurima alia immo fere
omnia reprehenſione ſunt digna in aliud tamen tēpus differemus
cum plus ocii nacti fuerimus, & non ſolum reliquas tuas hypothe-
ſes falſas eſſe oſtēdemus,ſed & ſingula tua ſcripta ſubuertemus.quæ
cunq; enī ex teipſo cōmentatus es falſa eſſe probabimus,& quæ au
toribus aſcribis falſo te eiſdē īpingere docebimus.nuſquā certe ī ido
neo autore īuenies id qđ in.2.hypotheſi pręſupponis,uidelicet ꝙ Iu
lius cęſar,aut Marcus flauius diſtinxerit ſeptem dies cuiuſlibet heb
domadæ per ſeptē primas litteras alphabeti latini.nuſq̄ inuenies Iu
lium cęſarē inchoaſſe annum a feria prima,quę nunc dominica ap-
pellatur nuſquā inuenies Iulium cęſarē,aut Marcum flauium aut
aliquē romanum impoſuiſſe nomina diebus hebdomadæ iuxta no-
mina planetarum,immo neq; inuenies ꝙ unq̄ priſci romani his no-
minibus uſi fuerint,quia neq; annum ,neq; mēſes per hebdomadas
diſtinxerunt,neq; unq̄ hebdomadis uſi ſunt, ſed menſes per calen-
das,idus,& nonas diuiſerunt.hęc itaq; a te aſſumpta cum apud idone
um autorem inuenire non poteris,fatearis oportet has fabellas nu-
per a te confictas fuiſſe,ut falſo me apud uulgus indoctum crimina-
reris . hęc autem mēſium per hebdomadas diuiſio,& hebdomadarū
per ſeptē dies planetaꝝ nominibus diſtinctos partitio, inuētum fuit
chaldęoꝝ: longo tēporis interuallo poſt chriſti natiuitatē, quēadmo
dum alibi oſtendimus.falſum eſt ergo qđ in ſecunda tua hypotheſi
aſſumens autumas Iulium cęſarem, aut Marcum flauium eius ſcri-
bam diſtinxiſſe ſeptem dies hebdomadę per ſeptem nomina plane-
tarum,& per ſeptem primas litteras alphabeti latini.immo ne diui-
nare uidearis cauſam conaris reddere cur Iulius cęſar ſolarem annū
inſtituens,inchoauerit annum a die ſolis. aſſerens ſic bene congrue
re,ut ſcilicet annus ſolaris a die ſolis auſpicetur. ſed uellem mihi in
terroganti reſponderes,ſi cęſaris intentio fuit,uelle incipere annum
ſolarem a die congreſſus luminarium poſt ſolſtitium hiemale, ut tu
ipſe affirmaſti,ergo non fuit in arbitrio eius auſpicari annum a die
ſolis,ſi luminarium coniunctio accidit alio die quam die ſolis.cōſtat

autem hunc luminarium congreſſum factũ fuiſſe die ueneris paulo poſt occaſum ſolis iuxta medium motum, & iuxta uerum motum per horã poſt mediã noctẽ, quẽadmodũ perſpicuũ eſt per aſtrologicas ſupputationes, præcipue per tabulas hebraicas, in quibus dies lunationũ per nomina feriaꝝ ſemper exprimuntur. huius calculi rationẽ alibi ſcripſimus, ubi etiã per ſupputationẽ monſtrauimus coniũctionẽ hanc factã fuiſſe in nocte ſequente diẽ ueneris. qđ etiã probari poteſt a poſteriori ſcilicet retrocedendo a lunatione facta prima die ianuarii in principio anni iubilei, uidelicet anno chriſti milleſimo quĩgenteſimo. Conſtat nanq; primã diem ianuarii anni. 1500. fuiſſe diẽ mercurii, & in meridie eiuſdem diei factam fuiſſe coniũctionẽ luminariũ iuxta mediũ motũ quẽ uniformẽ uocant, ſi ergo retroceſſerimus ab hac lunatione facta prima die ianuarii Iubilei uſq; ad lunationẽ a qua Iulius cęſar primũ annũ ſolarẽ auſpicatus fuit, cõperiemus hoc tẽporis interuallo factas fuiſſe lunationes. 19097. hoc eſt decies nonies mille, & nonaginta ſeptẽ, quæ iuxta tabulas, & ſupputationes alphonſinas conſtant, & integrãtur diebus. 563945. horis. 16. minutis. 38. & ſecundis. 46. quibus ſi addiderimus horas ſeptẽ, quas poſt meridiem uſq; ad dictã coniunctionẽ tranſactas eſſe diximus, proueniet numerus dierum a meridie primi anni ſolaris uſq; in meridiem primæ diei anni Iubilei ſcilicet dies. 563946. qui faciunt ſeptimanas octuageſies mille quingentas, & ſexaginta tres cũ diebus quinq;. quia ergo prima dies ianuarii in anno Iubilei prædicti fuit dies mercurii, neceſſe eſt primam diem ianuarii in primo anno ſolari, necnon & diem coniunctionis a qua Iulius primum annum ſolarem incepit fuiſſe diem ueneris. poteſt etiam hoc aliter probari nam differentia cuiuſq; lunationis ad proximam eſt feria una, horæ duodecim minuta. 44. exempli gratia. ſi hodie feria prima in meridie factus fuerit luminarium congreſſus, ergo coniunctio, uel nouilunium proxime ſequens fiet feria ſecunda poſt mediam noctem cum minutis. 44. quoniam ergo a prima illa lunatione a, qua Iulius cęſar incepit annum ſolarem uſq; ad lunationem illam quæ facta fuit prima die ianuarii anni Iubilei interceptæ fuerint lunationes. 19097. ſi lunationes iſtas multiplicauerimus per feriam unam, horas duodecim, & minuta. 44. ac ſecunda tria prouenient in aggregato dies feriarum. 29239. cum horis ſexdecim minutis. 38. ſecundis. 46. quibus ſi addiderimus horas ſeptem, quas poſt meridiem uſq; ad dictam coniunctionem diximus eſſe trãſactas proueniet dies unus. ſi ergo diuiſerimus hunc numerũ dieꝝ

uel feriarum per numerũ dierũ ſeptimanę hoc eſt per ſeptem ,reſta-
bunt quinqꝫ quę indicant & oſtendunt nobis numetum feriaꝶ in-
tercęptaꝶ inter dictas coniunctiones ultra ſeptimanas integras.quo
niam ergo nouilunium iubilei prçteriti factũ fuit die mercurii,ne-
ceſſe eſt ꝙ nouilunium a quo Iulius cęſar incepit primum annum ſo
larem factum fuerit die ueneris ,ſeptem horis poſt meridiem, ſed de
hoc nouilunio alibi plura ſcripſimus. Nunc ad tertiam tuam hypo-
theſim confutandam accedemus, in qua falſum eſt in primis quod
aſſumis priſcos gręcos inchoaſſe ſuos annos a decembri cum a ſolſti-
tio hyemali eos auſpicati fuerint,quod ſolſtitium tempore Auguſti
multo propinquius fuit calẽdis Ianuarii quam decembris, cum fue
rit decimo calendas Ianuarias.prçterea ſi alphonſinas tabulas inſpe-
xiſſes facile comperiſſes gręcos tẽpore Auguſti haudquaquam ince-
piſſe ãnum a decẽbri ut tu autumas neqꝫ a ſolſtitio hyemali, ut pri
ſcis ſolent temporibus,ſed a menſe tiſri alexandrinorum,& hebręo
rum more,qui nunc ſeptembri reſpondet & tempore Auguſti octo
bri congruebat.quod in tabulis herarũ,& radicũ alphonſi annotatũ
inuenies. Sed admiſſo ꝙ gręci annos ſuos inchoauerint a decembri
haudquaquam tamẽ ex hoc inferre poteris ꝙ chriſtus ſaluator natus
fuerit.41.anno imperii Auguſti cum anni auguſti non a decembri,
ſed romanorum more a ianuario auſpicentur,aut a die in quo prin
cipatum ſibi uſurpauit.non enim dicunt hiſtoriographi dominum
ſaluatorem natum fuiſſe anno.42. imperii Auguſti ſecundum græ-
corum computationem,ſed abſolute dicunt dominum natum fuiſſe
anno quadrageſimo ſecundo imperii Auguſti.quia ergo anni augu-
ſti non auſpicantur a decembri more gręcorum,computatio gręco-
rum nullam in hoc ambiguitatem afferre poterit.pudeat te ergo ce-
leberrimos eccleſię doctores diuũ ipſum Hieronymum,& Rufinũ
quorum alter chronica Euſebii,alter eccleſiaſticam hiſtoriam trãſtu-
lit gręcę linguę,& computationis ignorantiam impĩgere antequam
græcorum idioma didiceris.falſo etiam impingis Hieronymo ꝙ ſcri
pſerit chriſtum dominum natum fuiſſe anno imperii Auguſti qua-
drageſimo primo:nuſquam certe in ſcriptis eius hoc inuenies.in pro
logo quoqꝫ chronicorum Euſebii quẽ adducis ſic habetur.42.anno
imperii Auguſti chriſtus natus eſt,&.15.Tiberii ãno prędicare orſus
eſt.nec ſunt Hieronymi uerba,ut autumas,ſed Euſebii.ĩ gręco etiã
eodem modo habetur,& poſtea in ſupputatione temporum hoc idẽ
confirmat.ubi ſub anno quadrageſimo ſecundo imperii Auguſti ſic
legitur.Ieſus chriſtus filius dei in bethleem iudæę oppido naſcitur.

Idem libro primo eccleſiaſticę hiſtorię idipſum repetit. quod etiam omnes hiſtoriographi tam gręci, q̃ latini, immo etiam omnes theologi (uno duntaxat Tertuliano excepto) confirmant. aſſerentes dominum ſaluatorem natum fuiſſe anno quadrageſimo ſecundo imperii Auguſti cęſaris, & non anno quadrageſimo primo ut tu autumas. Erraſti etiam temere ĩ die natiuitatis domini affirmans eum natum fuiſſe nono calendas ianuarii cum tamen catholica, & uniuerſalis eccleſia teneat eum natum fuiſſe octauo calendas ianuarii hoc eſt die uigeſimo quinto decembris. ad hunc errorem in die natiuitatis chriſti ſequitur etiam error in die circuncifionis, qui octauo die a natiuitate celebratur, & ĩ die epiphanię, qui iuxta determinationem eccleſię die decimotertio a natiuitate obſeruatur. ſimiliter in feſto purificationis uirginis, quod iuxta legem die quadrageſimo a natiuitate cuſtodiri debet. neq; rationem aliquam ad hoc adducis, niſi ꝙ ſic bene congruere uidetur, ut chriſtus die dominico naſceretur, ſic etiam magiſter hiſtoriarum, & Vincentius in ſpeculo teſtantur. in quo me reprehendere conaris aſſerens ꝙ iuxta ſupputationem meam tueri nõ poſſim dominum die dominico natum fuiſſe. ſic enim in prima particula ſecundi capituli ſcripſiſti. cõfitetur magiſter Paulus chriſtum natum octauo calendas ianuarii ubi ſignatur. b. neceſſe eſt ergo ut conſequenter dicat chriſtum die dominico natum non eſſe. ſi forte quis ei in contrarium proferat ſcripta magiſtri ĩ hiſtoria, aut Vincentii in ſpeculo non uerebitur profecto magiſter Paulus uerbis illorũ contradicere, qui (ut patuit) auſus eſt autoritati tam Hieronymi quam Auguſtini repugnare. hæc tua ſunt. quibus profecto ſcriptis uecordiam animi tui erga me prodis, qui antequam tibi reſponderam augurando autumas me contradicturum ſupra nominatis doctoribus. quod ſcribis de Hieronymo, & Auguſtino non ſatis intelligo quid dicere uelis. quia non memini me repugnaſſe ſcriptis eorũ ſed paulo ante oſtendi, te contradixiſſe eis in anno natiuitatis chriſti. nam cum ipſi & generaliter omnes eccleſię doctores uno Tertuliano excepto affirment chriſtum dominum natum fuiſſe anno imperii Auguſti quadrageſimo ſecundo, tu autumas eum natum anno imperii Auguſti quadrageſimo primo, quod, & Hieronymum dixiſſe comminiſceris. de die quoq; natali eiuſdem de quo nunc diſputamus non ſolum Hieronymo, & auguſtino, uerum etiam uniuerſali eccleſię contradicis. tenet nanq; catholica eccleſia chriſtum natum fuiſſe octauo calendas ianuarii quem tu nono calendas natum autumas. cęterum quod infers me nõ ueriturũ contradicere magiſtro hi

ſtoriarũ,& Vincẽtio aſſerẽtibus chriſtum dominũ die dominico na tum fuiſſe.non recte ſentis.immo nemini cõtradicere auſim,ſed ſci re te uelim priſcos omnes patres,& pręcipue gręcos ut docet Nice ta,& tibi & magiſtro hiſtoriarum,& Vincentio i hoc aduerſari,dicẽ tes & probantes chriſtũ natũ fuiſſe die martis,ſed incarnatum fuiſſe die dominico. in hoc certe accidit tibi quod Ariſtoteles in elenchis ſcripſit ad pauca reſpicientes enunciant facile & decipiuntur. tu ſo lum reſpexiſti ad diem natiuitatis chriſti,& non ad diem conceptio nis.tu tribuiſti hoc diei natiuitatis, quod priſci patres diei incarna tionis uerbi approprianrunt.& in hoc erraſti quia initium ſalutis,& plenitudo temporis non a natiuitate Ieſu,ſed ab incarnatione uer bi exordiri debet,nam ut dicit apoſtolus poſtq̃ uenit plenitudo tem poris miſit deus filium ſuũ in mũdum,ut carnem aſſumeret.cõgrue bat ergo incarnationem uerbi fieri die dominico,quia deus omniũ conditor,& opifex,mũdum plaſmare,& creare cępit feria prima,ſed idem debet eſſe modus inſtaurationis mundi,& reformationis eius per incarnationem uerbi,qui fuit primę eius creationis.ergo conue niens fuit uerbi incarnationem fieri feria prima,quam nos domini cam uocamus.quamobrem priſci doctores dixerunt chriſtum domi num natum fuiſſe die martis.nam ſi dies uigeſimaquinta martii in qua facta creditur incarnatio uerbi cadit in dominica,neceſſe eſt di em uigeſimum quintum decembris eiuſdem anni incidere in feriã tertiam,quam uulgus diem martis uocat.ſed nunc ad reliquam tuã hypotheſim confutandam accedamus in qua pręſupponis,& aſſu mis calendarium romanum ſiue cyclum ſolarem poſt chriſti tempo ra mutatum fuiſſe per omiſſionem unius biſexti,ſic ꝙ ſemel obſer uati fuerint octo anni communes ſibi cõtinui ſine biſexto interme dio. ſed animaduerte quęſo contradictionem his uerbis tuis impli citam.pͥmo dicis hanc mutationem factam fuiſſe per omiſſionem unius biſexti,& deinde ſubiungis obſeruatos fuiſſe octo ãnos com munes ſibi continuos ſine aliquo biſexto intermedio.quod certe fie ri non poteſt niſi duo anni biſextiles omittantur.nam ſicut quartus annus fuiſſet biſextilis,ſic & octauus iuxta eundem ordinem biſex tilis extitiſſet.ſi ergo obſeruati fuerunt anni octo continui commu nes neceſſe eſt duos biſextos prętermiſſos fuiſſe,& non unum ſolũ ut tu cõminiſceris,& quod omni dementia maius eſt cum abs te quęreretur quo tẽpore,& quo autore facta fuit hęc annorum muta tio fateris ĩgenue te neſcire,quia nemo autorũ huius mutationis fa ctę meminit.ſic enim ad uerbum ſcripſiſti. Nec mireris ſi res quam

ſufficit ſemel factam̄ eſſe poſteris per autorem nullum ſit intimata
ſi quæris quo tempore,& a quibus facta eſt dicta annorum uariatio
licet indubitanter facta ſit,non tamen mirandum eſt ſi lateat quādo
& a quibus facta eſt. conſtat enim Romam eſſe a quibus tamen
condita eſt,non parua eſt inter autores percelebres diſſenſio.hęc tua
ſunt. O pręclaram ſimilitudinem philoſopho profecto dignā, quis
eſt tam amens logicus,tam uecors ſophiſta,qui non animaduerterit
hāc ſimilitudinem nullam eſſe, cum ędificationis Romę,nō ſolum
ſcriptura,uerum etiam effectus adhuc ad ſenſum appareat, adhuc
enim eſt Roma,uel ruina eius,ſed mutationis calendarii,ſiue cycli
ſolaris poſt tempora chriſti nullum penitus apparet ueſtigium. ſed
dices fortaſſe te duabus rationibus probaſſe hāc calendarii mutatio-
nem poſt chriſti tempora factā fuiſſe. audiamus ergo rationes tuas
quarum primam his uerbis exprimis,ꝙ citra natiuitatem chriſti cur
ſus annorum Iulii uariatus eſt,ſic oſtenditur luculenter.demonſtra
tum eſt partim ex euangelio, partim ex ritu matris eccleſię, partim
autoritate celeberrimorum doctorum fidei chriſtum crucifixū fuiſſe
anno ętatis ſuę trigeſimoquarto,octauo calendas apriles feria ſexta,
quod nequaquā ſuſtineri poſſet ſi citra natiuitatem chriſti idē ſem-
per fuiſſet curſus annorum,qui nunc eſt. quod patet nam ſi in cy-
clo magno Dionyſii in quo eſt uniformis curſus annorum retroce
datur uſq; ad tempora chriſti non inuenitur pro anno eius.xxxiiii.
octauo calendas apriles fuiſſe feriam ſextam.curſus igitur annorum
interim neceſſario mutatus eſt.hac ratione conuincitur quiſq; fide-
lis,qui ſincere credit euangelio,ritui matris eccleſię, & pręcipuis do-
ctoribus.hęc tua ſunt. O nouam logicam ante hunc diem non au-
ditam lutulenter certe (ut īquis)conſcriptam.quid turpius?quid lu
tulentius? quid fœdius? ſyllogizanti accidere poteſt? quam ꝙ princi
pium petat, quam ꝙ ea ī pręmiſſis aſſumat,quę probanda proponit
quod tibi nunc accidiſſe inficiari non potes. nonne in exordio tuo
dicis te unum ante alios doctores louanienſes multis lucubrationi-
bus hoc onus ſubiiſſe ut petēti mihi a toto gymnaſio huius rei ſup
putationem,a te uno ſaltem reddatur,et abſoluatur? nonne mihi fa
teberis totum hoc opus tuum te aggreſſum fuiſſe ea ſola de cauſa ut
demonſtrare poſſis,& calculo probare dominum ſaluatorem octauo
calendas apriles,& die ueneris crucifixum fuiſſe? cur ergo hoc in mi
nore tua propoſitione aſſumis?ut mutationem calendarii ex ipſo cō
cludas? nonne uides te circulo obuolutū,& ex eodem ad idem pro-
cedere ac principium petere.ſic enim arguis ſaluari nō poteſt domi-

num die ueneris octauo calendas apriles luna quintadecima crucifi-
xum fuiſſe,niſi dixerimus calendarium romanum poſt tempora chri
ſti mutatum eſſe,ſed dominum octauo calendas apriles luna quinta
decima & die ueneris crucifixum fuiſſe ab omnibus fatendum eſt.er
go calendarium romanum poſt tempora chriſti mutatum fuit. ac de
mum ex hac calendarii mutatione infers dominum die ueneris cru-
cifixum fuiſſe, ſic arguendo ſtante calendarii mutatione luna quin
tadecima anno ætatis chriſti trigeſimoquarto currente octauo calen
das apriles die ueneris fuit,ergo chriſtum die ueneris crucifixū fuiſ-
ſe calculo demonſtrari poteſt . uides ne ꝙ nihil concludis? uides ne
ꝙ principium petis? & quod circulo te inuoluis? Sed hæc de prima
tua ratione dicta ſufficiant.uideamus nunc ſecundam ī calculo fun
datam ſic enim dicis. uerum quia magiſter Paulus maximam uide-
tur adhibere fidem aſtronomico calculo,aliam adduco rationem.Iu
lius enī inſtituēs primū annū ſolarē reſpectū habuit ad lunā,ut ſcri-
bitur ī ſaturnalibus Macrobii hoc eſt ꝙ nō niſi uiſa luna noua poſt
ſolſticiū hyemale primū menſē primi āni ſui puta Ianuariū īcepit,
quēadmodū nec Romulus īcepit primū menſē primi āni,puta mar-
tiū,niſi uidiſſet poſt eqnoctiū uernale ꝓximā lunā nouā ut ſupra pa
tuit, ſed ſi ſēper īterī fuiſſet uniformis curſus annoꝝ ita ꝙ quilibet
annus quartus fuiſſet biſextilis Iulius prius incepiſſet ianuarium
quam poſt ſolſticium hyemale uidiſſet lunam nouam . quod patet
nam ex tabulis aſtronomicis , quæ ſupponunt dictam uniformitatē
annorum pro anno primo ſolari,quem Iulius inſtituit reperitur fu
iſſe uera coniunctio luminarium ad longitudinem urbis Romę ul
tima decembris completa,horis.xiii. poſt meridiem,& minutis .57.
hoc eſt currente hora ſecunda primę diei ianuarii ,diē more romano
rū a medio noctis inchoando. prius ergo Iulius incepiſſet primū ſu
um menſē,& annū q̄ uidiſſet lunā nouā,qm̄ eā uideri poſt cōiūctio
nē nō cōtingit niſi pluribus horis effluxis.opinor itaq; (quia poſtea
uariatus eſt curſus annoꝝ)fuiſſe dictā cōiunctionē hora ſecūda poſt
mediū noctis pręcedētis,ac Iuliū circa ueſperā proximā uidiſſe lunā
nouā,& dehinc ī medio noctis ſequentis incepiſſe.non tantum pri-
mum diē ſed ſimul cum eo tam primum eius mēſem, quam annum
hęc tua ſunt.quæ iam ſuperius ſatis a nobis ſunt confutata.ubi oſtē
dimus errorem in calculo contigiſſe.non obſtante ꝙ calculū tuum
a pręceptore meo factū aſſeras.falſū eſt enī coniūctionē illā ſecundū
conſuetū aſtrologorū calculū contigiſſe ultima decēbris cōpleta ho-
ris.xiii.poſt meridiē &c.īmo ſuperius ꝓbauimus eā ſequēti die factā

fuiſſe. friuola ergo & inanis eſt ratio tua, qua probare conaris curſum annorum poſt tempora chriſti mutatum fuiſſe. præterea nuſquam in Macrobio inuenies Iulium nõ incepiſſe primum annum niſi poſtquam nouam lunam uidiſſet quemadmodum de Romulo & Numa pompilio ſcriptum reliquit, ſed dicit cęſarem annum ciuilem habitis ad lunam dimenſionibus inſtituiſſe, & edicto palam poſito publicaſſe. dimenſiones uero medium lunæ curſum, & non uiſionem lunę conſequuntur. prętcrea Iulius cęſar ab ægyptiis edoctus ut tu ipſe teſtaris ægyptiorum more ſolarem annum inſtituit, ſed ægyptii primam lunæ uiſionem non animaduertunt. ergo nec Iulius a prima lunæ uiſione annum inchoauit. quinimmo ut ſuperius oſtendimus Iulius cæſar per edictum iuſſit annum auſpicari a prima lunatione poſt ſolſticium hyemale per omnes prouincias romano imperio ſubiectas longo tempore antequam luna prima oculis cõſpici poſſet. ergo nõ expectauit lunę uiſionẽ. Non potui profecto ſatis admirari ꝙ hanc nouam tuam calendarii, uel cycli ſolaris mutationem effingere neſciuiſti, ut operi tuo conduceret. attento ꝙ nulla ratione, nec autoritate ductus fuiſti ut nouum hunc cyclum taliter confingeres, ſed in puro tuo arbitrio poſitum erat, ut ſic, uel aliter cyclus iſte a te plaſmaretur. Hortor ergo te, ut primo hoc tuo cyclo falſo calculo innitenti peſſundato alium confingere aggrediaris, qui operi tuo magis conducat. Id quoq; non modo arrogantiſſimum, uerum etiam ridiculũ uiris doctis uiſum eſt quod antequam calculare didiceris, immo antequam aſtrologicę diſciplinę ueſtibulum ingreſſus fueris, friuolis his argumentis in falſo calculo fundatis adductus fueris, ut tabulas omnes aſtrologicas falſas, & erroneas eſſe autumes. Verum quoniam in fine libelli tui hortaris me ne plus ſapiam, quam oporteat, facile tibi in hoc obediam, ſed ego uiceuerſa hortor te ut antequam tabulas aſtrologicas a diuinis uiris ęditas contaminare, & deſtruere aggrediaris, prius ſapias tantũ quantum mediocrem aſtrologum ſapere oporteat. Temere etiam aſſumpſiſti eccleſiam romanam in temporum uel annorum ſupputationibus numerare annos incarnationis uerbi dei tanquam completos, quod non ſolum falſum, uerum etiam abſurdum eſt, atq; ridiculum. nam cum tempus ſit quid ſucceſſiuum non dicitur eſſe quod præteritum eſt, uel quod factum eſt, ſed quod pręſens eſt, & quamdiu eſt in fieri. hæc eſt enim differentia inter permanentia & ſucceſſiua, quia in permanentibus quod fit nondum eſt, ſed in ſucceſſiuis quod fit & quandiu fuit dicitur eſſe, poſtquam autem factum eſt

uel prẹteritum eſt:iam amplius non eſt. ut docet Ariſtoteles tertio phyſicorum. habet etiam inueterata omnium ſcribentium conſuetudo, ut anni chriſti ſaluatoris, pontificum, imperatorum, & regum computentur tanquam currentes, ſic ꝙ annus primus incarnationis uerbi exordium ſumat ab ipſo die, quo uerbum dei primum annunciatum & incarnatum fuit, & terminetur eodem die completo anno. quemadmodum & anni pontificum, & imperatorum in chronicis computantur ut cuilibet manifeſtum eſt. immo iuxta rationem tuam annus in quo incarnatus fuit deus extra hunc numerum excluderetur, cum tamen ipſe merito primus annus incarnationis & exordium ſalutis humani generis dici debeat. quinimmo ſolus ille & unicus annus per antonomaſiam annus ſalutis, & gratiẹ nuncupari meretur a quo reliqui omnes anni ſimilem quodam modo denominationem mutuātur. ſed hẹc pro confutatione eorum quẹ de anno ſolari & eius cyclo ſcripſiſti ſufficiant. nec hoc ſilentio prẹtereundum cenſui, quod ubi aliis doctoribus inſidiaris, in laqueum incidiſti, quem illis paraſti. nam reliquos omnes doctores Marianum, Victorinum, Gerlandum, ac cẹteros qui huic ſupputationi aliquando inſudarunt reprehendis, ex hoc quod ratio ipſorum non conformatur computationi eccleſiẹ a qua & tu maxime diſcrepas. nam annus prẹſens, qui iuxta eccleſiẹ numerationem decimuſſeptimus eſt in cyclo ſolari, & biſextilis, ſecundum tuum cyclum eſſet decimuſoctauus & primus poſt biſextum. ſed hoc maxima reprehenſione dignum eſt, quod argumenta & motiua doctorum turpiter finxiſti, ut ea commode & apte reprobare poſſes. quibus figmentis totū librū tuū repleſti. uideris profecto ſomnia tua depingere, cū in quinq; ultimis particulis primi capituli, & in totidē particulis ſecūdi capituli tū i ſex ultimis tui libri particulis diuinare fruſtra conaris cauſas, & motiua quẹ ſingulos quoſq; doctores induxerūt ut dicerent dn̄m ſaluatorē diuerſis ānis, & uariis diebus crucifixū fuiſſe. qđ ſi argumenta, & cauſas eos mouētes apud idoneos autores non inueniſti, cur augurari, aut diuinare contendis ipſorum motiua? & falſum eis impingere? ſed ut cẹteros dimittamus uellem mihi iterroganti reſponderes quis te docuit ſupputationem meam? nonne in primo tuo tractatu conquereris de me, quod calculum meum & cauſas atq; rationes me mouentes tibi dare recuſaui? quẹ & in apologia mea conticui. non ſatis tibi fuit falſo mihi articulos illos impingere, ſed & argumenta atq; motiua mea a te fingenda erant, & taliter quidem fingenda, ut reproba

tioni apta forent. quamobrem ſtatim poſtquam a te conficta erant
ea reprobare aggreſſus fuiſti. his ergo nouis tuis inuentionibus reſ/
pondendo dico, quod calculum & argumenta mea tibi adhuc igno/
ta nondum reprobaſti, ſed nugas & fabellas tuas a te confictas fruſtra
uentilaſti. uerum ut modo ſupputationem meam excribrare, & re
probare poſſis, ſtatui eam alio libro ſcriptam per latorem qui fuit
præſentium ad te mittere. ex quo etiam errorem tuum in menſibus
ægyptiorum tranſcribendis agnoſcere poteris. nam characterum ſi
militudine deceptus in ſingulis ferme dictionibus immutatis dua/
bus, aut tribus litteris non ęgyptiacum, non græcum, ſed barbari/
cum loqui uideris, immo pudendum quid pro ægyptiaco expreſſi/
ſti. nam ubi ęgyptii nonum menſem παχών uocant, tu commu
tatis litteris pathoni ſcripſiſti, cuius ſignificationem exprimere me
pudet. hoc certe uocabulo Heraclitum illum quem continuo fle/
tu pręoccupatum nũquam riſiſſe ferũt, ad cachinnum prouocaſſes,
plurimis etiam riſum excuſſit quod toties computiſtas tuos in teſti/
monium uocas, ac ſi inter uinum & epulas libellum tuum conſcri
pſiſſes, & compotorem aliquem bibacem teſtem afferre uelis. non
enim compotiſta latine dici poteſt pro eo, qui artem computandi
callet, ſed potius compotorem bibacem ſignificat. non minus quo/
q; abſurda atq; ridicula ſunt cuncta, quę de cyclo lunari annotaſti,
de quibus poſtea ſcribemus ſi deus uitam conceſſerit & uniuerſali/
ter omnia tua commentitia ſcripta confutabimus, & oſtendemus li/
bellum tuum aliter corrigi non poſſe quam una litura a principio
eius uſq; in finem protracta. interim tu reliquam tui libelli par/
tem prout pollicitus es excudere propera. rogatum tamen te uelim
ut quamprimum noui aliquid ædideris, copiam eius etiam meis im
penſis ad me tranſmittere digneris, ſicut & ego hodie latorem præ/
ſentium dedita opera ad te deſtinaui, ut tibi epiſtolam hanc meam
reſponſiuam pręſentaret. ſcire debes quod beatus Hieronymus gra
uiter ſuccenſuit uiro ſui temporis ſancto, quod epiſtolas ei intitu/
latas per Italiam ſparſerat, antequam eas ad ipſum deſtinaſſet. tu
uero ut facultatem reſpondendi mihi adimeres, nihil unquam inti/
mare mihi uoluiſti, ſed ſparſim undiq; libellos tuos ſeminaſti, imo
anno iam elapſo indelebili charactere, & multo numero æneis litte/
ris imprimere feciſti, neq; unquam copiam eorum ad me tranſmit/
tere dignatus es. nihil profecto mihi gratius atq; iocundius facere
potes quam ſcripta tua etiam contra me ędita mihi communicare,
& occaſionem prębere ut cum uiro omni litterarum genere doctiſſi

mo diſceptare coactus fuero. quod ſi libellus tuus Romam nuper miſſus citius ad manus ueniſſet, citius tibi reſpondiſſem. ſed nunc decimus duntaxat agitur dies quo ad noſtram noticiam peruenit. uerum ut cautior in poſterum euadas, & antequam aliquid ædas, aut imprimi facias diligentiori ſtudio ſingula diſcutias, aut ſaltem antequam ſcripta tua impreſſa inanis glorię aucupādę gratia in Italiam tranſmittas, accuratius ipſa enucleare contendas. ſtatui te certiorem reddere de caſu quodam, qui Romę nuper accidit, quem profecto me ſtudii louanienſis alumnum, ac tuis uirtutibus deditum audire puduit. nam cum in cœtu doctiſſimorum uirorum de hoc libello tuo ſermo complurimus haberetur, admirantibus cunctis quod totam hanc tuam nouam inuentionem in falſo calculo, & ſuper fundamento aereo falſis hypotheſibus ſubſtratis ædificaueris, interrogare cęperunt (ut fieri ſolet) de conditionibus, & habitibus perſonæ tuę. ego uero pro mea in te obſeruantia, & reuerentia (tuis etiam uirtutibus hoc exigentibus) bonarum artium te doctiſſimum aſſerui, in primiſq; theologum ſummum, ac rhetorem facundiſſimum te pędicaui, cum iam annis multis rhetoricam in celeberrimo illo louanienſi gymnaſio me audiente publice, et publico ſalario ſolus docuiſſes. antequam ſermoni finem imponerem quoniam rhetoricę mentionem feceram, puer quidam, qui plus uiſus eſt ſapere quam oporteat, patrono ſuo caſu aſſiſtens nondum quindecim annos natus, ſciolus tamen grammaticellus, qui etiam ob nouitatem rei libellum tuum perlegerat, ad me conuerſus in hæc uerba prorupit. quid autumas magiſtrum hunc alios docuiſſe rhetoricam, qui nondum ipſe latine loqui didicit? profer libellum eius, & centum in eo barbariſmos, ſoloeciſmos, ac falſas latinitates tibi oſtendam. ego uero quoniam te omni litterarum genere doctiſſimum ſemper cognoui, tum etiam intuitu louanienſis ſtudii cuius me alumnum profiteor, honorem tuum defendere conatus, reſpondi ſacram ſcripturam non ſubeſſe legibus grammaticorum. cauſatus etiam fui in tui excuſationem temporis breuitatem, quanquam tuipſe teſteris libellum tuum iam ſatis digeſtum, & multis lucubrationibus ruminatum a te in lucem ęditum fuiſſe. nonnulla etiam uitia a puero obiecta impreſſorum incurię, & negligentię impegi. quanquam nuncius ille, qui libellum tuum Romam attulit atteſtatus ſit eundem manu tua propria correctum fuiſſe, cu

ius etiam

ius etiam indicium in margine extabat. Cęterum ut finem epiſtolę imponam hortor te ne prima hęc diſceptationis noſtræ præludia ægro animo feras. quoniam nunquam hoc altercationis genus tecum aggreſſus fuiſſem, niſi a te prouocatus, & laceſſitus. eo maxime quod ſcripta mea perperam interpretatus fuiſti. in quo etiam temperaui me quantum potui, ne acris inter amicos fieret contentio. ſed ut Ariſtoteles inquit amicus Socrates, amicus Plato magis amica eſt ueritas. ſicq; quemadmodum Paulus ille tarſenſis uocatus apoſtolus oborta inter ipſum, & Petrum apoſtolorum principem de legalibus obſeruandis contentione auſus fuit reprehendere Petrum immo ut de ſe ipſe teſtatur reſtitit ei in faciem quia reprehenſibilis erat, ſic Paulus iſte middelburgenſis laceſſitus (licet doctorum minimus) non formidabit congredi cum magiſtro Petro de riuo doctorum primario, & palæſtrita ueterano quidem, ac iam probato. non obſtante prouerbio illo quod bos laſſus fortiter pedem figat. & niſi eum fallat animus dignoſcet breui magiſter Petrus ꝙ Paulus quoq; manum ferulæ aliquando ſubduxerit. Vale.

¶ Sequitur alia epiſtola eidem magiſtro Petro de riuo tranſmiſſa in qua ſcripta eius de cyclo lunari, ac decēnouenali cōfutantur.

❧ Paulus de Middelburgo Zelandiæ doctiſſimo uiro magiſtro Petro de riuo ſacræ theologiæ profeſſori eximio ſalutem dicit.

PEior eſt ſi philoſophis creditur, prauę diſpoſitionis habitudo, quam purę negationis ignorantia, hęc enim licet habentem non perficiat, tamen non reddit eum inhabilem ad diſcendum, ſed aptum reliquit. illa uero ea affectum impedit, & minus idoneum, immo penitus inhabilem reddit ad diſcernendũ uerum, niſi remoueatur. oportet enĩ hac habitudine uel ignorantia oppreſſum, antequam ueritatem addiſcat, dediſcere ea, quę ſe ſcire arbitrabatur. ſed quorſum hæc de ignorantia repetita? cum non haberes argumenta, quibus erronea tua ſcripta, & falſa commenta a me confutata, defendere ualeres, neq; priſcorum doctorum autoritate ea uallare poſſes, ut ſolo nutu ſilentium mihi imponeres, & auditorem attentum redderes, nouum perſuadendi modum inueniſti, & in ſupplemẽtum rationum & argumentorum ętatem tuam pro autoritate adducens, in calce tertii tractatus tui inſolenter te iactaſti quinquaginta ãnos theologię operam dediſſe, & triginta annos huic materię de die paſſionis dñi indagando diligenter inſudaſſe, teq; ante alios doctores louaniẽſes hoc reſpõdẽdi onus ad quæſtionẽ a me propoſitã aſſumpſiſſe (ut uerbis tuis utar) ex debito ſingularis gratiæ tibi cõceſſę, quia cęteris tuis cõtemporaneis diutius (ut inquis) & ſtudioſius huic negocio te cõtuliſti. hęc tua ſunt. quę ſi ita ſint ut autumas, nõ mirũ uideri debet ꝙ habitũ prauæ diſpoſitionis ex lõgo tẽpore ĩbutũ, nõ facile dediſcere, & negligere potueris quinimo multa ſuper eũ ędificare per calculũ erroneũ & falſum, temere aggreſſus fuiſti. neq; his cõtentus, abſurdiſſima queq;, & ab omni ueritate aliena pro fundamẽtis ieciſti. miſereor profecto fortunæ tuæ ꝙ triginta (ut autumas) annos inutili hac lucubratione tranſegeris, ꝙ trigĩta annoꝝ laborẽ tã temere effuderis, & in tuũ dedecus cõflaueris. miſereor tuæ (ut inquis) gratię, q̃ ſingulari munere a deo tibi ſuper hac quæſtione cõceſſã autumas. ſed uereor ne hoc donũ quod tu gratiam uocas alii ignorantiam appellent. in quo certe aliorum potius iudicio quam tuo ſtare debes, quia iuxta uulgatum de hoc adagium laus in ore proprio ſordeſcit. & ut Paulus apoſtolus inquit, non ille probatus eſt qui ſeipſum laudat, ſed quem opera commendant. hęc autem tua opera quæ imprimere iuſſiſti, uituperant te. uideris profecto ignorare principia artis. nondũ enĩ prima ſupputationum rudimenta didiciſti, nondũ uocabula artis cognoui

ſti, & quid inter cyclum lunarem romanorum & decemnouenalem alexandrinorum interſit, nondum agnoſcis. & quod abſurdiſſimũ extat terminos paſchales, cyclum appellaſti decemnouenalem. & omnia confundens atq; peruertens, ipſo cyclo decemnouenali alexandrinorum pro cyclo lunari romanorum uſus fuiſti. quippe numerus ille, quem aureum appellas in romano calendario annotatus per quem dominicæ paſſionis diem indagare conatus es, haudquaquam eſt numerus cycli lunaris ut autumas, ſed eſt numerus cycli decemnouenalis alexandrinorum in nicæna ſynodo inſtitutus. & ad uſum inuentionis paſchæ chriſtianorum, non iudæorum accommodatus. per quem uſq; in hodiernum diem romana eccleſia ſuum paſcha perquirit. Ille quoq; numerus, qui a duodecimo calendas apriles uſq; in decimũquartũ calendas maias annotari ſolet haudquaquam eſt numerus decemnouenalis ut comminiſceris, ſed eſt numerus terminorum paſchæ. non enim lunam primam, ſed quartamdecimam & terminum paſchæ nobis oſtendit. miror profecto cum toties Bedam allegare uidearis, ut quaſi nullum alium autorem te unquam legiſſe inſinues, quod nondum ex eo didiceris quo nam modo cyclus lunaris romano calendario inſcribi debeat, quem ſi accuratius, immo ſuperficietenus legiſſes non tam grauiter in fundamentis tuis iaciendis errraſſes. Sed nunc ad ſeriem textus tui de cyclo lunari conſcripti accedamus. ſic enim ſecundum tui libri capitulum quod de primo die menſis primi hebræorum, & de die ueræ primationis lunæ intitulaſti exordiris. luna dicitur, & eſt uere prima a ueſpera poſt illius accenſionem proxima uſq; ad ueſperam ſequentis diei. menſiſq; primus hebræorum eſt, cuius luna quintadecima proxime ſequitur ęquinoctium uernale. ſic Beda ſenſit, & poſt pauca ſic infers. ex præmiſſis patet diem primationis, quo ſcilicet luna dicitur prima ſemper proxime ſequi diem in quo fuit coniunctio luminarium. hæc ad uerbum tua ſunt. quæ adeo ſunt abſurda ut reprobatione non indigeant. nam ſi calculare didiciſſes, & luminarium congreſſus ad tempora nicęnæ ſynodi (in qua cyclus iſte pro inuentione quartædecimę lunę paſchalis ab eccleſia fuit inſtitutus) aſtrologica ſupputatione indagaſſes, facile comperiſſes ſemper fere luminarium coniunctionem factam fuiſſe eiſdem diebus, quibus in romano calendario annotatur luna prima. quemadmodum etiam hebręi docent, qui omnes in hoc conueniunt. quod ſi interluninm acciderit ante meridiem luna dicetur prima eodem die. quod ſi poſt

meridiem facta fuerit accenſio lunę tranſferetur neomenia uſq; in diem ſequentem, ſi forte non uidiſti ſcripta hebręorum, potuiſſes ſaltem eadem didiciſſe ex Paulo burgenſi in additionibus poſtilarum ſuper Matthæum euangeliſtam. neq; Bedę teſtimonium in hoc eſt conueniens, quia contrariatur ueritati per aſtrologicam ſupputationem inuentæ. congruebat etiam tibi de primo menſe hebræorum diſputanti adducere autorem aliquem hebræum potius quam latinum. Satis itaq; conſtare arbitror falſum eſſe quod autumas lunam nunquam poſſe dici primam in die accenſionis eius, ſed die ſequenti duntaxat. immo ut plurimum dicitur prima eodem die, quo de nouo a ſole accenditur. nam cum hebræi incipiant diem ab occaſu ſolis, ſi contingat fieri nouilunium ante decimamoctauam horam diei, luna dicetur prima eodem die, & in eo figetur neomenia menſis. ſed ſi contingat fieri nouilunium poſt decimamoctauam horam, tranſferetur neomenia uſq; ad diem ſequentem. ſicq; tres primæ quartæ diei deputantur lunæ nouæ. & ultima quarta ſola facit lunam ueterem. ſed poſthabita doctorum autoritate uellem mihi interroganti reſponderes, ſi facta fuerit accenſio lunę in principio diei quid prohibeat lunam dici primam eodem die? quod ſi tibi non placet ut dicatur prima, ergo dicetur trigeſima, uel uigeſima nona, ſed luna trigeſima & uigeſima nona eſt luna uetus & non noua. ergo luna noua dicetur uetus, quod implicat. falſum eſt ergo quod autumas lunam nunquam poſſe dici primam eo die quo accenditur. Præterea idem probari poteſt ex nominis interpretatione. nam apud græcos initium menſis uocatur neomenia, quod ſignificat nouam lunam, & apud priſcos romanos calendę idem ſignificabant. & hac tempeſtate apud hebræos nouilunium uocatur ros chodes quod interpretatur caput menſis. ergo quilibet menſis potius debet auſpicari a die nouilunii, quam a die ſequenti. falſum eſt ergo quod autumas lunam nunquam poſſe dici primam eo die, quo accenditur, ſed die ſequenti duntaxat. hoc ergo tuo fundamento ſubuerſo neceſſe eſt ut corruant omnia, quę ſuper ipſum ædificaſti. ex quibus etiam ſequitur quod non intellexiſti ſcripta Ioannis de muris quem ſuper hoc allegaſti, & quod temere reprehendiſti Paulum. quæ ut magis pateant inſeremus his ſcriptis noſtris ſeriem, & proceſſum textus tui. ſic enim imprimere iuſſiſti. ex præmiſſis patet diem primationis, quo ſcilicet luna prima dicitur ſemper proxime ſequi diem in quo fuit luminarium coniunctio. quod atten

dens Ioannes de muris poſtquam in tractatu ſuo de regulis compu tiſtarum dixerat ſe ex tabulis aſtronomicis repperiſſe pro ãno ętatis domini trigeſimoſecundo coniunctionem ſolis et lunę decimano- na die martii. ſubdit ꝙ dies ſequens puta uigeſimus martii fuit di- es primationis lunę. quod ſi etiam magiſter Paulus attendiſſet nun quam dixiſſet hoc anno, qui eſt ab incarnatione domini. 1488. in eccleſia dei paſcha celebratum fuiſſe luna uigeſimaquinta. fuit enim hoc anno coniunctio luminarium ſecundum eorum motum medi um ad meridianum urbis Romæ duodecima martii cõpleta poſt meridiem horis. 12. & minutis. 17. aut quod idem eſt tertio idus mar tii, hora prima currente poſt medium noctis. quare ſecundum præ- narrata in proxima ſequenti ueſpera luna cępit dici uere prima, con tinueq; dicebatur prima uſq; ad ueſperã diei ſequentis, qui fuit pri die idus martii hinc computando uſq; in diem octauum idus aprilis quando paſcha hoc anno celebratum eſt reperitur eodem die fuiſſe lunam uere uigeſimamquartã nõ uigeſimamquintam ſicut M. Pau lus in ſua epiſtola aſſeuerat. hęc tua ſunt. qnibus propriam prodidiſ ti ignorantiam, & palam facis conſpicuum te nondum ſcripta Ioan nis de muris intellexiſſe, falſoq; Paulum a te reprehenſum fuiſſe. erat nanq; dicta luminarium cõiunctio, cuius meminit Ioannes de muris die decimonono martii horis duabus, minutis. 12. poſt meri diem, & ergo luna non poterat dici prima ſecundum hebraicam ſupputationem ante eius occaſum, quia iam tres quartę diei in eius accenſione præterierant quod addiſcere potuiſſes a Paulo bur- genſi in ſupplemento poſtillæ ſuper Matthęum, qui mentionem faciens de hac coniũctione luminarium, quę diem paſſionis domi- ni præceſſit, dicit eam factam fuiſſe feria quinta poſt decimamno- nam horam. quamobrem neomenia menſis niſan non poterat fi- gi eodem die propter uetuſtatem lunę, quia nouilunium factum fuit poſt decimamoctauam horam diei, & iam tres quartæ diei per tranſierant. debuit ergo tranſferri neomenia ad diem ſequentem. ecce plane docet cauſam cur ad ſequentem diem neomenia illa hoc eſt prima luna tranſferri debuit, quia luminarium coniunctio poſt decimamoctauam horam hoc eſt poſt tres quartas illius diei facta fu it. quod ſi ante decimamoctauam horam accidiſſet, non fuiſſet tran ſlata neomenia uſq; in diem ſequentem ſed eodem die celebrata fu iſſet. patet etiam ex his quam temere me apud uulgus indoctum ca lumniatus fuiſti, quod dixerim ãno domini. 1488. paſcha ſanctum in eccleſia dei celebratum fuiſſe luna. xxv. quando & tuo, aut tui

interpretis calculo hoc idem fateri debeas.nam ſi luminarium con/
iunctio facta fuit ad meridianum urbis Romæ ut aſſeris .12. martii
completa poſt meridiem,duodecim horis,et.17.minutis,ergo die de
cimatertia martii luna dicebatur uere prima,quia facta fuit ante me
ridiem eiuſdem diei,ex qua die ſi uſq; ad ſextum diem aprilis, quo
paſcha celebratum fuit recte computaueris, facile comperies paſcha
uigeſimaſecunda luna celebratum fuiſſe. temere ergo Paulum ca/
lumniatus fuiſti. Cæterum reuertamur denuo ad tua ſcripta, quæ
ſic continuaſti. de primo menſe hebræorum ita dicit Beda eodem li
bro capitulo undecimo, primum menſem nouorum, qui paſchę
cerimoniis ſacratus eſt rectius aprili deputant, quia ſemper in illo
uel incipit, uel definit,uel in illo includitur,ea duntaxat regula, ut
quintadecima luna quæ poſt æquinoctium extiterit,primum ſequē
tis anni menſem faciat, quæ uero antea, nouiſſimum præcedentis.
hæc tua ſunt ex Beda aſſumpta, quem nondum ſatis intellexiſti.nā
cum primus menſis hebræorum uernale ſequatur æquinoctium qđ
hac noſtra tempeſtate circa decimum martii diem contingere ſolet,
primus menſis hebręorum martio potius,quam aprili reſpondebit,
quanquam tempore Bedæ aprili magis congruebat.non animaduer
tiſti ꝙ ſolſticia, & ęquinoctia in romano calendario firmum locum
habere nequeant, ſed ꝙ ſedes ſuas ſemper anticipent. quo factū eſt
ut a tempore Bedæ uſq; ad tempora noſtra ęquinoctium uernale
aſcendit in calendario romano ad dies fere octo. quamobrem licet
tempore Bedæ primus menſis hebręorum in quo paſcha celebrari
pręcipitur reſponderit aprili romanorum,nihilominus (motu ſolis
hoc exigente)hac noſtra tempeſtate potius congruit,& conſentane/
us eſt martio,quam aprili. nec tergiuerſari potes dicendo ęquinocti
um ſecundum eccleſiæ ſupputationem affixum eſſe diei uigeſimæ
primę martii,quia menſem primum hebręorum non chriſtianorum
deſcripſiſti. hebręi uero ęquinoctium nulli diei affixum obſeruant.
pręterea cum de menſe primo hebręorum locutus fueris debuiſſes
auſpicari eum a luna prima ad ęquinoctium proxima, & non a lu/
na quintadecima ut autumas, nam cuiuſlibet menſis initium neo/
menia hoc eſt noua luna appellatur, & non quintadecima. hæc de
prima tua particula dicta ſufficiant.Nunc ad ſecūdam quam de cy/
clo decemnouenali inſcripſiſti accedamus,in qua autumas Euſebiū
cęſarienſem ædidiſſe cyclum decemnouenalem,cui ſubſeruiunt nu
meri. 19. (alii ab aureo numero) calendariis quibuſdam a duo//
decimo calendas apriles uſq; ad diem quartumdecimum calendas

maias prænotati. In quo profecto oſtendis te nondum prima artis huius rudimenta, neq; prima uocabula didiciſſe. quia numeri illi a duodecimo calendas apriles uſq; ad quartumdecimum calendas maias conſcriptti, nō ſunt numeri cycli decemnouenalis (ut autumas): ſed ab omnibus, immo a tuis computiſtis uocantur termini paſchales, quia eiſdem diebus terminatur luna quartadecima paſchalis, & dominica ſequente debet celebrari paſcha ut docet Campanus in computo ſuo. Guilhelmus durantes in rationali diuinorum, & generaliter omnes, qui de hac materia ſcripſerunt. q; ſi de hoc fortaſſe dubitaueris ſume in manus calendarium romanum, & incipe computare a numeris illis, qui primam lunam ſignificant, comperies ſemper lunam quartamdecimam terminari in loco ubi numeri de quibus ſcripſiſti annotati ſunt. Præclaram certe doctrinam Euſebio aſcripſiſti, quam quilibet etiam litterarum ignarus ſibi uendicare poſſet, dummodo uſq; ad quatuordecim computare didicerit. numeri ergo prædicti nullam nouam doctrinam præ ſe ferunt, ſed pro rudibus duntaxat annotati ſunt, ut lunam quartamdecimam, & terminos paſchales in promptu ſemper oſtēdant. quia numeri iſti ponuntur ſemper in quartodecimo loco a numeris cycli decemnouenalis eis reſpondentibus, & primam lunam demonſtrātibus cuius quartadecima paſchalis dicitur, & terminus paſchæ appellatur. quia dominica ſequente celebratur paſcha. Sed nunc ad ſeriem textus tui de cyclo lunari conſcripti accedamus, & præclaram, atq; eximiam illam doctrinam, quam indelebili charactere imprimere iuſſiſti quā q; in ſcholis theologorum ſumma cum expectatione te docuiſſe gloriaris, audiamus. ſic enim tertiam tui libri particulam de cyclo lunari æditam auſpicaris. Cyclus lunaris hebræorum ex cuius olim circumuolutione nouerant primationes lunæ, ſuaſq; neomenias a Dauid rege uidetur inſtitutus. hæc tua ſunt, & ne temere, & ſine cauſa hęc dixiſſe uidereris, affers poſtea rationem huius dicti ſic ſcribens. ſi quæras quis fuerit autor huius noui cycli æſtimo q; Dauid rex quoniam de eo ſcribitur eccleſiaſtici quadrageſimo ſeptimo dedit in celebrationibus decus, & ornauit tempora &c. & poſtea ſubdis quomodo pulchrius potuiſſet ornare tempora quam tradendo cyclum lunarem per quem noſci poſſent neomeniæ menſium, dieſq; ſingularum feſtiuitatum legalium, quem cyclum arbitror fuiſſe cyclum lunarē hebræoꝝ. hæc ad uerbum tua ſunt. O præclarā ratiocinationem per coniecturas ſtabilitā, & per æſtimo corroboratam quod rectius latine exiſtimo dixiſſes, O admirabilē diſcurſū ſūmo theologo

profecto dignum. Dauid ornauit tempora ergo cyclum lunarem
conſcripſit. ac ſi dicatur Dauid ornauit tempora, ergo aſinus uo-
lat. nouus profecto autor, nouus ſyllogizãdi modus & noua doctri-
na hebręis uſq; in hunc diem incognita, qui cyclum lunarem non a
Dauid ſuo regę, ſed ab Eleazaro legiſperito ęditum putãt. ſed quia
theologum te profiteris nõ debebas recedere ab expoſitione, quam
priſci patres ſuper hoc ędiderunt, qui ſcripta allegata ſic exponunt.
Dauid dedit in celebrationibus decus quia diuinum cultum augu-
mentauit in ſacerdotibus leuitis, & cantoribus ſecundo paralipome
non. 25. & ornauit tempora ideſt ſolemnitates, quę fiebãt diuerſis an
ni temporibus. ecce in hac expoſitione nulla fit mentio de cyclo lu-
nari. non ergo ualet conſequentia Dauid ornauit tempora, ergo cy-
clum lunarem cõſcripſit. ſimili argumento infers Abraham hunc cy-
clum lunarem docuiſſe primum ęgyptios ſic ex Ioſepho aſſumens.
Abraham tempore famis in ęgyptũ deſcendens habebatur ab ęgyp
tiis tanquam uir ſapiens, & paratus ad ſatiſfaciendum, atq; loquen-
dum quodcunq; docere niteretur arithmeticam quoq; illis cõtulit,
& quę de aſtrologia ſunt ipſe contradidit, nam ante aduentum eius
ĩ ęgyptum hęc ęgyptii penitus ignorarunt. hęc quę a Ioſepho ſcripta
ſunt conſonant his, quę geneſis duodecimo ſcribuntur. ex his igitur
coniicio calendarium, aureumq; numerum eidem pręſcriptum ęgyp
tiis traditum ab Abraham, cum tempore dictę famis ad eos tranſmi
graſſet. hęc tua ſunt. habilis profecto eſt coniectura fallaciam conſe-
quentis denuo committens. Abraham docuit ęgyptios aſtrologiam
ergo docuit eos cyclum lunarem, & nouum calendarium eis inſtitu
it. neſcio etiam quantum in his ſit idoneum Ioſephi teſtimonium
quando quidem antiquiſſimi hiſtoriographorum tradunt ęgyptios
primum annum, anniq; diuiſionem in menſes comperiſſe. autor eſt
Herodotus in euterpe. ſi etiam Diodoro ſiculo approbato hiſtorio
grapho creditur, ab ęgyptiis omnis gręcorũ ſapiẽtia, & philoſophia
eſt deriuata. non inficior chaldęos in aſtrorum ſcientia, quam iudici
ariam uocant apprime ſemper fuiſſe eruditos, ſed ꝙ ęgyptii ante de-
ſcenſum Abrahę huius ſcientię penitus fuerint ignari non facile ad
duci poſſum ut credam. neq; Abraham inter philoſophos, aut ſum-
mos aſtrologos numerari ſolet, ſed inter ſanctos patriarchas, & pri-
mos deo deuotos. nõ eſt ergo uériſimile Abraham docuiſſe primum
ęgyptios hunc cyclum lunarem decem & nouem annorum, & ĩſcri
pſiſſe aureum numerum calendario ęgyptioꝝ, quinimmo impoſſibi
le fuit Abrahę & cuilibet aſtrologo etiam peritiſſimo cyclum luna-
rem decem

rem decemnouenalem priſco ægyptiorũ calendario inſcribere, quia ægyptii tempore Abrahæ non obſeruabant diem intercalarem quẽ latini biſextum uocant, ſed conſtituebant annum ex diebus . 365 . omiſſo quadrante, quem non inſtaurabant quarto anno. quo factũ fuit ut quaternis quibuſq; annis uariaretur motus ſolis in calendario ægyptiorum in gradu uno fere, & die uno, & ergo cyclus lunaris conſtans annis decem & nouem, non congruebat calendario ægyptiorum, ſed alio utebantur cyclo lunari conſtante ex annis uiginti quinq;, quia poſt uiginti quinq; quoſq; annos redibant lunationes ad eundem diem in quo prius factę fuerant anticipantes ſolum per horam unam, minuta ſex, & ſecunda quinquaginta, ut docet Ptolemęus libro almageſti dictione ſexta, ubi tabulam huius cycli uiginti quinq; annorum dedita opera conſcripſit . quo cyclo non ſolum uulgus, uerum etiam aſtrologi tunc utebantur. falſum eſt igitur ꝙ autumas Abraham primum hunc cyclum lunarem, & aureum numerum inſcripſiſſe calendario ęgypriorum, quia cyclus iſte non eſt conſentaneus priſco illi calendario ęgyptioꝝ, qui non inſtaurabant diem ex quadrantibus reſultantem, ſed congruit calendario alexandrinorum, qui quarto quoq; anno intercalabant. conſtat autem alexandriam tempore Abrahę nondum fuiſſe conditam, quinimmo tẽpore Abrahę nondum erant iudęi, neq; paſcha fuit inſtitutum . ſed dices fortaſſe te non ſolum coniectura, uerum etiam calculo probaſſe Abraham hunc cyclum lunarem et aureum numerum primũ calendario ęgyptiorum inſcripſiſſe . uideamus ergo rationem ſupputationis tuę . ſic enim ad uerbum ſcripſiſti . nec huic coniecturæ parum affert roboris ꝙ anno ętatis Abrahæ octuageſimo ſecundo quo ueriſimiliter deſcendit in ęgyptum reperitur ex aſtrologico calculo fuiſſe media coniunctio luminarium ſingulis quibuſq; diebus, quibus in ægyptiorum calendario prænotaur unitas aut ſaltem in die proximo . hæc tua ſunt . O lepidum caput quam friuola ſupputatione confectum negocium putas, quandoquidem non ſolum tempore Abrahæ hoc accidit, uerum etiam deceniſnouenis quibuſq; annis hoc reiteratur, contingitq; fieri luminarium congreſſum eiſdem diebus, quibus in calendario pręnotatur unitas, uel ſaltem die proximo . immo ex hoc cyclus iſte nomen ſumpſit, & lunaris decemnouenalis uocatur, quia ſemper poſt decem & nouem annos ad priſtinum locum redeunt lunationes per ipſum ſignificatæ, anticipantes ſedes ſuas duntaxat per horam unam, minuta.28. ſic ꝙ in ſeptuaginta ſex annis anticipant, ſedes ſuas ad horas quinq;, & minuta.52.

quinimmò aſcendente una lunatione per hoc incrementum ad di/
em pręcedentem, altera lunatio in locum eius ſuccedet. quia in to
to calendario non inuenies duos dies ſibi continuos; quin in alter/
ro eorum annotetur aliquis numerus huius cycli lunaris. quoniam
ergo hoc quod aſſumpſiſti contingit omnibus decem & nouem an/
nis non potes ex eo indagare principium conſtitutionis cycli. Sed
pro initio cycli inueſtigando debebas ſic ratiocinari. tali āno Abra/
hę quando aureus numerus cycli lunaris fuit unitas, tunc facta fu
it luminarium coniunctio eo die quo in calendario notatur unitas,
& tali anno Abrahæ quando aureus numerus fuit binarius factus
fuit luminarium congreſſus eo die quo in calendario ſcribitur bina
rius. ſicq; in cęteris. ergo circa tempora Abrahæ idem cyclus inſcrip
tus fuit calendario. quo argumento patebit falſam eſſe tuam con/
cluſionem, immo ex eo infertur cyclum illum, cuius numeri præ/
notantur calendario exordium ſumpſiſſe a primo anno poſt nicæ/
nam ſynodum in qua cyclus decemnouenalis fuit inſtitutus, quia
omnes numeri deſcripti in calendario conformantur & reſpondēt
ſuis lunationibus factis poſt nicænam ſynodum. exempli gratia re/
trocedendo a die iſto uſq; ad primum annum poſt nicænam ſyno/
dum, qui fuit annus ab incarnatione uerbi tricenteſimus uigeſi/
mus tertius, inueniemus eodem anno aureum numerum cycli de/
cemnouenalis fuiſſe unitatem, & per aſtrologicam ſupputationem
comperiemus luminariū congreſſum ſecundum medium motum,
quo eccleſia utitur factum fuiſſe ad meridianum ciuitatis nicææ,
in qua celebrata fuit ſynodus die. 23. ianuarii, horis. 5. minutis. 28. ſe
cundis. 42. poſt meridiem. quamobrem die uigeſima tertia ianuarii
in romano, & alexandrino calendario annotata eſt unitas pro aureo
numero. Anno ſecundo poſt nicænam ſynodum aureus numerus
cycli decemnouenalis fuit binarius, & facta fuit luminariū coniun/
ctio iuxta medium motum die duodecima ianuarii, horis. 14. minu
tis. 27. ſecūdis. 18. & ergo in romano calēdario die duodecima ianua
rii annotatus eſt numerus binarius pro aureo numero, ſicq; in cæte
ris annis idē inuenies quēadmodū uidere licet in libro quē de cy/
clo decēnouenali ſcripſimus. quę cū ita ſint, īpoſſibile eſt eadē hęc cōti
giſſe tēpore Abrahę, quia ī trecētis quibuſq; ānis lunationes omnes
anticipant ſedes ſuas ad diem unum fere, & ſic retrocedēdo a tempo
re nicęnę ſynodi uſq; ad tempora Abrahę poſtergaſſent ſedes ſu/
as ad dies ſeptem fere. Ex quibus ulterius patet ſolutio quæſtio/
nis illius, quam difficillimam reputaſti, ſcilicet unde proueniat tam

differens annorum denominatio, ut ꝙ primus annus cycli lunaris ſecundum hebræos dicatur quartus cycli decemnouenalis ſecundum latinos. pro cuius ſolutione friuolis tuis coniecturis, & arbitramentis recurriſti ad tempora Abrahę. huius ergo quęſtionis ſolutionem ſi ſcire cupis ex me accipe. fateris cyclum lunarem in uſu fuiſſe uſq; ad nicęnam ſynodum in qua cyclus decemnouenalis fuit inſtitutus qui a primo anno poſt nicęnam ſynodum exordium ſumpſit. cum ergo accidit eodem anno cyclum lunarem fuiſſe. 17. & ſemper eadem celeritate ſint progreſſi, factum eſt ut triũ ſẽper annoꝝ interuallo inuicẽ diſtent, & ſẽper tali intercapedine diſtabunt. uerbigratia ſecundũ chronicon Euſebii nicęna ſynodus fuit celebrata ãno dñi. 322. quo anno cyclus lunaris fuit. 16. & quia in eadẽ ſynodo inſtitutus fuit cyclus decemnouenalis a proximo ãno inchoandus, in quo ãno fuit cyclus lunaris. 17. contigit ut primo anno cycli decemnouenalis cyclus lunaris eſſet decimuſſeptimus, & quia ęquali celeritate ꝑgrediuntur, æquali ſemper trium annorũ interuallo diſtabunt. Quod autem anno primo poſt nicænam ſynodum cyclus lunaris fuit. 17. perſpicuum eſt cuiq; calculãti. nam ut Beda inquit ſi uis noſſe quotum annum cyclus lunaris agat, ſume annos domini utputa. 223. ſubtrahe ſemper duo, remanent. 221. reſiduum diuide per. 19. remanent pro cyclo lunari. 17. ecce iam habes cauſam cur ſemper hi cycli trium annorum interuallo inuicem diſtent. friuola ergo eſt ratio tua, quam de mutatione denominationis annorum finxiſti manentibus eiſdem calendarii numeris, quia nunquam autorem aliquem huius tui dicti aſtipulatorem inuenies, ſed te primum huius rei inuentorem tuis coniecturis, & arbitramentis fuiſſe fatearis neceſſe eſt ꝙ ſi priſcos autores legiſſes, immo ſi tuum Bedam libro de temporibus capite. 56. 57. & 58. recognouiſſes facile comperiſſes alios eſſe numeros cycli lunaris ab his, qui romano calendario ſunt inſcripti. Temere etiã aſſumpſiſti Abrahã deſcendiſſe in ęgyptũ anno octuageſimoſecũdo ętatis ſuę, nuſquam certe in idoneo autore hoc íuenies, quia tempus peregrinationis eius in ægyptum eſt incertum errasti etiam in numeratione temporum retrocedendo a chriſto uſq; ad Abraham in annis plus centum quibus tua ſupputatio ab hebraica ueritate diſcrepat. decuit enim te hebraicam ſupputationem ſcribentem, & tempora ab Abrahã uſq; ad Dauid & a Salomone uſq; ad chriſtum computantem hebraicam potius ęditionem, quam græcam obſeruare. ſed reuertamur nũc ad ſcripta tua quæ ſic ęneis characteribus imprimere iuſſiſti. Nec Iulius cęſar (a quo conſtat noſ

trum calendarium inſtitutum eſſe)eidem aureum numerum inſcri-
pſit ,licet id plures exiſtiment. hęc tua ſunt. quæ adeo ſunt abſur-
da quod reprobatione non indigeant. nam priſci autores omnes teſ
tantur Iulium cæſarem calendario ſuo inſcripſiſſe non ſolum lunę
curſum uerum etiam ortus ,atq; occaſus ſtellarum. licet cyclus cæ-
ſaris hac tempeſtate ſit abolitus. quando quidem cycli iſti decem-
nouenales non poſſunt perſiſtere incolumes ultra annos trecentos.
hic autem cyclus, qui hoc tempore romano calendario paſſim in-
ſcriptus inuenitur,nõ fuit in eo deſignatus a Iulio cęſare,ſed a Dio
nyſio abbate romano, qui excerpſit eum ex calendario alexandri-
no,& inſcripſit eum calendario romano pro paſcha inueniendo.ſed
& hunc cyclum tu corrupiſti. & omnem eius ordinem peruertiſti.
nam cum hic cyclus ſit mere alexandrinus, tu inſcripſiſti in eo em-
boliſmos,& reliquos numeros per epactas,& regulares calendarii ro
mani,& emboliſmos quos alexandrini in principio menſis φαρμου
θὶ collocarunt tu diuerſis menſibus inſeruiſti. Iam etiam libro no
ſtro de paſchæ celebratione cyclum hunc Iulii cęſaris cum aureo nu
mero eiuſdem,calendario inſcripſimus,quem hic repetere ſuperua-
caneum eſſet. ſed feſellit te quod unicum duntaxat aureum nume
rum inueniri poſſe arbitraris & nullum alium pręter eum,quem in
tuo calendario annotatum repperiſti, cum tot ſint aurei numeri,
quot nationes extiterint, nam alium gręci, alium romani,alium ale
xandrini, & ante eos ægyptii alium obſeruarunt. ſed proſequamur
nunc ſcripta tua ubi hunc cyclum lunarem romano calendario in-
ſcriptum autumas anno decimo cęſaris Auguſti (& ut uerbis tuis
utar) forſan ex ſuggeſtione Herodis aſcalonitæ,aut alicuius eorum
qui ſecum Romam uenerant. ut enim ſcribitur in chronicis Euſe
bii anno decimo Auguſti, Herodes a romanis iudęorum ſuſcepit
principatum. hęc tua ſunt. putas ne aliquem tam litterarum igna-
rum reperiri poſſe, qui friuolis his tuis coniecturis, & arbitramen-
tis a te effutitis ſibi perſuadeat romanos tunc rerum dominos, &
omnium bonarum artium doctiſſimos lunę curſum didiciſſe ab He
rode aſcalonita?barbaro idumæo,armorum ductore,& litterarum pe
nitus ignaro qui profugus ex iudęa uenerat Romam ut auxilium a
romanis contra Antigonum hoſtem ſuum impetraret. quis hoc ma
giſtro docente non rideat? Iam enim in libro noſtro de paſchę ce-
lebratione oſtendimus cyclum hac tempeſtate in romano calenda-
rio annotatum,fuiſſe inſcriptum eidem a Dionyſio abbate romano
quingentis annis poſt chriſti natiuitatem. oſtendimus etiam roma-

nos hunc cyclum prius didiciſſe a Iulio cęſare, qui per edictum obſeruari eum iuſſit. Sub idem etiam tempus Marcus Tullius Cicero Germanicus cæſar, Aratum aſtrologum de cyclo lunari diſſerētem e græco in latinum traduxerant? quem & Rufus feſtus auienius interpretatus cycli lunaris īuentionem antiquiſſimo Harpalo & Metoni attribuit, ſic de eo ſcribens. Non ego nunc longo redeuntia ſydera motu In priſcas memorem ſedes. habet iſta priorum Pagina & incerta rerum ratione feruntur. Nam quæ ſolem hiberna nouē putat æthere uolui, Vt lunæ ſpacium redeat uetus Harpalus ipſam Ocius in ſedes, momentaq; priſca reducit. Illius ad numeros proli xa decennia rurſum Adieciſſe Meton cecropia dicitur arte. Inſeditq; animis, tenuit rem gratia ſollers Protinus & longos inuentos miſit in annos. Sed primæua Meton exordia ſumpſit ab anno, Torreret rutilo cum phoebus ſydere cācrum. Præterea dicit Euſebius in ſuis chronicis anno decimo Auguſti lunæ curſum a romanis fuiſſe inueptum, & nō a iudæis acceptū. Pręterea iudęi omnino ſunt ignari calendarii romani, quia nullam cū ipſoꝝ calendario cōformi tatem habet. nō ergo potuerunt docere romanos, neq; lunæ curſum calendario romano inſcribere. multo minus Herodes aſcalonita alienigena, bonarum artium ignarus, romanos uiros doctiſſimos docere potuit. ꝙ autem Herodes iſte non fuit doctus in lege, neq; peritus in aſtrologia, docet euangeliſta Matthæus, dicens cum audiſſet Herodes a magis ꝙ natus eſſet rex iudæorū turbatus eſt, & omnis hieroſolyma cum illo, & congregans omnes principes, & ſcribas populi ſciſcitabatur ab eis ubi chriſtus naſceretur at illi dixerunt in bethlem Iudæ. ſic enim ſcriptum eſt per prophetam. fuit ergo ignarus prophetiæ, & magorum ſcientiæ. Præterea falſum eſt quod autumas Herodem anno decimo imperii cæſaris Auguſti Romam ueniſſe, & a cæſare iudæorum principatum accepiſſe. immo ut ipſe Euſebius docet anno quinto imperii Auguſti Herodes a ſenatu rex iudæorum eſt conſtitutus. ſed ſinamus. hęc nihil enim noſtra intereſt an Auguſtus, & romani tunc rerum domini lunæ curſum ab Herode armorum ductore, an a Pilato iudæorum pręſide didicerint, quando quidem præſides doctiores habebantur militiæ magiſtris. uideamus nūc quid ipſe Auguſtus didicerit, & an Herodes ipſe recte, an ꝑperā docuerit Auguſtū ac cęteros romanos. munus nāq; ꝙ īperatori offertur debet eſſe oī exceptione maius, & auguſtali maieſtate dignū. ſed hæc herodiana doctrina nō modo ab omni ueritate aliena, uerum etiā abſurdiſſima extitit, diſcrepans et aberrans a motu cœleſti in diebus

multis.nam eodem tempore,quo cyclum hunc lunarem romano calendario inſcriptum autumas, numeri eius non monſtrabant luminarium congreſſus,neq; lunas primas,ſed ad tres dies immo iuxta tuum calculum ad quatuor dies ab eis diſtabant, quemadmodum tu ipſe fateri debes. nam iuxta aſtrologicam ſupputationem interpretis tui anno in quo chriſtum crucifixum aſſeris,facta fuit luminarium coniunctio die octaua martii,horis decem poſt meridiem.ut in nona particula ſecundi tui capituli annotaſti,& ob mutationem quã in cyclo ſolari factam autumas, quando obſeruati fuerunt(ut fingis)octo anni communes inuicem contigui ſine biſexto intermedio accidit(ut inquis)ꝙ coniunctiones,& oppoſitiones,ac reliqui planetarum aſpectus,qui ante hanc cycli ſolaris alterationem contigerũt facti fuerint per diem unum ante diem illum quem tabulæ aſtrologicę oſtendunt. ut in ſecundo tractatu tuo ſcripſiſti.ſequitur ergo ex ſcriptis tuis coniunctionem illam factam fuiſſe die ſeptima martii. & iuxta ſupputationem tuam quam ex cyclo lunari ſumpſiſti, aſſeris primam lunam tunc fuiſſe quinto idus martii hoc eſt undecimo martii quia illi diei(ut ais)pręnotatur aureus numerus tredecim,qui anno illo currebat. ecce iuxta calculum tuum illa luminarium coniunctio, quę in cœlo facta fuit die ſeptima martii,iuxta aureum numerum huius tui cycli lunaris habuit lunam primam undecima martii. fatearis ergo oportet hunc cyclum lunarem tempore paſſionis chriſti, immo eo tempore,quo ab Herode tuo,calendario romano inſcriptus fuit,aberraſſe a luna cœleſti per ſupputationem tuam accepta ad dies quatuor. Hic profecto non poſſum non demirari ingenium tuum,cum alioquin te doctum ſemper cognoũerim,ꝙ tam inconſiderate, tam inconſulte hęc effutieris. putas ne romanos omnes fatuos,atq; amentes fuiſſe?qui numerum illum in ſuo calendario conſcripſiſſent,per quem in nouilunio perſcrutando ad tres, uel quatuor dies aberraſſent,atq; ob hoc aureum hunc numerum appellaſſent, qui neq; plumbeus uocari meretur. quod ſi diligentius Ioſephum legiſſes non tam temere has tuas ineptias effudiſſes. ſcribit Ioſephus quod Herodes bis romam uenit primum profugus ex iudęa ut auxilium a romanis contra Antigonum hoſtem ſuum impetraret. ſecundo Romam uenit non ut romanos cyclum lunarem doceret, ſed ut Cæſarem ſalutaret, & filios ſuos a romanis eruditos domum reduceret. ſic enim Ioſephus libro ſextodecimo antiquitatis iudaicę Rufino interprete ſcriptum reliquit. eodem tempore Herodes ad italiam nauigauit, Cæſarem deſiderans

ſalutare ,& uidere filios ſuos Romæ degentes . cæſar quidem amica biliter eum ſuſcipiés perfectos doctrina filios ei reddidit , quos & ad propriam domum reduxit . hęc ille. Patet ex prędictis falſa eſſe om nia , quę de cyclo lunari ſcripſiſti . ſuperiori quoq; epiſtola probaui mus abſurda,& ridicula eſſe cuncta,quę de cyclo ſolari effutiſti.ſed nunc ad concluſionem tuam ueniamus.his tuis falſis hypotheſibus & ut dicis coniecturis,atq; arbitramentis tanquam remis & uelis na uigio tuo aptis,& accommódatis per ordiné diſpoſitis , eleuato Ar temone per antennam & Herode aſcalonita nauem tuam gubernã te in portum nauigas . & hoc modo (ut uerbis tuis utar) ſyllogizas cum ãnus quo chriſtus paſſus eſt in cyclo lunari hebræorum fuerit tertiuſdecimus, conſequens eſt eodem anno lunam ſecundum cur ſum eiuſdem cycli fuiſſe primam quinto idus martii , cui diei præ ſcribitur in aureo numero numerus.13.& hinc uſq; ad diem quartũ decimum progrediendo,qui eſt nonus calendarum aprilium fuit lu na quartadecima,ad cuius ueſperam chriſtus , & reliqui iudęi ſecun dum legem manducarunt paſcha. quamobrem cum iuxta ſeriem te xtus euangelici chriſtus in craſtino cruci affixus fuerit, euidens eſt eum octauo calendas apriles crucifixum fuiſſe. hęc tua ſunt.quo cer te argumento te ipſum conuincis . nam pręmiſſe tuę propoſitiones & hypotheſes oppoſitum concluſionis tuę inferunt. uidelicet quod chriſtus non fuit crucifixus octauo calendas apriles die ueneris, ſed undecimo calendas apriles die lunę, ſi in paraſceue paſchę crucifixũ dixeris,uel decimo calendas apriles die martis,ſi in feſto paſchę cru cifixum uelis,quod ſic deducitur . nam eum annus in quo chriſtum crucifixum aſſeris fuit in cyclo lunari hebręorum(ut inquis)tertiuſ decimus neceſſe eſt annum fuiſſe communem habentem ante ſe an num communem , & poſt ſe emboliſmicum . & quia nouilunium menſis tiſri iuxta tabulas ſancti Gamalielis chriſti diſcipuli,& Pau li apoſtoli pręceptoris ad ſanctam ciuitaté Hieruſalem factum fuit feria prima, horis.o minutis.533.poſt occaſum ſolis, ſecundum he braicam ſupputationem ſequitur annum illum die lunę inchoatum fuiſſe. & quia idem nouilunium factum fuit ante horam nonã eiuſ dem diei,perſpicuum eſt annum illum diminutum extitiſſe,& dies duntaxat .353. habuiſſe . ex quibus ſequitur per normam in ſecun da templi inſtauratione æditam,paſcha die martis celebratum fuiſſe nam quoties annus die lunę auſpicatur ſi communis fuerit , & de ficiens,paſcha ſemper die martis celebratur,& quia eodem anno op poſitio luminarium æquinoctii uernalis,quam lunam quintamdeci

mam paſchalem uocant facta fuit iuxta hebraicam ſupputationem die uigeſimotertio martii, die martis, neceſſe eſt paſcha hebreorum anno illo eodem die celebratum fuiſſe. ſi ergo chriſtum crucifixum dixeris in uigilia paſchæ iudæorum, ſequetur eum crucifixum fuiſſe undecimo calendas apriles die lunæ. ꝙ ſi magis placet eum crucifixũ fuiſſe in feſto paſchæ iudæorum ſequetur eum crucifixum fuiſſe decimo calendas apriles die martis. Huic etiam rationi concors eſt motus cœleſtis, nam ſi per alphõſinas tabulas oppoſitionẽ luminarium primi menſis quam quintamdecimam paſchalem uocant indagare libuerit, comperiemus eam anno incarnationis uerbi trigeſimoquarto currente factam fuiſſe decimo calendas apriles, die martis, horis quinq; poſt meridiem quẽadmodum ſuperius oſtendimus. immo ex tuo, uel tui interpretis calculo fateri debes hanc luminarium oppoſitionem factam fuiſſe undecimo calendas apriles, die lunæ. nam ut in nona particula ſecundi tui capituli, & primi tractatus tui ſcripſiſti eodem anno quo chriſtus crucifixus creditur, fuit media coniunctio luminarium die octaua martii horis decem, & minutis. 57. poſt meridiem. ergo ſecundum eundem calculum oppoſitio luminarium facta fuit die uigeſima tertia martii, horis quinq;, minutis. 19. poſt meridiem. & quia in ſecundo tuo tractatu dicis ob mutationem in cyclo ſolari factam aſpectus omnes planetarum & coniunctiones, ac oppoſitiones luminarium factas fuiſſe per diem unum ante diem illum, in quo ſecundum tabulas inueniuntur, ſequitur neceſſario oppoſitionem luminarium iuxta tuum calculum factam fuiſſe die uigeſimaſecunda martii, quæ fuit undecima calendas apriles. ex quo ſic arguo iuxta omnes theologos tam græcos, quam latinos dominus crucifixus fuit in oppoſitione ſolis, & lunæ ut etiam Dionyſius areopagita teſtatur, ergo ſecundum calculum tuum dominus crucifixus fuiſſet undecimo calendas apriles die lunæ. falſum eſt ergo ꝙ autumas eum crucifixum fuiſſe octauo calendas apriles die ueneris. nec tergiuerſari poteris per diſtinctionem tuam, quam attuliſti de duplici luna, quarum unam uocas ueram, alteram legalem quia una duntaxat in cœlo lunam inuenies. uarias nanq; prouincias peruagatus peragraui, nuſquam tamen niſi unam lunam perſpicere potui. immo illam eandem, quam louanii me aliquando uidiſſe recolo. quod ſi duas lunas confinxeris duos etiam ſoles fabricare oportebit, nam cum luna dicitur quartadecima, uel quintadecima, ad ſolem refertur. præterea ſi unam lunam uocas ueram, & alteram legalem, ergo luna illa legalis non eſt uera, quia diſtinguis, & ſeparas

& ſeparas eam a uera, ſi ergo non eſt uera, dicenda erit falſa, uel ficta, ea autem, quæ ſunt falſa, uel ficta, non poſſunt eſſe idonea pro indagatione ueri maxime ſi taliter ſint conficta quod a uero diſſonent, uel diſſideant, ergo luna illa legalis non poteſt eſſe idonea pro indagatione ueri paſchæ, quia plurimum diſcrepat a luna cœleſti, & a uera luna. reiicienda eſt igitur hæc luna imaginaria a te conficta. & tanquam inutilis ad uerum paſcha iudæorum indagandum peſſundanda eſt. neq; hebræi quorum paſcha quæris hanc tuam lunam unquam uiderunt. ſed per cœleſtem lunam paſcha ſuum indagant. uereor profecto ne hac duplici luna fallaris quemadmodum in duplici illa ueritate propoſitionum fidei de futuro contingenti errasti. cum diceres eas propoſitiones non eſſe ueras ueritate formaliter et actualiter eis inhærente, & denominatione intrinſeca, ſed neutras & expectare ſuam ueritatem. licet poſſint dici ueræ ueritate dei reuelantis, uel proferentis eas hoc eſt per denominarionem extrinſecam. hæc Sixtus pontifex maximus confutauit, & ad palinodiam te coegit, docens propoſitiones fidei de futuro contingenti iam ueras eſſe, & nullam ueritatem expectare. Sed his omiſſis redeamus ad lunam tuam chimærinam quam legalem uocas, & uideamus an lex diſtinguat eam a luna cœleſti. obſerua inquit Moſes legiſlator menſem nouarum frugum, & uerni primum temporis ut facias phaſe domino deo tuo. Idem exodi decimotertio hodie egrediemini menſe nouarum frugum. Idem mementote diei huius in qua egreſſi eſtis de ęgypto, & de domo ſeruitutis. Idem exodi duodecimo. Nox eſt iſta obſeruabilis domini quando eduxit uos de terra ægypti. Idem leuitici uigeſimotertio. Menſe primo quartadecima die menſis ad ueſperam phaſe domini eſt, & quintadecima die menſis huius ſolemnitas azymorum eſt. nonne uides quod omnia hæc legis mandata dependent a luminaribus cœli? nonne ſol ſuo motu facit menſem nouarum frugum? nonne luna ſuo curſu diſtinguit menſes hebræorum? interroga iudæos & ſciſcitare ab eis qua luna eduxit eos Moſes ex ægypto? dicent in plenilunio quando luna ſoli per diametrum fuit oppoſita. quod ſi non uidiſti canones, quibus hæbrei ætatem lunæ indagant lege ſcripta Pauli burgẽſis ſuper Matthæũ, & cõperies iudæos ordinare ſuos menſes, & indagare paſcha iuxta motum luminariũ in zodiaco, & non per numeros in romano calendario annotatos. immo hebræi penitus ignorant calendarium romanum, quia lunares menſes & non ſolares obſeruant. Quod ſi lunã quartamdecimã tẽpore paſſio-

nis chriſti groſſo modo indagare uolueris per numeros cycli lunaris non debuiſti hoc facere per numeros illos qui hac tempeſtate inſcri pti ſunt romano calendario, quia longo tempore poſt chriſti aduen tum in nicęna ſynodo inſtituti fuerunt, ſed potius debuiſti indaga re eam per cyclum lunarem Iulii cæſaris, uel per cyclum lunarem quo priſci patres in primo eccleſiæ ſtatu ante nicænam ſynodum ute bantur. ſed quia hos cyclos iam abolitos penitus ignoraſti docebo te (ſi uelis auſcultare) quo modo hi cycli romano calendario inſcri bi debeant. pro cyclo Iulii cæſaris calendario annotando incipe a lunatione a qua cæſar primum ſuum annum auſpicatus fuit, & e re gione primi diei ianuarii pone unitatem pro aureo numero, & fac primam lunationem dierum triginta, ſecundam dierum uigintino uem, tertiam iterum dierum triginta, ſicq́ in cæteris habita ratione emboliſmorum &c. Sed ſi cyclum illum lunarem quo priſci patres ante nicænam ſynodum utebantur, romano calendario inſcribere uelis, profer Bedam tuum de temporibus, & lege capitula. 56. 57. &. 58. in quibus hunc cyclum lunarem expoſuit. & differẽtiam eius ad cyclum decemnouenalem oſtendit, & quomodo romano calen dario inſcribi debeat docuit. cuius hæc ſunt uerba. poteſt qui uult a cyclo lunari facere argumentum ad inueniendum quota ſit luna in calendis ianuariis ſume cyclum lunarem quemlibet utputa quin tum multiplica per. 11. fiunt. 55. adde unum ſemper regularem fiunt 56 partire per. 30. remanent. 26. ergo uigeſimaſexta eſt luna in calen dis ianuariis anno quinto cycli lunaris. Item ſume cyclum octa uum multiplica per. 11. fiunt. 88. adde unũ regularẽ fiunt. 89. partire per. 30. reſtãt. 29. ergo. 29. eſt luna ĩ calẽdis ianuarii ãno cycli octauo. tamẽ memor eſto decimoſeptimo, decimooctauo, & decimonono cy cli memorati anno non unum ut in reliquis, ſed duos adiicere regu lares, & lunam calendarum ianuarii ſine errore inuenies. hęc Bedæ tui ſunt uerba. Nonne ex his uides te in principiis, & fundamentis iaciendis erraſſe? perpende pauliſper hęc Bedę documenta, & per ea numeros cycli lunaris tuo calendario inſcribe, ut uideas quan tum erraueris, quam temere me calumniatus fueris. quod ſi Bedæ autoritatem ſpernis (quod tamen affuturum non credo cum nul lum alium autorem pręter Bedam habeas) accipe aliud Rabani te ſtimonium, qui libro ſuo de cyclis inſcripto capite. 79. ſic inquit. ſi uero uelis noſſe quota fuerit luna in calendis ianuarii uerbi gratia anno præſenti decemnouenali quarto, lunari primo, ſume cyclum lunæ primum, multiplica per. 11. adde unum regularem hoc eſt diem

calendarum ianuarii fiunt . 12 . ergo anno primo cycli lunaris duo decima fuit luna in calendis ianuarii. Item ſi uelis noſſe anno quinto quota ſit luna in calendis ianuarii multiplica quinq; per. 11. fiunt 55. adde unum ſemper regularem fiunt. 56. partire per. 30. remanent 26 . ergo uigeſimaſexta fuit luna in calendis ianuarii anno quinto cycli lunaris ſicq; i cęteris. ecce Bedę ſententię aſtipulatur Rabanus Idem docet Niceta græcus autor primæ eccleſiæ doctor egregius, & ſupputatione lunari inſignis, qui numeros cycli lunaris eodem modo deſcripſit ſicut per Bedam, & Rabanum poſtea ſunt expoſiti. Præterea quod numerus in romano calēdario annotatus non ſit numerus cycli lunaris, ſed decemnouenalis alexandrinorum addiſcere potuiſſes ex tuo Beda capite uigeſimo, ubi ętatem lunę per cyclum decēnouenalē alexandrinorum indagare docet. ſic iquiens. primo decēnouenalis circuli āno in quo nullę ſunt epactę ī calēdis ianuariis nona eſt luna, ī calēdis februariis decima, ī calēdis martiis nona, ī calēdis aprilis decima, ī calēndis maii. 11. ſicq; in cęteris, quę omnia cōgruūt huic numero in calendario romano annotato, nam quoties unitas eſt aureus numerus, luna eſt nona in calendis ianuariis, & decima in calendis februariis. nona quoq; in calendis martiis, & decima in calendis aprilis, ſicq; in cęteris ut computanti patet. ac rurſus Beda ſi uis ſcire quota ſit luna in calendis ianuariis anno ſecundo cycli decemnouenalis tene nouem regulares, adde epactas. 11. fiunt. 20. ergo 20 . eſt luna in calendis ianuariis anno ſecundo cycli decemnouenalis, ſicq; in cęteris. nonne uides hęc omnia conſenranea eſſe numero aureo in romano calendario annotato? ergo numerus ille eſt numerus cycli decemnouenalis alexandrinorum, & non cycli lunaris ut tu autumas. Pręterea per hunc numerum romano calendario inſcriptum paſcha quotannis inuenitur quemadmodum in nicęna ſynodo inſtitutum fuit: ergo eſt numerus cycli decemnouenalis alexādrinorum & non lunaris, conſequentia probatur nam in nicæna ſynodo inſtitutus fuit pro paſcha inueniendo ut tuipſe fateris cyclus decemnouenalis alexandrinorum, & non cyclus lunaris. antecedens eſt manifeſtum etiam idiotis, qui paſcha ſanctum per hunc numerum inuenire didicerunt. Præterea diuus ipſe Hieronymus in martylogio, romana quoq; eccleſia in ordinatione diuini officii pręcipit ſingulis dominicis per hunc numerum in romano calendario annotatum lunæ ætatem populo denunciari, ergo eſt numerus cycli decemnouenalis alexandrinorum & non cycli lunaris. & ut uniuerſaliter dicam quæcunq; ab autoribus cyclo decemnouenali alexandri

norum attribuuntur, huic numero in calendario annotato cōueniunt. quęcunq; uero de cyclo lunari ſcribuntur ab hoc numero elongantur, ergo eſt numerus cycli decemnouenalis alexandrinorum & non cycli lunaris romanorum. Iam enim abolitus eſt cyclus iſte lunaris quem chriſtiani in prima eccleſia obſeruabant. & loco eius inductus fuit cyclus decemnouenalis alexādrinorum in nicęna ſynodo inſtitutus, quia alexandrini tempeſtate illa peritiores in ſupputationibus habebantur. ꝙ ſi hęc ſcire magis deſideras, lege librum noſtrum quem de paſchali celebritate cōſcripſimus ī quo utrūq; hunc cyclum tam lunarem, quam decemnouenalem romaon calendario annotauimus. uerum ut errorem tuum recognoſcas deſcribemus hic mēſem martium, in quo chriſtum crucifixum perhibes cum duobus his cyclis, lunari ſcilicet & decemnouenali, lunari a dextris, decemnouenali a ſiniſtris collocato, ut cyclorum differentiam, & tuum errorem cognoſcere poſſis.

Numeri cycli decēnouenalis alexandrinoꝝ.	MARTIVS.				Numeri cycli lunaris romanorū.
3	1	d		KL	19
	2	c	6	no.	
11	3	f	5	no.	8
	4	g	4	no.	
19	5	A	3	no.	16
8	6	b	2	no.	5
	7	c	NONAE.		
16	8	d	8	idus.	13
5	9	e	7	idus.	2
	10	f	6	idus.	
13	11	g	5	idus.	10
2	12	A	4	idus.	18
	13	b	3	idus.	
10	14	c	2	idus.	7
	15	d	IDVS.		
18	16	e	17	kľ.	15
7	17	f	16	kľ.	4
	18	g	15	kľ.	
15	19	A	14	kľ.	12
4	20	b	13	kľ.	1
	21	c	12	kľ.	
12	22	d	11	kľ.	9
1	23	e	10	kľ.	17
	24	f	9	kľ.	
9	25	g	8	kľ.	6
	26	A	6	kľ.	
17	27	b	6	kľ.	14
6	28	c	5	kľ.	3
	29	d	4	kľ.	
14	30	e	3	kľ.	11
3	31	f	2	kľ.	19

BIBLIOTECA N.LE ROMA VITTORIO EMANUELE

¶ Ex hac deſcriptione cyclorum lunaris ac decemnouenalis, conſtat te uſum fuiſſe cyclo decemnouenali alexandrinorum pro cyclo lunari romanorum, ut probares chriſtum dominum octauo calendas apriles die ueneris crucifixum fuiſſe. Nos ergo ut retorqueamus argumentum tuum contra te aſſumemus eadem uerba tua, & ex eis inferemus oppoſitum concluſionis tuæ ſcilicet quod ex ſcriptis tuis ſequitur chriſtum non fuiſſe crucifixum octauo calẽdas apriles die ueneris, ſed undecimo calendas apriles die lunę. nam cum annus in quo chriſtum crucifixum aſſeris fuerit in cyclo lunari (ut inquis) tertiuſdecimus, conſequens eſt eodem anno lunam ſecundum curſum eiuſdem cycli fuiſſe primam octauo idus martii, cui diei prænotatur pro numero cycli lunaris tredecim, & hinc uſq; ad quartumdecimum progrediendo cadet luna quartadecima duodecimo calendas apriles hoc eſt uigeſimo primo die martii, ad cuius ueſperam chriſtus manducaſſet paſcha, & die ſequenti quæ fuit undecimo calendas apriles chriſtus fuiſſet crucifixus. ſicut dixerunt Theophilus, & Lactantius. & quia idem annus in cyclo ſolari fuit quintuſdecimus neceſſe eſt litteram dominicalem fuiſſe c. fuiſſet ergo crucifixus die lunæ. ecce per omnem ſupputationem tam aſtrologicam, quam legalem, tam per cyclum lunarem hebręorum, quam per cyclum lunarem latinorum (quem priſci patres romano calendario inſcripſerunt, & uſq; ad nicęnam ſynodum obſeruarunt) probatum eſt, quod iuxta uſitatam annorum domini computationem ſequeretur chriſtum crucifixum fuiſſe undecimo calendas apriles die lunæ. ſi in paraſceue paſchæ crucifixum uelimus, uel decimo calendas apriles die martis. ſi in feſto paſchæ crucifixum dixerimus. quod ſi pertinaciter tueri uis eum crucifixum fuiſſe octauo calendas apriles, neceſſe eſt ut fatearis eum paſſum fuiſſe die Iouis ut cyclus ſolaris, & tabula notarum, uel feriarum docet. nã ſi littera dominicalis fuit. c. neceſſe eſt octauũ calendas apriles fuiſſe die Iouis, quia e regione eius annotata eſt littera. g. uerum quia reprehendis me quod dixerim Theophilum, & Lactantium uoluiſſe chriſtũ dominum crucifixum fuiſſe undecimo calendas apriles, quos tu de decima ſcripſiſſe arbitraris non eſt prẹſentis negocii hoc diſcutere, quia alibi de his ſcripſimus. ut tamen errorẽ tuum recognoſcas ſcire debes quod Lactantius libro quarto inſtitutionũ ſic ſcripſit. ante diem decimum calendarum aprilium iudæi chriſtum cruci affixerunt. & ut Paulus iuriſconſultus ſcripſit. ſi dixerimus ante diem decimum calendarũ uel poſt diem decimũ calenda

rum æque utroq; ſermone undecima dies ſignificatur. de Theophilo ſimiliter alibi oſtendimus cum uoluiſſe dominū undecimo calendas apriles crucifixum fuiſſe. Sed nunc finem epiſtola expectat neq; in pręſentia tibi reſpondere ſtatui, ſuper his, quę mihi falſo impinxiſti. quando quidem luce meridiana clarius extat, te omnia illa confinxiſſe ut inanem illam gloriam, cuius in tuo exordio meminiſti apud uulgus indoctum aucupareris, & me uano rumore uita functum falſo criminareris. neq; hęc alia confutatione indigent niſi quod nuſquam ea inſcriptis meis inuenies, uidelicet quod aſſeruerim chriſtum dominum die lunę crucifixū fuiſſe, ſed dixi hæc ſequi ex uſitata chronographorum ſupputatione, immo ex calculo tuo et interpretis tui hoc iam deduxi. dixi etiam opinionem Theophili & Lactantii conformari ſupputationi aſtrologicæ iuxta uulgatam annorum domini computationem. his tamen non obſtantibus probaui multis argumentis chronographos in annnis chriſti domini numerandis erraſſe & chriſtum die ueneris in martio crucifixum fuiſſe oſtendi, & quod nemo ante nos fecit aſtrologica ſupputatione hoc demōſtraui. ſicq; quod tuis nugis auferre a me conaris, hoc mihi ſoli (abſit uerbo inuidia) reſeruatum eſſe ſpero. Quod autem reprehendis me quia dixi chriſtum in ſepulchro manſiſſe tribus diebus & tribus noctibus inſtar Ionę in uētre ceti, non me arguis ſed chriſto calumniam inſers, qui Matthæi duodecimo & multis aliis in locis hoc iudęis dixit & pro unico diuinitatis ſuę ſigno eis dedit. quā meā concluſionem dicis, chriſti eſt ſententia, qui ſi a fide uera deuiauit, malim & ego cum eo errare, quam tecum bene ſentire. Comminiſceris etiam me aſſeruiſſe chriſtum tribus diebus & tribus noctibus ſynecdoche excluſa in ſepulchro quieuiſſe. uellem mihi interroganti reſponderes ubi nam unquam in ſcriptis meis hoc legiſti? ꝙ cū iuenire nō poteris fatearis oportet te calūniatoris & ſycophantę officio abuſū fuiſſe. ꝙ ſi tibi placeat hāc chriſti autoritatē ꝑ ſynechochē exponendā eſſe ut pars pro toto accipiatur nō reprobabo tuam ſolutionē, ꝙ ſi tibi ſatiſfeceris utiq; & mihi ſatiſfeciſti. uellem tamen ut tertiam noctem uel aliquam eius partem quam per ſynecdochen pro tota nocte accipiendam putas, conſignares. & cauſam acceleratæ reſurrectionis afferres. nam chriſtus ſaluator ſæpenumero de ſe dixit ego habeo poteſtatem ponendi animam meam & iterum reſumendi eam. ſi ergo in arbitrio & uoluntate eius poſita fuit mortis & reſurrectionis mora, & iam pręduxerat iudæis ſe manſurum in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus inſtar Ionę in

uentre ceti pulchrũ eſſet afferre cauſã acceleratę reſurrectionis. Sed dices fortaſſe te iam aſſignaſſe tertiam noctem, qua ſaluator in corde terrę latuit. quia pro ea computaſti tres illas horas quibus chriſto in cruce pendente ſol obſcuratus fuit. ſic ſcribens. quod ſi magiſter Paulus contentari nolit niſi ſibi deſignentur noctes tres, non uirtute tantum, ſed & re diſtinctę, eas illi oſtendam ſi ſaltem admittat quod Dionyſius ſcribit ĩ epiſtola ad Polycarpum de eclipſi ſolis tempore paſſionis chriſti facta & reliqua. ubi longo proceſſu tres illas horas quibus ſol obſcuratus fuit pro tertia nocte computandas aſſeris. ſed uellem mihi hanc fabam cuderes, eclipſis illa facta fuit ante chriſti ſepulturam, ipſo adhuc in cruce ſuſpenſo, ergo mora chriſti in ſepulchro per eam augeri non potuit. Præterea eclipſis illa facta fuit de die ſole exiſtente prope meridianum ciuitatis hieruſalem, ergo non debet computari pro tertia nocte. hortor etiam te ne hac ſolutione quaſi a te inuenta nimium glorieris, ſed memineris eam reprobatam eſſe a beato Auguſtino libro tertio de conſenſu euangeliſtarum, cui non placet tres illas horas quibus ſol obſcuratus fuit pro tertia nocte annumerandas eſſe. ſed de hac mora chriſti in ſepulchro inſtar Ionę in uentre ceti alibi ſcripſimus. nunc ut finem epiſtolæ imponam moneo te & hortor, ne diſputatio tua in poſterum ſit contentioſa, aut calumnioſa, ſed ut Iacobus apoſtolus inquit ſi zelum amarum habes, & iratum eſt cor tuum noli gloriari & mendax eſſe aduerſus ueritatem. non eſt enim iſta ſapientia deſurſum deſcendens a patre luminũ ſed terrena animalis diabolica. ubi enim zelus & cõtentio ibi inconſtantia, & omne opus prauum. quæ autem deſurſum eſt ſapientia primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuaſibilis. tua autem diſputatio nihil horum habet, immo ab omnibus his maxime elongatur. eſt enim cauilloſa, calumnioſa, & contumelioſa. quandoquidem omnes opinioni tuæ aduerſantes hæreticos appellare audes. immo in dubium uertiſti an Theophilus, Lactantius, Paulus oroſius primæuæ eccleſiæ doctores celeberrimi, & ſacroſanctæ chriſtianæ religionis columnæ firmiſſimæ, hæretici ſint appellandi, eo quod a tua opinione diſſentiant. aut quia ſententia ipſorum a Gratiano in decretis non eſt aſcripta. quod ideo te feciſſe arbitror ut multos tibi ſocios criminis aſciſceres ne ſolus hæreticus uidereris, quandoquidem Sixtus quartus pontifex maximus dum adhuc cardinalis eſſet chriſtianę religionis defendendæ zelo accenſus, te niſi reſipueris hęreticũ declarauit. ſed ſuꝑ his nihil ĩ pręſentia tibi reſpõdere decreui. quoniã hęc a

natura & conſuetudine mea ſunt aliena. nihil enim magis abhorreo quam iurgia & contentiones in diſputationibus excitare. ſedet profecto animo meo te facile in hoc ſuperare poſſe cum amplum & latũ ac patentem in te campum habeam (etiam nihil ex meis addendo) ſed ea duntaxat referendo quę pontifex prędictus de te ſcripta reliquit. ſed nolo tecum conuitiis agere. nam & me tacente teipſum ſyllogiſmis tuis uiciſti, & redarguiſti, & tuis execrationibus te condemnaſti, ac confodiſti, me autem non læſiſti. quinimmo conductus a mercatote illo proxeneta theologo nouitio & theologorum ſimia (qui nihil honeſti pręter nomen habuit) & contra me inſtigatus perſonam Balaam induiſti, qui conductus a Balach contra filios iſrael ut malediceret, benedixit eis. ſic tu contra me feciſti. Vale.

¶ Liber ſeptimus dominicę paſſionis diem per aſtrologicam ſupputationem inueſtigat.

CVm priſcos illos, & præſtanti ingenio uiros primę eccleſię doctores celebratiſſimos Theophilũ, Lactãtium, Cyrillum, Hieronimum, Auguſtinũ, Nicetam, Victorinum, Albertum, ac reliquos bonarum artium diſciplinę doctiſſimos, ſacroſanctęq; chriſtianę religionis profeſſione probatos, uaria & inter ſe diuerſa, ac plurimum diſcrepantia de die paſſionis domini ſcripſiſſe animaduerterem, quorum opiniones & ſentẽtias ſuperiori libro quam breuiſſime perſtrinxi: dominicę paſſionis diẽ ex eſu agni paſchalis, & luna quintadecima primi menſis indagaturus ad mathematicam ſupputationem me tandem conuerti. non ꝙ doctiſſimorũ uirorum ſententiis iudicium interponerem, ſed ut chriſtum ſaluatorem noſtrum, ac ſacroſanctę chriſtianę reipublicę religionem ab iniuria, & perfidorum iudęornm calumnia defenderem, & uindicarẽ, qui impia, atq; infami obtrectatione indies nos coarguere, calumniariq; non deſiſtunt, ꝙ dominum ſaluatorem noſtrum luna quintadecima in feſto paſchę, & die ueneris ab eis crucifixum dicamus, cum feſtũ paſchę nunquam die ueneris accidere poſſe autument. neq; lunam quintamdecimam hoc eſt plenilunium in anno paſſionis chriſti die ueneris potuiſſe contingere. Itaq; crucifixionis diem per aſtrologicam ſupputationem indagaturi aſſumemus primum ex euangelica doctrina chriſtum dominũ in paraſceue paſchę crucifixum fuiſſe: paſcha autẽ quintadecima die primi menſis lunaris hoc eſt in primo plenilunio

ꝓplenilunio mẽſis uernalis celebrari præcipitur.fuit ergo crucifixus ĩ ple
nilunio uel ſaltẽ ꝓpe pleniluniũ.qđ etiã ex ſcriptis Dionyſii areopagi
tæatheniẽſis philoſophi elici poteſt:q ĩ epiſtola ad apollophanẽ philo
ſophũ,& in epiſtola ad Polycarpũ ſmyrnęũ ep̃um ſcribit ſe uidiſſe &
ãnotaſſe eclipſim illã ſolarẽ tẽpore mortis chriſti factã dũ eſſet ĩ heliopo
li,& cõperiſſe eã nõ potuiſſe naturaliter fieri,ĩmo poſtq̃ luminis facta
fuit reſtitutio refugit luna ad ſolis diametꝝ,hoc eſt ad ſolis oppoſitũ
ubi pri⁹collocata fuerat,ſic quod ſole occidẽte luna oriret.ex qb⁹mani
feſtũ eſt Chriſtũ ſaluatorẽ crucifixũ fuiſſe ĩ plenilunio ꝑmi mẽſis qñ lu
na lumine plena ex aduerſo ſolis poſita oriebat ſole occidẽte.tenet etiã
cõmĩs doctoꝝ opinio diẽ crucifixionis fuiſſe octauũ calẽdas aples & diẽ
ueneris.ĩquirẽdũ eſt ergo quo ãno ætatis Chriſti pleniluniũ ꝑmi mẽſis
accidit octauo calẽdas aples die ueneris,aut ſi hoc ĩueniri nõ poſſit,ĩda
gãdũ eſt qs ãn⁹& qs dies dñicæ paſſioni magis cõgruere uideat. ℭ Sed
qꝛ diuerſis & uariis modis ãni natiuitatis Chriſti cõputari ſolẽt,reco
gnoſcẽda ſũt ea,quæ libro quarto de hoc ſcripſim⁹.qdã ꝓ ꝑmo ãno nati
uitatis cõputãt dũtaxat ſeptẽ illos dies a die natali uſq; ad Ianuariũ ĩ
tercæptos,alii primũ ãnũ natiuitatis auſpicãt a Ianuario ſequẽte ſeptẽ
dies prędictos,qdã etiã ãnos natiuitatis cõfũdũt cũ ãnis ĩcarnatiõis pro
miſcue eis utẽtes,ĩmo nõnũq̃ præpoſtere eos cõputãt,ſic ꝙ ãni natiuita
tis ſint plures q̃ ãni ĩcarnationis,quaſi natiuitas præceſſiſſet cõceptionẽ
ut ĩ reſcriptis & ĩſtrumẽtis notarioꝝ uidere licet : quẽadmodũ libro
quarto abũde expoſuim⁹.ideo ad tollẽdã ęquocationẽ dimiſſis ãnis na
tiuitatis cõputabim⁹ ãnos ab ĩcarnatione uerbi iuxta primã Dionyſii
abbatis romãi ĩſtitutionẽ, quẽadmodũ etiã Alfõſus & priſci aſtrologi
obſeruabãt,licet iuniores ãnos ĩcarnatiõis ĩ ãnos natiuitatis cõmutaue
rĩt.Cæteꝝ qꝛ feriæ dieꝝ & mẽſiũ & quartadecima luna ꝑmi mẽſis iue
ſtigari non poſſunt ſine notitia cycli ſolaris atq; lunaris,pauca de eis
ſcribemus,& tabellam paruam ſubnectemus,per quam cycli prædic
ti & littera dominicalis cuiuſq; anni in promptu erunt:conſtat nanq;
quod retrocedendo a tempore præſenti uſq; ad annum incarnationis
uerbi dei iuxta uulgatam chronographorum opinionem:annus incar
nationis fuit decimus in cyclo ſolari,& decimuſoctauus in cyclo lu
nari hebræorum,quo priſci patres ante nicænam ſynodum utcban-
tur,ſed in cyclo decemnouenali alexandrinorum fuit ſecundus. hic
autem deſcribemus cyclum lunarem hebræorum quo priſci patres
ũtebantur.cyclus uero decemnouenalis alexãdrinorum in nicęna ſy
nodo ĩſtitutus nõ eſt idonens pro.15.luna uel paſcha hebræorum tẽ-
pore paſſionis Chriſti inueniendo.Sequitur nunc tabula cyclorum.

¶ Tabula docens numerum cycli lunaris hebræorum & numerum cycli ſolaris ac litteram dominicalem.

Anni ícar nationis.		cyclꝰ lũaris hebræoꝝ.	Cyclꝰ ſola ris.	lr̃e dñicales
1	cõmis.	18	10	b
2	embol.	19	11	a
3	cõmis	1	12	g
4	cõmis	2	13	f e
5	embol.	3	14	d
6	cõmis	4	15	c
7	cõmis	5	16	b
8	embol.	6	17	a g
9	cõmis	7	18	f
10	embol.	8	19	e
11	cõmis	9	20	d
12	cõmis	10	21	c b
13	embol.	11	22	a
14	cõmis	12	23	g
15	cõmis	13	24	f
16	embol.	14	25	e d
17	cõmis	15	26	c
18	cõmis	16	27	b
19	embol.	17	28	a
20	cõmis	18	1	g f
21	embol.	19	2	e
22	cõmis	1	3	d
23	cõmis	2	4	c
24	embol.	3	5	b a
25	cõmis	4	6	g
26	cõmis	5	7	f
27	embol.	6	8	e
28	cõmis	7	9	d c
29	embol.	8	10	b
30	cõmis	9	11	a
31	cõmis	10	12	g
32	embol.	11	13	f e
33	cõmis	12	14	d
34	cõmis	13	15	c
35	embol.	14	16	b
36	cõmis	15	17	a g
37	cõmis	16	18	f
38	embol.	17	19	e
39	cõmis	18	20	d
40	embol.	19	21	c b
41	cõmis	1	22	a
42	cõmis	2	23	g
43	embol.	3	24	f
44	cõmis	4	25	e d
45	cõmis	5	26	c
46	embol.	6	27	b
47	cõmis	7	28	a
48	embol.	8	1	g f
49	cõmis	9	2	e
50	cõmis	10	3	d
51	embol.	11	4	c
52	cõmis	12	5	b a
53	cõmis	13	6	g
54	embol.	14	7	f
55	cõmis	15	8	e
56	cõmis	16	9	d c
57	embol.	17	10	b
58	cõmis	18	11	a
59	embol.	19	12	g
60	cõmis	1	13	f e
61	cõmis	2	14	d
62	embol.	3	15	c
63	cõmis	4	16	b
64	cõmis	5	17	a g
65	embol.	6	18	f
66	cõmis	7	19	e

¶ Cognito per tabulā iam cōſcriptā aureo numero cycli lunaris at
q; ſolaris,& littera dn̄icali,indagāda erit per aſtrologicā ſupputationē
oppoſitio luminariū q̄ quintādecimā lunā uocāt,in qua Chriſtus cru
cifixus creditur.ubi reminiſci cōuenit qđ alibi dixim⁹ tabulas alphon
ſinas & alias tabulas ex eis extractas hac tēpeſtate non eſſe idoneas pro
motibus planetaꝝ inueniendis,immo in quinq; planetis aberrāt nō-
nunquā in gradibus duob⁹ uel tribus:& licet in motibus luminariū
minus a uero diſſentiant:tamen non ad unguē eos ſupputant:quāto
minus ad annos natiuitatis Chriſti ſufficientes erunt,propter magnā
tēporis intercapedinē:quāobrem tutius erit hæc indagare per tabulas
Ptolemæi qui fuit propinquior ætati Chriſti. Vt autem ſupputatio
nem noſtram reducere ualeamus ad meridianum hieroſolymitanum
aſſumem⁹ ex coſmographia Claudii Ptolemæi longitudinem(hoc eſt
diſtantiam ab occidente habitato)ciuitatis ſanctæ hieruſalē(in qua do
minus crucifixus fuit,& ad quā ſupputationes noſtras dirigēdas duxi
mus)eſſe graduū.66.& iuxta eundē Ptolemęū ponemus longitudinē
Alexandrię(in qua idem motus planetaꝝ rectificauit)graduū ſexagin
ta cū dimidio,& longitudinem ciuitatis toleti(in qua Alphonſus ſuas
tabulas compoſuit)eſſe graduum decē.diſtat ergo meridian⁹ hieroſo
lymitanus a meridiano toleti gradibus.56.qui faciunt horas tres mi
nuta.44.& ab alexandria diſtat gradibus quinq; cum dimidio qui fa
ciunt minuta horæ.22.& quia ueriſimile eſt Chriſtum crucifixum fuiſ
ſe in aliquo annoꝝ ętatis ſuæ a trigeſimo uſq; ad quadrageſimum ęta
tis annum,cuiuſlibet anni calculum & lunā quintādecimā hoc eſt diē
plenilunii ſubnectemus,ut annum dn̄icæ paſſioni magis cōgruentē
inuenire ualeamus,pro ſingulis annis ſingulas cōcluſiones ponētes.
quaꝝ prima hęc eſt. ¶ Prima concluſio.anno ab incarnatione uerbi
dei trigeſimo uertente paſchalis mēſis oppoſitio,quā quintādecimā
lunā uocanr ſecundum medium curſum,quo hebræi utuntur ad ciui
tatē ſanctā hieruſalē fuit ſexta aprilis die iouis. probatur concluſio.
nā anno.30.uertēte cyclus lunaris fuit nonus q̄obrē neceſſe eſt ānum
fuiſſe cōmunē duodecim duntaxat lunationibus integratū,cuius uer
nalis menſis interlunium iuxta aſtrologicā ſupputationē ad ciuitatē
ſanctā hieruſalē fuit die.22.martii hora.11.minuto.2.ſecundo.35.&
ei⁹ oppoſitio fuit.6.aprilis:hora.5.minuto.24.ſecundo.37.& qm̄ cy
cl⁹ ſolaris fuit.11.cōſequēs eſt annū fuiſſe cōmunē,& lr̄am primæ feriæ
q̄ dn̄icalem uocant fuiſſe.a.quāobrē neceſſe eſt oppoſitionē paſchalē
ſiue.15.lunā fuiſſe ſexta aprilis die Iouis.hæc itaq; quintadecima lu-
na pro dominica paſſione minime idonea uidetur,ſiue dominū.14.

luna ſiue.xv.crucifixũ dixerim⁹cũ per eã haudquaq̃ deſcẽdi poſſit dñm ſaluatorẽ die ueneris ĩ martio crucifixũ fuiſſe. ❡ Secũda cõcluſio ãno ab incarnatione uerbi dei primo & trigeſimo uertẽte paſchalis mẽſis pleniluniũ qđ quĩtãdecimã lunã uocãt iuxta mediũ curſũ,quo hebrǽi utũtur ad ciuitatẽ ſãctã hieruſalẽ fuit die.xxvi.martii in nocte ſequẽte diẽ lunæ.probatur cõcluſio.nã ãno dñi trigeſimo primo uertẽte cycl⁹ lunaris fuit decim⁹,q̃obrẽ neceſſe eſt ãnũ fuiſſe cõmunẽ.12.dũtaxat lu nationib⁹integratũ cuius uernalis mẽſis interluniũ ſecũdũ aſtrologicã ſupputationẽ ad ciuitatẽ ſãctã hieruſalẽ fuit die.11.martii horis.19.mi nutis.51.ſecũdis.12.& eius pleniluniũ fuit die.26.martii hora.14.mi nuto.13.ſecũdo.14.& quia cyclus ſolaris fuit duodecimus neceſſe eſt ãnũ fuiſſe cõmunẽ,& litteram primæ feriæ,q̃ dñicalẽ uocãt fuiſſe.g.cũ ergo.26.die martii in romano calendario ſignetur a.ſequitur.26 diem fuiſſe diẽ lunæ,quare neceſſe eſt oppoſitionẽ paſchalẽ,ſiue quintãdeci mã lunã fuiſſe in nocte ſequẽte.26.diẽ martii,quæ fuit dies lunæ.hæc itaq; quintadecima luna pro dñica paſſione minime uidetur idonea ſi ue dñm.xiiii.luna,ſiue.xv.crucifixũ dixerimus cũ per eã haudquaq̃ de ſcẽdi poſſit dñm die ueneris crucifixũ fuiſſe.ꝙ ſi ad ueꝝ motũ reſpicere uelimus idem continget. Erat nanq; uera luminarium primi menſis diebus æquatis cõiũctio die.11.hora.14.minuto.23.in nocte ſequẽte dñicam.cui⁹ uera oppoſitio fuit die.26.martii hora.13.minuto.5.in nocte ſequẽte diẽ lunę.❡ Tertia cõcluſio.ãno incarnatiõis ſecũdo ſu pra trigeſimũ currẽte paſchalis mẽſis pleniluniũ,qđ quintãdecimã uo cãt iuxta mediũ curſũ,quo hebræi utũtur ad ciuitatẽ ſanctã hieruſalẽ fuit die tertiadecima aprilis in nocte ſequẽte diem dñicã.probatur cõ cluſio.Nã ãno trigeſimo ſecũdo uertẽte cyclus lunaris fuit undecim⁹ q̃obrẽ neceſſe eſt ãnũ fuiſſe ẽboliſmicũ tredecĩ lunationib⁹cõſtãtẽ.cu i⁹uernalis & primi mẽſis noviluniũ iuxta aſtrologicã ſupputationẽ ad ciuitatẽ ſãctã hieruſalẽ fuit die.29.martii horis.17.minutis 23.ſecũdis 51.& eius pleniluniũ fuit die.13.aplis horis.11.minutis.45.ſecũdis.53. & quoniã cycl⁹ ſolaris fuit tertiuſdecimus neceſſe eſt ãnũ fuiſſe biſex tilẽ habẽtẽ ꝑ litteris dñicalibus.F.&.E.cũ ergo die tertiadecima aplis in romano calẽdario ſignetur littera.E.ſequitur diẽ 13.aprilis fuiſſe diẽ dñicã,quare neceſſe eſt oppoſitionẽ paſchalẽ,ſiue quintãdecimã lunã fuiſſe in nocte ſequẽte diẽ dñicã qđ fuit probãdũ.hæc itaq; quintadeci ma luna ꝑ dñica paſſione minime uidetur idonea,ſiue dñm i feſto paſ chæ,ſiue in uigilia paſchæ crucifixũ dixerimus,cũ per eã haudquaquã deſcẽdi poſſit dñm die ueneris in martio crucifixũ fuiſſe.Idẽ cõtinget ſi ad uerum motum ſupputationẽ noſtrã reduxerimus. Erat nãq; uera

luminarium primi mẽſis diebus æquatis coniunctio die uigeſimano
na martii hora.12.minuto.0.cuius uera oppoſitio fuit die quartade-
cima aprilis hora.0.minuto.51.quæ fuit dies martis. ¶ Quarta con-
cluſio. anno incarnationis uerbi dei trigeſimotertio uertente paſcha
lis menſis oppoſitio quã quintãdecimã lunã uocãt iuxta medium cur
ſum,quo hebræi utuntur ad ciuitatẽ ſanctã hieruſalem fuit die tertia
aprilis quæ fuit dies ueneris.probatur cõcluſio nã ãno trigeſimotertio
uertente cyclus lunaris fuit duodecimus,quamobrẽ neceſſe eſt annũ
fuiſſe cõmunẽ duodecĩ duntaxat lunationibus conſtãtẽ,cuius uernalis
& primi menſis interluniũ iuxta aſtrologicã ſupputationẽ ad ciuitatẽ
ſanctã hieruſalẽ fuit die decimanona martii hora.2. minuto.12. ſecun
do.28.eiuſq; pleniluniũ fuit die ſecunda aplis cõpleta hoc eſt die tertia
currente hora.20.minuto.34.ſecũdo.30.& quoniã cyclus ſolaris fuit
quartuſdecim⁹ neceſſe eſt litterã dñicalẽ extitiſſe.D.cũ ergo ĩ romano
calẽdario die.3.aprilis ãnotetur littera.B.ſequit̃ tertiã diẽ aprilis fuiſ
ſe diẽ ueneris,quare neceſſe eſt oppoſitionẽ paſchalẽ ſiue quĩtãdecimã
lunã fuiſſe tertia aprilis,& die ueneris qđ fuit probandũ.hæc itaq; quĩ
tadecima luna quamuis die ueneris fuerit facta non tamẽ ſatis uidetur
idonea pro dñica paſſione,quia extra mẽſẽ martiũ facta fuit.idẽ quoq;
continget ſi ad ueꝝ motum luminarium ſupputationẽ noſtrã redigere
uelimus.fuit nanq; uera luminarium primi menſis coniunctio die de-
cimanona martii hora ſecunda minuto.31.die iouis.uera quoq; oppo
ſitio die tertia aprilis hora.6.minuto.8.die ueneris in occaſu ſolis.hic
tamẽ animaduertendũ eſt Rogeꝝ Bachon,Ioannẽ de muris,& paulũ
burgenſẽ,opinatos fuiſſe dñm ſaluatorẽ hac quĩtadecima luna hoc eſt
tertia die aprilis die ueneris crucifixũ fuiſſe,quẽadmodũ libro quinto
oſtendimus.ſed quia cõmunis doctoꝝ opinio tenet eũ in martio cruci
fixum fuiſſe ad ſequentẽ annum procedemus. ¶ Quinta concluſio,
anno incarnationis uerbi dei trigeſimo quarto currente quĩtadecima
paſchalis menſis luna iuxta medium curſum quo hebræi utuntur ad
ciuitatẽ ſanctã hieruſalẽ fuit die.23.martii quæ fuit dies martis. Proba
tur concluſio nã anno prædicto cyclus lunaris,quo hebræi utuntur,
fuit.13.quare neceſſe eſt annum cõmunẽ fuiſſe duodecĩ duntaxat luna
ribus menſibus integratum,cuius primi mẽſis nouilunium ſecundum
medium motum ad ciuitatẽ ſanctã hieruſalẽ fuit ĩ nocte ſequente octa
uã diẽ martii hora.11.minuto.1.ſecundo.5.eiuſq; oppoſitio quam quĩ
tãdecimã paſchalẽ uocant fuit die.23.martii hora.5.minuto.23.ſecun
do.7.cunq; cyclus ſolaris huius ãni fuerit quĩtuſdecimus neceſſe eſt
litterã dominicalẽ fuiſſe.c. & quia ĩ directo uigeſimæ tertiæ diei martii

in romano calendario ſignatur e ſequitur uigeſimã tertiã diem martii fuiſſe diẽ martis.q̃obrẽ neceſſe eſt quītãdecimã lunã paſchalẽ fuiſſe die 23.martii die martis.idẽ continget ſi ad ueros planetarũ motus ſupputationẽ noſtrã reduxerimus,fuit nanq; uera luminarium primi menſis coniunctio diebus æquatis ad meridianum ciuitatis ſanctæ hieruſalẽ die octaua martii cõpleta hora.19.minuto.21.die martis. Vera quoq; oppoſitio & quintadecima paſchalis menſis fuit die.23.martii hora.6. minuto.59.die martis poſt ſolis occaſũ.Hæc itaq; ſupputatio quanquã quo ad annum menſẽ & diẽ conſentanea exiſtit nonnullorũ doctorũ tã grecorũ,q̃ latinorũ opinioni(queadmodũ uidere licet ex his quę quarto & quinto libro ſcripſimus)tñ q̃tum ad feriã diſſona oĩno uidetur,ſiue dñm quītadecima luna,ſiue quartadecima crucifixum dixerimus.nã ſi luna quartadecima crucifixum quis dixerit,fateri oportebit Chriſtum die lunæ crucifixum fuiſſe,aut ſi luna quintadecima crucifixum magis placuerit,die martis paſſum fateri oportebit.quæ cum abſurda uideãtur ad alios annos ſupputationẽ noſtrã conuertemus,ſi forte annum aliquem dominicæ paſſioni magis idoneum inuenire ualeamus.

¶ Sexta cõcluſio anno incarnationis uerbi dei trigeſimo quinto uertente paſchalis menſis oppoſitio & luna quintadecima ſecundum medium curſum ad ciuitatẽ ſãctam hieruſalẽ facta fuit undecima aprilis die lunæ.probatur concluſio.Nam anno.35.uertente cyclus lunaris fuit quartuſdecimus ergo annus fuit emboliſmicus tredecim lunationibus conſtans, cuius uernalis & primi menſis interlunium iuxta aſtrologicam ſupputationẽ ad ciuitatẽ ſanctam hieruſalem fuit die uigeſimaſeptima martii hora.8.minuto.33.ſecundo.44.eiuſq; plenilunium & quintadecima fuit die.11.aprilis hora.2.minuto.55.ſecundo 46 & quoniã cyclus ſolaris fuit ſextuſdecimus neceſſe eſt litterã dñicalem fuiſſe.b.cum ergo undecima aprilis in romano calẽdario ſignetur littera.c.ſequitur eam fuiſſe diẽ lunę,quaobrem neceſſe eſt oppoſitionem paſchalem ſiue quintamdecimam lunã fuiſſe undecima aprilis die lunæ qđ fuit probandum.hæc itaq; quintadecima luna minime uidetur pro dñica paſſione idonea, quia extra martium & extra diem ueneris facta eſt.idẽ quoq; continget ſi uerum motum luminarium animaduertere uelimus.fuit nanq; uera luminarium primi mẽſis cõiunctio diebus æquatis die uigeſimaſeptima martii hora.19. minuto.57.die lunę. uera quoq; oppoſitio fuit die undecima aprilis hora.0.minutis.11. die lunæ in meridiæ, hoc anno & die Ioannes de monte regio Chriſtum crucifixum putabat queadmodũ libro quinto oſtendimus. ¶ Septima cõcluſio ãno incarnationis dñi trigeſimo

ta hora poſt meridiem,& nominant ſuos dies per ferias hoc eſt prima feria,quæ eſt prima dies poſt ſabbatū,ſecunda feria tertia feria.&c.& in his ſupputationibus tabularum utuntur feriis tanquam currentibus & non tranſactis. ut autem quilibet conferre poſſit has tabulas Gamalielis cum tabulis alphonſinis reduximus eas ad meridianum urbis romę computando horas a meridie iuxta conſuetudinem aſtrologorum per ſolam mutationem radicis de quibus iam exempla ponemus:tamen primum animaduertendum eſt quod iuxta hebraicam ſupputationem ex libro geneſeos ſumptam a,principio conſtitutionis mundi uſq; ad annum natiuitatis Chriſti(in cuius initio conſtitutæ ſunt radices motuū planetarum) computantur anni.3760.dies 105.horæ.4.minuta.55.ſecunda.58.non obſtante quod.70.interpretes multo plures annos numerent,ſi ergo ad tempus aliquod datum a ianuario poſt natiuitatem Chriſti inchoatum ſcire deſideras per tabulas iſtas luminarium coniunctiones uel oppoſitiones,adde ad tēpus datum annos.7360.& menſes quatuor, cum quibus tabulam annorum collectorum ingredere,& quod e regione numeri ipſorum uel minoris propinquiores inueneris ad partem ſcribe,deinde cum reſiduo annorum in reliquas tabulas ingredere, & quod in directo inueneris ſimiliter excerpe.deniq; cum numero menſium in tabulā menſium ſimili modo ingredere & quod e regione menſis tui inueneris,ſimiliter ad partem ſcribe,quæ omnia coaceruata ſimul iunges & feriam ac horam lunationis, quam quæris in aggregato habebis, abiectis ſemper hebdomadis integris.Exempli gratia, uolo inuenire coniunctionem luminarium in principio anni Iubilei nuper pręteriti:addo ad ānos domini a natiuitate trāſactos(qui ſunt.1499)annos a conſtitutione mundi uſq; ad primum annum natiuitatis domini interceptos,puta annos.3760.cum menſibus quatuor, quorum ſumma facit.5259.& menſes quatuor. deinde quæſiui,hos annos,uel minores propinquiores in tabula annorum collectorum,in quibus inuenio minores propinquiores.5187.& quod e regione ipſorum ānotatum eſt ſcripſi ad partem, ſcilicet feriæ.6.horæ.6.momenta.435.deinde cum reſiduo puta cum annis.72.ingreſſus ſum aliam tabulam annorum collectorum per.19.& inueni minorem propinquiorem, annos.57.in quorum directo ānotatum eſt de tempore lunationis feria prima,hora prima,momenta.705.quæ ſimiliter ad partem ſcripſi ſub numero ſuperius inuento puta ferias ſub feriis,horas ſub horis, momenta ſub momentis,deniq; cum reſiduo totius temporis, qui ſunt anni quindecim ingreſſus ſum tabulas annorum expanſorum,

& qđ e regione ipſoꝝ inueni ſimiliter ad partē ſcripſi quodlibet ſub ſuo pari, quæ ſunt feriæ tres horę tres momēta.905.deinde acceſſi ad tabulā menſiū cū menſibus quatuor, in quoꝝ directo inuenitur de tēpore lunationis ferię.6.horę.2.momēta.1012.quæ ſimiliter ſub prius īuentis ſcripſi quodlibet ſub ſuo pari, his omnibus addidi radicem ad urbē romā notatā uidelicet.2.9.1027.quibus ī unū collectis ueniunt in aggregato feriæ.4.horæ.23.momēta.814.& quia quælibet.18. momenta faciūt minutū unū, facta fuit coniunctio iſta die mercurii hora.23.cum minutis.45.præciſe, quemadmodum per tabulas alphonſinas inuenitur.erat nanq; hęc coniunctio prima ianuarii quaſi in meridie, & fuit dies mercurii. ℂ Ponemus nunc aliud exemplū pro calculatione ad ciuitatem ſanctam hieruſalem, uerbigratia uolo inuenire primam coniunctionem luminarium in anno incarnationis uerbi dei trigeſimo quarto currente quo anno ſecundum communē doctorum opinionem Chriſtus crucifixus creditur, hanc coniunctionem primam hebręi caput anni uocant, & per eam omnia feſta illius anni diſponunt. annum uero a lunatione æquinoctii auſpicantur, quemadmodum ſuperius oſtendimus. ſi ergo paſcha alicuius anni inuenire uelimus neceſſe eſt primum indagare nouilunium menſis tiſri, itaq; iuxta canonem ſuperius deſcriptum ad annos domini tranſactos, qui ſunt.33.adiungemus annos a conſtitutione mundi uſq; ad Chriſtum interceptos, qui ſunt.3760.cum menſibus quatuor, quorum ſumma facit annos.3793. menſes quatuor, deinde quæſiui hos annos, uel minores propinquiores in tabula annorum collectorum, & inueni minores propinquiores.3705.e regione quorum ſcriptum reperitur dę tempore lunationis feriæ.6.horæ.11.momenta.465.deinde cum reſiduo annorum puta cum annis.88. ingreſſus fui reliquā tabulam annorum collectorum per .19. & inueni minorem propinquiorem in numero annorum.76. in quorum directo pro epactis lunationum ſcriptum inuenitur.3.18.220. quæ omnia excerpſi, & ſub prius inuentis deſcripſi. deniq; cum reſiduo annorum, qui ſunt.12. ingreſſus ſum tabulam annorum expanſorum, & e regione ipſorum inueni.2.12.724.quæ etiam excerpſi, & ſub aliis prius inuentis diſpoſui quodlibet ſub ſuo compari, his omnibus addidi radicem ad occaſum hieruſalem annotatā, quibus in unum collectis ueniunt in ſumma feriæ.0.horæ.23.momēta ſiue puncta.533.quibus ſignificatur nouilunium menſis tiſri fuiſſe die ſabbati hora.xxiii.cum punctis.533. per hanc lunationem omnia feſta illius anni diſponuntur, & regulātur quemadmodum ſequenti capite oſtendemus. ℂ Tertium exem

plum ponemus de tempore ante Chriſti natiuitatem tranſacto: uer bigratia, uolo inuenire diem & feriam coniunctionis luminarium a qua Iulius cæſar incepit primum annum ſolarem. aſſumam ex prædictis primum annum ſolarem præceſſiſſe annũ natiuitatis Chriſti per annos.45.quemadmodum & poſtea probabimus. ſi ergo hos annos.45. ſubtraxerimus ab annis.3760.cum menſibus quatuor, quos iuxta hebraicam ueritatem computari diximus a prima mundi conſtitutione uſq; ad Chriſti ſaluatoris natiuitatem reſtabunt a principio creationis mundi uſq; ad primum annum ſolarem a Iulio inſtitutum anni.3715.& menſes quatuor. ſi ergo cum hoc tempore ingreſſi fuerimus tabulas lunationum Gamalielis ſuperius deſcriptas, inueniemus lunationem factam fuiſſe die ueneris hora ſecunda noctis iuxta medium motum quo hebræi utuntur,exempli gratia. quærendo numerum annorum iam dictum in tabula Gamalielis inueni numerum minorem propinquiorem uidelicet.3705.e cuius regione annotatur feria ſexta hora.11.momenta.465.deinde reſiduos annos decem quæſiui in tabula annorum cycli lunaris, & in directo ipſorum inueni.6.6.339. deinde cum menſibus quatuor ingreſſus ſum tabulam menſium, & e regione ipſorum inueni.6.2.1012.his omnibus in unum collectis addidi radicem ad ciuitatem ſanctam hieruſalem,quæ eſt.2.5.204.& prouenit media lunatio.7.1.940.fuit ergo media luminarium coniunctio in principio diei ſabbati,hora ſecũda noctis. incipit autem ſabbatum iuxta hebræorum conſuetudinem in occaſu ſolis diei ueneris, & hoc quantum ad feſtorum & cerimoniarum obſeruationem,ſed quantum ad ſupputationem incipit quęlibet feria ad ſex horas poſt meridiē,tam ĩ hyeme,quam ĩ æſtate ſiue arcus diurnus fuerit magnus,ſiue paruus:fuit ergo dicta media coniunctio iuxta hebraicam ſupputationem poſt meridiem diei ueneris horis ſeptem,momentis.940. Ex prædictis perſpicuum eſt erraſſe magiſtrum Petrum de riuo,qui dixit Iulium cæſarem incępiſſe primum annum ſolarem a die ſolis quam dominicam uocamus comminiſcens ita bene congruere, ut annus ſolis a die ſolis inchoetur, ſicq; Iulium cęſarem dedita opera annum ſolarem a die ſolis uoluiſſe incipere quod certe ridiculum exiſtit, quoniam Iulius cæſar diem ſolis non nouit, neq; etiam in poteſtate eius erat annum inchoandum a prima lunatione poſt ſolſtitium hyemale incipere a, die ſolis ſi lunatio facta fuit die ueneris. Eſt etiam ex prędictis manifeſtum non eſſe neceſſarium in hac ſupputatione inueſtigare aureum numerum cycli lunaris,quia per ingreſſum tabularum in promptu

ſe offert per numerum annorum eiuſdem cycli. ſi tamen per regulã ad hoc deputatam indagare ipſum deſideras hoc modo inuenies: partire annos a creatione mundi per. 19. & quod ex diuiſione prouenerit oſtendet cyclos integros a conſtitutione mundi tranſactos, & qđ reliquum fuerit, aut quod in reſiduo remanſerit erit aureus numerus cycli lunaris illius anni. Exempli cauſa uolo inuenire aureum numerum cycli lunaris pro anno domini milleſimo quígenteſimo, Addam ad eos annos a principio creationis mundi uſq; ad natiuitatem Chriſti ſecundum hebraicam ueritatem computatos, qui ſunt. 3760 cum menſibus quatuor, & prouenient anni. 5260. quos diuidam per 19. & exibunt in quotiente cycli integri. 276. & in reſiduo reſtabunt 16. fuit ergo anno domini milleſimo quígenteſimo aureus numerus cycli lunaris. 16. qui incœperat a lunatione æquinoctii autumnalis præteriti uidelicet a ſeptembri a cuius nouilunio hebræi annum auſpicantur, & tranſactę fuerunt reuolutiones ĩtegræ. 276. uel aliter ſic ab annis natiuitatis domini ſaluaroris abiice binarium, & reſiduum diuide per. 19. & quod reliquum fuerit, erit aureus numerus cycli lunaris illius anni.

¶ Caput tertium paſchalis ſolemnitatis canones, & anni totius, ac menſium ordinem necnon & feſtorum omnium rationem exponit.

COgnita lunatione anni per præmiſſas tabulas ſecundum medium curſum facile per ſequentes canones anni ac menſium rationem, & feſtorum ordinem cognoſces. primum tamen eſt animaduertendum annũ a quatuor duntaxat feriis auſpicari poſſe uidelicet ſabbato, feria ſecũda, feria tertia, & feria quinta, a reliquis uero feriis impoſſibile eſt annum inchoari quemadmodum ex conſtitutione in ſecũda templi inſtaurratione facta perſpicuum extat, ne feſtum ramorũ in ſabbato accidat, & ne feſtum expiationis ſabbato continuetur & ſabbatum uioletur. nam ſi annus a feria prima hoc eſt die dominico auſpicaretur accideret feſtum ramorum (quod uigeſima prima mẽſis primi celebratur) in ſabbato obſeruari, & ſabbatum uiolaretur per uoluptates, quibus eo die frui ſolent. etſi annus a feria quarta uel ſexta exordium ſumeret neceſſe foret feſtum propitiationis (qđ decima die primi menſis celebratur) obſeruari feria ſexta, uel feria prima, & ſic ſabbato continuaretur quod moleſtum eis eſſet propter cauſas ſuperius explicatas. Nunc ad anni rationem dignoſcendam accedemus ponentes primum canones ſtatuendæ neomeniæ.

¶ Primum themã continet canones figendæ neomeniæ.
¶ Canon primus quoties nouilunium menſis tiſri,qui autumnali æquinoctio reſpõdet acciderit ĩ die aliquo nõ idoneo uidelicet feria prima,feria quarta,aut ſexta trãſferetur neomenia uſq; ĩ diẽ ſequẽtẽ.
¶ Canon ſecundus quoties nouilunium menſis tiſri iuxta medium curſum acciderit in die idoneo poſt.18.horam ab occaſu ſolis compu tando non figetur neomenia in die illo,ob lunæ uetuſtatem, quoniã iam tres quartæ diei tranſactæ ſunt,ſed differetur neomenia uſq; in diem ſequentem,ſi dies ſequens fuerit idonea,quod ſi non ſit idonea ttanſſeretur uſq; in diem tertiam.quamobrem ſi lunatio menſis ni/ ſan,qui uernali æquinoctio reſpondet acciderit poſt.13.horam & mo menta.642. repellenda erit neomenia menſis niſan uſq; in diẽ ſequẽ tem nã quoties nouilunium menſis niſan accidit poſt horã.13.& mo menta.642.toties nouiluniũ menſis tiſri continget poſt.18.horã diei
¶ Tertius canon quoties nouilunium menſis tiſri ſabbato,aut feria quĩta acciderit ante decimãoctauã horã diei figeť neomenia eodẽ die.
¶ Quartus canon quoties nouilunium menſis tiſri in anno com/ muni poſt annum communem feria ſecunda acciderit ante deci// mamoctauam horam figetur neomenia eodem die.
¶ Quintus canon eſt quoties nouilunium menſis tiſri poſt annũ emboliſmicum feria ſecunda acciderit poſt horam quintamdecimã & momenta.588.tranſferetur neomenia uſq; in feriam tertiam. qď ſi citra hunc terminum acciderit figetur eodem die. Simili modo ſi nouilunium menſis niſan die ſabbati acciderit poſt horam un// decimam & puncta ſiue momenta. 150. tranſferenda erit neome/ nia uſq; in diem ſequentem. nam quoties lunatio menſis niſan cõ tingit poſt horam undecimam & puncta.150. toties lunatio menſis tiſri accidet poſt horam quintamdecimam & puncta. 588.
¶ Sextus canon eſt quoties nouilunium menſis tiſri in anno embo liſmico feria tertia acciderit ante horã.18.figetur neomenia eodẽ die.
¶ Septimus canon eſt quoties nouilunium menſis tiſri in anno em boliſmico acciderit in nocte feriæ tertiæ poſt nonam horam noctis, & momenta.203.tranſferetur neomenia uſq; in feriam quintam,ſed ſi ante hunc terminum contigerit figetur neomenia eodem die.quã obrem ſi nouilunium menſis niſan acciderit in nocte feriæ primæ ho ris.4.momentis.846.tranſferetur neomenia menſis niſan uſq; in diẽ tertium. nam quoties lunatio menſis niſan acciderit tempore anno/ tato, toties lunatio menſis tiſri continget poſt horam nonam, & momenta.203.

¶ Secundum thema canones ordinandi annum continet.

¶ Cognito per hos canones anni initio facile cognoſci poterit qualitas anni uidelicet an erit ſuperexcreſcens an deficiens, an ſecundum ordinem exiſtens, iuxta ſextuplicem annorum rationem. nã aut eſt annus communis, aut emboliſmicus, & uterq; horum aut eſt die uno excreſcens, aut die uno deficiens, aut ſecundum ordinem exiſtens quemadmodum ſuperius expoſuimus. Secundo animaduertendum eſt quod dies, qui anno ſuperadduntur, aut ſubtrahuntur: duobus duntaxat menſibus adduntur, aut ſubtrahuntur uidelicet ſecundo & tertio marchaſuan, & chiſleu. reliqui uero menſes inuariabiles ſẽper exiſtunt. ¶ Canon primus ordinationis anni talis eſt. ſi annus communis extiterit, & inter neomeniam eius, & neomeniam anni ſequentis tres dies ultra hebdomadas integras interceſſerint erit annus deficiens quod ſi quatuor dies interceſſerint erit annus ſecũdum ordinem, ſi quinq; erit uno die excreſcens. ¶ Canon ſecundus pro anno emboliſmico, quoties neomenia anni emboliſmici diſtat a neomenia anni proximi per dies quinq; erit annus deficiens, ſi per dies ſex erit mediocris, ſi per ſeptem erit excreſcens. Ex prædictis patet diſpoſitio menſium marchaſuan & chiſleu, nam ſi annus fuerit excreſcens complectetur uterq; dies triginta. quod ſi ſecundum ordinem extiterit conſtabit marchaſuan diebus duntaxat .29. quia tiſri menſis præcedens eum ſemper eſt plenus hoc eſt triginta diebus integratus, ſed chiſleu in anno ſecundum ordinem .30. dies complectetur quod ſi annus fuerit deficiẽs uterq; ipſorũ .29. dũtaxat dies cõtinebit.

¶ Tertii thematis canones diem paſchalem docent.

Cognita anni qualitate per canones ſuperius expoſitos an ſcilicet communis ſit annus, an emboliſmicus, & an excreſcens fuerit, an mediocris, an deficiẽs, cognita etiam anni neomenia hoc eſt qua feria ſit inchoandus facile per quatuor canones ſequentes paſcha cognoſci poterit. ex quo etiam totius anni & menſium ratio, ac feſtorum omnium diſpoſitio ĩ promptu erit: quia omnia feſta legis eodem ſemper interuallo diſtant. ¶ Canon primus eſt. Si annus feria ſecunda inceperit, & fuerit communis ac deficiẽs obſeruabitur paſcha feria tertiã. propterea quod inter initium anni, & paſcha in anno communi deficiente intercedit duntaxat feria una: et ſi annus fuerit deficiens & emboliſmicus, celebrabitur paſcha feria quinta, propterea quod ĩ ãno emboliſmico deficiente inter feriam neomeniæ ãni & feriam paſchæ intercedunt feriæ tres. Eodem modo ſi annus fuerit excreſcens & cõmunis, erit paſcha feria quinta, & ſi fuerit excreſcens & emboliſmicus

erit paſcha die ſabbati.ſecundum ordinem uero ſiue mediocrem im
poſſibile eſt eſſe annum feria ſecunda inchoatum, propter cauſas
dictas. ¶ Secundus canon eſt ſi annus feria tertia incœperit, &
fuerit communis. ac ſecundum ordinem, celebrabitur paſcha fe-
ria quinta, et ſi fuerit emboliſmicus ac ſecundum ordinem, erit paſ
cha die ſabbati. plenus autẽ & emboliſmicus eſſe non poteſt. neq;
etiã plenus ideſt excreſcens & cõmunis eſſe poteſt annus feria tertia
inchoatus, propter cauſas ſuperius expoſitas. Simili modo nec de-
ficiens & cõmunis, neq; deficiens & emboliſmicus eſſe poteſt annus
feria tertia auſpicatus. ¶ Tertius canon. ſi anni neomenia feria
quinta obſeruata fuerit, & ſecundum ordinem, atq; communis an
nus extiterit, erit paſcha die ſabbati. ſecundum ordinẽ uero & embo
liſmicus eſſe nõ poteſt ãnus feria quinta ĩchoatus. qđ ſi deficiẽs fuerit
& ẽboliſmicus, celebrabitur paſcha feria prima. deficiẽs autẽ, & cõmu
nis eſſe nõ poteſt annus feria quinta auſpicatus. qđ ſi excreſcẽs fuerit,
& cõmunis erit paſcha feria prima. ſed ſi excreſcẽs fuerit & ẽboliſmi-
cus erit paſcha feria tertia. ¶ Quartus canõ eſt ſi ãnus die ſabbati in
cœperit, fueritq; deficiens & cõmunis, erit paſcha feria prima. qđ ſi de
ficiens fuerit & emboliſmicus, erit paſcha feria tertia. et ſi excreſcens
fuerit & communis, erit paſcha feria tertia. ſed ſi excreſcens fuerit
& emboliſmicus, erit paſcha feria quinta. ſecundum ordinem uero
eſſe non poteſt annus die ſabbati inchoatus. His ſic diſpoſitis faci
le diligens ſupputator ſcire poterit quo die menſis martii, uel apri-
lis iudæi paſcha ſuum obſeruare debent. nam cognita feria qua paſ
cha intimatur cognito per cyclum lunarem an ſit annus communis
uel emboliſmicus, ſtatim per plenilunium in promptu erit quota
die menſis martii, uel aprilis ſecundum latinos paſcha hebræorum
celebrandum ſit, licet hebræi hoc ſcrutinio non indigeant quia luna
res duntaxat menſes obſeruant, & quintadecima menſis niſan paſ-
cha ſemper cuſtodiunt. ¶ Sed contra prædicta poſſet aliquis in-
ſtare, nam a feſto paſchæ uſq; ad neomeniam anni ſequentis ſem-
per eſt unum & idem interuallum dierum puta dies centum ſexa-
ginta tres, ergo neomenia ãnni non poteſt transferri uſq; in diem
ſequentẽ ſi nouilunium eius acciderit in die non idoneo, quia per
tranſlationem eius ad diem ſequentem creſceret interuallum quod
eſt inter paſcha & neomeniam per diem unum: quod fieri nequit.
Ad hoc dicendum concedendo interuallum illud uariari non poſſe,
quia ſemper manet unum & idem puta dierum .163. & ad argumen
tum reſpondetur ꝙ quoties tranſfertur neomenia anni ad diem unũ

toties etiam transferuntur omnia feſta legalia ad diem unum incipiendo a paſcha quod eſt primum feſtum dignitate,& ordine,& pro hac tranſlatione feſtorum ad diem unum non additur dies aliquis intra limites, uel interuallum feſtorum , immo hoc ſemper manet unum & idem,ſed additur dies ille in menſe marchaſuan,& quando opus eſt ſubtrahere diem unum ab anno,ſubtrahitur a menſe chiſleu.ſicq; interuallum dierum a paſcha uſq; ad neomeniam anni ſequentis nũquam uariatur,neq; interualla feſtorum legis uariantur, ſed æquali ſemper intercapedine diſtant ab initio menſis niſan a quo computãtur. hæc autem additio,uel ſubtractio dierum fit in menſe marchaſuan,& chiſleu in quibus non ſunt aliqua legis feſta, neq; poſtea uſq; ad menſem niſan ſunt feſta ſolemnia de quibus ſit curandum.

De cyclo magno continente annos ducentos quadraginta ſepté per quem hebræi hac tempeſtate paſcha ſuum indagant.

SCripſimus nunc canones paſchalis celebritatis a priſcis patribus in ſecunda templi inſtauratione æditos,& quia iuxta ſupputationes Gamalielis ſuperiori capitulo expoſitas lunationes omnes redeunt poſt tredecim cyclos lunares ad eandem feriam & horam fere in qua prius factæ fuerunt,iudęi hoc animaduertentes, methodum breuem conſtituerunt per quam paſcha & omnia legis feſta in promptu ſemper habentur:quia poſt ducentos & quadraginta ſeptem annos omnia feſta redeunt,& obſeruantur eodem modo ſicut prius celebrata fuerunt . quemadmodum paſcha noſtrum iuxta canones ab eccleſia hactenus obſeruatos redit ſemper poſt quingentos triginta duos annos eodem modo ſicut prius celebratum fuit,ut alibi oſtendimus.deſcripturi igitur hanc tabulam tredecim reuolutionum,in prima columnula ad ſiniſtram annotabimus annos ſalutis a natiuitate Chriſti computatos. In ſecunda ponemus annos a mundi creatione ſecundum hebræos eiſdem reſpondentes . In tertia annotabimus aureum numerum cycli lunaris quem hebræi obſeruant . In quarta oſtendetur qua feria annus ſecundum hebręos incipiet,hoc eſt, qua feria obſeruabitur neomenia menſis tiſri . In quinta deſcribetur qualitas anni,hoc eſt,ſi ſit annus cõmunis uel emboliſmicus & an ſit ãnus mediocris , & ſecundum ordiné ãni lunaris,an ſit die uno excreſcens, an die uno deficiés.In ſexta columnula annotabitur feria diei paſchalis iuxta obſeruationem hebræoꝝ.ut ſequés docet deſcriptio.

Anni chriſti.	Anni a creatione mundi ſecundum hebreos.		Cyclus lunaris.	feria neomeniæ anni.	Qualitas & diſpoſitio anni.		Feria paſchæ.
1501	רסא	5261	17	tertia	emboľ.	ordinatus	ſeptima
1502	רסב	5262	18	ſecũda	cõmís	abundans	quinta
1503	רסג	5263	19	ſeptima	emboľ.	deficiens	tertia
1504	רסד	5264	1	quinta	cõmís	ordinatus	ſeptima
1505	רסה	5265	2	ſecunda	cõmís	abundans	quinta
1506	רסו	5266	3	ſeptima	emboľ.	abundans	quinta
1507	רסז	5267	4	ſeptima	cõmís	deficiens	prima
1508	רסח	5268	5	tertia	cõmís	ordinatus	quinta
1509	רסט	5269	6	ſeptima	emboľ.	abundans	quinta
1510	רע	5270	7	ſeptima	cõmís	abundans	tertia
1511	רעא	5271	8	quinta	emboľ.	deficiens	prima
1512	רעב	5272	9	tertia	cõmís	ordinatus	quinta
1513	רעג	5273	10	ſeptima	cõmís	abundans	tertia
1514	רעד	5274	11	quinta	emboľ.	abundans	tertia
1515	רעה	5275	12	quinta	cõmís	ordinatus	ſeptima
1516	רעו	5276	13	ſecunda	cõmís	deficiens	tertia
1517	רעז	5277	14	quinta	emboľ.	abundans	tertia
1518	רעח	5278	15	quinta	cõmís	ordinatus	ſeptima
1519	רעט	5279	16	ſecunda	cõmís	abundans	quinta
1520	רפ	5280	17	ſeptima	emboľ.	deficiens	tertia
1521	רפא	5281	18	quinta	cõmís	ordinatus	ſeptima
1522	רפב	5282	19	ſecunda	emboľ.	abundans	ſeptima
1523	רפג	5283	1	ſecunda	cõmís	deficiens	tertia
1524	רפד	5284	2	quinta	cõmís	ordinatus	ſeptima
1525	רפה	5285	3	ſecunda	emboľ.	abundans	ſeptima
1526	רפו	5286	4	ſecunda	cõmís	abundaus	quinta
1527	רפז	5287	5	ſeptima	cõmís	deficiens	prima
1528	רפח	5288	6	tertia	emboľ.	ordinatus	ſeptima
1529	רפט	5289	7	ſecunda	cõmís	abundans	quinta
1530	רצ	5290	8	ſeptima	emboľ.	deficiens	tertia
1531	רצא	5291	9	quinta	cõmís	abundans	prima
1532	רצב	5292	10	tertia	cõmís	ordinatus	quinta
1533	רצג	5293	11	ſeptima	emboľ.	abundans	quinta
1534	רצד	5294	12	ſeptima	cõmís	abundans	tertia
1535	רצה	5295	13	quinta	cõmís	ordinatus	ſeptima

Anni chriſti.	Anni a creatione mundi ſecundum hebreos.		Cyclus lunaris.	feria neomeniæ anni.	Qualitas & diſpoſitio anni.		Feria paſchæ.
1536	רצו	5296	14	ſecũda	embol.	deficiens	quinta
1537	רצז	5297	15	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1538	רצח	5298	16	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1539	רצט	5299	17	ſecunda	embol.	deficiens	quinta
1540	ש	5300	18	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1541	שא	5301	19	quinta	embol.	abundans	tertia
1542	שב	5302	1	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1243	שג	5303	2	ſecunda	cõmis	deficiens	tertia
1544	שד	5304	3	quinta	embol.	abundans	tertia
1545	שה	5305	4	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1546	שו	5306	5	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1547	שז	5307	6	ſeptima	embol.	deficiens	tertia
1548	שח	5308	7	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1549	שט	5309	8	ſecunda	embol.	abundans	ſeptima
1550	שי	5310	9	ſecunda	cõmis	deficiens	tertia
1551	שיא	5311	10	quinta	cõmis	abundans	prima
1552	שיב	5312	11	tertia	embol.	mediocris	ſeptima
1553	שיג	5313	12	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1554	שיד	5314	13	ſeptima	cõmis	deficiens	prima
1555	שיה	5315	14	tertia	embol.	mediocris	ſeptima
1556	שיו	5316	15	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1557	שיז	5317	16	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1558	שיח	5318	17	quinta	embol.	deficiens	prima
1559	שיט	5319	18	tertia	cõmis	mediocris	quinta
1560	שכ	5320	19	ſeptima	embol.	abundans	quinta
1561	שכא	5321	1	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1562	שכב	5322	2	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1563	שכג	5323	3	ſecunda	embol.	deficiens	quinta
1564	שכד	5324	4	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1265	שכה	5325	5	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1566	שכו	5326	6	ſecunda	embol.	deficiens	quinta
1567	שכז	5327	7	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1568	שכח	5328	8	quinta	embol.	abundans	tertia
1569	שכט	5229	9	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1570	של	5330	10	ſecunda	cõmis	deficiens	tertia

Anni chriſti	Anni a creatione mundi ſecũdum hebręos		Cyclus lunaris	Feria neomeniæ anni.	Qualitas & diſpoſitio anni.		Feria paſchæ.
1571	שלא	5331	11	quinta	embol.	abundans	tertia
1572	שלב	5332	52	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1573	שלג	5333	13	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1574	שלד	5334	14	ſeptima	embol.	deficiens	tertia
1575	שלה	5335	15	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1576	שלו	5336	16	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1577	שלז	5337	17	ſeptima	embol.	abnndans	quinta
1578	שלח	5338	18	ſeptima	cõmis	deficiens	prima
1579	שלט	5339	19	tertia	embol.	mediocris	ſeptima
1580	שמ	5340	1	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1581	שמא	5341	2	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1582	שמב	5342	3	quinta	embol.	deficiens	prima
1583	שמג	5343	4	tertia	cõmis	mediocris	quinta
1584	שמד	5344	5	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1585	שמה	5345	6	quinta	embol.	deficiens	prima
1586	שמו	5346	7	tertia	cõmis	mediocris	quinta
1587	שמז	5347	8	ſeptima	embol.	abundans	quinta
1588	שמח	5348	9	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1589	שמט	5349	10	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1590	שנ	5350	11	ſecunda	embol.	deficiens	quinta
1591	שנא	5351	12	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1592	שנב	5252	13	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1593	שנג	5353	14	ſecunda	embol.	abundans	ſeptima
1594	שנד	5354	15	ſecunda	cõmis	deficiens	tertia
1595	שנה	5355	16	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1596	שנו	5356	17	ſecunda	embol.	abundans	ſeptima
1597	שנז	5357	18	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1598	שנח	5358	19	ſeptima	embol.	deficiens	tertia
1599	שנט	5359	1	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1600	שס	5360	2	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1601	שסא	5361	3	ſeptima	embol.	deficiens	tertia
1602	שסב	5362	4	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1603	שסג	5363	5	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1604	שסד	5364	6	ſeptima	embol.	abundans	quinta
1605	שסה	5365	7	ſeptima	cõmis	deficiens	prima

Anni chriſti.	Anni a creati one mundi ſe cundum he// bręos.		Cyclus lu naris.	ſeria ne omeniæ anni.	Qualitas & diſpo ſitio anni.	Feria pa ſchæ.
1536	רצו	5296	14	ſecũda	embol. deficiens	quinta
1537	רצז	5297	15	ſeptima	cõmis abundans	tertia
1538	רצח	5298	16	quinta	cõmis mediocris	ſeptima
1539	רצט	5299	17	ſecunda	embol. deficiens	quinta
1540	ש	5300	18	ſeptima	cõmis abundans	tertia
1541	שא	5301	19	quinta	embol. abundans	tertia
1542	שב	5302	1	quinta	cõmis mediocris	ſeptima
1243	שג	5303	2	ſecunda	cõmis deficiens	tertia
1544	שד	5304	3	quinta	embol. abundans	tertia
1545	שה	5305	4	quinta	cõmis mediocris	ſeptima
1546	שו	5306	5	ſecunda	cõmis abundans	quinta
1547	שז	5307	6	ſeptima	embol. deficiens	tertia
1548	שח	5308	7	quinta	cõmis mediocris	ſeptima
1549	שט	5309	8	ſecunda	embol. abundans	ſeptima
1550	שי	5310	9	ſecunda	cõmis deficiens	tertia
1551	שיא	5311	10	quinta	cõmis abundans	prima
1552	שיב	5312	11	tertia	embol. mediocris	ſeptima
1553	שיג	5313	12	ſecunda	cõmis abundans	quinta
1554	שיד	5314	13	ſeptima	cõmis deficiens	prima
1555	שיה	5315	14	tertia	embol. mediocris	ſeptima
1556	שיו	5316	15	ſecunda	cõmis abundans	quinta
1557	שיז	5317	16	ſeptima	cõmis abundans	tertia
1558	שיח	5318	17	quinta	embol. deficiens	prima
1559	שיט	5319	18	tertia	cõmis mediocris	quinta
1560	שכ	5320	19	ſeptima	embol. abundans	quinta
1561	שכא	5321	1	ſeptima	cõmis abundans	tertia
1562	שכב	5322	2	quinta	cõmis mediocris	ſeptima
1563	שכג	5323	3	ſecunda	embol. deficiens	quinta
1564	שכד	5324	4	ſeptima	cõmis abundans	tertia
1265	שכה	5325	5	quinta	cõmis mediocris	ſeptima
1566	שכו	5326	6	ſecunda	embol. deficiens	quinta
1567	שכז	5327	7	ſeptima	cõmis abundans	tertia
1568	שכח	5328	8	quinta	embol. abundans	tertia
1569	שכט	5229	9	quinta	cõmis mediocris	ſeptima
1570	של	5330	10	ſecunda	cõmis deficiens	tertia

Anni christi	Anni a creatione mundi ſecũdum hebręos		Cyclus lunaris	Feria neomeniæ anni.	Qualitas & diſpoſitio anni.		Feria paſchæ.
1571	שלא	5331	11	quinta	embol.	abundans	tertia
1572	שלב	5332	52	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1573	שלג	5333	13	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1574	שלד	5334	14	ſeptima	embol.	deficiens	tertia
1575	שלה	5335	15	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1576	שלו	5336	16	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1577	שלז	5337	17	ſeptima	embol.	abundans	quinta
1578	שלח	5338	18	ſeptima	cõmis	deficiens	prima
1579	שלט	5339	19	tertia	embol.	mediocris	ſeptima
1580	שמ	5340	1	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1581	שמא	5341	2	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1582	שמב	5342	3	quinta	embol.	deficiens	prima
1583	שמג	5343	4	tertia	cõmis	mediocris	quinta
1584	שמד	5344	5	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1585	שמה	5345	6	quinta	embol.	deficiens	prima
1586	שמו	5346	7	tertia	cõmis	mediocris	quinta
1587	שמז	5347	8	ſeptima	embol.	abundans	quinta
1588	שמח	5348	9	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1589	שמט	5349	10	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1590	שנ	5350	11	ſecunda	embol.	deficiens	quinta
1591	שנא	5351	12	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1592	שנב	5252	13	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1593	שנג	5353	14	ſecunda	embol.	abundans	ſeptima
1594	שנד	5354	15	ſecunda	cõmis	deficiens	tertia
1595	שנה	5355	16	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1596	שנו	5356	17	ſecunda	embol.	abundans	ſeptima
1597	שנז	5357	18	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1598	שנח	5358	19	ſeptima	embol.	deficiens	tertia
1599	שנט	5359	1	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1600	שס	5360	2	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1601	שסא	5361	3	ſeptima	embol.	deficiens	tertia
1602	שסב	5362	4	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1603	שסג	5363	5	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1604	שסד	5364	6	ſeptima	embol.	abundans	quinta
1605	שסה	5365	7	ſeptima	cõmis	deficiens	prima

Anni chriſti.	Anni a creatione mundi ſecundum he//bręos.		Cyclus lunaris.	feria neomeniæ anni.	Qualitas & diſpoſitio anni.		Feria paſchæ.
1606	שסו	5366	8	tertia	embol.	ordinatus	ſeptima
1607	שסז	5367	9	ſecūda	cõmis	abundans	quinta
1608	שסח	5368	10	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1609	שסט	5269	11	quinta	embol.	deficiens	prima
1610	שע	5370	12	tertia	cõmis	ordinatus	quinta
1611	שעא	5371	13	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1612	שעב	5372	14	quinta	embol.	abundans	tertia
1613	שעג	5373	15	quinta	cõmis	ordinatus	ſeptima
1614	שעד	5374	16	ſecunda	cõmis	deficiens	tertia
1615	שעה	5375	17	quinta	embol.	abundans	tertia
1616	שעו	5376	18	quinta	cõmis	ordinatus	ſeptima
1617	שעז	5377	19	ſecunda	embol.	deficiens	quinta
1618	שעח	5378	1	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1619	שעט	5379	2	quinta	cõmis	ordinatus	ſeptima
1620	שפ	5380	3	ſecunda	embol.	abundans	ſeptima
1621	שפא	5381	4	ſecunda	cõmis	deficiens	tertia
1622	שפב	5382	5	quinta	cõmis	abundans	prima
1623	שפג	5383	6	tertia	embol.	ordinatus	ſeptima
1624	שפד	5384	7	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1625	שפה	5385	8	ſeptima	embol.	deficiens	tertia
1626	שפו	5386	9	quinta	cõmis	ordinatus	ſeptima
1627	שפז	5387	10	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1628	שפח	5388	11	ſeptima	embol.	deficiens	tertia
1629	שפט	5389	12	quinta	cõmis	abundans	prima
1630	שצ	5390	13	tertia	cõmis	ordinatus	quinta
1631	שצא	5391	14	ſeptima	embol.	abundans	quinta
1632	שצב	5392	15	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1633	שצג	5393	16	quinta	cõmis	ordinatus	ſeptima
1634	שצד	5394	17	ſecunda	embol.	deficiens	quinta
1635	שצה	5395	18	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1636	שצו	5396	19	quinta	embol.	deficiens	prima
1637	שצז	5397	1	tertia	cõmis	ordinatus	quinta
1638	שצח	5398	2	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1639	שצט	5399	3	quinta	embol.	abundans	tertia
1640	ת	5400	4	quinta	cõmis	ordinatus	ſeptima

Anni chriſti.	Anni a creatione mundi ſecundum hebręos.		Cyclus lunaris.	feria neomeniæ anni.	Qualitas & diſpoſitio anni.		Feria paſchæ.
1641	תא	5401	5	ſecunda	cōmis	deficiens	tertia
1642	תב	5402	6	quinta	embol.	abundans	tertia
1643	תג	5403	7	quinta	cōmis	mediocris	ſeptima
1644	תד	5404	8	ſecunda	embol.	deficiens	quinta
1645	תה	5405	9	ſeptima	cōmis	abundans	tertia
1646	תו	5406	10	quinta	cōmis	mediocris	ſeptima
1647	תז	5407	11	ſecunda	embol.	abundans	ſeptima
1648	תח	5408	12	ſecunda	cōmis	deficiens	tertia
1649	תט	5409	13	quinta	cōmis	abundans	prima
1650	תי	5410	14	tertia	embol.	mediocris	ſeptima
1651	תיא	5411	15	ſecunda	cōmis	abundans	quinta
1652	תיב	5412	16	ſeptima	cōmis	deficiens	prima
1653	תיג	5413	17	tertia	embol.	mediocris	ſeptima
1654	תיד	5414	18	ſecunda	cōmis	abundans	quinta
1655	תיה	5415	19	ſeptima	embol.	abundans	quinta
1656	תיו	5416	1	ſeptima	cōmis	deficiens	prima
1657	תיז	5417	2	tertia	cōmis	mediocris	quinta
1658	תיח	5418	3	ſeptima	embol.	abundans	quinta
1659	תיט	5419	4	ſeptima	cōmis	abundans	tertia
1660	תכ	5420	5	quinta	cōmis	mediocris	ſeptima
1661	תכא	5421	6	ſecunda	embol.	deficiens	quinta
1662	תכב	5422	7	ſeptima	cōmis	abundans	tertia
1663	תכג	5423	8	quinta	embol.	deficiens	prima
1664	תכד	5424	9	tertia	cōmis	mediocris	quinta
1665	תכה	5425	10	ſeptima	cōmis	abundans	tertia
1666	תכו	5426	11	quinta	embol.	abundans	tertia
1667	תכז	5427	12	quinta	cōmis	mediocris	ſeptima
1668	תכח	5428	13	ſecunda	cōmis	deficiens	tertia
1669	תכט	5429	14	quinta	embol.	abundans	tertia
1670	תל	5430	15	quinta	cōmis	mediocris	ſeptima
1671	תלא	5431	16	ſecūda	cōmis	abundans	quinta
1672	תלב	5432	17	ſeptima	embol.	deficiens	tertia
1673	תלג	5433	18	quinta	cōmis	mediocris	ſeptima
1674	תלד	5434	19	ſecunda	embol.	abundans	ſeptima
1675	תלה	5435	1	ſecunda	cōmis	abundans	quinta

Anni christi	Anni a creatione mundi ſecũdum hebręos		Cyclus lunaris	Feria neomeniæ anni.	Qualitas & diſpoſitio anni.		Feria paſchæ.
1676	תלו	5436	2	ſeptima	cõmis	deficiens	prima
1677	תלז	5437	3	tertia	embol.	mediocris	ſeptima
1678	תלח	5438	4	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1679	תלט	5439	5	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1680	תמ	5440	6	quinta	embol.	deficiens	prima
1681	תמא	5441	7	tertia	cõmis	mediocris	quinta
1682	תמב	5442	8	ſeptima	embol.	abundans	quinta
1683	תמג	5443	9	ſeptima	cõmis	deficiens	prima
1684	תמד	5444	10	tertia	cõmis	mediocris	quinta
1685	תמה	5445	11	ſeptima	embol.	abundans	quinta
1686	תמו	5446	12	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1687	תמז	5447	13	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1688	תמח	5448	14	ſecunda	embol.	deficiens	quinta
1689	תמט	5449	15	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1690	תנ	5450	16	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1691	תנא	5451	17	ſecunda	embol.	abundans	ſeptima
1692	תנב	5452	18	ſecunda	cõmis	deficiens	tertia
1693	תנג	5453	19	quinta	embol.	abundans	tertia
1694	תנד	5454	1	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1695	תנה	5455	2	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1696	תנו	5456	3	ſeptima	embol.	abundans	tertia
1697	תנז	5457	4	quinta	cõmis	mediocris	ſeptima
1698	תנח	5458	5	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1699	תנט	5459	6	ſeptima	embol.	deficiens	tertia
1700	תס	5460	7	quinta	cõmis	abundans	prima
1701	תסא	5461	8	tertia	embol.	mediocris	ſeptima
1702	תסב	5462	9	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1703	תסג	5463	10	ſeptima	cõmis	deficiens	prima
1704	תסד	5464	11	tertia	embol.	mediocris	ſeptima
1705	תסה	5465	12	ſecunda	cõmis	abundans	quinta
1706	תסו	5466	13	ſeptima	cõmis	abundans	tertia
1707	תסז	5467	14	quinta	embol.	deficiens	prima
1708	תסח	5468	15	tertia	cõmis	mediocris	quinta
1709	תסט	5469	16	ſeptima	cõmis	plenus	tertia
1710	תע	5470	17	quinta	embol.	plenus	tertia

Anni christi.	Anni a creatione mundi ſecundum hebręos.		Cyclus lunaris.	ſeria neomeniæ anni.	Qualitas & diſpoſitio anni.	Feria paſchæ.
1711	תעא	5471	18	quinta	cõmis mediocris	ſeptima
1712	תעב	5472	19	ſecunda	embol. deficiens	quinta
1713	תעג	5473	1	ſeptima	cõmis plenus	tertia
1714	תעד	5474	2	quinta	cõmis mediocris	ſeptima
1715	תעה	5475	3	ſecunda	embol. deficiens	quinta
1716	תעו	5476	4	ſeptima	cõmis plenus	tertia
1717	תעז	5477	5	quinta	cõmis mediocris	ſeptima
1718	תעח	5478	6	ſecunda	embol. plenus	ſeptima
1719	תעט	5479	7	ſecunda	cõmis deficiens	tertia
1720	תפ	5480	8	quinta	embol. plenus	tertia
1721	תפא	5481	9	quinta	cõmis mediocris	ſeptima
1722	תפב	5482	10	ſecunda	cõmis plenus	quinta
1723	תפג	5483	11	ſeptima	embol. deficiens	tertia
1724	תפד	5484	12	quinta	cõmis mediocris	ſeptima
1725	תפה	5485	13	ſecunda	cõmis plenus	quinta
1726	תפו	5486	14	ſeptima	embol. deficiens	tertia
1727	תפז	5487	15	quinta	cõmis abundans	prima
1728	תפח	5488	16	tertia	cõmis mediocris	quinta
1729	תפט	5489	17	ſeptima	embol. abundans	quinta
1730	תצ	5490	18	ſeptima	cõmis deficiens	prima
1731	תצא	5491	19	tertia	embol. mediocris	ſeptima
1732	תצב	5492	1	ſecunda	cõmis abundans	quinta
1733	תצג	5493	2	ſeptima	cõmis abundans	tertia
1734	תצד	5494	3	quinta	embol. deficiens	prima
1735	תצה	5495	4	tertia	cõmis mediocris	quinta
1736	תצו	5496	5	ſeptima	cõmis abundans	tertia
1737	תצז	5497	6	quinta	embol. abundans	tertia
1738	תצח	5498	7	quinta	cõmis mediocris	ſeptima
1739	תצט	5499	8	ſecũda	embol. deficiens	prima
1740	תק	5500	9	ſeptima	cõmis abundans	tertia
1741	תקא	5501	10	quinta	cõmis mediocris	ſeptima
1742	תקב	5502	11	ſecunda	embol. deficiens	quinta
1743	תקג	5503	12	ſeptima	cõmis abundans	tertia
1744	תקד	5504	13	quinta	cõmis mediocris	ſeptima
1745	תקה	5505	14	ſecunda	embol. abundans	ſeptima

1746	תקו	5506	15	ſecnnda	cõmis	deficiens	tertia
1747	תקז	5507	16	quinta	cõmis	abundans	prima

℄ Ex deſcriptione iam facta in promptu erit paſcha Iudæorum ad annos ducentos quadraginta ſeptem proxime futuros, quibus deuolutis redeundum eſt ad principium tabulæ, & celebrabitur paſcha eodem curſu & ordine quo prius obſeruatum fuit: quantum ad feriam dico: non quantum ad diem menſis latinorum: quem elici oportet ex anno cycli lunaris, & plenilunio primi menſis: licet iudæi hoc ſcrutinio non indigeant: quia lunares duntaxat menſes obſeruant. quod ſi reliqua feſta legalia inuenire deſideras, facile ea per paſcha inuentum reperies: quia eundem ſemper ordinem ad paſcha & inter ſe obſeruant. Pręterea poſtquam cognoueris per tabulam iam cõſcriptam ſi annus fuerit communis uel emboliſmicus, & an extiterit abundans uel deficiens aut mediocris, & qua feria incœperit, facile per tabulas ſequenti libro exponendas omnia feſta legalia in promptu erunt. Circa prædicta eſt animaduertendum quod lunationes poſt ducentos quadraginta ſeptem annos nõ redeunt pręciſe ad eandem horam in qua prius factæ fuerant: ut ex tabulis Gamalielis ſuperius deſcriptis manifeſtum eſt: & quia differentia unius horæ immo diuerſitas unius minuti aliquando facit uariare neomeniam anni in die uno, tutius eſt indagare paſcha & diem paſſionis domini per regulas ſuperius expoſitas.

℄ Caput quartũ diẽ paſſionis Chriſti per phaſe iudęorũ ĩueſtigat.

POſtquam lunaris cycli rationem iuxta Gamalielis ędi tionem, & phaſe iudæorum canones ſecundũ patrum decreta expoſuimus: ſupereſt ut per ea diem paſſionis domini inueſtigemus: potiſſimum a trigeſimo incarnationis dei anno uſq; in quadrageſimum annum, quo temporis interuallo ueriſimile eſt eum crucifixum fuiſſe, ut uideamus ſi forte annum aliquem paſſioni magis idoneum inuenire ualeamus, pro annis ſingulis concluſiones ſingulas ponentes quarum prima eſt. ℄ Anno ab incarnatione domini trigeſimo uertente phaſe hebræorum celebratum fuit ſexta aprilis die iouis, quæ concluſio ſic probatur. nam anno trigeſimo nouilunium anni iuxta ſupputationem hebraicam per Gamalielem expoſitam fuit feria ſecunda, hora uigeſimatertia cum punctis.556. & quoniã cyclus luna

ris fuit nonus neceſſe eſt annum fuiſſe communem,& ante ſe habu iſſe annum emboliſmicum . ex quibus ſequitur per quintum cano/ nem primi thematis neomeniam anni feria tertia celebratam fuiſſe eo quod poſt horam.15.& puncta.588.coniunctio luminarium facta fuit,& quia ſequens annus die ſabbati inchoatus fuit ut in proxima concluſione probabimus ſequitur per primum canonem ſecūdi the matis annum fuiſſe mediocrem & ſecundum ordinem diſpoſitum. ex quibus ulterius per ſecundum canonem tertii thematis ſequitur paſcha feria quinta hoc eſt die Iouis celebratum fuiſſe,cum ergo op poſitio menſis nouarum frugum ad romanum reducta calendarium fuerit ſexta aprilis die Iouis,ſequitur de neceſſitate phaſe hebręorum ſexta aprilis & die Iouis celebratum fuiſſe. hoc itaq; iudæorum paſ cha quantum ad menſem,diem,& feriam pro dominica paſſione nō uidetur idoneum. ℂ Secunda concluſio Anno ab incarnatione dei trigeſimo primo currente paſcha hebræorum celebratum fuit ui geſima ſeptima martii, die martis. Erat nāq; cyclus lunaris decimus & annus erat communis habens ante ſe annum communem,& fuit nouilunium anni die ſabbati hora.8.cum punctis.352.ergo per cano nem tertium primi thematis neomenia anni die ſabbati erat celebra ta,& quoniam ſequens annus feria quinta fuit īchoatus(ut poſtea pro babitur)neceſſe eſt per primum canonem ſecundi thematis annum hunc plenum & uno die excreſcentem fuiſſe.ex quibus ulterius per quartum canonem tertii thematis ſequitur paſcha feria tertia celebra tum fuiſſe,& quia oppoſitio menſis nouarum frugum ad calēdarium romanum reducta,facta fuit in nocte ſequente uigeſimam ſextā mar tii quæ fuit dies lunæ,ſequitur de neceſſitate paſcha hebræorum ob/ ſeruatū fuiſſe.27.martii,& die martis qđ fuit probandū.hoc itaq; paſ cha pro dominica paſſione nō uidetur idoneū eo qđ die martis fuit obſeruatū. ℂ Tertia concluſio,Anno ab incarnatione uerbi.32. uer tēte paſcha hebræoꝝ celebratū fuit.15.aprilis die martis. Erat nanq; annus emboliſmicus cyclo lunari exiſtente.11. & quoniā nouiluniū anni fuit feria quarta hora.17.cū punctis.148.ſequitur per primū ca nonē primi thematis neomeniā āni tranſlatā fuiſſe uſq; ī feriā quintā & quoniā ſequens annus etiā a quinta feria fuit inchoatus(ut ſequētī concluſione probabimus)ſequitur per ſecundū canonē ſecūdi thema tis annum fuiſſe plenū.385.diebus integratū.ex quibus ulterius per tertiū canonē tertii thematis ſequitur paſcha feria.3.celebratū fuiſſe & quoniā oppoſitio menſis niſan ad romanum calendarium reducta, facta fuit in nocte ſequente tertiamdecimam aprilis,quæ fuit dies do

minica neceſſe eſt paſcha obſeruatũm fuiſſe quintadecima aprilis die martis, quod fuit probandũ. hoc quoq; iudæorum paſcha pro dominica paſſione minime idoneum exiſtit. ¶ Quarta concluſio, anno ab incarnatione uerbi dei trigeſimo tertio currente paſcha hebræorum celebratum fuit quarta aprilis die ſabbati. probatur concluſio nam cum cyclus lunaris fuerit duodecimus neceſſe eſt annum communem fuiſſe, & ante ſe emboliſmicum habuiſſe, & quoniam per doctrinam Gamalielis nouilunium anni fuit feria tertia hora quartadecima cum punctis.737. ſequitur per ſeptimum canonem primi thematis neomeniam tranſlatam fuiſſe uſq; in feriam quintam, & quoniam annus ſequens a feria ſecunda fuit inchoatus ut in ſequenti concluſione probabimus, ſequitur per primum canonem ſecundi thematis annũ fuiſſe ſecundũ ordinẽ diſpoſitũ; hoc eſt.354. diebus integratum, ex quibus ulterius per tertium canonem tertii thematis ſequitur paſcha die ſabbati celebratum fuiſſe. cum ergo luminarium oppoſitio uernalis æquinoctii, quæ paſchalis appellatur, ad romanum calendarium reducta, fuit tertia aprilis & die ueneris, ſequitur de neceſſitate paſcha iudæorum celebratum fuiſſe quarta aprilis, & die ſabbati, qđ fuit probandum. hoc itaq; iudæorum phaſe quantum ad feriam in quo obſeruatum fuit pro dominica paſſione idoneum fortaſſe uidebitur ſi dominum ſaluatorem in uigilia paſchæ crucifixum dicere uelimus. iudæi nanq; die ueneris ad ueſperam agnum paſchalem uorabant. ſed annus & menſis non uidentur congruere dominicæ paſſioni, nam communis doctorum opinio tenet dominum crucifixum fuiſſe anno ab incarnationis eius trigeſimo quarto, neq; in aprili, ſed in martio crucifixum fuiſſe quemadmodum ſuperius oſtendimus. ¶ Quinta concluſio anno incarnationis domini trigeſimo quarto uertente paſcha hebræorum celebratum fuit decimo calendas aprilis, hoc eſt die uigeſima tertia martii, quę fuit dies martis. probatur concluſio, quia iuxta doctrinam Gamalielis ſuperius expoſitam cyclus lunaris fuit tertiuſdecimus & annus fuit communis, habens ante ſe annum communem, & poſt ſe emboliſmicum: nouilunium quoq; anni fuit ſabbato hora uigeſimatertia cum punctis.533. quamobrem per ſecundum canonem primi thematis transferenda erat neomenia uſq; in diem ſequentem, & quia dies ſequens non erat idonea pro neomenia figenda ſequitur per primum canonem primi thematis neomeniam anni celebratam fuiſſe feria ſecunda. cum ergo neomenia ſequentis anni ſimili modo indagata celebrata fuit feria quinta, ſequitur per primum canonem ſecũ

di thematis annum fuiſſe deficientem trecentis, & quinquaginta tribus duntaxat diebus integratum. ex quibus ulterius ſequitur per primum canonem tertii thematis paſcha feria tertia celebratum fuiſſe, nam quoties annus feria ſecunda inchoatur ſi communis fuerit & deficiens, neceſſe eſt paſcha feria tertia hoc eſt die martis obſeruari, & quoniam oppoſitio menſis niſan quæ paſchalis appellatur ad romanum calendarium reducta fuit uigeſimatertia martii, quæ erat dies martis neceſſe eſt paſcha hebræorum celebratum fuiſſe uigeſima tertia martii die martis. uerum quoniam hoc paſcha quantum ad eius feriam non ſatis idoneum uideatur pro dominica paſſione, quæ feria ſexta hoc eſt die ueneris fuiſſe creditur ad alios annos nos transferemus. ¶ Sexta concluſio, anno ab incarnatione uerbi trigeſimoquinto uertente paſcha hebræorum fuit duodecimo aprilis die martis. probatur concluſio, nam ſecundum doctrinam Gamalielis ſuperius expoſitam cyclus lunaris fuit quartuſdecimus & annus emboliſmicus, nonilunium quoque anni fuit feria quinta hora octaua cum punctis. 329, quamobrem per tertium canonem primi thematis ſequitur neomeniam anni feria quinta fuiſſe celebratam, & quoniam ſequens annus etiam a feria quinta fuit inchoatus ut in proxima concluſione probabimus, ſequitur per ſecundum canonem ſecundi thematis annum fuiſſe plenum uidelicet. 385. diebus integratum. ex quibus ulterius ſequitur per tertium canonem tertii thematis paſcha celebratum fuiſſe feria tertia hoc eſt die martis. quoniam ergo luminarium oppoſitio mẽſis uernalis quæ paſchalis appellatur ad romanum reducta calendarium facta fuit undecima aprilis die lunæ propter menſem per emboliſmum additum, ſequitur de neceſſitate paſcha hebræorum celebratum fuiſſe duodecima aprilis die martis, quod fuit probandum. uerum quoniam hoc iudæorum paſcha nihil de die ueneris participans extra menſem martii excidit minime pro dominica paſſione uidetur idoneum. ¶ Septima concluſio anno ab incarnatione uerbi dei trigeſimoſexto uertente hebræorum paſcha celebratum fuit trigeſimaprima martii die ſabbati probatur concluſio, Nam iuxta doctrinam Gamalielis cyclus lunaris erat quintuſdecimus & annus fuit communis ante ſe habens emboliſmicũ, eratque nouiluniũ menſis tiſri feria quarta, hora quinta cũ punctis. 918. ergo per primũ canonẽ primi thematis neomenia anni tranſlata fuit uſque in diem ſequentem hoc eſt uſque in feriam quintam, & quoniam annus ſequens a ſecunda feria fuit inchoatus, ut proxima concluſione probabimus, ſequitur per primum canonem

ſecundi thematis annum per ordinem fuiſſe diſpoſitum, hoc eſt, 354 diebus integratum. ex quibus ulterius per tertium canonem tertii thematis ſequitur paſcha die ſabbati fuiſſe celebratum, & quoniam oppoſitio luminarium menſis niſan ad romanum calendarium reducta facta fuit in nocte ſequente trigeſimam diem martii, quæ fuit dies ueneris, ſequitur de neceſſitate phaſe iudæorum trigeſima prima martii die ſabbati celebratum fuiſſe, quod fuit probandum. hoc itaqꝫ iudęorum paſcha quantum ad feriam, & menſem pro dominica paſſione idoneum uideretur ſi annus & dies ſcriptis autorum conformarentur, ſed de hoc poſtea plura ſcribemus. ¶ Octaua concluſio anno incarnationis domini trigeſimoſeptimo uertente iudæorum paſcha iuxta hebraicam ſupputationem celebratum fuit uigeſimaprima martii die iouis. Erat nanqꝫ cyclus lunaris ſextuſdecimus & annus cõmunis ante ſe habens cõmunem, cuius nouilunium fuit feria prima, hora. 14. cum punctis. 918. ergo per primum canonem primi thematis neomenia anni tranſlata fuit uſqꝫ in feriam ſecundam, & quoniam ſequentis anni neomenia ſabbato fuit celebrata, ut proxima cõcluſione probabimus, ſequitur per primum canonem ſecundi thematis annum fuiſſe plenum hoc eſt. 355. diebus integratũ. ex quibus ulterius per primum canonem tertii thematis ſequitur paſcha feria quinta fuiſſe celebratum. quoniam ergo plenilunium menſis paſchalis ad romanum calendarium reductum, factum fuit uigeſima martii die mercurii, ſequitur de neceſſitate hebræorum paſcha obſeruatum fuiſſe uigeſimaprima martii die iouis, quod erat probandũ. hoc itaqꝫ iudæorum paſcha quia die iouis celebratum fuit pro dominica paſſione non ſatis uidetur idoneum. ¶ Nona concluſio, anno ab incarnatione uerbi. 38. uertente paſcha hebræorum obſeruatum fuit octaua aprilis die martis. Erat nanqꝫ cyclus lunaris. 17. & annus emboliſmicus cuius nouilunium fuit feria quinta hora uigeſimatertia cum punctis. 510. ergo per primum canonem primi thematis feſtũ neomeniæ anni uſqꝫ in diem ſabbatum tranſlatum fuit, eo quod feria ſexta obſeruari non poteſt, & quoniam ſequentis anni neomenia feria quinta fuit obſeruata quemadmodum proxima concluſione probabimus, ſequitur per ſecundum canonem ſecundi thematis annum fuiſſe deficientem, hoc eſt, 383. diebus integratum. ex quibus ulterius per quartum canonem tertii thematis ſequitur paſcha feria tertia, hoc eſt, die martis obſeruatum fuiſſe, & quoniam oppoſitio paſchalis menſis niſan ad romanum reducta calendarium fuit die octaua aprilis in ortu ſolis quæ fuit dies martis, ſequitur

paſcha hebræorum octaua aprilis die martis celebratum fuiſſe. hoc itaq; iudęorum paſcha pro dominica paſſione haudquaquam uidetur idoneum. ℭ Decima cõcluſio Anno ab incarnatione dei trigeſimo nono currente paſcha hebræorum celebratum fuit uigeſima octaua martii die ſabbati. probatur concluſio, nam cyclus lunaris erat decimuſoctauus & annus communis utrinq; habens annum emboliſmicum, cuius nouilunium fuit feria quarta hora. 21. cum punctis. 19. ergo per primum canonem primi thematis neomenia anni tranſlata fuit uſq; in feriam quintam, eo quod feria quarta neomenia figi non poteſt. & quia annus ſequens feria ſecũda inchoatus fuit, neceſſe eſt per primum canonem ſecundi thematis annum per ordinem diſpoſitum fuiſſe. ex quibus ulterius ſequitur per tertium canonem tertii rhematis paſcha die ſabbati celebratũ fuiſſe. & quia oppoſitio paſchalis menſis niſan ad romanum reducta calendarium facta fuit uigeſimaoctaua martii die ſabbati, ſequitur de neceſſitate phaſe hebræorum obſeruatum fuiſſe uigeſimaoctaua martii die ſabbati, quod fuit probandum hoc itaq; iudæorum paſcha quantum ad menſem, & feriam in qua obſeruatum fuit quo ad eius paraſceuen pro dominica paſſione idoneũ quodammodo uideretur, ſi annus & dies menſis doctorum ſcriptis conformes eſſent. ℭ Vndecima & ultima concluſio talis eſt anno ab incarnatione uerbi quadrageſimo uertente paſcha hebræorum celebratum fuit ſextadecima aprilis die ſabbati. quod ſic deducitur. Nam anno quadrageſimo cyclus lunaris erat decimuſnonus & annus fuit emboliſmicus, cuius nouilunium iuxta hebraicam ſupputationem fuit feria ſecunda hora quinta cum pũctis. 895. ergo per quartum canonem primi thematis neomenia anni feria ſecunda celebrata fuit, & quia nouilunium ſequentis anni factum eſt feria prima hora quarta cum punctis. 404. ſequitur per primum canonem primi thematis neomeniam ſequentis anni etiam feria ſecunda obſeruatam fuiſſe, ex quibus ulterius per ſecundum canonem ſecundi thematis ſequitur annum plenum hoc eſt uno die excreſcentem fuiſſe. 385. diebus integratum. ergo per primum canonem tertii thematis paſcha celebratum fuit die ſabbati, & quia oppoſitio paſchalis menſis niſan ad romanum reducta calendarium fuit quintadecima aprilis die ueneris neceſſe eſt hebręorum phaſe celebratum fuiſſe ſextadecima aprilis die ſabbati quod fuit probandum. hoc itaq; iudæorum paſcha et ſi quantum ad paraſceuen eius dominicæ paſſioni accommodari poſſet, tamen quantum ad annum, & menſem non uidetur paſſioni congruere. hæc de hebraica ſupputatione dicta ſufficiant. ex qua manifeſtum

eſt quod a trigeſimo natiuitatis domini anno uſq; ad quadrageſimū
annum nunquam inueniatur luna quītadecima,neq; quartadecima,
neq; paſcha iudæorum,neq; paraſceue paſchæ accidiſſe octauo calen
das apriles die ueneris,quo die priſci patres præcipue latini Chriſ-
tum dominum crucifixum dixerunt. Conſtat etiam quod in anno
ſalutis trigeſimo quarto quo dominus crucifixus creditur celebratū
fuit paſcha iudæoꝝ decimo calendas apriles, quo die græci dn̄m cru
cifixū putarūt,ſed dies ille nō fuit dies ueneris ímo fuit dies martis,
ex quo ſequeretur dn̄m crucifixū fuiſſe die martis quod eſt abſurdū
eſt ergo difficillimum dominicæ paſſionis diem a ſanctis patribus an
notatum ſupputatione aliqua comprobare. uerum ne omittere ali
quid uideamur quod ad inueſtigationem,& comprobationem eius
conferre poſſet: ad altiorem, & exquiſitiorem quintædecimæ lunæ
ſupputationem,& paſchalis ſolemnitatis rationem(quam hebræi ip
ſi chaldaicam & aſtrologicam uocant)nos tranſferemus.

¶ Liber nonus dominicæ paſſionis diem per chaldaicam ſupputa-
tionem inueſtigat.

CHaldæos babyloniorum antiquiſſimos in aſtrolo
gia ſemper fuiſſe apprime eruditos ex hoc animad
uerti poteſt, qđ aſtrologos quos græci & babari
ob doctrinæ præſtantiam mathematicos uocant:
romani chaldæos appellent. diutius nanq; in aſtro
logia uerſati ſtellarum curſus atq; influxus accura
tius didicerunt. quinimmo ut Diodorus ſiculus autor antiquus li
bro ſuo tertio antiquarum hiſtoriarum ſcriptum reliquit,numerum
annorum(quibus ſe huiuſmodi aſtrorum doctrinæ uacaſſe affirmāt)
haud facile quis crediderit. nam quadraginta tria annorum milia nu
merant uſq; ad Alexandri magni aſcenſum, ex quo aſtrorum ob-
ſeruationes ab ſe cœptas dicunt. Conſtat etiam ex ſacra ſcriptura
Abraham primum iudæorum patriarcham a chaldæis originem dux
iſſe,& aſtrologiam ab eis didiciſſe quamobrē ut Hieronymus inquit
hebraica lingua magnam conformitatem cum chaldaica habet,& cō-
plura ſacræ legis uolumina chaldaico ſermone conſcripta ſunt: immo
& prophetarum libri nōnulli maxime Danielis & Eſdræ ac pars hie
remiæ chaldaico duntaxat ſermone æditi reperiuntur,licet hebraicis
characteribus ſint ſcripti.neq; minus autenticū eſt chaldaicum quam
hebraicum pentateuchum. omnia etiam uel plurima diuinæ legis

commēta & documenta quæ eruditionem aliquam ſapiunt,& theoriam uel ſpeculationem aut ſupputationem requirunt,chaldaica lingua plurimum ſunt ædita.& iudæi fere omnes,qui poſt babylonicam captiuitatem uſq; ad Chriſti ſaluatoris aduentum de paſchæ ratione lunæq; motu, aut ſtellarum curſu accuratius ſcripſerunt, chaldaico ſermone plurimum ſunt uſi. cum propter chaldaicam captiuitatem ſeptuaginta annis in babylone commorati ſtellarum motus chaldaica lingua didicerint, tum etiam quia poſt captiuitatis relaxationem & poſt ſecundam templi inſtaurationem pueros ſuos ingenuos quos bonarum artium idoneos iudicabant, babylonem tanquam ad ſtudiorum fontem (Ioſepho autore) mittere conſueuerint. tota etiam paſchalis ſolemnitatis ratio poſt chaldaicam captiuitatem in ſecunda templi iſtauratione ordinata,chaldaico ſermone & aſtrologica exquiſitiſſima ſupputatione conſcripta fuit. quo factum eſt ut difficile ſit & non omnibus hebręis permiſſum,ſed in aſtrologica duntaxat peritis conceſſum ſit,paſchalis ſolemnitatis rationem ex integro indagare. quinimmo iudæi noſtri temporis lucro intenti & uſuris inhiantes(poſthabita uera paſchæ ratione) per deuios quoſdam anfractus & per cyclum illum tredecim reuolutionum (quem ſuperiori libro expoſuimus)hac noſtra tempeſtate paſcha ſuum indagare conſueuerunt. quo fit ut raro admodum paſcha iuxta patrum ſuorum decreta obſeruent.hanc itaq; ueram paſchalis ſolemnitatis rationem poſt tranſmigrationem babylonis in ſecunda templi inſtauratione per Eleazarum legiſperitum iudæis tunc pręſidentem magna arte ędi tam,atq; omnium uoto ſancitam ,hoc libro exponendam ſumemus qua non ſolum paſcha,ſed & anni totius & menſiū ratio,omniumq; feſtorum ordo,& diſpoſitio cognoſcetur : quinimmo & inſtituti cuiuſq; cauſa legitima & efficax adamuſſim reddetur. ex quibus tandem dominicæ paſſionis diem inueſtigabimus:nam etſi ſuperioribus libris multis argumentis ac uariis ſupputationibus hæc perſcrutati ſumus, nondum tamen diem aliquem ſanctæ crucis myſteriis congruentem inuenire potuimus : quamobrem ad chaldaicam ſupputationē nos tranſferemus. Erunt huius libri tria capita.In primo anni totius ac menſiū rationē exponem⁹.In ſecūdo paſchalis ſolēnitatis canonē,& omniū feſtoꝝ ordinē declarabimus. In tertio diem paſſionis Chriſti per paſcha iudæorum chaldaica ſupputatione indagabimus.

¶ Caput primum anni neomeniam & menſium rationem octo canonibus exponit, quorum quatuor congruunt annis emboliſmicis & reliqui quatuor annis communibus accommodantur.

¶ Canon primus in anno emboliſmico.

QVoties luminarium cõiunctio de mẽſe tiſri acciderit
die ſabbati a decimaoctaua hora & ſupra uſq; ad mo
mentũ unũ ante decimãoctauã horã feriæ ſecũdæ, neo
menia anni feria ſecunda ſtatuetur. qđ ſic patet, nam
propter lunę uetuſtatem cũ iam tres quartas diei ſab/
bati tranſierit non poteſt in ſabbato neomenia figi, ſed ad ſequentẽ
diem uidelicet feriam primam transferenda eſſet, & quia feria prima
nunq̃ eſt idonea pro neomenia figenda, ſequitur neceſſario ut ad al/
terum diem transferatur: itaq; feria ſecunda annus auſpicabitur. Ve
rũ pro alioꝝ menſiũ neomenia & feſtis ordinandis animaduertendũ
eſt, an erit ãnus excreſcẽs an deficiẽs, quod ex eadẽ coniunctione lu/
minariũ facile cognoſcetur: nam ſi nouiluniũ acciderit in horis reſi/
duis ſabbati uſq; ad horã uigeſimã & momẽta. 490. feriæ primę, erit
annus deficiens. quod ſic probatur. nã ſi luminariũ coniunctio facta
fuerit ĩfra terminos præſcriptos neceſſe eſt nouiluniũ ſequentis anni
accidere, aut feria ſexta aut ſabbato ante. 18. horã, ſi ſabbato acciderit
obſeruabitur neomenia ſequẽtis anni eodẽ ſabbato. & ſi feria ſexta
nouiluniũ ſequentis anni contigerit etiã transferetur neomenia uſq;
in ſabbatũ: eo quod iuxta patrũ decreta feria ſexta neomenia anni
celebrari non poteſt. itaq; annus ſequens in ſabbato auſpicabitur.
eruntq; inter principiũ anni iſtius & principiũ anni ſequentis pręter
hebdomadas integras dies quinq;. & quia annus eſt emboliſmicus ne
ceſſe eſt deficientẽ fore, eo quod differentiæ annorũ emboliſmicorũ
deficiẽtiũ ſunt dies quinq;. differẽtię uero annoꝝ ẽboliſmicoꝝ ęqua/
liũ ſiue mediocriũ ſunt dies ſex. ſed annoꝝ emboliſmicoꝝ excreſcẽ
tiũ ſunt dies ſeptẽ. Si uero luminariũ coniũctio facta fuerit feria pri
ma ab hora uigeſima & momẽtis. 491. uſq; in finẽ termini præſcripti
erit annus excreſcens: eo quod nouiluniũ ſequentis anni accidet poſt
18. horã diei ſabbati: & repelletur neomenia uſq; ĩ feriã ſecũdã: nã ĩ
ſabbato neomenia figi nõ poterit, propter lunæ uetuſtatẽ. & neq; fe/
ria prima figi poterit, cũ nõ ſit idonea. figetur ergo feria ſecũda. erũtq;
ĩnter initia duoꝝ annoꝝ dies ſeptẽ, qui ĩ ãno ẽboliſmico excreſcentẽ
annũ oſtẽdũt. ¶ Secũdus canon ĩ ãno ẽboliſmico talis eſt. ¶ Si
nouiluniũ mẽſis tiſri acciderit a. 18. hora feriæ ſecũdæ uſq; ad momẽ
tũ unũ ante 18. horã feriæ tertiæ, ſtatuetur neomenia & caput ãni feria
tertia. & ãnus erit mediocris. hoc eſt, neq; excreſcẽs neq; deficiẽs. hu
ius canonis rationẽ ex dictis ĩ primo canone facile poteris coniicere.
nã propter lunę uetuſtatẽ poſt. 18. horã nõ poteſt figi neomenia feria

ſecūda,ſed ad feriā tertiam eſt trāſferēda.& quod ānus erit mediocris nō excreſcēs neq; deficiēs,ex hoc perſpicuū extat,quia ānus ſequēs feria ſecūda īchoabitur, eo q̄ cōiūctio ſequētis āni cōtiget aut feria prima,quæ minus idonea pro neomenia exiſtit,aut feria ſecūda ante 18 horā,quare neceſſe eſt annū ſequēte feria ſecūda auſpicari,eruntq; inter initia hoꝝ duoꝝ annoꝝ dies ſex qui ī āno emboliſmico īdicāt annū mediocrē fore. ❡ Tertius canō in āno ēboliſmico eſt. Si noui luniū mēſis tiſri acciderit a.18.hora feriæ tertiæ,uſq; ad momētū unū ante 18.horā feriæ quītæ,ſtatuēda eſt neomenia feria quīta.qđ ſic probatur nā feria tertia propter lunæ uetuſtatē figi nō poterit.neq; etiā feria quarta ſtatui poteſt,cū nō ſit idonea.figetur ergo feria quīta.Cæterū qualitatē āni an ſcilicet excreſcēs erit an deficiēs ſic cognoſcem⁹ nā ſi cōiunctio acciderit a.18.hora feriæ tertię uſq; ad.11.horā.& 694 momēta feriæ quartæ erit ānus deficiēs.quia neomenia ſequētis anni ſtatuetur feria tertia queadmodū dicetur in ſexto canone eo q̄ lunatio ſequentis anni accidet poſt.15. horam & .589. puncta feriæ ſecundæ & ante nonam horam &.203.puncta feriæ tertiæ,eruntq; inter initia annoꝝ dies quinq;,qui ī āno emboliſmico ſignificāt annū deficiētē.qđ ſi luminariū coniūctio acciderit ab.11.hora cū momētis. 695.feriæ quartæ,uſq; ad finē termini pręſcripti erit ānus excreſcēs, quia neomenia ſequētis āni ſtatuetur feria quinta,erūtq; inter initia annoꝝ dies ſeptē qui ī āno ēboliſmico oſtēdūt annū eſſe excreſcētē. ❡ Quartus canō in āno ēboliſmico eſt.quoties coniūctio mēſis tiſri acciderit a.18.hora feriæ quintæ,uſq; ad momētū unū ante.18.horā diei ſabbati,erit neomenia & āni exordiū die ſabbati.nā in feria quīta neomenia figi nō poteſt,propter uetuſtatē lunę.neq; in feria ſexta figi poteſt,quia nō eſt idonea,ergo in ſabbatū trāſferri debet.Sed anni qualitatē an ſcilicet ānus excreſcēs erit,an deficiēs,uel mediocris, ſic poteris cognoſcere:nā ſi luminariū coniūctio acciderit a.18.hora feriæ quintæ uſq; ad.20.horā &.490.puncta feriæ ſextæ,erit ānus deficiēs eo q̄ ſequēs ānus feria quīta incipiet. erūtq; inter initia ānorū dies quīq;,qui annū deficiētē nobis oſtēdūt.Si uero nouiluniū cōtingerit a.20.hora &.491.momēto feriæ ſextæ uſq; ad finē termini præſcripti,erit ānus excreſcēs:quia ſequētis āni neomenia die ſabbati ſtatuetur. eruntq; inter duos annos dies ſeptē,qui in anno intercalari excreſcentem annum oſtendunt.hęc de emboliſmico anno dicta ſufficiant,nunc ad communis anni rationem elucidandam accedemus.

❡ Pro annis communibus ſimiliter quatuor ponuntur canones.

❡ Canon quintus qui primus eſt pro anno communi talis eſt.quo

ties luminarium coniunctio menſis tiſri in anno communi acciderit
a decimaoctaua hora diei ſabbati uſq; ad .15.horam &.588 .puncta
feriæ ſecundæ,anno pręcedente emboliſmico exiſtente , aut uſq; ad
punctum unum ante decimamoctauam horam feriæ ſecundæ anno
pręcedente communi exiſtente ,ſemper neomenia feria ſecunda fige
tur . quod autem pręcedente anno emboliſmico ſtatuatur terminus
in hora.15.cum momentis.588.contingit propter hoc,quia ſi termi/
num hũc exceſſerit,ſignum eſt quod coniunctio pręcedentis anni em
boliſmici facta fuit poſt decimamoctauam horam feriæ tertiæ & re/
pulſa fuit neomenia uſq; ad feriam quintam propter cauſas ĩ tertio
canone expoſitas : ſi ergo emboliſmicus præcedens inchoatus fuit a
feria quinta non poterit annus iſte inchoari a feria ſecunda:quia tũc
inter annum emboliſmicum & annum ſequentem ipſum eſſent ſo/
lum quatuor dies præter hebdomadas integras quod fieri nequit,eo
quod minima ipſorum differentia eſt dierum quinque . quo fit ut
quoties coniunctio acciderit poſt.15.horam & momenta.588.repelle
tur neomenia uſque ad feriam tertiam . Anni qualitatem ſic cogno
ſcemus . nam ſi coniunctio facta fuerit a decima octaua hora diei ſab
bati uſq; ad horas.9.& minuta.203.ferię primę,erit annus deficiens:
propterea quod nouilunium anni ſequentis non tranſcendet .18 .
horam feriæ quintæ,& ſtatuetur eius neomenia in ipſa feria quinta,
eruntq; inter duos annos dies tres qui deficientem annum ĩdicant .
Si uero luminarium coniunctio facta fuerit a nona hora & momen
tis.204. feriæ primæ,uſq; in finem termini præſcripti erit annus ple
nus : quia ſequentis anni coniunctio continget.18.hora aut poſt 18.
horam feriæ quintæ,neq; poterit figi neomenia feria quinta,propter
lunæ uetuſtatem,ſed tranſferetur uſq; in diem ſabbati,eruntq; inter
duos annos prædictos dies quinq; qui ãnum communem ſuperabũ
dãtem ſiue excreſcentẽ demonſtrãt. ℭ Sextus canon eſt quoties no/
uiluniũ mẽſis tiſri ĩ ãno cõmuni acciderit a.15.hora &.589.momẽtis
feriæ ſecũdæ,ſi pręcedẽs ãnus ẽboliſmic⁹fuerit,aut a.18.hora feriæ ſe
cũdæ,ſi ãnus pręcedẽs cõmunis extiterit,uſq; ad horas.9.& pũcta.203.
feriæ tertiæ,caput ãni & neomenia ſẽper feria tertia ſtatuet̃.& utroq;
modo ãnus ſẽper mediocris ſiue ſecũdũ ordinẽ exiſtet.Cauſas hui⁹ ca
nonis facile ex ſuperius dictis poteris cognoſcere.terminus uero lu
nationis ĩ horis.9.& pũctis 203.ſtatuit̃:nã quoties nouiluniũ ãte hũc
terminũ acciderit,ſequẽs ãni cõiũctio ãte 18.horã diei ſabbati cõtĩget
quẽadmodũ uidere licet facta additiõe reſidui tpis .12. lunationũ qđ
eſt ferię.4.horæ 8.pũcta 876.Itaq; ſequẽtis ãni neomenia die ſabbati

ſtatuetur.& ſemper annus mediocris & ſecundum ordinem erit non excreſcens neq; deficiens,quatuor dierum interſtitio inter duos an/ nos intercæpto. ℭ Septimus canon eſt quoties in anno communi luminarium coniunctio de menſe tiſri facta fuerit a nona hora & 204 .momentis feriæ tertiæ,uſq; ad punctum unum ante.18.horam feriæ quintæ,ſtatuetur neomenia feria quinta. & a principio tempo ris pręſcripti uſq; ad horas nouem & puncta.203.feriæ quintæ erit annus ſecundū ordinē hoc eſt mediocris nō excreſcens neq; deficiēs, propterea qd' coniunctio ſequentis anni non attinget decimamocta uam horam ferię ſecundę & figetur neomenia feria ſecunda,eruntq; inter duos annos dies.4.qui in anno communi indicant annum ſe/ cundum ordinem fore. Si uero luminarium coniunctio facta fuerit a.9. hora &.204. punctis feriæ quintæ uſq; in finem termini præ/ ſcripti erit annus excreſcens,eo quod ſequentis anni coniunctio con tinget poſt decimamoctauam horam feriæ ſecundæ & tranſferetur feſtum neomeniæ & caput anni uſq; in feriam tertiam, eruntq; inter duos annos dies quinq; qui annum communem ſuperexcreſcē tem ſignificant. ℭ Octauus canon quoties in anno communi nouilunium menſis tiſri contigerit a.18.hora feriæ quintæ uſque ad punctum unum ante.18.horam diei ſabbati,annus talis in ſabbato auſpicabitur. nam propter lunæ uetuſtatem feria quinta neomenia figi non poteſt,neq; in feria ſexta cum non ſit idonea,transferetur er go uſq; in diem ſabbati.qualitatem anni ſic cognoſcemus.nam ſi an nus ſequens emboliſmicus fuerit & coniunctio acciderit a.19. hora feriæ quintæ uſq; ad horas.8.&.203.puncta feriæ ſextæ erit annus de ficiens, eo quod lunatio anni emboliſmici non repellitur a feria tertia ante horam decimamoctauam.erunt ergo inter duos annos dies tres qui annum communem deficientem oſtendunt.quod ſi an nus ſequens fuerit communis erit annus deficiens uſq; ad puncta 407. primæ horæ feriæ ſextæ, propterea quod coniunctio ſequen/ tis anni protendetur uſq; ad horas nouem & puncta.204. feriæ ter tiæ in anno communi:ſed ſi facta fuerit coniunctio a.408. minutis primæ horę feriæ ſextæ & ſequens annus communis extiterit,aut a.9 horis &.204.punctis feriæ ſextæ ubi annus ſequens fuerit emboliſ micus uſq; in finē termini prænotati erit annus ſuperabundans & ex creſcens quia ſequētis anni neomenia feria quinta figetur ut patet.

ℭ Explanatio & declaratio omnium,quæ de cyclo lunari,ac diſpo ſitione anni,& neomeniarum,atq; feſtorum ordine dicta ſunt: quæ etiam ipſos iudæorum rabbi & legiſperitos latent.

Recognoſcendum eſt quod alibi diximus in quolibet cy-
clo lunari fieri lunationes ducentas triginta quinq; . ex
quibus, ducentæ uiginti octo , uocantur communes : &
conſtant alternis uicibus altera diebus triginta altera die
bus uigintinouem: quæ omnes ſimul congregatæ faciunt dies.6726.
reliquę ſeptem uocantur adiectæ uel emboliſmæ & conſtat quælibet
earum diebus triginta & omnes ſimul continent dies.210.qui iuncti
cum diebus prædictis faciunt dies.6936.& quia quælibet lunatio cœ
leſtis cõſtat ex diebꝰ.29.horis.12.& pũctis.793.erũt dies totius cycli
6939.horæ.16.pũcta.595. deficiũt ergo lunationes cuiuſlibet cycli a
motu cœleſti in diebꝰ tribꝰ horis.16.& momẽtis.595.quos inſtaurare
oportet ĩ quolibet cyclo ꝑ ãnos & mẽſes excreſcẽtes.hinc eſt qđ ĩ quo
libet cyclo ãni excreſcẽtes quos plenos uocãt ſemper ſint plures q̃ an
ni deficiẽtes.neq; duo ãni deficiẽtes poſſunt ĩuicẽ eſſe cõtigui:ſed duo
anni excreſcentes bene poſſunt cõtinuari.ãni nãq; pleni uel excreſcẽ
tes duplici de cauſa obſeruãtur,uidelicet propter ĩſtaurationẽ dierũ
de qua diximꝰ,& propter debitã celebrationẽ feſtoꝝ,ne ſcilicet feſta
occurrãt in die nõ cõueniente ut ſuperius declarauimus.ſed ãni defi
cientes inſtituti ſunt dũtaxat propter hanc ultimã cauſam,ut ſcilicet
feſta debitis celebrẽtur tẽporibus.ſi ergo omnes anni eſſent ſecundũ
ordinẽ diſpoſiti & lunationes ipſoꝝ eſſent ſemper alternatim dieꝝ 30
&.29.pręter ẽboliſmos,tũc in toto cyclo deficerẽt,dies tres,horæ.16.
momẽta.595,quos inſtaurare oportet per annos & mẽſes excreſcẽtes.
oriũtur autẽ hi tres dies.16.horæ & momẽta.595.ex defectu ãnoꝝ em
boliſmoꝝ,& ex ſuperfluo annoꝝ cõmuniũ.nã annus quilibet ẽboliſ
micus in motu cœleſti deficit a diebus 384.in horis duabꝰ & momẽ
tis.491.cũ ergo ĩ toto cyclo ſint ãni ẽboliſmici ſeptẽ deficiẽt in quoli
bet cyclo horæ.17.momẽta.197.ſed quilibet ãnus cõmunis quãtũ ad
tẽpora duodecĩ lunationũ in cœlo ſuperat dies.354.in horis octo &
momẽtis.876.cũ ergo ĩ toto cyclo ſint duodecĩ anni cõmunes ſi mul
tiplicauerimus dictas horas octo cũ ſuis momẽtis per duodecĩ proue
niẽt horæ.105.cũ momẽtis.792.a quibus ſi ſubtrahatur defectus ãno
rũ emboliſmicorũ quem diximus eſſe horaꝝ.17.& momentoꝝ.197.
reſtabunt in reſiduo horæ.88.momenta.595.quæ faciunt dies tres ho
ras.16.& momẽta.595.hoc ergo tẽpus ĩſtaurãdũ eſt in quolibet cyclo
per annos excreſcentes. & quia huiuſcemodi inſtauratio fit per dies
integros anno ſuperadditos nõ poteſt fieri preciſa inſtauratio ĩ quo
libet cyclo propter.16.horas ſuperfluas ſed qđ ĩ uno deficit ĩ alio re
cuperatur . qđ melius uideri poterit ĩ cyclis ſeptẽ . nã cũ feſta legis

ſequantur ordinem dierum ſeptimanę ut ſuperius oſtendimus, ſi tē pus præſcriptū quod in quolibet cyclo inſtaurandum diximus puta dies tres horas.16.momenta.595.multiplicauerimus per ſeptem. iuxta numeꝝ dierum ſeptimanę, prouenient dies.25.horę.19.momenta 925.hoc ergo tempus inſtaurare oportet ī ſeptem cyclis, & ſi bene cōſideraueris ſupputationes & canones diſpoſitionis ānorum ſuperius expoſitos, inuenies præciſe in ſeptem cyclis tempora annorum excreſcentiū excedere tempora annorum deficientium in diebus.25, horis 19.& momentis.925.nam quantum anni deficientes diminuunt & deficiunt ab annis ſecundum ordinem, tantum anni excreſcentes inſtaurant & ultra hoc in quolibet cyclo inſtaurant dies tres horas.16. momenta.595.& in ſeptem cyclis dies.25.horas.19.momenta.925.qđ exēplariter probari poteſt in canonibus expoſitis quibus cognoſcitur ſi annus ſit deficiens uel excreſcēs.nā ſi ex una parte colligantur omnes numeri cuiuſlibet ferię quibus cognoſcitur quod annus aliquis ſit deficiens, & ex alia parte colligātur oēs numeri qui ſignificāt annū eſſe excreſcentē & ſubtrahantur primi a ſecūdis reſtabunt dies.25.horæ.19.& momēta.925.exēpli cauſa in annis emboliſmicis ſi una ex parte collegeris omnia tēpora quibus denotatur ānus deficiens & ex alia parte collegeris omnia tēpora quibus cognoſcitur ꝙ annus eſt abundans & ſubtraxeris minora de maioribus reſtabūt præciſe horæ.2.cū momētis 966.quę ſi multiplicaueris per ſeptē ēboliſmos proueniēt horæ.20.momēta.282.ſed in annis cōmunibus diuerſæ ſūt habēdę cōſiderationes ſecundū ꝙ ante eos præcedat annus ēboliſmicus uel cōmunis.nā quinqꝫ ex eis habent ante ſe annū ēboliſmicū & poſt ſe ānū cōmunē, uidelicet primus, quartus, nonus, duodecimus, in his annis īmo in quolibet ipſoꝝ tēpora annoꝝ excreſcentiū excedūt tēpora annoꝝ deficientiū in diebus hebdomadæ per dies duos horas.11.momēta.241.& ī quinqꝫ ānis proueniūt dies.12.horæ octo, momēta.125.ſunt & alii quinqꝫ anni qui ante ſe habent annū cōmunē & poſt ſe ēboliſmicū, uidelicet ſecūdus, quintus, decimus, tertiuſdecim⁹ ſextuſdecimus, & in quolibet iſtoꝝ tēpora annoꝝ excreſcentiū in diebus ſeptimanæ excedūt tēpora annoꝝ deficientiū ī die uno, horis.20. momētis.60.quæ ī omnibus quinqꝫ ānis ſimul faciūt dies.9. horas.4. momēta.300.ſunt etiā duo anni cōmunes qui īter duos ēboliſmicos mediāt uidelicet ānus ſeptimus, & decimuſoctauus ī quibus ambob⁹ ſuperfluūt uel excreſcūt dies duo, horæ.11.momēta.218.ſi ergo omnia hæc tēpora excreſcentia in ſeptem cyclis recollegeris inuenies præciſe dies.25.horas.19.momenta.925.quemadmodum iam deduximus.

¶ Caput ſecũdũ, paſcha iudæoꝝ & reliqua legis feſta íuenire docet.

COgnita anni neomenia per canones præmiſſos, & habita qualitate anni, hoc eſt, cognito an fuerit annus excreſcens an deficiens an ſecundum ordinem exiſtens, facile paſcha iudæorum & reliqua legis feſta in promptu erunt, per regulas hebraici calẽdarii ex octo canonibus prædictis ortas atq; deductas. pro quibus primum animaduerti conuenit quod in his octo canonibus iam deſcriptis conſiſtit tota lex & ratio paſchalis ſolemnitatis, necnon & ordinatio neomeniarum anni, ac menſium, & reliquorum feſtoꝝ legis diſpoſitio, & ex eis eliciuntur quatuordeci regulæ hebraici calendarii, quibus omnia anni feſta cognoſcuntur. quorum ſeptem ſcilicet annorum emboliſmicorum ſumuntur ex quatuor primis canonibus, & reliquæ ſeptem quæ ſunt annorum communium oriuntur ex reliquis quatuor canonibus. has quatuordecim regulas ſtatim poſtea cõſcribemus oſtẽſuri primum quomodo ſingulæ ipſarum ex canonibus præmiſſis eliciantur. ¶ Ex primo nanq; canone duæ trahuntur regulæ hebraici calendarii: nam quoties iuxta primum canonẽ nouilunium menſis tiſri acciderit die ſabbati a decimaoctaua hora uſq; ad horam uigeſimam & momenta. 490. feriæ primæ, hoc eſt, diei dominicæ, obſeruabitur neomenia anni feria ſecunda, eritq; annus deficiens, & paſcha celebrabitur feria quinta, & reliqua legis feſta obſeruabuntur eiſdem diebus quibus annotata ſunt in quarta regula hebraici calendarii. ſed ſi nouilunium menſis tiſri acciderit feria prima ab hora uigeſima & momentis. 491. uſq; ad momentum unum ante decimamoctauam horam feriæ ſecundæ, tunc annus incipiet feria ſecunda, & erit plenus, hoc eſt uno die excreſcens, & paſcha celebrabitur ſabbato, & reliqua legis feſta obſeruabuntur quemadmodum in ſecunda regula hebraici calẽdarii annotata ſunt. ¶ Ex ſecũdo canone oritur unica regula hebraici calendarii: nam quoties nouilunium menſis tiſri in anno emboliſmico acciderit a decimaoctaua hora feriæ ſecundæ uſq; ad momentum unum ante decimamoctauam horam feriæ tertiæ ſtatuetur neomenia anni feria tertia & ſemper erit annus mediocris & ſecundum ordinem, neq; excreſcens, neq; deficiens, & paſcha celebrabitur die ſabbati, & omnia feſta illius anni obſeruabuntur iuxta ſextã regulam hebraici calendarii. ¶ Ex tertio canone ſuperius deſcripto oriuntur duæ regulæ ordinationis feſtorum. nam ſi in anno emboliſmico nouilunium menſis tiſri acciderit a decima octaua hora feriæ

riæ tertiæ uſq; ad undecimam horam &.694.momenta feriæ quartæ incipiet annus feria quinta,eritq; deficiens,& paſcha celebrabitur feria prima,& reliqua omnia feſta obſeruabuntur in anno illo eo modo quo in decima regula hebraici calendarii annotata ſunt. Sed ſi nouilunium acciderit ab undecima hora cum momentis.695.feriæ quartæ, uſq; ad momentum unum ante decimamoctauam horam feriæ quintæ,incipiet annus feria quinta. eritq; ſuperabundans, hoc eſt, uno die excreſcens,& paſcha obſeruabitur feria tertia,& reliqua omnia feſta illius anni celebrabuntur eiſdem diebus quibus ĩ octaua regula hebraici calendarii annotata ſunt. ℂ Ex quarto canone ſuperius deſcripto aliæ duæ regulæ hebraici calendarii oriuntur:nam quoties in anno emboliſmico nouilunium menſis tiſri acciderit a decima octaua hora feriæ quintæ, uſq; ad uigeſimam horam &.490.momenta feriæ ſextæ,incipiet annus die ſabbati,eritq; deficiens,& paſcha celebrabitur feria tertia, & reliqua omnia feſta illius anni obſeruabuntur eiſdem diebus quibus ĩ quartadecima regula annotata ſunt Sed ſi luminariũ cõiunctio acciderit a uigeſima hora &.491.momentis feriȩ ſextȩ,uſq; ad decimãoctauã horã diei ſabbati,ĩcipiet ãnus die ſabbati,eritq; plenus,hoc eſt,die uno excreſcẽs, & paſcha celebrabi tur feria quĩta,& reliqua omnia feſta obſeruabũtur iuxta indicẽ duodecimæ regulæ hebraici calẽdarii.patet ex prȩdictis quod ſeptẽ illȩ regulȩ hebraici calendarii pari numero expreſſæ uidelicet ſecũda,quarta,ſexta,octaua,decima,duodecima,& quartadecima originem ducunt ex quatuor canonibus annorum emboliſmicorum ſuperius expoſitis, reliquæ uero ſeptem regulæ oriuntur ex aliis quatuor canonibus annorum communium. quemadmodum nunc oſtendimus. ℂ Ex quinto canone qui primus eſt in annis communibus duæ oriuntur regulæ hebraici calendarii:nam iuxta tenorem quinti canonis ſi luminarium coniunctio ſecundum medium curſum quo hebræi utuntur acciderit in anno communi a decima octaua hora diei ſabbati uſq; ad quintamdecimam horam &.588.puncta feriæ ſecundæ, anno præcedẽte emboliſmico exiſtente,aut uſq; ad punctum unum ante decimam octauam horam feriæ ſecundæ,anno præcedente communi exiſtente ſemper anni neomenia feria ſecunda celebrabitur,& annus feria ſecũda ĩcipiet, ſi ergo dicta lunatio acciderit a decimaoctaua hora diei ſabbati uſq; ad horas nouem & momẽta.203.ferię primæ erit annus deficiens, & paſcha celebrabitur feria tertia, & reliqua omnia feſta obſeruabuntur anno illo eodem modo & ordine quo in tertia regula hebraici calendarii ſunt annotata.Si uero nouilunium factũ fuerit

a nona hora & momentis.204.feriæ primæ,hoc eſt, diei dominicę, uſq; ad punctum unum ante decimamoctauam horam feriæ ſecundę erit annus plenus & uno die excreſcens, & paſcha feria quinta celebrabitur.reliqua uero anni illius feſta obſeruabuntur iuxta tenorem primæ regulę hebraici calendarii. ℭ Ex ſexto canone qui eſt ſecũdus in annis communibus unica oritur regula hebraici calendarii, nã quoties nouilunium menſis tiſri in anno communi acciderit a quintadecima hora &.589.momentis feriæ ſecundæ, ſi pręcedens annus emboliſmicus fuerit,aut a decimaoctaua hora feriæ ſecundæ,ſi annus præcedens cõmunis fuerit,uſq; ad horas.9.& puncta.203.feriæ tertiæ, neomenia anni ſemper feria tertia obſeruabitur: & annus talis ſemper erit mediocris ſiue ſecundum ordinem, non abundans neq; deficiens, & paſcha celebrabitur feria quinta, & omnia feſta illius anni obſeruabuntur iuxta tenorem quintæ regulæ hebraici calendarii.

ℭ Ex ſeptimo canone duæ trahuntur regulæ hebraici calendarii, nam quoties luminarium coniunctio de menſe tiſri facta fuerit a nona hora &.204.momentis feriæ tertiæ uſq; ad punctum unum ante decimam octauam horam feriæ quintæ,ſemper obſeruabitur ãni neomenia feria quinta, & a principio temporis præſcripti uſq; ad horas nouem & puncta.203.feriæ quintæ,erit annus ſecundum ordinem, & paſcha celebrabitur ſabbato,& reliqua omnia feſta obſeruabuntur eiſdem diebus quibus in nona regula hebraici calendarii ſunt annotata. Si uero luminarium coniunctio facta fuerit a nona hora & momentis.204.feriæ quintæ,uſq; ad punctum unum ante decimamoctauam horam eiuſdem feriæ,erit annus abundans, & paſcha celebrabitur feria prima,reliqua uero feſta obſeruabuntur iuxta tenorem ſeptimæ regulæ hebraici calendarii. ℭ Simili modo ex octauo canone aliæ duæ regulæ eliciuntur: nam iuxta octauum canonem ſi nouilunium menſis tiſri acciderit a decimaoctaua hora feriæ quintę uſq; ad punctum unum ante decimamoctauam horam diei ſabbati, ſemper neomenia anni ſabbato obſeruabitur. poteritq; eſſe annus aut deficiens aut plenus iuxta terminos in canone deſignatos,quod ſi deficiens extiterit paſcha feria prima celebrabitur,reliqua uero legis feſta obſeruabuntur iuxta indicem tertiædecimæ regulæ hebraici calendarii.ſed ſi annus plenus ſiue excreſcens fuerit,paſcha feria tertia celebrabitur: & reliqua omnia feſta iuxta indicem & tenorem undecimę regulæ hebraici calendarii obſeruabuntur.

ℭ Sequuntur nũc quatuordecim regulæ hebraici calendarii quibus paſcha & reliqua legis feſta quotannis in promptu erunt.

℃ Prima regula calendarii hebraici. ℃ Si annus feria ſecūda icœperit, fueritq; communis & uno die excreſcens, talis eſt feſtorum ordo & menſium diſpoſitio. ℃ Neomenia menſis tiſri quam uocāt caput anni feria ſecunda. Ieiunium godoliæ feria quarta. Feſtū expiationis feria quarta. Feſtum tabernaculorum feria ſecunda. Feſtum ramorum feria prima. Feſtum cœtus feria ſecunda. Neomenia menſis marchaſuan feria tertia & quarta. Neomenia menſis chiſleu feria quinta & ſexta. Dedicatio noui ſanctuarii per macchabęos facta, feria ſecunda. Neomenia menſis teuet ſabbato & feria prima. Ieiunium obſeſſionis hieruſalem feria tertia. Neomenia menſis ſceuet feria ſecunda. Neomenia menſis adar feria tertia & quarta. Ieiunium heſter feria ſecunda. Feſtum ſortis feria tertia. Neomenia menſis niſan feria quinta Paſcha feria quinta. Neomenia menſis iiar feria ſexta & ſabbato. Neomenia menſis ſiuan feria prima. Pentecoſte feria ſexta. Neomenia menſis temus feria ſecunda & tertia Ieiunium fractionis tabularū feria quinta. Neomenia mēſis hau feria quarta. Ieiuniū deſolationis hieruſalē feria quīta. Neomenia mēſis helul feria quinta & ſexta. ℃ Secunda regula calēdarii hebraici. ℃ Si annus feria ſecūda incœperit, fueritq; emboliſmicus & plenus, talis erit feſtorum & menſiū diſpoſitio. Neomenia anni & menſis tiſri feria ſecunda. Ieiunium godoliæ feria quarta. Feſtum expiationis feria quarta. Feſtum tabernaculorum feria ſecunda. Feſtum ramorum feria prima. Feſtum cœtus feria ſecunda. Neomenia menſis marchaſuan feria tertia & quarta. Neomenia menſis chiſleu feria quinta & ſexta. Feſtum encæniorum feria ſecunda. Neomenia menſis teuet ſabbato & feria prima. Ieiunium obſeſſionis hieruſalem feria tertia. Neomenia menſis ſceuet feria ſecunda. Neomenia primi adar feria tertia & quarta. Neomenia ſecundi adar feria quinta & ſexta. Ieiunium heſter feria quarta. Feſtum ſortis feria quinta Neomenia mēſis niſan ſabbato. Paſcha ſabbato. Neomenia menſis iiar feria prima & ſecunda. Neomenia menſis ſiuan feria tertia. Pentecoſte feria prima. Neomenia menſis temus feria quarta & quinta. Ieiunium fractionis tabularum feria prima. Neomenia menſis hau feria ſexta Ieiunium deſolationis hieruſalem feria prima. Neomenia menſis helul ſabbato & feria prima. ℃ Tertia regula. ℃ Si ānus feria ſecūda icœperit fueritq; deficiens & communis, talis erit feſtorum & menſium diſpoſitio. Neomenia menſis tiſri feria ſecunda. Ieiunium godoliæ fe

ria quarta. Feſtum expiationis feria ſecunda. Feſtum palmarum feria prima. Feſtum cœtus feria ſecunda. Neomenia menſis marchaſuan feria tertia & quarta. Neomenia menſis chiſleu feria quinta Dedicatio noui ſanctuarii feria prima. Neomenia menſis teuet feria ſexta. Ieiunium obſeſſionis hieruſalem feria prima Neomenia menſis ſceuet ſabbato. Neomenia menſis adar feria prima & ſecunda. Ieiunium heſter feria quinta. Feſtum ſortis feria prima. Neomenia menſis niſan feria tertia. Paſcha feria tertia. Neomenia menſis iiar feria quarta & quinta. Neomenia menſis ſiuan feria ſexta Pentecoſte feria quarta. Neomenia menſis temus ſabbato & feria prima. Ieiunium fractionis tabularum feria tertia. Neomenia menſis hau feria ſecunda. Ieiuniū deſolationis hieruſalē feria tertia. Neomenia mēſis helul feria tertia & quarta. ❡ Quarta regula calēdarii hebraici. ❡ Si annus feria ſecūda incœperit, fueritq; emboliſmicus ac deficiens, talis erit feſtorum & menſiū diſpoſitio. Neomenia menſis tiſri feria ſecunda. Ieiunium godoliæ feria quarta. Feſtum expiationis feria quarta. Feſtum tabernaculorū feria ſecunda. Feſtum ramorum feria prima. Feſtum cœtus feria ſecunda. Neomenia menſis marchaſuan feria tertia & quarta. Neomenia menſis chiſleu feria quinta. Dedicatio noui altaris feria prima. Neomenia menſis teuet feria ſexta. Ieiunium obſeſſionis hieruſalem feria prima. Neomenia menſis ſceuet ſabbato. Neomenia primi adar feria prima & ſecūda. Neomenia ſecundi adar feria tertia & quarta. Ieiunium heſter feria ſecunda. Feſtum ſortis feria tertia. Neomenia mēſis niſan feria quinta. Paſcha feria quinta. Neomenia menſis iiar feria ſexta & ſabbato. Neomenia menſis ſiuan feria prima. Pentecoſte feria ſexta. Neomenia menſis temus feria ſecunda & tertia. Ieiuniū fractionis tabularū feria quinta. Neomenia mēſis hau feria quarta. Ieiunium deſolationis hieruſalem feria quinta. Neomenia menſis helul feria quinta & ſexta. ❡ Quinta regula. ❡ Si ānus feria tertia īcœperit fueritq; communis, & ſecūdum ordinem talis erit menſium & feſtorum diſpoſitio. Neomenia menſis tiſri feria tertia. Ieiunium godoliæ feria quinta. Feſtū expiationis feria quinta. Feſtum tabernaculorum feria tertia. Feſtum ramorum feria ſecunda. Feſtum cœtus feria tertia. Neomenia menſis marchaſuan feria quarta & quinta. Neomenia menſis chiſleu feria ſexta. Feſtum encæniorum feria ſecunda. Neomenia menſis teuet ſabbato & feria prima. Ieiunium obſeſſionis hieruſalem

feria tertia. Neomenia mēſis ſceuet feria ſecūda. Neomenia mēſis adar feria tertia & quarta Ieiuniū heſter feria ſecūda. Feſtū ſortis feria tertia. Neomenia mēſis niſan feria quīta. Paſcha feria quinta. Neomenia mēſis iiar feria ſexta & ſabbato. Neomenia mēſis ſiuan feria prima. Pētecoſte feria ſexta. Neomenia mēſis temus feria ſecūda & tertia. Ieiunium fractionis tabularum feria quinta. Neomenia menſis hau feria quarta. Ieiunium deſolationis hieruſalem feria quinta. Neomenia menſis helul feria quinta & ſexta.

¶ Sexta regula. Si annus feria tertia incœperit, fueritq; emboliſmicus & ſecundum ordinem, talis erit feſtorum & menſium ſeries. Neomenia menſis tiſri feria tertia. Ieiunium godoliæ feria quinta. Feſtum propitiationis feria quinta. Feſtum ſcænophegiæ feria tertia. Feſtum ramorum feria ſecunda. Feſtum cœtus feria tertia. Neomenia menſis marchaſuan feria quarta & quinta. Neomenia mēſis chiſleu feria ſexta. Dedicatio noui ſanctuarii feria ſecūda. Neomenia menſis teuet ſabbato & feria prima. Ieiunium obſeſſionis hieruſalem feria tertia. Neomenia menſis ſceuet feria ſecunda. Neomenia primi adar feria tertia & quarta. Neomenia ſecundi adar feria quinta & ſexta. Ieiunium heſter feria quarta. Feſtum ſortis feria quinta. Neomenia menſis niſan ſabbato. Paſcha ſabbato. Neomenia menſis iiar feria prima & ſecunda. Neomenia menſis ſiuan feria tertia. Pentecoſte feria prima. Neomenia menſis temus feria quarta & quinta Ieiunium fractionis tabularum feria prima. Neomenia menſis hau feria ſexta. Ieiuniū deſolationis hieruſalē feria prima. Neomenia mēſis helul ſabbato & feria prima.

¶ Septima regula ¶ Si annus feria quinta incœperit, fueritq; communis & excreſcens, talis erit feſtorum & menſium ordo. Neomenia menſis tiſri feria quinta. Ieiunium godoliæ feria prima. Feſtum expiationis ſabbato. Feſtum ſcęnophegiæ feria quinta. Feſtum ramorum feria quarta. Feſtum cœtus feria quinta. Neomenia menſis marchaſuan feria ſexta & ſabbato. Neomenia menſis chiſleu feria prima & ſecunda. Dedicatio noui altaris feria quinta. Neomenia menſis teuet feria tertia & quarta. Ieiunium obſeſſionis hieruſalem feria ſexta. Neomenia menſis ſceuet feria quinta. Neomenia menſis adar feria ſexta & ſabbato. Ieiunium heſter feria quinta. Feſtum ſortis feria ſexta. Neomenia mēſis niſan feria prima. Paſcha feria prima. Neomenia menſis iiar feria ſecunda & tertia. Neomenia menſis ſiuan feria quarta. Pentecoſte feria ſecunda. Neomenia menſis

temus feria quinta & ſexta. Ieiuniũ fractionis tabularũ feria prima Neomenia mẽſis hau ſabbato. Ieiunium deſolationis hieruſalem feria prima. Neomenia menſis helul feria prima & ſecunda.
¶ Octaua regula hebraici calendarii. ¶ Si ãnus feria quinta inceperit fueritq; emboliſmicus & excreſcens, talis erit feſtorum & menſium diſpoſitio. Neomenia menſis tiſri feria quinta. Ieiunium godoliæ feria prima Feſtum expiationiſ ſabbato Feſtum tabernaculorum feria quinta. Feſtum ramorum feria quarta. Feſtum cœtus feria quinta. Neomenia menſis marchaſuan feria ſexta & ſabbato Neomenia menſis chiſleu feria prima & ſecunda. Dedicatio noui altaris feria quinta. Neomenia menſis teuet feria tertia & quarta. Ieiunium obſeſſionis hieruſalem feria ſexta. Neomenia menſis ſceuet feria quinta. Neomenia primi adar feria ſexta & ſabbato. Neomenia ſecundi adar feria prima & ſecũda. Ieiunium heſter feria ſexta. Feſtum ſortis feria prima. Neomenia menſis niſan feria tertia. Paſcha feriatertia. Neomenia menſis iiar feria quarta & quinta. Neomenia menſis ſiuan feria ſexta. Pentecoſte feria quarta. Neomenia menſis temus ſabbato & feria prima Ieiunium fractionis tabularum feria tertia Neomenia menſis hau feria ſecũda. Ieiunium deſolationis hieruſalem feria tertia. Neomenia menſis helul feria tertia & quarta.
¶ Nona regula hebraici calendarii. ¶ Si annus feria quinta inceperit, fueritq; cõmunis & ſecundũ ordinẽ, talis erit feſtorũ ſeries. Neomenia menſis tiſri feria quinta. Ieiunium godolię feria prima. Feſtum propitiationis ſabbato. Feſtum ramorum feria quarta. Feſtum cœtus feria quinta Neomenia menſis merchaſuan feria ſexta & ſabbato. Neomenia menſis chiſleu feria prima Feſtum encæniorum feria quarta Neomenia menſis teuet feria ſecunda & tertia Ieiunium obſeſſionis hieruſalem feria quinta. Neomenia menſis ſceuet feria quarta. Neomenia menſis adar feria quinta & ſexta. Ieiunium heſter feria quarta. Feſtum ſortis feria quinta. Neomenia menſis niſan ſabbato. Paſcha ſabbato Neomenia menſis iiar feria prima & ſecunda. Neomenia menſis ſiuan feria tertia. Pentecoſte feria prima. Neomenia menſis temus feria quarta & quinta. Ieiunium fractionis tabularum feria prima. Neomenia menſis hau feria ſexta. Ieiunium deſolationis hieruſalem feria prima. Neomenia menſis helul ſabbato & feria prima. ¶ Decima regula. ¶ Si annus feria quinta inceperit fueritq; emboliſmicus & deficiens, talis erit feſtorum ratio. Neo-

menia menſis tiſri feria quinta. Ieiunium godoliæ feria prima. Feſtum expiationis ſabbato. Feſtum ſcęnophegiæ feria quinta. Feſtum ramorum feria quarta. Feſtum cœtus feria quinta. Neo menia menſis marchaſuan feria ſexta & ſabbato. Neomenia men ſis chiſleu feria prima. Dedicatio noui altaris feria quarta. Neo menia menſis teuet feria ſecunda. Ieiunium obſeſſionis hieruſa lem feria quarta. Neomenia menſis ſceuet feria tertia. Neomenia primi adar feria quarta & quinta. Neomenia ſecundi adar feria ſex ta & ſabbato. Ieiunium heſter feria quinta. Feſtum ſortis feria ſexta. Neomenia mẽſis niſan feria prima. Paſcha feria prima. Neomenia menſis iiar feria ſecunda & tertia. Neomenia menſis ſiuan feria quarta. Pentecoſte feria ſecunda. Neomenia menſis temus feria quinta & ſexta. Ieiunium fractionis tabularum feria prima Neomenia menſis hau ſabbato. Ieiunium deſolationis hieruſalem feria prima. Neomenia menſis helul feria prima & ſe-cunda. ℭ Vndecima regula ℭ Si annus die ſabbati incœperit fueritq; communis & excreſcens, talis erit feſtorum, & menſium ſeries. Neomenia menſis tiſri ſabbato. Ieiunium godoliæ feria ſecunda. Feſtum expiationis feria ſecunda. Feſtum taberna-culorum ſabbato. Feſtum ramorum feria ſexta. Feſtum cœtus ſab-bato. Neomenia menſis marchaſuan feria prima & ſecunda. Neomenia mẽſis chiſleu feria tertia & quarta. Dedicatio noui al-taris ſabbato. Neomenia menſis teuet feria quinta & ſexta. Ie iunium obſeſſionis hieruſalem feria prima. Neomenia menſis ſce uet ſabbato. Neomenia menſis adar feria prima & ſecunda. Ieiunium heſter feria quinta. Feſtum ſortis feria prima. Neo menia menſis niſan feria tertia. Paſcha feria tertia. Neomenia menſis iiar feria quarta& quinta. Neomenia menſis ſiuan feria ſex ta. Pentecoſte feria quarta. Neomenia mẽſis temus ſabbato & feria prima. Ieiunium fractionis tabularum feria tertia. Neo-menia menſis hau feria ſecunda. Ieiunium deſolationis hieruſa-lem feria tertia. Neomenia menſis helul feria tertia & quarta. ℭ Regula duodecima calendarii hebræoꝝ. ℭ Si annus die ſab-bati incœperit, fueritq; emboliſmicus & plenus, talis erit feſtorum & menſium ratio. Neomenia menſis tiſri ſabbato. Ieiunium godo liæ feria ſecunda. Feſtum expiationis feria ſecunda. Feſtum ſcæ-nophegiæ ſabbato. Feſtum ramorum feria ſexta. Feſtum cœtus ſabbato. Neomenia mẽſis merchaſuan feria prima & ſecunda. Neomenia menſis chiſleu feria tertia & quarta Feſtum encęnioꝝ

ſabbato Neomenia menſis teuet feria quintã & ſexta. Ieiuniũ obſeſſionis hieruſalem feria prima. Neomenia menſis ſceuet ſabbato. Neomenia primi adar feria prima & ſecunda. Neomenia ſecundi adar feria tertia & quarta. Ieiunium heſter feria ſecunda. Feſtum ſortis feria tertia. Neomenia menſis niſan feria quinta. Paſcha feria quinta. Neomenia menſis iiar feria ſexta & ſabbato. Neomenia menſis ſiuan feria prima. Pentecoſte feria ſexta. Neomenia menſis temus feria ſecunda & tertia. Ieiunium fractionis tabularum feria quinta. Neomenia menſis hau feria quarta. Ieiunium deſolationis hieruſalem feria quinta. Neomenia menſis helul feria quinta & ſexta. ℂ Tertiadecima regula. ℂ Si annus die ſabbati incœperit, fueritq́ cõmunis & deficiens, talis erit feſtorũ & menſium diſpoſitio. Neomenia menſis tiſri ſabbato. Ieiunium godolię feria ſecũda. Feſtum propitiationis feria ſecunda. Feſtum tabernaculorum ſabbato. Feſtum ramorum feria ſexta. Feſtum cœtus ſabbato. Neomenia menſis merchaſuan feria prima & ſecunda. Neomenia menſis chiſleu feria tertia. Dedicatio noui altaris feria ſexta. Neomenia menſis teuet feria quarta. Ieiunium obſeſſionis hieruſalem feria ſexta. Neomenia menſis ſceuet feria quinta. Neomenia menſis adar feria ſexta & ſabbato. Ieiunium heſter feria quinta. Feſtum ſortis feria ſexta. Neomenia menſis niſan feria prima. Paſcha feria prima. Neomenia menſis iiar feria ſecunda & tertia. Neomenia menſis ſiuan feria quarta. Pentecoſte feria ſecunda. Neomenia menſis temus feria quinta & ſexta. Ieiunium fractionis tabularum feria prima. Neomenia menſis hau ſabbato. Ieiunium deſolationis hieruſalem feria prima. Neomenia menſis helul feria prima & ſecunda. ℂ Quartadecima regula & ultima. ℂ Si annus die ſabbati incœperit fueritq́ emboliſmicus & deficiens talis erit feſtorum diſpoſitio. Neomenia menſis tiſri ſabbato. Ieiunium godoliæ feria ſecunda. Feſtum propitiationis feria ſecũda. Feſtum ſcęnophegiæ ſabbato. Feſtum palmarum feria ſexta Feſtum cœtus ſabbato. Neomenia menſis marchaſuan feria prima & ſecunda. Neomenia menſis chiſleu feria tertia. Dedicatio noui altaris feria ſexta. Neomenia mẽſis teuet feria quarta. Ieiunium obſeſſionis hieruſalem feria ſexta. Neomenia menſis ſceuet feria quinta. Neomenia primi adar feria ſexta & ſabbato. Neomenia ſecundi adar feria prima & ſecunda. Ieiunium heſter feria ſexta. Feſtum ſortis feria prima. Neomenia menſis niſan

feria tertia. Paſcha feria tertia. Neomenia menſis iiar feria quarta & quinta. Neomenia menſis ſiuan feria ſexta. Pentecoſte feria quarta. Neomenia menſis temus ſabbato & feria prima. Ieiunium fractionis tabularum feria tertia. Neomenia menſis hau feria ſecunda. Ieiunium deſolationis hieruſalem feria tertia. Neomenia menſis helul feria tertia & quarta. ℂ In his quatuordecim regulis iam expoſitis conſiſtit calendarium hebræorum, quia lunares duntaxat annos iudæi obſeruant: nec ſolarem annum uel menſes agnoſcunt niſi quod per emboliſmum reducant annos ſuos lunares quodammodo ad annos ſolares, ne paſcha nimium elongetur ab æquinoctio uernali. ℂ Circa prædicta eſt animaduertendum quod quatuordecim regulæ iam conſcriptæ poſſunt breuiter compilari per duas tabulas, quarum una deputabitur annis communibus, altera annis emboliſmicis. in capite utriuſq; tabulæ annotabitur qualitas anni ſcilicet an ſit abundans an deficiens uel mediocris. feria quoq; a qua auſpicatur annus in capite tabulæ ponetur. In latere uero ſiniſtro deſcribentur omnes menſes & feſta præcipua in eis contingentia: quibus ſic diſpoſitis ſemper erit in promptu feria in qua tale feſtum celebrabitur per numerum in angulo communi annotatum. exempli gratia uolo ſcire quo die celebrabitur paſcha in anno communi abundante & incipiente feria ſecunda: ingreſſus fui tabulam annorum communium, & in capite tabulæ quæſiui annum plenum uel abundantem incipientem feria ſecunda, & in latere tabulæ iuxta ordinem feſtorum quæſiui paſcha, & inueni in angulo communi 5. ergo paſcha tali anno celebrabitur feria quinta. ℂ Aliud exemplum uolo ſcire quo die celebrabitur feſtum pentecoſtes in anno emboliſmico deficiente inchoato a ſabbato, ingreſſus fui tabulam annorum emboliſmicorum & quæſiui in capite tabulæ annum deficientem incipientem ſabbato, & in latere tabulæ quæſiui feſtum pentecoſtes, & in angulo communi inueni annotatum. 4. ergo feſtum pentecoſtes in anno illo celebrabitur feria quarta. ℂ Aliud exemplum, uolo inuenire feſtum ſcænophegiæ hoc eſt feſtum tabernaculorum in anno emboliſmico pleno incipiente feria quinta, ingreſſus ſum tabulam annorum emboliſmicorum, & quæſiui in capite tabulæ annum plenum incipientem feria quinta & in latere tabulæ quæſiui feſtum tabernaculorum; & in angulo communi inueni. 5. ergo feſtum tabernaculorum in anno illo celebrabitur feria quinta. ſicq; in cæteris operaberis. & ſi duos numeros iueneris ſicut ĩ calẽdis aliquãdo contingit ſignũ eſt ꝙ neomenia illius mẽſis duob⁹ dieb⁹ cõtinuis celebratur. Sequitur tabula feſtoꝝ.

Tabula feſtorum ueteris legis in anno communi docens qua feria unumquodq; feſtum celebretur.

Ordo menſium & neomeniarum ac feſtorum ueteris legis.	Annus deficiens incipiens feria ſecunda.	Annus abundans incipiens feria ſecũda.	Annus mediocris incipiens feria tertia.	Annus mediocris incipiens feria quinta.	Annus abundãs incipiens feria quinta.	Annus deficiens incipiens ſabbato.	Annus abundans incipiens ſabbato.
Neomenia anni.	2	2	3	5	5	7	7
Ieiunium godoliæ.	4	4	5	1	1	2	2
Ieiunium expiationis.	4	4	5	7	7	2	2
Feſtum tabernaculorum.	2	2	3	5	5	7	7
Feſtum ramorum.	1	1	2	4	4	6	6
Menſis Marchaſuan.	3 4.	3 4.	45.	6 7.	6 7.	1 2.	1 2
Menſis Chiſleu.	5.	5 6.	6.	1.	1 2.	3.	3 4
Dedicatio templi.	1	2	2	4	5	6	7
Menſis Teuet.	6.	7 1.	7 1.	2 3.	3 4.	4.	5 6
Ieiunium obſeſſionis.	1	3	3	5	6	6	1
Menſis ſceuet.	7	2	2	4	5	5	7
Menſis Adar.	1 2.	3 4.	3 4.	5 6.	6 7.	6 7.	1 2
Ieiunium Heſter.	5	2	2	4	5	5	5
Feſtum ſortis.	1	3	3	5	6	6	1
Menſis Niſan.	3	5	5	7	1	1	3
Paſcha.	3	5	5	7	1	1	3
Menſis iiar.	4 5.	6 7.	6 7.	1 2.	2 3.	2 3.	4 5
Menſis ſiuan.	6	1	1	3	4	4	6
Feſtum pentecoſtes	7	6	6	1	2	2	4
Menſis Tamus.	7 1.	2 3.	2 3.	4 5.	5 6.	5 6.	7 1
Ieiunium tabularum.	3	5	5	1	1	1	3
Menſis Hau.	2	4	4	6	7	7	2
Ieiunium deſolationis.	3	5	5	1	1	1	3
Menſis Helul.	3 4.	5 6.	5 6.	7 1.	1 2.	1 2.	3 4

Tabula feſtorum ueteris legis in anno emboliſmico docens qua fe-
ria quodq; feſtum celebretur.

Ordo menſium & neomeniarum ac feſtorum ueteris legis.	Annus abundans incipiens feria ſecũda.	Annus mediocris ĩcipiens feria tertia.	Annus deficiens incipiens feria quinta.	Annus abundãs incipiens feria quinta.	Annus deficiens incipiens ſabbato.	Annus abundans incipiens ſabbato.	Annus deficiens incipiens feria ſecunda.
Neomenia anni.	2	3	5	5	7	7	2
Ieiunium godoliæ.	4	5	1	1	2	2	4
Ieiunium expiationis.	4	5	7	7	2	2	4
Feſtum tabernaculorum.	2	3	5	5	7	7	2
Feſtum ramorum.	1	2	4	4	6	6	1
Menſis Marchaſuan.	3 4.	4 5.	6 7.	6 7.	1 2.	1 2.	3 4
Menſis Chiſleu.	5 6.	6.	1	1 2.	3.	3 4.	5.
Dedicatio templi.	2	2	4	5	6	7	1
Menſis Teuet.	7 1.	7 1.	2.	3 4.	4.	5 6.	6
Ieiunium obſeſſionis.	3	3	4	6	6	1	1
Menſis ſceuet.	2	2	3	5	5	7	7
Menſis Adar primus.	3 4.	3 4.	4 5.	6 7.	6 7.	1 2.	1 2
Menſis Adar ſecundus.	5 6.	5 6.	6 7.	1 2.	1 2.	3 4.	3 4
Ieiunium Heſter.	4	4	5	5	5	2	2
Feſtum ſortis.	5	5	6	1	1	3	3
Menſis Niſan.	7	7	1	3	3	5	5
Paſcha.	7	7	1	3	3	5	5
Menſis iiar.	1 2.	1 2.	2 3.	4 5.	4 5.	6 7.	6 7
Menſis ſiuan.	3	3	4	6	6	1	1
Feſtum pentecoſtes	1	1	2	4	4	6	6
Menſis Tamus.	4 5.	4 5.	5 6.	7 1.	7 1.	2 3.	2 3
Ieiunium tabularum.	1	1	1	3	3	5	5
Menſis Hau.	6	6	7	2	2	4	4
Ieiunium deſolationis.	1	1	1	3	3	5	2
Menſis Helul.	7 1.	7 1.	1 2.	3 4.	3 4.	5 6.	5 6

hæc de chaldaica ſupputatione exactiſſima & exquiſitiſſima, & de calendario hebraico per eam fabricato, necnon & de paſchalis ſolemnitatis ratione, & omnium feſtorum ueteris legis ordine, iuxta hebræorum obſeruationem dicta ſufficiãt: quæ ſi legiſſet magiſter Petrus de riuo non tam temere ſcripſiſſet iudæos paſcha ſuum indagare per calendarium romanum & per aureum numerum in eo conſcriptum: profecto non ſic prodidiſſet propriam ignorantiam cum aliorum calumnia. Tu igitur magiſter Petre de riuo reſipiſce iam ab errore tuo, habes nunc calendarium hebraicum diuerſum a calendario romano quod cum perlegeris (niſi me fallat opinio) palleſces cum erubeſcere non poſſis. Vale. Nunc ſupereſt ut dominicæ paſſionis diem per paſcha iudæorum indagemus.

¶ Caput tertium dominicæ paſſionis diem per paſcha iudæorum chaldaica ſupputatione inueſtigat.

QVoniã ueriſimile eſt Chriſtũ dñm crucifixum fuiſſe ĩ aliquo ãnoꝝ a trigeſimo ætatis ſuæ ãno uſqꝫ ad.40.annũ: cuiuſqꝫ ãni ſupputationẽ annectemus, ſingulis annis ſingulas concluſiones deputantes quaꝝ prima hæc eſt. ¶ Anno ab incarnatione mirifici uerbi dei iuxta eccleſiæ computationem trigeſimo currente paſcha iudæorum celebratũ fuit ſexta die aprilis feria quinta quæ uocatur dies iouis. probatur cõcluſio. Nã ãno prædicto currẽte cyclus lunaris erat nonus & nouiluniũ mẽſis tiſri iuxta hebraicã ſupputationẽ fuit feria ſecũda hora.23.cum punctis.556.& qm̃ ãnus fuit cõmunis habẽs ante ſe ẽboliſmicũ, ſequitur per ſextũ canonẽ primi thematis annũ fuiſſe feria tertia inchoatũ, & ſecũdũ ordinẽ diſpoſitũ. ex quibus ulterius per quintũ canonẽ ſecũdi thematis ſequitur paſcha feria quĩta celebratũ fuiſſe & quoniã oppoſitio ſiue pleniluniũ uernalis ęquinoctii qđ paſchale & nouaꝝ frugũ uocatur ad romanũ calendariũ reductũ accidit ſexta aprilis & die iouis, ſequit̃ phaſe iudæoꝝ ſexta aprilis & die iouis obſeruatũ fuiſſe. hoc itaqꝫ iudæoꝝ paſcha pro dñica paſſione nõ uidet̃ idoneũ qm̃ dñm ĩ martio crucifixũ orthodoxi perhibẽt. ¶ Secũda cõcluſio talis eſt. Anno ab incarnatione dñi trigeſimoprimo currente paſcha hebræoꝝ iuxta chaldaicã ſupputationẽ celebratum fuit.27.martii quæ fuit feria tertia hoc eſt dies martis. probatur concluſio. nam anno.31.currente nouilunium menſis tiſri fuit ſabbato hora.8.cũ pũctis.352.& quoniam annus fuit cõmunis habẽs ante ſe cõmunem & poſt ſe emboliſmicum, ob cylũ lunarem fuiſſe decimũ, ſequitur per

oc̄tauū canonē primi thematis annū ſabbato inchoatū & plenū ſiue
excreſcentem fuiſſe.ex quibus ulterius per undecimum canonem ſe
cundi thematis ſequitur paſcha feria tertia,hoc eſt die martis celebra
tum fuiſſe.& quoniam plenilunium menſis niſan quod paſchale uo-
catur ad romanū calēdariū reductū accidit in nocte ſequente diē.26.
martii quæ fuit dies lunę ſequitur phaſe iudæorum celebratum fuiſſe
27.martii quæ fuit dies martis.hoc itaq; iudæorum paſcha pro domi
nica paſſione non uidetur idoneum: quoniam per ipſum tueri non
poſſet dominum die ueneris crucifixum fuiſſe. ¶ Tertia concluſio
anno incarnationis domini trigeſimo ſecundo currente paſcha he-
bræorum obſeruatum fuit.15.aprilis quæ fuit feria tertia hoc eſt dies
martis.probatur concluſio.nam anno.32.currente nouilunium men
ſis tiſri fuit feria quarta hora.17.cum punctis.148.& quoniam ānus
fuit emboliſmicus ſequitur per tertium canonem primi thematis an
ni neomeniam feria quinta celebratam fuiſſe.annum quoq; plenū
& uno die excreſcentem extitiſſe ex quibus ulterius per octauum ca
nonem ſecundi thematis ſequitur paſcha feria tertia celebratū fuiſſe
& quoniam oppoſitio paſchalis menſis niſan ad romanum calendari
um reducta fuit in nocte ſequente.13.diem aprilis,quæ fuit dies do-
minica ſequitur phaſe iudæorum celebratū fuiſſe.15.aprilis quæ fuit
dies martis.ſed quia hoc iudæorum paſcha extra mēſem martium ob
ſeruatum nihil diei ueneris participat,minime idoneum pro domini
ca paſſione uidetur. ¶ Quarta concluſio talis eſt.anno ab incarna-
tione uerbi.33.currente paſcha hebræorꝫ celebratū fuit quarta aprilis
quæ fuit dies ſabbati.probatur concluſio.Nā anno.33.currente no-
uilunium menſis tiſri fuit feria tertia hora.14.cū punctis.737.& quo
niā annus fuit cōmunis habens ante ſe annū emboliſmicū exiſtēte cy
clo lunari duodecimo ſequitur per ſeptimū canonē primi thematis
neomeniā āni feria quinta celebratā fuiſſe,ac annū ſecūdū ordinē diſ
poſitū.354.diebus ītegratū fuiſſe.ex quibꝰ ulterius per nonū canonē
ſecūdi thematis ſequitᷣ paſcha die ſabbati celebratū fuiſſe.& qm̄ oppo
ſitio luminariū mēſis niſā ad romanū calēdariū reducta fuit tertia apri
lis die ueneris,ſequitᷣ phaſe iudęorꝫ obſeruatū fuiſſe quarta aprilis die
ſabbati.hoc itaq; iudęorꝫ paſcha q̄tū ad ānos ætatis dn̄i & q̄tum ad fe
riā ſextā ī qua iudęi ad ueſperā paſchalē agnū uorabant pro dn̄ica paſ
ſione ſatis idoneū uideretᷣ,niſi extra menſē martiū obſeruatū fuiſſet.
¶ Quinta cōcluſio āno ab īcarnatione dn̄i 34.currēte paſcha hebręo
rū obſeruatū fuit decimo calēdas aprilis hoc eſt die.23.martii quæ fuit
dies martis.ꝓbatur cōcluſio.nā āno.34.uertēte nouiluniū mēſis tiſri

fuit ſabbato hora uigeſimatertia cum punctis.533.& quoniã cyclus lunaris fuit.13,neceſſe eſt annum fuiſſe communem, & neomeniam die lunæ celebratam fuiſſe per canonem quintum ſecundi thematis & quia nouilunium factum fuit ipſo ſabbato neceſſe eſt per eundem canonem annum fuiſſe deficientem quare ſequitur per tertium cano nem ſecundi thematis paſcha celebratum fuiſſe die martis.& quoniã oppoſitio primi menſis quæ paſchalis appellatur reducta ad romanũ calendarium facta fuit uigeſimatertia martii quæ erat dies martis,ne ceſſe eſt paſcha hebræorum celebratum fuiſſe.23. martii die martis. Sed quia hoc paſcha quantum ad eius feriam non eſt idoneum pro die paſſionis domini quæ feria ſexta hoc eſt dies ueneris fuiſſe credi⸗tur ad alios annos nos transferemus. ☙ Sexta concluſio anno ab in carnatione uerbi dei.35.currente paſcha hebræorum celebratum fuit 12.aprilis die martis.probatur concluſio.nam anno.35.currente no⸗uilunium menſis tiſri fuit feria quinta hora.8.cũ punctis.329.& quo niam annus fuit emboliſmicus exiſtẽte cyclo lunari.14.ſequitur per tertium canonem primi thematis annum die iouis inchoatum uno die excreſcentem fuiſſe.ex quibus ulterius per octauum canonem ſe cundi thematis ſequitur paſcha die martis celebratum fuiſſe.& quia oppoſitio uernalis quæ paſchalis appellatur ad romanum calendariũ reducta,facta eſt undecima aprilis die lunæ propter menſem per em boliſmum additum,ſequitur phaſe iudæorum obſeruatum fuiſſe.12 aprilis die martis.hoc itaq; iudęorum paſcha pro dñica paſſione mini me idoneũ exiſtit,cũ extra martiũ,tũ extra diẽ ueneris celebratũ fuit. ☙ Septima concluſio anno ab incarnatione uerbi.36.currente paſ⸗cha hebræorum obſeruatũ fuit.31.martii die ſabbati.probatur con⸗cluſio.nam anno.36.currente cyclus lunaris erat.15.& nouilunium menſis tiſri fuit feria quarta hora quinta cum punctis.918.& quia an nus fuit communis ante ſe habens emboliſmicum ſequitur per ſep⸗timum canonem primi thematis annum die iouis inchoatum & ſe⸗cundum ordinem diſpoſitum fuiſſe,ex quibus ulterius per nonum canonem ſecundi thematis ſequitur paſcha ſabbato fuiſſe celebratũ & quoniam oppoſitio menſis nouarum frugum ad romanum calen darium reducta fuit in nocte ſequente trigeſimum diem martii quę fuit dies ueneris ſequitur paſcha iudæorum celebratum fuiſſe.31.die martii & die ſabbati,hoc itaq; iudæorum phaſe pro dominica paſſio⸗ne quantum ad eius paraſceuen cõgruere fortaſſe uidebitur, licet an nus & dies menſis autorum ſcriptis non ſint conſentanei.ſed de hoc poſtea plura ſcribem⁹. ☙ Octaua cõcluſio ãno ab ĩcarnatione uerbi

37.currente phaſe iudæorum celebratum fuit uigeſimaprima martii die iouis.probatur cõcluſio. nã anno .37. currente cyclus lunaris erat.16.& nouilunium menſis tiſri feria prima hora.14.cum punctis 714.& quoniam ãnus fuit communis habens ante ſe annũ cõmunẽ ſequitur per quintum canonem primi thematis anni neomeniam die lunæ obſeruatam fuiſſe,annum quoq; plenum ſeu uno die excreſcentem extitiſſe. ex quibus ulterius ſequitur per primum canonem ſecundi thematis paſcha die iouis celebratum fuiſſe. & quoniam oppoſitio uernalis menſis ad romanum reducta calendarium fuit.20. martii quæ erat dies mercurii ſequitur paſcha iudæorum celebratũ fuiſſe 21 martii die iouis. hoc ergo iudæorum paſcha(quia extra mẽſem martii obſeruatum fuit)pro dominica paſſione non uidetur idoneum. ℂ Nona concluſio Anno ab incarnatione uerbi.38.uertente paſcha hebræorum celebratum fuit .8. aprilis die martis.Erat nanq; cyclus lunaris.17.& nouilunium menſis tiſri fuit feria.5.hora 23.cum punctis.510.& quoniam annus fuit emboliſmicus ſequitur per quartum canonem primi thematis anni neomeniam die ſabbati celebratam fuiſſe. annum quoq; deficientem extitiſſe. ex quibus ulterius per ultimum canonem ſecundi thematis ſequitur paſcha feria tertia hoc eſt die martis obſeruatum fuiſſe. & quoniam oppoſitio menſis niſan quæ paſchalis appellatur ad romanum calendarium reducta facta fuit.8.aprilis in ortu ſolis quæ fuit dies martis propter menſem emboliſmum additum,ſequitur paſcha eodem die celebratũ fuiſſe.hoc itaq; paſcha quantum ad menſem diem & feriam in quibus obſeruatum fuit pro dominica paſſione minime eſt idoneum.
ℂ Decima cõcluſio. anno ab incarnatione uerbi dei.39.uertẽte phaſe iudæorum obſeruatum fuit.28.martii die ſabbati.quod ſic probatur.Nã cyclus lunaris erat.18.& nouiluniũ menſis tiſri fuit feria quarta hora.21.cum punctis.19.& quoniam annus fuit communis habẽs ante ſe emboliſmicum ſequitur per ſeptimum canonẽ primi thematis annum die iouis fuiſſe inchoatum ac ſecundum ordinem diſpoſitũ.ex quibus ulterius per nonũ canonem ſecundi thematis ſequitur paſcha die ſabbati celebratũ fuiſſe, & quoniam oppoſitio menſis nouarum frugum ad romanum calendarium reducta fuit.28.martii die ſabbati,ſequitur paſcha iudæorum eodem die celebratum fuiſſe. hoc itaq; hebræorum phaſe quantum ad eius paraſceuen pro dominica paſſione idoneum fortaſſe uideretur ſi annus paſſionis & calendarum dies congruerẽt. ℂ Vndecima concluſio anno incarnationis dñi 40.uertẽte paſcha hebræorum celebratũ fuit die.16.aprilis quæ fuit

dies ſabbati. Erat nanq; cyclus lunaris. 19. & nouiluniū anni fuit feria ſecūda hora quinta cū pūctis. 895. & quoniā annus fuit emboliſmicus ſequitur per primū canonē primi thematis anni neomeniā die lunæ celebratā fuiſſe, annū quoq; plenū ſeu excreſcentē extitiſſe, ex quibus ulterius per ſecūdū canonē ſecundi thematis ſequitur paſcha die ſabbati celebratū fuiſſe & quoniā oppoſitio mēſis uernalis quæ paſchalis uocatur ad romanū calendariū reducta ſecundū aſtrologicā ſupputationē accidit. 15. aprilis die ueneris, ſequitur iudæorum phaſe obſeruatū fuiſſe die. 16. aprilis & die ſabbati. hoc itaq; iudæoꝝ paſcha licet quantū ad paraſceuen dominicæ paſſioni congruere uideatur tamen quia extra menſē martiū excidit non ſatis uidetur idoneū. ℭ Ex prædictis manifeſtū eſt qđ a trigeſimo natiuitatis domini anno uſq; ad quadrageſimū annū nunquā inueniatur luna quartadecima, neq; quintadecima, neq; paſcha iudęoꝝ, neq; paraſceue paſchæ contigiſſe octauo calēdas apriles die ueneris, quo die priſci patres pręcipue latini Chriſtū dominū crucifixū dixerunt. eſt etiā perſpicuū qđ in anno ab incarnatione dñi trigeſimo quarto quo anno dominus crucifixus creditur celebratū fuit paſcha hebræoꝝ decimo calendas apriles, quo die græci dominū crucifixū dixerunt, ſed dies ille non fuit dies ueneris, imo fuit dies martis, ſicq; ex hoc ſequeretur dominū crucifixū fuiſſe die martis quod eſt abſurdū. eſt ergo difficillimū dominicę paſſionis diē a ſanctis patribus annotatū ſupputatione aliqua uel calculo comprobare: ueꝝ ne omittere aliquid uideamur qđ ad ulteriorē eius indagationē conducere poſſit, diē paſchalē iuxta obſeruationē iudæoꝝ a primo anno natiuitatis Chriſti uſq; ad ſexageſimū annū continua ſupputatione calculatū ſubnectemus, ſi forte paſcha aliqđ dñicę paſſioni idoneū & euangelicæ doctrinæ conſentaneū īuenire ualeamus.

ℭ Paſcha iudæoꝝ a primo anno incarnationis uerbi dei uſq; ad ſexaginta annos ſupputatum.

ℭ Annus incarnationis uerbi dei iuxta uſitatam eccleſiæ computationem fuit decimuſoctauus in cyclo lunari, cuius nouilunium menſis tiſri hoc eſt æquinoctii autumnalis fuit feria ſexta hora undecima cum momentis 989. incœpit annus die ſabbati & fuit abundans uno die excreſcens. littera dominicalis poſt calendas ianuarii fuit. b. & paſcha iudæorum celebratū fuit die uigeſimanona martii, die martis.

ℭ Annus ſecundus ab incarnatione uerbi dei fuit ultimus in cyclo lunari, cuius nouilunium menſis tiſri fuit feria tertia hora. 20. cum punctis. 785. incœpit annus feria quinta, & fuit emboliſmicus deficiens in die uno, littera dominicalis poſt calendas ianuarii fuit. A. &

paſcha obſeruatum fuit ſextadecima aprilis die dominico.

¶ Anno tertio incarnationis nouilunium menſis tiſri fuit feria ſecunda hora decimaoctaua cum punctis.294.incœpit annus feria tertia & fuit communis mediocris non excreſcens neq; deficiens.& paſcha celebratum fuit quinta aprilia die Iouis.

¶ Anno quarto incarnationis nouiluniū mēſis tiſri fuit die ſabbati hora tertia cū punctis.90.incœpit ānus feria ſecūda & fuit cōmunis deficiens die uno,cuius paſcha celebratum fuit.25.martii die martis

¶ Anno quinto natiuitatis Chriſti nouiluniū mēſis tiſri fuit feria quarta hora.11.cū punctis.966.incœpit ānus feria quinta & fuit ēboliſmic⁹abundās cui⁹paſcha celebratū fuit die.41.aprilis die martis.

¶ Anno ſexto natiuitatis Chriſti nouilunium menſis tiſri fuit feria tertia hora.9.cum punctis.475.incœpit ānus feria quinta fuit cōmunis mediocris cuius paſcha obſeruatum fuit tertia aprilis die ſabbati.

¶ Anno ſeptimo natiuitatis Chriſti nouilunium mēſis tiſri fuit die ſabbati hora.18.cū punctis.271.incœpit annus feria ſecūda & fuit cōmunis deficiēs die uno.cui⁹paſcha celebratū fuit.22.martii die martis.

¶ Anno octauo natiuitatiis Chriſti nouilunium menſis tiſri fuit feria quinta hora tertia cū punctis.67.incœpit ānus feria quinta fuit ēboliſmic⁹ abundās cui⁹paſcha celebratū fuit decīa aprilis die martis.

¶ Anno nono Chriſti nouiluniū mēſis tiſri fuit feria quarta hora o.cū pūctis.656.īcœpit ānus feria quīta.fuit cōmūis & mediocris nō excreſcēs neq; deficiēs cui⁹paſcha obſeruatū fuit.30.martii die ſabbtī.

¶ Anno decimo nouiluniū menſis tiſri fuit feria prima hora.9 cum punctis.452.incœpit annus feria ſecunda.fuit emboliſmicus deficiēs die uno.cuius paſcha celebratum fuit decima aprilis die iouis.

¶ Anno undecimo nouiluniū mēſis tiſri fuit ſabbato hora.6.cū punctis.1041.incœpit annus ſabbato.fuit cōmunis & plenus hoc eſt uno die excreſcens.cuius paſcha celebratū fuit ſeptima aprilis die martis.

¶ Anno natiuitatis Chriſti duodecimo nouiluniū menſis tiſri fuit feria quarta.hora.15.cū pūctis.837.incœpit ānus feria quinta.& fuit cōmūis,ac mediocris.cui⁹paſcha celebratū fuit.26.martii die ſabbati.

¶ Anno tertiodecimo nouiluniū mēſis tiſri fuit feria ſecū da hora o.cū punctis.633.incœpit ānus die lunæ fuit emboliſmicus abundās cuius paſcha obſeruatum fuit quintadecima aprilis die ſabbati.

¶ Anno quartodecimo nouiluniū mēſis tiſri fuit ſabbato hora.22. cū pūctis.142.incœpit ānus die lunæ & fuit communis deficiens die uno cuius paſcha celebratū fuit tertia aprilis die martis. ¶ Anno.15 natiuitatis Chriſti interlunium mēſis tiſri fuit feria quīta hora .6.cū

punctis.1018. incœpit annus feria quinta fuit cõmunis & mediocris
cuius paſcha obſeruatũ fuit.23.martii die ſabbati. ¶ Anno ſextodeci
mo ĩterluniũ mẽſis tiſri fuit feria ſecũda hora.15.cũ pũctis 814.ĩcœpit
ãnꝰ feria ſecũda.& fuit ẽbolifmicꝰ abũdãs cuiꝰ paſcha celebratũ fuit un
decima aprilis die ſabbati. ¶ Anno decimoſeptimo nouiluniũ mẽſis
tiſri fuit feria p̄ma hora.13.cũ pũctis.323.ĩcœpit ãnus feria ſecũda fuit
cõmunis abũdãs cuius paſcha obſeruatũ fuit prima aprilis die Iouis.
¶ Anno decimooctauo ĩterluniũ mẽſis tiſri feria q̃nta hora.22.cũ pũ
ctis 119.ĩcœpit ãnus ſabbato fuit cõmĩs & deficiẽs cuiꝰ paſcha celebratũ
fuit uigeſima martii die dñico. ¶ Anno decimonono nouiluniũ mẽ
ſis tiſri fuit feria tertia hora.6.cũ pũctis.995.ĩcœpit ãnus feria tertia.
& fuit ẽbolifmicus ſecũdũ ordinẽ.cuius paſcha obſeruatũ fuit octaua
aprilis die ſabbati. ¶ Anno uigeſimo ĩterluniũ mẽſis tiſri fuit feria
ſecũda hora.4.cũ pũctis 504.ĩcœpit ãnus feria ſecũda fuit cõmĩs uno
die abũdãs.cuiꝰ paſcha celebratũ fuit uigeſima octaua martii die Iouis.
¶ Anno uigeſimoprimo nouiluniũ mẽſis tiſri fuit feria ſexta hora
13.cũ pũctis.300.ĩcœpit ãnus ſabbato.& fuit ẽbolifmicus deficiẽs die
uno.cuius paſcha celebratũ fuit.28.martii die iouis. ¶ Anno uigeſi
mo ſecũdo interluniũ mẽſis tiſri fuit feria quinta hora.10.cũ punctis
889.incœpit ãnus feria quĩta.fuit cõmunis abundans uno die cuius
paſcha obſeruatũ fuit quinta aprilis die dñica. ¶ Anno uigeſimoter
tio ĩterluniũ mẽſis tiſri fuit feria ſecũda hora.19.cũ punctis.685.ĩcœ
pit ãnus feria tertia.& fuit cõmunis ſecũdum ordinẽ.cuius paſcha ce
lebratũ fuit.25.martii die Iouis. ¶ Anno uigeſimo quarto nouilu-
niũ mẽſis tiſri feria ſeptima hora quarta cũ punctis.481.ĩcœpit annꝰ
ſabbato.fuit ẽbolifmicus abũdãs cuius paſcha obſeruatũ fuit.13.apri
lis die iouis. ¶ Anno uigeſimoquinto ĩterluniũ mẽſis tiſri fuit feria
ſexta hora.1.cũ pũctis 1070.incœpit annus ſabbato.fuit cõmunis abũ
dans cuius paſcha celebratũ fuit tertia aprilis die martis. ¶ Anno ui
geſimoſexto interluniũ mẽſis tiſri feria tertia hora.10.cũ punctis 866
ĩcœpit ãnus feria quinta fuit cõmĩs ſecundũ ordinẽ cuius paſcha cele
bratũ fuit 23.martii die ſabbati. ¶ Anno uigeſimo ſeptimo fuit ĩter
luniũ menſis tiſri ſabbato hora.19.cũ pũctis.662.ĩcœpit ãnus feria ſe
cũda.fuit ẽbolifmicus deficiẽs cuius paſcha obſeruatum fuit decima
aprilis die iouis. ¶ Anno uigeſimooctauo fuit nouiluniũ mẽſis tiſri
feria ſexta hora 17.cũ pũctis 171.incœpit ãnus ſabbato.fuit cõmunis
abũdãs cuiꝰ paſcha celebratũ fuit .30. martii die martis. ¶ Anno ui
geſimonono ĩterluniũ mẽſis tiſri feria quarta hora.1.cũ pũctis.1047
ĩcœpit ãnus feria quinta . fuit ẽbolifmicus deficiẽs cuiꝰ paſcha obſer

uatum fuit decimaſeptimã aprilis die dominica. ℂ Pro anno trige ſimo & decem ſequentibus annis ſuperius expoſita eſt ſupputatio. ℂ Anno quadrageſimo primo nouilunium menſis tiſri fuit feria prima hora tertia cum punctis.404.incœpit annus feria ſecunda fu it communis & deficiens cuius paſcha celebratum fuit quarta apri lis die martis. ℂ Anno quadrageſimo ſecundo nouiluniũ mẽſis tiſri feria quinta hora 12.cũ punctis.200.incœpit ãnus feria quinta. fu it cõmunis abundans hoc eſt uno die excreſcens.cuius paſcha obſer uatum fuit.25.martii die dominico. ℂ Anno quadrageſimo tertio ĩ terluniũ mẽſis tiſri fuit feria ſecũda hora.20.cũ punctis.1076.incœ pit ãnus feria tertia fuit ẽboliſmic⁹& ſecundũ ordinẽ cui⁹ paſcha ce lebratũ fuit.13.aprilis die ſabbati. ℂ Anno quadrageſimoquarto no uilunium menſis tiſri fuit feria prima.hora.18.cum punctis.585.incœ pit ãnus feria ſecunda.fuit cõmunis & abundãs cuius paſcha celebra tum fuit ſecunda aprilis die Iouis. ℂ Anno quadrageſimo quinto nouilunium mẽſis tiſri fuit feria ſexta hora.3.cũ punctis.381.incœ pit annus die ſabbati & fuit cõmunis abundans uno die excreſcens.cu ius paſcha obſeruatum fuit.23.martii die martis. ℂ Anno quadrage ſimoſexto interlunium menſis tiſri fuit feria tertia hora.12. cũ pun ctis.177.incœpit ãnus feria tertia fuit ẽboliſmic⁹ſecundum ordinem cui⁹ paſcha celebratũ fuit nona aprilis die ſabbati. ℂ Anno quadra geſimo ſeptimo nouiluniũ mẽſis tiſri fuit feria ſecunda hora.9. cũ pũctis.766.ĩcœpit ãnus feria ſecũda.fuit cõmunis abũdãs die uno cu ius paſcha celebratũ fuit.30.martii die iouis. ℂ Anno quadrageſimo octauo nouiluniũ menſis tiſri fuit feria ſexta hora.18.cum punctis 562.incœpit annus die ſabbati & fuit emboliſmicus deficiẽs die uno. cuius paſcha obſeruatũ fuit ſextadecima aprilis die martis. ℂ Anno quadrageſimonono interluniũ mẽſis tiſri fuit fertia quinta hora.16. cũ pũctis.71.incœpit annus feria quĩta.fuit cõmunis & die uno abun dãs.cuius paſcha celebratũ fuit ſexta aprilis die dñico. ℂ Anno quĩ quageſimo interluniũ menſis tiſri fuit feria tertia hora.o.cũ punctis 947.incœpit ãnus feria tertia.fuit cõmunis ſecundũ ordinẽ. cui⁹ paſ cha celebratũ fuit.26.martii die iouis. ℂ Anno quĩquageſimoprimo interlnniũ mẽſis tiſri fuit feria ſeptima hora.9.cũ punctis.743.icœ pit ãnus ſabbato. fuit emboliſmicus abundãs die uno cuius paſcha ce lebratum fuit quintadecima aprilis die iouis. ℂ Anno quinquageſi moſecundo nouiluniũ mẽſis tiſri fuit feria ſexta hora.7.cũ pũctis.252 incœpit ãnus ſabbato fuit annus cõmunis deficiens cuius paſcha ce lebratũ fuit ſecunda aprilis die dñico. ℂ Anno quĩquageſimotertio

ĩterluniũ mẽſis tiſri fuit feria tertia hora.16.cũ pũctis 48.icœpit ãn⁹ feria quinta fuit cõmunis & ſecundum ordinẽ nõ abundãs neq; deficiens, cuius paſcha obſeruatum fuit.24.martii ſabbato. ℭ Anno quinquageſimo quarto nouiluniũ mẽſis tiſri fuit feria prima hora.o.cum pũctis.924.icœpit ãnus feria ſecũda fuit ẽboliſmic⁹ deficiens die uno cui⁹ paſcha celebratũ fuit undecima aprilis die iouis. ℭ Anno quinquageſimo quĩto nouilunium mẽſis tiſri feria ſexta hora.22.cũ pũctis 433.icœpit ãnus ſabbato fuit cõmunis excreſcẽs, cui⁹ paſcha obſeruatũ fuit prima aprilis die martis. ℭ Anno quinquageſimoſexto interluniũ mẽſis tiſri fuit feria quarta hora.7.cũ pũctis.229.icœpit annus feria quinta.fuit annus cõmunis & ſecũdum ordinem, cuius paſcha celebratũ fuit uigeſima martii die ſabbati. ℭ Anno quinquageſimo ſeptimo ĩterluniũ mẽſis tiſri fuit feria prima hora.16.cũ pũctis.25.incœpit ãnus feria ſecũda fuit ẽboliſmicus deficiens, cui⁹ paſcha obſeruatũ fuit ſeptima aprilis die Iouis. ℭ Anno quinquageſimooctauo interluniũ mẽſis tiſri fuit ſabbato hora.13.cũ pũctis.614. ĩcœpit ãnus ſabbato,& fuit cõmis abũdãs die uno, cuius paſcha celebratũ fuit.28. martii die martis. ℭ Anno quinquageſimonono nouilunium mẽſis tiſri fuit feria quarta.hora.22.cũ punctis.410.incœpit ãnus feria quĩta, fuit ẽboliſmicus abũdãs, cuius paſcha obſeruatũ fuit decima ſeptima aprilis die martis. ℭ Anno ſexageſimo ĩterlunium mẽſis tiſri feria tertia hora.19.cũ punctis.999.icœpit ãnus feria quinta fuit cõmunis mediocris, cuius paſcha celebratũ fuit quinto aprilis in ſabbato.

ℭ In hac ſupputatiõe aĩaduertẽdũ eſt q̄ nouilunia mẽſis tiſri ſuperi⁹ ãnotata: accipiẽda ſunt iuxta ſupputationẽ hebræoꝝ, q annũ ĩchoãt a lunatiõe æqnoctĩi autũnalis,& ergo nouilunia hic deſcripta reſpõdẽt ſeptẽbri pręcedẽtis ãni iuxta ſupputationẽ romanoꝝ: qobrẽ ꝓ ĩdagãda feria ĩ qua factũ fuit nouiluniũ debet ſumi littera dñicalis ãni præcedẽtis, ſed ꝓ paſcha ĩdagãdo ſumi debet littera dñicalis ãni ſequẽtis. eſt etiã manifeſtũ ex prędictis ſupputationẽ iã ãnotatã ſatis eſſe cõformẽ & cõſentaneam calculo aſtrologico ſeptimo libro cõſcripto necnõ & ſupputationi hebraicæ octauo libro expoſitæ. ex quibus omnibus iã perſpicuũ eſt: q̄ a primo ãno natiuitatis Chriſti uſq; ad ſexãgeſimũ annũ nunq̃ accidit paſcha iudæoꝝ octauo calẽdas apriles die ueneris. q̄obrẽ difficillimũ eſt ſupputatiõne aliqua cõprobare ſentẽtiã priſcoꝝ patrũ dicẽtiũ Chriſtũ dñm crucifixũ fuiſſe in feſto paſchæ iudęoꝝ octauo calẽdas apriles die ueneris, niſi dixerimus chronographos ĩ ãnis Chriſti dñi numerandis erraſſe & Chriſtũ ĩ paraſceue paſchę crucifixũ fuiſſe. pro quo indagando ad ſequentem librum nos transferemus.

¶ Liber decimus dominicę paſſionis diem per oraculum diui Pauli apoſtoli inueſtigat, oſtendens chronographos in annis chriſti domini numerandis erraſſe.

Quam ſit difficile, quãq; operoſum dominicę paſſionis diem a ſanctis patribus annotatum ſupputatione aſtrologica, aut ratione aliqua demonſtratiua comprobare, ex ſuperioribus ſcriptis noſtris aliqua ex parte uidere licet, in quibus etſi multis ac uariis lucubratiunculis ipſum indagauimus, & per aſtrologicam, eccleſiaſticam, latinam, græcam, hebraicam, atq; chaldaicam ſupputationem inueſtigauimus, nondum tamen diem diuinę crucis myſteriis congruentem, priſcorumq; doctorum opinioni conſentaneum inuenire potuimus, pręſuppoſita uel admiſſa computatione temporum, & annorum ab incarnatione uerbi dei a chronographis inducta, & a romana eccleſia uſq; in hunc diem obſeruata, ac uſu habita. quinimmo ut ingenue uerum fatear ſtante hac annorum ſupputatione impoſſibile mihi uidetur calculo, aut demonſtratione aliqua probari poſſe chriſtum dominum, aut in feſto paſchę iudęorum, aut octauo calendas apriles, aut die ueneris crucifixum fuiſſe. Quanto ergo difficilius & minus poſſibile erit demonſtrare eum crucifixum fuiſſe eo die, quo tria hæc in diem unum concurrerunt uidelicet quod crucifixus fuerit in feſto paſchæ iudæorum, & octauo calendas apriles, & die ueneris. nam ſi nullum iſtorum ſeorſum inueniri poteſt, multo minus hęc tria ſimul in die paſſionis domini concurriſſe demonſtrari poterit. adeo quod non abſurde de hoc dici poſſit, quod Ariſtoteles de quadratura circuli concinne inquit, ſi ſcibile quoddam eſt, ſcientia eius nondum eſt inuenta. ſi enim demonſtrabile eſt chriſtum dominum die ueneris in paſcha iudęorum octauo calendas apriles crucifixum fuiſſe, ſcientia eius adhuc eſt deſiderata. iam enim ex ſuperioribus ſcriptis noſtris manifeſtum eſt quod iuxta uſitatam annorum domini computationem, nunq̃ paſcha iudęorum (in quo dñs crucifixus putatur) accidit octauo calẽdas apriles die ueneris a primo ãno natiuitatis eius uſq; ad ſexaginta, ímo uſq; ad centum annos ſequentes. ſed ſi dñm in uigilia, ſiue paraſceue paſchę die ueneris octauo calendas apriles crucifixum dixerimus, uidebitur congruere dominicæ paſſioni annus ille, qui iuxta uulgatã ſupputationẽ duodecimus ab ĩcarnatione dicitur. ſed tunc neceſſe erit fateri chronographos erraſſe ĩ numeratione annorum

in annis duobus & uiginti. ſic ꝙ annus ille qui iuxta uſitatam com
putationem dicitur annus ab incarnatione duodecimus,fuiſſet ānus
ab incarnatione trigeſimus quartus quo dominus crucifixus credi-
tur. Cunq; inter has ſymplegadas diu uerſatus eſſem,& neq; erro-
rem chronographorum in annis domini numerandis (propter hiſto
riographoꝝ uarietatē)demoſtrare potuiſſē,neq; diē ueneris paſſioni
deputatū adamuſſim.iuenire ualuiſſem,ecce diuino quodam inſtin
ctu per quietem monitus breui momento explanationem eius didi-
ci. non aſtrologica ſupputatione,ſed Ieſu chriſti ſaluatoris noſtri mi
ſericordia,& reuelatione. Ipſe enim eſt qui illuminat omnem homi
nem uenientem in hunc mundum, qui dolos & anfractus labyrin-
thi tecti,ambageſq; reſoluit. cæca regens ueſtigia non fili glomere,
ſed lumine & ſpiritus ſancti radio cuncta illuſtrans. omne nanq; da
tum optimum & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens
a patre luminum. non enim ſufficientes ſumus(ut inquit Paulus)
ex nobiſmetipſis cogitare aliquid quaſi ex nobis,ſed ſufficientia no
ſtra ex deo eſt. tantum enim facit homo quantum diuinitus adiu-
uatur. dei quippe ſententia eſt ſine me nihil poteſtis facere. quod
ergo ſcripturi ſumus a deo accepimus qui poſt multos & immenſos
labores, errorem chronographorum in annis chriſti domini nume-
randis commiſſum,per quietem nobis reuelauit. ſiue inſomnium,
ſiue fantaſma, ſiue ut nobis uiſum eſt apocalypſim uel uiſionem,di
uiniq; numinis oraculum appellare libuerit. Iam enim ueterum au
toritate,& antiquorum monumentis comprobatum eſt complures
ex inſomniis monitos,uel pręclara facinora peregiſſe,uel magna im
pendentia mala præſaga mente uitaſſe. nam ut diſertus ille Home-
rus inquit καὶ γὰρ τ᾽ ὄναρ ἐκ Διός ἐστι. inſomnium etenim ex
deo eſt.& ut Cicero ſcripſit deus cum dormientibus colloquitur. ſi
etiam Hippocrati,Socrati,Platoni,& Ariſtoteli credimus inſomnia
nonnulla oraculi rationē participāt,maximūq; in rebus agendis mo
mentū habere putātur,& diuinitatis aliqd nōnūq̄ pręſe ferūt,ea pręcipue, quę poſt cibi digeſtionē & corporis quietē fieri ſolēt.quādo-
quidē animus noſter corporis mole relaxatus,& ab omni curarū īpe
ditione liber & uacuus,quieſcente ſarcina liberius cōtemplatur, ac
dei cognatione quodāmodo tenet.iacet enī in ſōno corpus dormiētis
uelut mortui, uiuit autē animus,& ea pars animi quę mētis & ratio
nis eſt particeps tūc maxime uiget.īmo Pythagoras, & Plato quo in
ſōnis ueriora uideamꝰ præparatos quodā cultu,atq; uictu ſobrios ad
dormiēdū proficiſci iubēt.ſic enī multa cœlitus diuino quodā afflatu

inſtinctuq; in ſomnis cognoſci ſolent. quinimmo mos ueterũ eſſe ſolebat, ut ſuperſtitioſi in templis nocte dormirent, ut ita per quietem acciperent reſpõſa. quẽadmodũ Suetonius de Accia matre Augusti narrat quam in templo Apollinis dormientẽ a dracone oppreſſam, Octauium filiũ concepiſſe ſcribit. hunc modũ dormiendi in tẽplis priſci uocabant incubare, de quo Virgilius pellibus incubuit ſtratis ſomnoſq; petiuit. docet etiam ſacra ſcriptura multos in ſomno monitos fuiſſe necnon & Ioſeph, atq; Danielem ſomniorũ optimos coniectores & interpretes extitiſſe perhibet. non per habitum ſcientia uel induſtria acquiſitũ, ſed per lumen diuinũ uel propheticũ qđ theologi gratiam gratis datam uocãt. quale & prophetis, ac ſibyllinis uatibus fuiſſe creditur, his pręcipue, qui de chriſto & eius aduẽtu pie ac ſancte uaticinati ſunt. nã ut Petrus apoſtolus in ſecunda ſua epiſtola ſcriptum reliquit, non ĩ uoluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines. ſed his omiſſis ad philoſophos redeamus, qui in animis hominũ aliquid prę ſagiens, atq; diuinans eſſe putarunt, quod tunc maxime uigere dixerunt quando per ſomnum corpore ſopito, & quaſi mortuo anima ipſa uigilat & cõtemplatur. ℂ Sunt enim ſomniorũ & eorum quę uidere ſibi dormientes uidentur, ut Theodoſius teſtatur quinq; principales diuerſitates, & ſpecies. una uocari ſolet inſomnium, quando ſcilicet in ſomno apparent nobis illa circa quę in die uerſati ſumus. fit enim ſæpe ut cogitationes, uel ſermones, uel actus quos ĩ die habuimus ingerãt ſe nobis in ſomno iuxta illud Claudiani. omnia quę ſenſu uoluũtur uota diurno, tẽpore nocturno reddit amica quies. hæc ſpecies nihil diuinitatis in ſe habet & dicitur inſomniũ, non quia in ſomno accidat, hoc enĩ cõmune eſt omnibus quinq; ſpeciebus, ſed quia duntaxat in ipſo ſomno eſſe creditur nullam poſt ſomnũ ſignificationẽ relinquens. ℂ Secũda ſpecies uocari ſolet fantaſma quo in ingreſſu ſomni dormiẽs opprimi uidetur. ſub qua ſpecie continetur diſpoſitio illa qam medici incubũ appellant. uidetur enim fantaſma hoc ſub forma aliqua terribili & horrẽda dormientẽ inuadere, & graui pondere opprimere. huiuſcemodi autẽ fantaſma iuxta medicorum ſentẽtias cerebri & neruorum ęgritudines pręnunciat. nonnunq̃ tamen hęc ſpecierum nomina confunduntur inuicem, & inſomnium aliquando pro fantaſmate ponitur iuxta illud Didonis Anna ſoror quę me ſuſpenſam inſomnia terrent? ℂ Tertia ſpecies uocatur ſomnium ꝙ eſt quando res per quietẽ oblatę teguntur figuris & ambagibus quę niſi ſapientis interpretatione co-

gnoſci & extricari non poſſunt.quale fuit ſomnium Ioſeph quo ui dit manipulos fratrum,ſuum adorare manipulum. tale fuit ſomniũ Pharaonis de ſeptem bobus quod idem Ioſeph īterpretatus fuit. & ſomnium Nabuchdonoſoris de ſtatua illa magna & terribili quod interpretatus fuit Daniel propheta.tale fuit ſomnium Hecubę uxo ris Priami,quę dum Paridem filium in lucem ędere t uiſa eſt parere facem ardentem,quod ſignificabat puerum tũc natum exitium Tro ię,& peſtem pergamo futurum.tale fuit ſomnium matris Phalaridis quę per quietem uiſa fuit parere fluuium ſanguine manātem.quod matris ſomnium immanis filii crudelitas cōprobauit. tale fuit ſom nium Aſtiagis ultimi medorum regis,cui uiſum fuit uitem ex natu ralibus filię enatam ſuis palmitibus totam aſiam obumbrare, quod ſomnium Cyrus primus perſarum rex tunc ex filia Aſtyagis natus comprobauit.tale fuit ſomnium Hamilcaris qui cum ſyracuſas ob ſideret ſomniauit ſe poſtridie cœnaturum ſyracuſis,quod cum mili tibus exultabundus retuliſſet, euentus rei ſomnium comprobauit. licet non ad intentionem ſuam.nam poſtridie a ſyracuſanis captus inuitus ſyracuſis cœnauit.tale etiam fuit ſomnium Hānibalis,qui dum Italiam inuaderet uiſus eſt uidere retro ſe beluam uaſtam & immanem circumplicatam ſerpentibus ſequentem ſe, & cuncta de uaſtantem , quod monſtrum Italię uaſtitatem pręfigurauit. tale fu it ſomnium filię Polycratis Samii tyrāni quę ut Herodotus narrat per quietem uiderat patrem Polycratem a Ioue lauari & a Phœ bo ungi,quod ita euenit. nam a præfecto Xerxis cruci affixus in pa tibulo relictus eſt,ac mox eius cadauer pluuia lotũ deide a ſole adi pe reſoluto perũctum eſt. ¶ Quarta ſpecies uocatur uiſio quando ſcilicet id quod quis in ſomno uidit eodem modo quo apparuit eue nit. quales fuerunt nonnullę prophetarum & ſibyllarum uiſiones licet etiam extra ſomnium diuino afflati ſpiritu uera ſemper pręd xerint. tale fuit ſomnium Socratis qui dum detentus eſſet in cuſto dia publica prædixit Critoni ſuo familiari ſibi poſt tertiũ diem eſſe moriendũ,ꝗ euentus rei cōprobauit.tale etiā fuit ſomniũ Sophoclis quo apud areopagitas detexit furē qui paterā aureā ex æde Herculis ſurripuerat. tale fuit ſomniũ ꝗ narrat Cicero de duobus arcadibus qui cũ iter una facerēt,& megarā ueniſſent,alterũ ad cauponē,alterꝝ ad hoſpitē diuertiſſe,qui ut cœnati quieſcerēt, cōcubia nocte uiſum eſſe in ſomniis ei qui erat in hoſpicio illũ alterũ orare ut ſubueniret ꝗ a caupone interitus ſibi pararetur.eũ primo perterritum ſomnio ſurrexiſſe,deinde cũ pro nihilo hoc ſomnium habendũ eſſe duxiſſet,

recubuiſſe.tunc ei dormienti eundem illum denuo apparuiſſe,eum ꝙ rogare ut quoniam ſibi uiuo non ſubueniſſet,ſaltem mortem ſu am ne inultam eſſe pateretur, ſe interfectum a caupone in plauſtrũ eſſe coniectum ,& ſupra fimum ac ſtercus iniectum petere ut mane ad portam adeſſet,prius quam plauſtrum ex oppido exiret. hoc ue ro ſomnio eum commotum mane præſto ad portam fuiſſe, quæſiſ ſe ex bubulco quid eſſet in plauſtro,illum perterritum fugiſſe,mor tuum erutum eſſe,cauponem re patefacta pœnas dediſſe . Tale fuit ſomnium Crœſi regis quo filium ſuum ferro ſibi ereptum per quie tem uidit, quod non obſtante diligenti cuſtodia omnino euenit.Ta le fuit ſomniũ Calphurnię uxoris Cæſaris, quæ ea nocte cui illuxit dies cędis eius,uiſa eſt uidere eũ multis uulneribus confectũ iacere in ſinu ſuo, quo ſomnio exterrita rogare Cęſarẽ nõ deſtitit,ut pro xima die a curia ſe abſtineret, ſed iſte ne muliebri ſomnio motus id feciſſe uideretur,ſuaſione decimi Bruti conſcii parricidii ad curiam acceſſit,in qua occiſus fuit.Tale fuit ſomnium Artorii medici quo cæſar ipſe Auguſtus e manibus Bruti hoſtis euaſit . Tale etiam fuit ſomnium Arterii Rufi ęquitis romani qui per quietem uiſus eſt ui dere ſe dum gladiatorum munus inſpiceret retiarii cuiuſdam manũ tranſfodi,quod die ſequenti poſtquã multis in theatro narraſſet fac tũ fuit. ¶ Quinta ſpecies eorũ quæ per quietem uidentur uocatur oraculũ quod eſt cum in ſomnis parens,uel amicus uita functus,uel alia ſancta grauiſq; perſona ſeu ſacerdos,uel Angelus,uel etiam de us ipſe aperte eu enturum,uel faciendum aliquid, uitandumue reſ ponſo aliquo, uel admonitione denunciat.Tale fuit ſomnium Ale xandri magni quo prę monitus fuit ut ſibi a Caſſandro caueret,& ui tę ſuę cuſtos eſſet diligentior.Tale fuit ſomnium Caii gracchi quo a fratre Tiberio tunc tumultuoſe necato commonefactus fuit,ꝙ fatũ quo ipſe perierat euitare non poſſet. Tale fuit ſomnium Simonidis poetę quo a naufrago per eum ſepulturæ tradito monitus,ne die il lo nauem conſcenderet,naufragium euaſit.Tale fuit ſomniũ Marci ciceronis quo de reditu eius ab exilio reſpõſum a Mario per uiſum accepit. huiuſcemodi exemplorum plena eſt ſacra ſcriptura.nam ut euãgeliſta Matthæus teſtatur angelus domini apparuit Ioſeph in ſomnis, & monuit eum ut inſidias Herodis una cum matre & pue ro euaderet,& in ægyptum fugeret. idem monuit magos per quie tem,ne ad Herodem redirent, ſed per aliam uiam reuerterentur in regionem ſuam.deus quoq; per angelum ſuum reuelauit Ioãni euã geliſtæ omnia quę in apocalypſi ſcripta ſunt.Et angelus domini ap

paruit Cornelio centurioni indicans ei ut accerſiret Petrum apoſto lum qui eum in fide inſtrueret. hoc autem quod nos uidere uiſi ſu mus qua ſpecie comprehendi poſſit, aut quo nomine nuncupari de beat, lectoris arbitrio committimus. nihil enim noſtra intereſt quo nomine appelletur, etiã ſi inſomniũ nuncupari libuerit ſiue per cor neã portã qua uera mõſtratur, ſiue ꝑ eburneã magis denſã atq; falacẽ delatũ uelit. licet iuxta latinæ linguæ proprietatem uiſio uel oracu lum uocari poſſit. nos in præſentia totum aggregatum uiſionem & partes eius quinquaginta oracula ob totidem reſpõſa appellabimus quod ſi non placuerit, uocentur ſaltem argumenta. ſed utrunq; ſit, & quodcunq; nomen acceperit, hoc quod dicere uolumus tale eſt. Cum dominicæ paſſionis diem multis ac uariis lucubrationibus et methodis indagare conatus eſſẽ, eiuſq; ſupputationẽ in manus ſæpe numero adduxiſſẽ, & per obſeruationes Ptolemæi aliorũq; aſtrolo gorum indagare contendiſſem, cunq; nuper heſterno ſcilicet ueſpe ri in multam & intempeſtam noctem iam prope auroram calculi ſup putationes produxiſſem, tandem defatigato animo lectum petii, ubi poſtquã pauliſper requieuiſſem, ecce uiſus eſt adeſſe mihi ſenex qui dam infulatus, ſtatura procerus, uultu placidus atq; decorus, aſpectu ipſo & habitu ſanctitatis ĩſignia diuiq; Pauli apoſtoli effigiem præ ſe ferens, qui uoce benigna me compellãs & manu a ſomno excitans, deſine inquit mi Paule calculo hæc indagare, deſine ob hæc noctes inſomnes ducere, niſi primum errata chronographorum in annis chriſti ſaluatoris numerandis didiceris. hæc inueſtigare ſatage, hæc inuenire contende, quoniam in his difficultas indagandi diem quo crucifixus fuit chriſtus conſiſtit, quãdo quidẽ & tẽporũ ſcriptores an nos chriſti non adamuſſim quadrarunt. quæ ſi inuenire deſideras, ſi chronographoꝝ errata in ãnis ab incarnatione chriſti numeratis co gnoſcere gliſcis, ſi dominicæ paſſionis diem quem tantopere quæris inuenire optas, reſpice ſurſum, & uiſa animaduerte ac memoriæ cõ menda, & ꝙ longo iam tẽporis tractu calculo perſcrutari fruſtra cona tus fuiſti, nunc breui momẽto percipies, & oculata fide cõſpicies. cũ q; attonitus ſuſpexiſſem, & in cœlum oculos intendiſſem, uiſus ſum uidere cœlũ apertũ, & in eo intueri uiſionẽ illã quã Sibylla tyburti na Octauio auguſto tũc ĩperatori per uiſum mõſtraſſe fertur Romę in loco qui uocatur ara cœli, quẽ nũc diui Franciſci religio inhabitat nã cũ Octauius poſt deuictũ Antoniũ rerũ potitus Roma reuerſus eſſet, populuſq; romanus (ut ſcribit Suetonius) ſummos & diuinos ei honores decreuiſſet, reges quoq; ac ſocii, & ſinguli in ſuo quiſq; re

gno Cęſareas urbes cõdidiſſent,& cũcti ſimul ædem Iouis olympii Athenis antiquitus inchoatã perficere cõmuni ſũptu genioq; eius dicare deſtinaſſent,renuit Auguſtus mortalẽ ſe noſcẽs diuinos ſibi honores ĩpedi.tñ iſtãtibus ĩportune amicis,populoq; romano ſolicitãte ut honores a ciuibus ſibi oblatos ſuſciperet,Sibyllã illã tyburtinã a priſcis romanis maxime honoratã(ut ſcribit Innocẽtius papa tertius)ſuper deificatione ſua cõſulere ſtatuit,quæ Ieſũ Chriſtũ tũc natũ prænoſcẽs(uenerat enĩ tũc plenitudo tẽporis a prophetis,& aliis ſibyllinis uatibus de Chriſto prænũciata)temere hæc ab eo deſiderari reſpõdit:ſed ſurſũ ad ſtellã magoꝝ aſpiciẽs pueꝝ nuꝑ natũ romanoꝝ oĩum deũ futuꝝ digito ei oſtendit,quẽ mater uirgo pulcherrima radiis ſolis amicta,& ſtellis coronata,ac lunã ſub pedibus habẽs,ĩ brachiis tenebat.eiuſq; effectus & ꝓprietates.27.uerſibus Sibylla expoſuit quoꝝ lřæ capitales ĩ uicẽ collectæ & ꝑ ordinẽ cõbinatę has dictiones gręcas cõſtituũt.ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτήρ.hoc eſt latine.Ieſus Chriſtus dei filius ſaluator.Hos uerſus de Chriſto ſcriptos Auguſtinus libro 18.de ciuitate dei Sibyllę erythrę attribuit alii nõnulli Sibyllæ cumææ cõſignãt,quę aureũ ſæculũ tẽpore Auguſti ĩperatoris futuꝝ præuaticinata fuerat.utcunq; ſit,Auguſtus hoc oſtẽto deterritus & mente cõſternatus,animũ a deificatione ſui diuertit ac reuocauit:& procidẽs ĩ terrã pronus adorauit pueꝝ.& in eodẽ loco cubiculi ſui altare deo cõſtruxit,qđ arã cœli appellauit. tũc quoq; tẽplũ ſalutis populi romani uetuſtate collapſũ ĩſtaurari iuſſit.qppe poſt hac nõ ſolũ diuinos honores renuit,ſed neq; dñm ſe uocari paſſus eſt.imo ut refert Suetonius cũ ſpectãte eo ludos ꝓnunciatũ eſſet a pãtomimo O dñm æquũ & bonũ,& uniuerſi quaſi de ipſo dictũ exultãtes cõprobaſſent,eiq; applauſiſſent,ſtatĩ manu uultuq; ĩdecoras adulationes repreſſit,& in ſequẽti die grauiſſimo corripuit edicto.dñmq; ſe poſt hac appellari nec a liberis qdẽ aut nepotibus ſuis,uel ſerio,uel ioco paſſus eſt.qđ & Tiberius uiuẽte Chriſto obſeruauit.nã ut idẽ trãquillus ſcriptũ reliqt,Tiberius dñus appellatus a quodã,denũciauit ei ne ſe ãplius cõtumeliæ cauſa noĩnaret,neq; ſibi tẽpla flamines,uel ſacerdotes decerni ꝑmiſit:neq; ſtatuas aut imagines ſibi poni ĩtra ſimulacra deoꝝ paſſus eſt.ſed poſtq̃ Ieſus ĩ cœlũ aſſũptus terrã reliqt Caius caligula q poſt Tiberiũ ſceptrũ ĩperii orbis tenebat dñi nomẽ uſurpauit.nã ut ſextus aurelius ſcripſit ĩpoſito ſibi diademate iuſſit ſe dñm nominari.quinimo nõ ſolũ domini titulũ ſibi aſſumpſit,ſed & dei nomen temere ſibi arrogare auſus fuit,& ſimulacrum ſuum aureum iconium in templo ut dei imaginẽ ado

rari fecit:ſeq; latialem Iouem ſalutari uoluit:ſæpe etiam inter Caſtorem & Pollucem fratres medium adorandum ſe adeuntibus exhibuit.ſtatuam quoq; ſuam hieroſolymis ĩ templo collocari iuſſit ſed his poſthabitis ad oraculum rediens uidi etiam in circuitu pueri & matris eius ſtare chorum trigintaquinq; pontificum laudantiũ deum,omnium inquam a Petro apoſtolo uſq; ad Silueſtrum,numero & ordine quo apoſtolicam eccleſiam rexerant.erantq; infulati omnes,& ornati purpureis ſtolis martyrii palmã ferentes, præter Marcum & Silueſtrum,qui confeſſorum inſtar candidis amicti fuerunt.didici etiam tres in hoc choro adeſſe pontifices de quibus Euſebius neq; in ſuis chronicis,neq; in eccleſiaſtica hiſtoria mentionẽ ullam facit, uidelicet Cletum,Marcum, & Marcellum. animaduerti etiam ex ſerie,& locis ipſorum Silueſtrum in ordine extitiſſe trigeſimum quintum, quem Euſebius ſecundum poſt trigeſimũ eſt arbitratus.cunq; deorſum magis uertiſſem obtutum,uiſus ſum uidere Cyrinum ſyriæ præſidem cenſum in iudæa ſcribentẽ,& de ob id ciuitatem hieroſolymam multis ſeditionibus tumultuantẽ. uidi etiam Herodẽ aſcalonitam iudæorum regem tres magos(Chriſtum cum muneribus quærentes)conſulentem,ac de Meſſiæ natiuitate ſciſcitantem.Danielem quoq; prophetam hebdomadas ſeptuaginta uſq; ad Chriſtum numerantem. & ſeptuaginta ĩterpretes annos uſq; ad Meſſiæ aduentum computantes.uidi & Iulium cæſarem ſolis curſum obſeruantem,anniq; ſolaris rationem romanis inſtituentem.& Octauium Auguſtum errorem in anno Iulii a ſacerdotibus temere commiſſum,corrigentem.uidi & Cenſorinum annos monarchiæ Auguſti diſtinguẽtem.Dionyſium quoq; abbatem romanum annos ab incarnatione uerbi dei numerantem. uidi & crucem ſanctam in uertice montis caluariæ erectam,& ipſum dei uerbũ incarnatũ crucifixũ ac deſuper ſolẽ eclipſatũ. uidi & idolũ Iouis olympii,Ammonis,Panos quoq;,& Iani, Apollinis,Aeſculapii,Herculis,reliquorumq; gentiliũ deorum ſimulacra,fulmine percuſſa in terrã corruere.uidi & Iani tẽplũ claudi,& ſalutis,pacis,atq; cõcordiæ tẽpla erigi & aperiri,multiſq; ſacrificiis frequẽtari.nec nõ & agnũ ĩmaculatũ ubiq; terrarum in tẽplis pro ſalute humani generis ĩmolari.& ſuper hæc oĩa ſtellã magorum ĩ cœlo diſcurrere,& ſolẽ ipſũ Chriſti mortẽ ſignificare.uidi & ſcorpiũ occidere,& pleiades humeros releuare paternos.Paulũ quoq; apoſtolũ de plenitudine tẽporis diſſerẽtẽ,& Chriſtũ crucifixũ de cõſumatione ſcripturarum e cruce nos docẽtẽ audiui. uidi & alia multa quę lõgũ foret enarrare.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cũq; arcana hęc ĩtuit⁹aliquãdiu cõtẽplat⁹fuiſſẽ aĩaduerti hoc ſpecta culũ diuiſũ eſſe ĩ oracula quĩquagĩta plus uno qđ Chriſt⁹ erat : & ĩ regiones quatuor ſcilicet ſuperiorẽ & ĩferiorẽ, dextrã atq; ſiniſtrã, cruce una cũ Ieſu crucifixo ĩ medio oraculoꝝ erecta : quoꝝ quinq; & uiginti ſurſũ & a dextris collocata, errorẽ chronographoꝝ ĩ ãnis Chriſti dñi numerãdis mõſtrabãt, & diẽ paſſionis ei⁹ ꝑ paſcha iudęo rũ docebãt. reliqua quinq; & uiginti deorſũ & a ſiniſtris poſita diẽ paſſionis Chriſti ꝑ prima oracula ĩuentũ totidẽ ſignis & myſteriis ex faſtis gẽtiũ ſũptis cõfirmabãt, quæ oĩa Ieſus crucifixus ex cruce ĩ medio oraculoꝝ erecta cõprobabat. primã & ſuperiorẽ ſedẽ pontifi ces romani poſſidebãt. ſecũdã cyrinus ſyriæ pręſes cẽſus deſcriptor tenebat. tertiã Herodes rex ĩpius ĩuaſerat qui tres magos ĩ proximis ſedib⁹ locatos ſup Chriſti natiuitate cõſulebat. poſt hos Daniel ꝓ pheta & .70. interpretes & Chriſti euãgeliſtæ ſua oracula reddebãt poſt eos Iulius cæſar ſolis curſũ obſeruãs & auguſtus ãnũ Iulii emẽ dãs ac cæteri multi ſuas ſedes tenebãt, qui ſuis locis patebũt. quib⁹ perſpicuũ erit eũdẽ paſſionis diẽ lõgo tẽporis ĩteruallo ante Chriſti natiuitatẽ nõ ſolũ in cœlo ſignificatũ, ueꝝ etiã ĩ romano calẽdario ãnotatũ ac deſignatũ, & priſcoꝝ cerimoniis præfiguratũ fuiſſe : quĩ ĩmo eodẽ paſſionis die oẽs, uel præcipuos gẽtiũ deos extĩctos fuiſſe ſub idẽ quoq; tẽpus Tiberio ĩperatori nũciatũ fuit magnũ deũ pana mortuũ eſſe. eodẽ etiã die obſeruabaẽ a romãis feſtũ Iani, ab ægyp tiis feſtũ Ammonis, & ab oĩbus feſtũ iouis olympii. q dæmones ſub idẽ tẽpus extĩcti ſũt. eodẽ etiã die cõſecratũ fuit romæ tẽplũ ſalutis tẽplũ pacis, tẽplũ cõcordiæ, & tẽplũ Iani. eodẽ etiã die nõ ſolũ hiero ſolymis ueꝝ etiã ꝑ uniuerſũ orbẽ ĩmolabatur agn⁹ alb⁹ ĩmaculat⁹ pro ſalute humani generis, ꝓ pace & cõcordia ĩpetrãda. aduenerat etiã tũc plenitudo tẽporis ꝑ ſtellã magoꝝ ſignificata, & ꝑ ortũ atq; occaſũ ſignoꝝ præfigurata. his itaq; & aliis multis ĩſpectis a me & cõſideratis obſtupui & quaſi mẽte excedere uiſus ſũ. tũc illico diſpa ruit ſenex, ac cœlũ denuo claudi uidebatur, & inferiora oĩa ſubito euanuerunt. ego uero inſolita uiſione territus & experrectus quaſi attonitus cœpi mecum cogitare & mente uerſare quæ per quietem uidere atq; audire uiſus ſum. nec ſopor illud erat, ſed corã agnoſce re uultus, uelataſq; comas, præſentiaq; ora uidebar. itaq; ad ſacros codices eueſtigio recurrẽs, cõperi me nõ ſomniaſſe, ſed uiſionẽ luce meridiana clariorẽ uidiſſe, diuinaq; oracula audiſſe. ĩueni nãq; oĩa uera eſſe eo ordine quo per uiſionẽ præoſtẽſa & mõſtrata fuerãt. quẽ admodum ſequentibus libris declarare aggrediemur ĩ quib⁹ ꝑ quĩ

q̄ & uiginti prima oracula probabimus chronographos in ānis chriſti domini numerandis erraſſe, quamobrem impoſſibile fuit diem paſſionis chriſti ante hæc tempora recte inueſtigare. quem dei gratia (errore hoc diſcuſſo) per paſcha iudæorum monſtrabimus. ipſumq; ſic inuentum, per reliqua uiginti quinq; oracula a ſiniſtris collocata & per paſcha & feſta gentium confirmabimus. ac tandem per ultimum oraculū ieſum chriſtum ex cruce nos docentem omnia comprobabimus. Nunc a prima ipſorū ſede pontificibus deputata exordiemur. conſtat nanq; per idoneos hiſtoriographos tres illos pontifices quos in choro cœleſti adeſſe uidimus, & ab Euſebio & aliis chronographis penitus neglectos diximus, non ſolum romanæ eccleſiæ præfuiſſe, uerum etiam in ſanctorum catalogo annumeratos eſſe, & memoriam ipſorum a romana eccleſia recoli, licet nullam de eis Euſebius mentionem fecerit, neq; in pontificum numero collocauerit. cunq; horum trium pontificum annos quibus romanam rexerunt eccleſiam ſupputarem, inueni præciſe annos uiginti duos quos tantopere quærebam & quos chronographis deeſſe oſtendi ad demonſtrandum dominum octauo calendas apriles die ueneris crucifixum fuiſſe quemadmodum nunc declarare aggrediar. conſtat nanq; Euſebium nullam feciſſe mentionem de Cleto pontifice, qui Lino ſucceſſit, neq; in ſuis chronicis, neq; in eccleſiaſtica hiſtoria, arbitratus fortaſſe Anacletum illum quem ipſe tertio, ſed alii quinto loco ponūt eundem cum Cleto fuiſſe, & tertio loco collocaſſe. unde libro quinto capite ſeptimo catalogum pontificum repetens ſic inquit. fundata igitur & ędificata eccleſia beati Petri apoſtoli, Lino officiū epiſcopatus iniungunt huic ſucceſſit Anacletus, poſt quem tertio loco epiſcopatum ſuſcepit Clemens, & paulo poſt ſubiungit, huic Clemēti ſucceſſit Euariſtus, deinde Alexander, poſt hunc ſextus ab apoſtolis ordinatur Sixtus, poſt quem Teleſphorus, poſt hunc Iginus, deinde Pius, poſtquē Anicetus, huic ſucceſſit Soter. ecce nullā mētionē facit de Cleto. q̄ autē Cletus & Anacletus diuerſi fuerīt pōtifices, Damaſus papa libro ſuo de uitis pontificū, Hieronymus quoq; ī martylogio, ac cæteri in ſanctoꝝ catalogo docēt. Cletus nanq; ſecundus poſt Petrū natiōe romanus ſub Domiciano martyrio eſt coronatus. Anacletus uero quartus poſt Petrū fuit atheniēſis & ſub Traiano palmā martyrii accepit. Cletus ſedit ānis undecim, mēſe uno cuius paſſio recolitur ſexto calendas maii. Anacletus uero ſedit ānis nouē, mēſibus duob⁹. & eius memoria recolit̄ tertio idus Iulii. Similiter de Marco papa huius noīs prīo q Fœlici ſucceſſit nulla apud Euſebiū fit mētio,

neq; in eius chronicis,neq; in eccleſiaſtica hiſtoria,imo utrobiq; im/ mediate poſt Fœlicem,Eutychianum collocauit. quinimmo plane dicit Fœlicem reliquiſſe ſedem Eutychiano,ſic inquiens libro ſepti mo eccleſiaſticę hiſtorię capite uigeſimooctauo,Ex hoc igitur tempo re manichæorum hęreſis uſq; in hodiernum diem diffunditur, nam eo tempore exorta eſt quo Fœlix in urbe Roma eccleſię præerat,qui per quinq; annos adminiſtrato ſacerdotio Eutychiano ſedem reli/ quit. ecce Euſebius nullam faciens mentionem de hoc Marco pri/ mo dicit Eutychianum poſt Fœlicem eccleſię præfuiſſe. cum tamen hiſtoriographi nonnulli qui uitas pontificum accuratius ſcripſere, Marci huius meminerint poſt Fœlicem collocantes eum. de quo in catalogo ſanctorum ſic legitur Marcus huius nominis primus ex patre Probo Fœlici in epiſcopatu ſucceſſit,& ſedit annos octo, men ſes duos,dies decem.& hic ſolus de tantorum numero pontificũ qui fuerunt a beato Petro apoſtolo uſq; ad Siluestrum papam martyri/ um euaſit,& requieſcit in eccleſia in qua primum preſbyter ordina tus fuerat,quæ uſq; in hunc diem eccleſia ſancti Marci nominatur. deniq; ubi de Eutychiano mentio fit ſic legitur.Eutychianus papa & martyr Marco primo in epiſcopatu ſucceſſit. ex quibus manifeſ tum eſt Marcum hunc ſedem habuiſſe inter Fœlicem & Eutychiã num,& aliũ fuiſſe ab eo Marco qui Silueſtro ſucceſſit,quem in chro nicis uſitatis primum uocant,nullam de prædicto Marco mentionẽ facientes.quod fortaſſe ideo accidit,quia ſolus iſte Marcus inter om nes pontifices qui a beato Petro apoſtolo uſq; ad Silueſtrum papã excluſiue trigintaquatuor numero fuerunt,ſolus inquam martyri/ um euaſit. quo factum eſt ut diacones ,ſiue protonotarii quorum officium fuit geſta martyrum & eorum paſſiones conſcribere, nullã de hoc Marco mentionem fecerint,cum martyr non fuerit.celebra tur huius Marci memoria nonis octobris.Similiter de Marcello põ tifice qui Marcellino ſucceſſit nulla facta eſt mẽtio in chronicis Eu/ ſebio aſcriptis,arbitranti fortaſſe eundẽ fuiſſe cũ Marcellino. quod autem alius fuerit a Marcellino,patet per Damaſum, Hieronymũ ac cęteros hiſtoriographos,qui utriuſq; uitã exponunt,& diuerſa de eis capitula ſcribunt. diuerſis etiam temporibus romana eccleſia ip ſorũ memoriam recolit.Marcellinus nanq; ſexto calendas maii ſub perſecutione Diocliriani martyrio coronatur.ſed Marcellus.17. ca lendas februarii ſub Maxentio migrauit.Marcellinus natione ro/ manus ex patre proiecto de regione capritauri ſedit ãnos octo.Mar/ cellus uero natione romanus ex patre Benedicto de regione uię latę

ſedit annos quinq;.hic corpus Marcellini poſt trigita dies necis eius clam ſepulturæ tradidit & iuxta corpus ſancti Petri ĩ uaticano ſepeliuit.hic fecit cœmiterium in uia ſalaria,& titulos quinq; & uiginti eccleſiarũ in urbe Roma quaſi diœceſes ad cõmoditatẽ baptiſmi inſtituit. mortuus eſt in catabulo ĩ quo poſtea eccleſia cõſtructa nomini eius dicata fuit.patet itaq; diuerſos fuiſſe põtifices Marcellinum & Marcellum.Manifeſtum eſt igitur ex prędictis ꝙ chronica uſitata Euſebio aſcripta quibus & reliqui omnes annorũ ſupputatores innituntur, deficiunt in temporibus trium pontificum prædictorum, ſcilicet Cleti,Marci Primi,& Marcelli, quorum ſi annos collegeris inuenies annos uiginti duos in quibus chronographi omnes & temporum ſupputatores errauerunt,quod fuit probandum. Nec mirũ uideri debet ꝙ Euſebius cæſarienſis pontifices aliquos neglexerit, nam uſq; ad tempora Euſebii & Conſtantini imperatoris eccleſia chriſtiana continuis perſecutionibus,& tribulationibus uexata fuit quando quidem nõ ſolum pontifices,ſed & chriſtiani omnes paſſim necabantur.atq; etiam codices ſacri in quibus catalogus pontificum continebatur per totum orbem combuſti fuerant præter paucas epiſtolas quas tandem Alexander hieroſolymorum epiſcopus in bibliotheca quam conſtruxerat collegit,ex quibus Euſebius ipſe totius operis ſui,& hiſtorię ſcribendę materiam ſe ſumpſiſſe fatetur.quemadmodum uidere licet libro ſexto eccleſiaſticæ hiſtorię capitulo decimooctauo . his ſic diſpoſitis dominicę paſſionis diẽ indagabimus.

¶ Inueſtigatio diei paſſionis domini iuxta annorum rationem iam expoſitam.

POſtquã errorẽ chronographorũ ĩ uiginti duobus annis monſtrauimus, ſupereſt ut dominicę paſſionis diem iuxta nouam hanc ſupputationem inquiramus.pro quo indagando perſcrutari oportet lunam quartamdecimã & paſcha hebręorum anno domini(iuxta uulgatam dionyſiacam computationem) duodecimo,nã cũ dñs ſecundum orthodoxos eccleſiæ doctores crucifixus credatur anno incarnationis ſuę trigeſimo quarto currente ; & iam oſtendimus chronographos & ipſum Dionyſiũ qui hanc annorũ ſupputationem primum induxit, erraſſe in annis uiginti duobus,ponẽtes minus q̃ deberẽt,ſi loca planetaꝝ ĩueſtigare uelimus ĩ ãnõ paſſionis dñi, quęrẽda erũt iuxta uſitatã cõputationẽ ãno duodecimo: quia annus ille ſecundũ hanc nouã rationẽ fuiſſet annus incarnationis uerbi trigeſimus quartus quo crucifixus credit.

Inuenimus itaq; oppoſitionem luminariū quam quintamdecimam lunam appellant,fuiſſe uigeſima ſexta martii die ſabbati. quo die iu dæi paſcha ſuum celebrabant .quamobrem ſolliciti erant ne corpo ra mortuorum remanerent in cruce in ſabbato.erat enim ut euange lium teſtatur magnus ille dies ſabbati.fuit ergo luna quartadecima & paraſceue paſchæ die uigeſimaquinta martii,quæ fuit dies ueneris & octaua calendas apriles quando orthodoxi dominum crucifixum perhibent.quo die iudęi agnū paſchalē uorabāt.nā ut Ioannis euan geliū teſtatur iudęi nō introierūt ī prætoriū Pilati ne cōtaminarenť, ſed ut mādūcarēt paſcha.ſunt etiā hæc cōſentanea hebraicæ ſupputa tioni.fuit nāq; ānus iſte decimus ī cyclo lunari,cuius lunatio menſis tiſri fuit feria quarta,hora.15.cū punctis.837. quāobrem neomenia anni obſeruata fuit feria quinta,& fuit annus mediocris,non excre/ ſcens,neq; deficiens,conſtans diebus.354.& per conſequens paſcha celebratum fuit die ſabbati quintadecima menſis niſan,quæ fuit di/ es.26.martii iuxta doctrinam ſuperioribus libris expoſitam.iudęi er go comederunt agnum paſchalem die ueneris.25.martii ad ueſperas quo die chriſtum dominum crucifixerunt. Sed contra prędicta poſ/ ſet aliquis inſtare & dicere,quamuis chronographi errauerint in an/ nis pontificū prædictorum,etiam ſi hos tres pontifices penitus negle xerint,tamen ex hoc non poteſt demonſtratiue inferri aut concludi erraſſe eos in annis chriſti domini numerandis, quia potuiſſent hūc numerum annorum chriſti in annis trium pontificū deperditum ali bi inſtauraſſe,& tāto plures annos aliis pōtificibus attribuiſſe.quip/ pe ea quæ poſt chriſti natiuitatem acciderunt,annos natalis eius im/ mutare non poſſunt.nihil ergo refert ad annos natiuitatis uel incar/ nationis domini computandos ꝙ chronographi errauerint in annis pontificum,uel imperatorum,uel regum gothorū numerandis,quia omnia hæc exorta ſunt poſt chriſti natiuitatem.huic argumento reſ ponderi poteſt ꝙ licet incarnatio uerbi dei, uel natiuitas chriſti prę/ ceſſerit pontifices iam dictos,tamen computatio temporū ab anno incarnationis non pręceſſit hos pontifices,immo īſtituta fuit primū a Dionyſio abbate romano quingentis annis poſt chriſti natiuitatē & ergo argumentum non obſtat quī Dionyſius errare potuiſſet in annis chriſti domini numerandis,ob errorem in annis pontificū cō/ miſſum,uel ob annos trium pontificū penitus neglectorū.quia Dio nyſius iſte uolens inducere computationē temporū ab īcarnatione uerbi dei inueſtigauit numerum annorū a natiuitate eius tranſacto rum a poſteriori per annos pontificū interceptos uel tranſactos inter

annũ natiuitatis chriſti,& tẽpora ſua, ſi ergo errauit in annis trium pontificum, neceſſe eſt eum erraſſe etiam in computatione anno-rum chriſtianæ ſalutis, quod fuit probandum. Verum licet hæc probabiliter tueri poſſint, tamen quia non demonſtrant ueram & præciſam annorum incarnationis uel natiuitatis domini numeratio nem, ad ſecundum uiſionis oraculum nos transferemus, & per cen-ſus deſcriptionem annum dominicę incarnationis & paſſionis diem perquiremus.

¶ Caput ſecundum proximum uiſionis oraculum ſcrutatur, & per cenſus deſcriptionem a Cyrino pręſide ſyriæ in iudæa factam dominicæ paſſionis diem inquirit, probans chronographos in an-nis chriſti domini numerandis erraſſe.

SEcundam uiſionis ſedem tenebat Cyrinus roma-nus uir conſularis, ſyriæ præſes ac cenſus in iudæa primus deſcriptor. Conſtat nanq; per euangelicam doctrinam chriſtum dominum ſaluatorem noſtrum natum fuiſſe eo anno quo in iudęa cęſaris ędicto fa-cta fuit prima cẽſus deſcriptio. hoc Lucas euangeliſta docet ſic ſcri-bẽs. In diebus illis exiit edictum a Cæſare Auguſto ut deſcriberetur uniuerſus orbis, hęc deſcriptio prima facta eſt a præſide ſyrię Cyri-no, & ibant omnes ut profiterentur ſinguli in ſuam ciuitatem. aſcen dit autem & Ioſeph a galilęa de ciuitate Nazareth in iudæam ciuita tem Dauid quæ uocatur bethleem, eo quod eſſet de domo & fami lia Dauid, ut profiteretur cum Maria deſponſata ſibi uxore pregnã te. factum eſt autem cum eſſet ibi, impleti ſunt dies ut pareret, & pe perit filiũ ſuũ primogenitũ, & reliqua. ex quibus liquide patet chri-ſtum dominum natum fuiſſe eo anno quo facta fuit in iudæa prima a præſide ſyrię Cyrino cenſus deſcriptio. ſed Ioſepho hiſtoriogra-pho autore, facta fuit hęc deſcriptio anno ſeptimo et trigeſimo poſt actiacam uictoriam, ut idem teſtatur libro antiquitatis Iudaicę de cimo octauo capite quinto, ubi ſic inquit. interea Cyrinus opibus Archelai reſtitutis deſcriptioneq; perfecta, quę facta eſt trigeſimo ſep timo anno poſtquam Antonius actiaco bello fuerat a Cæſare ſu-peratus, Iozarum pontificem ſeditionem a multitudine paſſum ſa cerdotali deponit officio, Ananum in pontificatu ſubſtituens. ſi er go chriſtus natus fuit ut Lucas euangeliſta teſtatur, tempore primæ deſcriptionis cenſus per Cyrinum factę ſequitur eum natum fuiſſe

anno trigeſimo ſeptimo poſt actiacam uictoriam.ſed Euſebius & reliqui chronographi ſcripſerunt eum natum anno uigeſimo octauo poſt actiacam uictoriam,ergo iuxta Ioſephi ſupputationem natus fuiſſet tardius per ãnos nouem quã Euſebius & alii chronographi prodiderunt. fuit autem hęc actiaca uictoria ut idem Ioſephus teſtatur libro antiquitatis quintodecimo,capite quinto, olympiade centeſima octuageſima ſeptima,quod & ipſe Euſebius in ſuis chronicis affirmare uidetur,ubi ſub anno tertio eiuſdem olympiadis annotauit Antonium & Cleopatrã a Cęſare ſuperatos ſemet ĩterfeciſſe. ꝙ ſi ab hoc tẽpore computauerimus annos triginta ſeptẽ uſq; ad cenſus deſcriptionẽ ſub qua natus eſt chriſtus,cõperiemus eum natũ fuiſſe anno quarto olympiadis centeſimę nonageſimę ſextę, ſcilicet per nouem annos tardius quam chronographi prodiderunt. ¶ Pro declaratione dictorũ animaduertendum eſt quod Ioſephus diligentiſſimus atq; pręcipuus hebraicę hiſtorię ſcriptor expreſſe docet hanc cenſus deſcriptionẽ per Cyrinũ factã fuiſſe poſt Herodis aſcalonitę interitũ,ĩmo nono uel decimo anno poſt mortẽ eius,quãdo iam Archelaus ĩ exilium miſſus fuit,& regnum iudęorum in prouinciã redactũ, adminiſtrationi ſyrię fuit cõiunctũ.conſtat nãq; ex hiſtoria eius Cyrinũ ſyrię pręſidẽ & Coponiũ iudęę rectorẽ huiuſcemodi cenſus deſcriptores nõ ueniſſe in ſyriã neq; in iudęã niſi poſt mortẽ Herodis aſcalonitę.quãobrẽ miror ꝙ Euſebius Cęſarienſis,& alii nõnulli iuniores chronographi arbitrati ſint hãc cenſus deſcriptionẽ factã fuiſſe ſex ãnis ante Herodis aſcalonitę ĩteritũ quãdo quidẽ autores pręd[i]cti de tẽpore huius cenſus ſcribẽtes,nullũ aliũ autorẽ prę ter Ioſephũ adduxerint,neq; aliũ teſtẽ citauerint.quẽ(ut lector ſcriptis eius indubitatam fidem adhibeat)illuſtrem hiſtoriographum uocant,ſi ergo Ioſepho(ut deſiderãt)credendũ eſt,perſpicuũ erit, hanc primã cẽſus deſcriptionẽ factã fuiſſe poſt Herodis aſcalonitę ĩteritũ erat quippe ut ipſe aſſerit pręſes & rector ſyrię ſuperſtite adhuc Herode aſcalonita,atq; etiã poſt mortẽ eius Quintilius uarus,& ante eũ fuerat Saturninus qui licet ĩ iudęã aliquãdo uenerit, nullã tamẽ cenſus deſcriptionem fecerunt,ſed tanq̃ amici ab Herode inuitati & rogati conſultãdi gratia acceſſerũt.ſed admiſſo etiã ꝙ cenſus aliquãdo deſcripſiſſent,ſaltẽ hãc cẽſus deſcriptionẽ ſub qua natus fuit chriſtus nõ fecerũt,quã Lucas euãgeliſta primã fuiſſe teſtať,& a Cyrino ſyrię pręſide factã aſſerit,qui lõgo tẽporis ĩteruallo poſt Herodis aſcalonitę mortẽ,ſyrię pręſes fuit deſignatus.quę omnia ex Ioſepho ꝑſpicua ſunt,qui libro.27.capite.6.accuſationẽ Antipatri deſcribẽs ſic ĩquit

ea tẽpeſtate

ea tẽpeſtate contigerat forte uarũ Quintilium hieroſolymis agere, qui ſucceſſor Saturnini ad ſyriȩ regionem fuerat deſtinatus. uenerat quippe cõſultatũ Herodi ab eo poſtulatus pro cauſis ĩ quaꝝ diſpoſitionibus hȩſitabat, quibus cõſeſſũ habẽtibus uenit Antipater & reliqua. Idẽ teſtatur Hegeſippus apoſtolorũ diſcipulus libro ſuo primo de bello iudaico. ĩducens Herodẽ paulo ante eius mortẽ apud Quĩtiliũ Vaꝝ ſyriȩ prȩſidẽ tũc hieroſolymis agẽtẽ, deploraſſe ẽrumnã & calamitatẽ domus ſuȩ, ꝙ duos filios ſuos Alexãdrũ & Ariſtobolũ ex Mariãne genitos, ob ſuſpicionẽ regni iteremiſſet, & iã ab Antipatro primogenito ſuo ueneno ĩpetitus fuiſſet. Prȩterea ꝙ idẽ Varus fuit prȩſes ſyriȩ etiã poſt mortẽ Herodis teſtatur Ioſephus libro. 17. capĩte. 13. in quo de Archelao poſt mortẽ Herodis Romã proficiſcẽti ſic inquit. obuiã fit Archelao Sabinus Cȩſaris curator eaꝝ rerũ quȩ in ſyria poſſidebat in iudȩam pergens, pro conſeruatione theſaurorum Herodis quem Varus ab hac intentione reuocauit per Ptolemȩum qui tranſibat ab Archelao cõuocatus, Sabinus ergo Vari gratia neq; arces obtinuit quȩcunq; fuerant in iudȩorum ciuitatibus conſtitutæ, neq; theſauros conſignauit, ſed omnia ſub iure Dimiſit Archelaĩ, donec quid de his Cȩſari uideretur agnoſceret. proinde in Cȩſarea ſe ſuſtinuit. ſic enim repromiſerat ſe eſſe facturum. ſed cum Romam nauigaſſet Archelaus, Varus perrexit Antiochiam, Sabinus aſcendit Hieroſolymam, & aulas regias obtinet, euocanſq; omnes oppidorum præfectos, & quotquot rerum diſpenſatores fuerant, ratiocinari cæpit, & arces ut ſibi traderentur multos expetere. & rurſus eodem capitulo. poſtquam autem Archelaus nauigauerat cuncta gens uariis motibus tumultuationibuſq; turbata fuerat, ſed Varus adueniens eos qui cauſa ſeditionis extiterant, ſuppliciis & tormentis adegit. rebuſq; compoſitis in Antiochiam repedabat, unum ordinem militum in Hieroſolymis relinquens, qui iudæis ſi forte aliquid ſeditionis molirentur obuiam irent. ſed nec ſic tamen ſeditio terminatur, nam poſtquam Varus abſceſſit, Sabinus curator Cȩſaris illic remanens iudȩos cȩpit opprimere ex militia ſibi multos armigeros faciens, quorum ſatellitio aduerſus iudȩos affligendos utebatur, unde illi perturbati ad ſeditiones excitãdas neceſſitate cogebantur. ſed cum arces uiolenter obtinuerat & theſauros regios ſcrutatus ſũpſerat, lucrorũ & rapinarũ cupidine cõcitatus, ĩminente feſto pẽtecoſtes ad tumultũ eos prouocauit facta rebellione, ſed Varus Sabino obſeſſo ſuccurrẽs cũ reliquis duabus legionibus & auxiliis a regibus tetrarchis mãdatis Hieroſolymã tẽdit

& Sabinum obſidione liberat, duobus fere milibus iudęorum in crucem actis. Conſtat nanq; hæc facta fuiſſe Archelao Romę apud Cæſarem exiſtente, & cum fratribus ac iudæis de regno contendente ſimiliter libro ſecundo belli iudaici ſic inquit. inter amicos & cognatos Archelai erat etiam Philippus Archelai frater beniuolo animo prędituѕ duabus de cauſis pręmiſſus a Varo ut & Archelao ſubueniret, & ſi regnum Herodis nepotibus diſtribui placuiſſet, partem aliquam mereretur. ex quibus perſpicuum extat Quintilium uarũ fuiſſe præſidem ſyrię non ſolum in morte Herodis & poſt funus eius ſolemni pompa ab Archelao celebratum, immo etiam poſtquã Archelaus Romam profectus fuit. Ex quibus ulterius ſequitur primam hanc cenſus deſcriptionem a Cyrino ſyrie præſide factam fuiſſe poſt interitum Herodis aſcalonitę quinimmo priſci iudæorum annales produnt eam factam fuiſſe poſtquam Archelaus nono anno regni ſui ob iudæorum calumnias in exilium miſſus apud Viennam ciuitatem galliæ relegatus fuit. quia tunc primum regnum eius in prouinciam fuit redactum & adminiſtrationi ſyriæ coniunctum ac pecuniæ eius fiſco erant conſignatæ. quod & Ioſephus ipſe ſignificare uidetur, qui nunquam de Cyrino ſyrię pręſide neq; de Coponio iudæorum rectore mentionem fecit niſi poſtquam oſtendit Archelaum ethnarchia depoſitum dignitate priuatum fuiſſe. quibus innuere uidetur Cyrinum ſyrię præſidem tunc primum in iudęam ueniſſe ut cenſum prouinciæ ſibi commiſſæ deſcriberet & pecunias Archelai fiſcalibus rationibus deputaret. quinimmo de Coponio expreſſe dicit tunc primum ueniſſe in iudæam miſſum a Cęſare poſtquam Archelai ethnarchia in prouinciam fuit redacta. quę omnia ex ſcriptis Ioſephi deduci poſſunt, qui in fine libri decimi ſeptimi exilium Archelai deſcripturus ſic dicit. Cęſar autem ueniente Archelao aliquibus accuſatoribus aſtantibus cauſam hinc inde cognoſcit, ſed ubi parum ſe expurgat Archelaus in exilium trudi præcipitur & apud Viennam ciuitatem gallię relegatur. pecunias uero eius rationibus iuſſit ſociari fiſcalibus. & ſtatim poſtea ſubdit Archelai uero regio tributaria facta ſyriæ diſpenſationi coniungitur. interea Cyrinus uir conſularis a Cęſare deſtinatur cenſum in ſyria diſpoſiturus & domum Archelai redditurus. deinde decimum octauum librum ſic inchoat Cyrinus autem unus ex his qui ſemper in conſultatione congregabantur uir per omnium magiſtratuum & principatuum officia celebratus per cunctas adminiſtrationes cõſulatus culmen aſcendens & in cunctis adminiſtrationibus & aliis digni

tatibus clarus, cum paucis uenit ad ſyriam cenſor gentis a Cæſare deſtinatus, & appreciator uniuſcuiuſq; ſubſtantiæ. mittitur etiam cum eo Coponius ductor totius equeſtris agminis, poteſtatemq; iudęorum omnium gerens. uenit etiam Cyrinus in iudæam (nam diſpenſationi ſyriæ fuerat coniuncta) uniuerſorum deprędaturus ſubſtantias, & Archelai pecunias redditurus. ſimiliter libro ſecundo de bello iudaico capite ſecundo ſic legitur. Archelaus nono principatus ſui anno in exilium pellitur patrimoniũ uero eius theſauris Cæſaris adiudicatur. & ſtatim poſt ſubdit. Archelai finibus in prouinciam circumſcriptis procurator equitum apud romanos Coponius a Cęſare miſſus eſt. hunc Coponium ſimul cum Cyrino tempore deſcriptionis cenſus in iudęam ueniſſe iam diximus. Eadem fere Hegeſippus libro ſecundo de bello iudaico ſcripſit docens Archelaum nono principatus ſui anno apud Cęſarem accuſatum in exiliũ miſſum, & apud Viennam gallię ciuitatem fuiſſe relegatum, opeſq; eius theſauris Cęſaris fuiſſe aſſociatas, & principatum eius conuerſum eſſe in prouinciam, quo nomine romani regiones procul poſitas, quas uincendo in ſuum ius redigerãt appellauerunt. ſicq; tam ex libro antiquitatum, quam ex libro belli iudaici perſpicuũ eſt Ioſephum uoluiſſe hanc cenſus deſcriptionem factam fuiſſe poſt Herodis aſcalonitę interitum, immo decimo anno poſt eius mortem uidelicet poſt quam Archelaus in exilium miſſus erat, & regnum iudęorum in prouinciam redactum adminiſtrationi ſyriæ fuit coniunctum. quibus etiam quadrare uidetur ſupputatio Ioſephi de anno actiacæ uictorię expoſita quam habitam fuiſſe aſſerit anno ſeptimo regni Herodis, & per eundem conſtat Herodem poſt mortem Antigoni regnaſſe annos triginta quatuor. ſi ergo cenſus deſcriptio perfecta fuit (ut idem affirmat) anno trigeſimo ſeptimo poſt actiacam uictoriam ſequitur neceſſario eam factam fuiſſe anno decimo poſt Herodis interitum. neq; enim ueriſimile eſt eam fieri potuiſſe ſuperſtite adhuc Herode a ſenatu rege creato, cum cenſus deſcriptio in prouinciis tantum, & non in regnis fieri ſoleat, quanto minus in regno Herodis qui Cęſari & ſenatui amiciſſimus ſemper extitit, immo ab eis merum ac mixtum in iudęos imperium obtinuerat. neq; ſubiectus fuit prętidi ſyrię quinimmo Ioſephus libro primo de bello iudaico capitulo uigeſimo ſeptimo ſcripſit nulli regum tantum poteſtatis Cęſar dederat quantum Herodi, adeo ut fugitiuos ſuos etiam ex ciuitatibus non ſubiectis ei liceret educere. Ad hæc accedit quod Paulus oroſius libro ſexto hiſtoriarũ ſcriptũ reliquit chriſtũ ſaluato

rem natum fuiſſe poſt cladem uarianam in germania factam quando iam pace aut pactione cum omnibus firmata Auguſtus templi Iani portas tertio clauſit, quando & generalem cenſus deſcriptionem factam aſſerit. ſed conſtat ex prędictis Varum hunc quintilium (hac clade interemptum) præſediſſe ſyriæ uſq; ad mortem Herodis aſcalonitæ, ergo chriſtus natus eſt & cenſus deſcriptio facta fuit poſt Herodis interitum. Præterea dicit Ioſephus primam hanc cenſus deſcriptionem factam fuiſſe a Cyrino ſyriæ præſide una cum Copponio iudæorum rectore, ſed conſtat nullum iudæę rectorem extitiſſe uiuente Herode aſcalonita, neq; etiam ſub Archelao ethnarchiam ſuam gubernante. immo ut Ioſephus inſinuat Copponius primus iudęorum rector in iudęam uenit poſtquam Archelaus in exilium miſſus fuit, & poſtquã ethnarchia Archelai in prouinciam fuit redacta. ergo prima hæc cenſus deſcriptio facta fuit multis annis poſt mortem Herodis aſcalonitæ. Circa prædicta animaduerti conuenit, quod quoties in tranſlatione uſitata (quæ Rufino aſcribitur) legitur Cyrinum ueniſſe in iudæam ut opes Archelai reſtitueret uel redderet, in gręco originali a quo facta eſt traductio habetur hæc dictio ἀπολοσόμενος quæ duplicem habet ſignificationem iuxta deriuationem quam habere poteſt a duplici uerbo nam ſi deſcendit a uerbo actiuo ἀπολιλόω uel ἀπολίλωμι tunc ſignificat idem quod redditurus, in qua ſignificatione tranſlator eam accepit, ſed ſi deriuatur a uerbo deponenti ἀπολίλομαι quod ſignificat uendo uel confiſco tunc ἀπολοσόμενος ſignificaret uenditurus uel confiſcaturus in qua ſignificatione magis uidetur fuiſſe poſita a Ioſepho, quia ut idem ſępenumero repetit Cyrinus uenit in iudæam ut cẽſum deſcriberet & opes Archelai in exilium miſſi rationibus fiſcalibus conſignaret. ℭ Sed his ex Ioſepho aſſumptis atq; deductis obuiant ſcripta Euſebii cæſarienſis & poſteriorum hiſtoriographorum, qui aſſerunt hanc cenſus deſcriptionem a Cyrino pręſide factam fuiſſe anno uigeſimo octauo poſt actiacam uictoriam, uel ut Euſebius inquit ab ægypto ſubiugata & Antonii ac Cleopatrę interitu, ſuperſtite adhuc Herode aſcalonita immo ſex annis ante eius interitum, ut uidere licet in chronicis uſitatis & in principio eccleſiaſticę hiſtorię, ergo Ioſephus male aſſerit eam factam ãno trigeſimo ſeptimo poſt actiacam uictoriam, poſtquam Herodes uita functus interiit. difficile uidetur hos chronographos cum Ioſepho concordare, nam penitus inuicem aduerſari uidentur. non enim excuſari poteſt hæc ipſorum diſcrepantia per er-

rorem ſcriptorum uitio commiſſum, ſic quod ſcriptores, aut impreſſores librorum unum numerum pro alio poſuiſſent, & ubi ſcribere aut imprimere debuiſſent hanc cenſus deſcriptionem factam fuiſſe anno uigeſimo octauo poſt actiacam uictoriam, chalcographi per errorem ſcripſerint annum trigeſimum ſeptimum. nam totam Ioſephi hiſtoriam legenti clare patet eum uoluiſſe hanc cenſus deſcriptionem a præſide ſyriæ Cyrino factam fuiſſe poſt Herodis aſcalonitæ mortem, quam Euſebius & eius ſequaces factam inſinuant ſexto anno ante Herodis interitum. quamobrem difficile mi hi uidetur celebratiſſimos hos hiſtoriographos atq; chronographos inuicem concordare. neq; enim mea intereſt friuolum aliquod inter eorum ſententias iudicium interponere, ſed utriuſq; de ſe teſtimonium duntaxat afferemus, ex quo lector ſtudioſus elicere poterit quem ipſorum magis approbare conueniat. Ioſephus quippe Nicolaum damaſcenum ſui temporis hiſtoriographum reprobans, & coarguens, quaſi elogia & laudes Herodis, non hiſtoriam ſcripſerit, tale de ſe teſtimonium affert, nos inquit genere aſamonęorum & macchabęorum regum propinqui cum honore ſacerdotium ha bentes aliquid mentiri fœdum putauimus, ideoq; cum ueritate geſtorum memoriam recenſemus. dicit ſe etiam interfuiſſe bello cum romanis geſto, & omnia prout acta ſunt ueraciter ſcripſiſſe. ad hæc etiam accedit quod Ioſephus ſub Tiberio natus chriſto quaſi contemporaneus & coætaneus ac conterraneus extitit, uitam eius magnopere collaudans. Euſebius uero trecentis annis poſt chriſtum na tus, multam operis ſui & hiſtoriæ ſcribendæ materiam ſe a Ioſepho ſumpſiſſe fatetur. ut uidere licet libro tertio eccleſiaſticę hiſtoriæ. ubi de Ioſepho & libris eius ſcribens interprete Rufino ſic inquit. operę precium ſane eſt noſcere quis fuerit hic Ioſephus et unde uel ex quo genere originem duxerit qui nobis tantam materiam rerum geſtarum cognitionemq; pręſtitit exponit etiam hæc ipſe de ſe hoc modo ſcribens. Ioſephus Mathathiæ filius ex hieroſolymis ſacerdos qui & ipſe primo bello romanos oppugnauerim et poſterioribus nihilominus interfuerim prælijs neceſſitate conſtrictus. conſtat etiam hunc uirum per idem tempus non ſolum apud iudæos uerum etiam apud romanos habitum eſſe nobiliſſimum ita ut litterarum merito in urbe roma etiam ſtatua donaretur & libri eius bibliothecę traderentur. dignus cui prę cæteris omnibus debeat credi. dicit etiam ſcripta ſua de bello iudaico a Tito imperato re & ab Agrippa rege fuiſſe comprobata imo manu Titi ſubſcripta

qui publice ea ab omnibus legi præcepit. hæc & alia multa uirtutũ teſtimonia Euſebius de Ioſepho ſcripſit. quinimmo in hac materia de qua nunc diſputamus Ioſephum allegans uocat eum hiſtoriographum illuſtrem ut uidere licet libro primo eccleſiaſticę hiſtorię capitulo ſecundo ubi annum quo natus eſt dominus per cenſus deſcriptionem inueſtigans, ſic ſcriptum reliquit. hunc autem Cyrini temporibus habitum cenſum etiam Ioſephus illuſtris hebræorum hiſtoriographus memorat dicens, Cyrinus autem uir unus ex conſenſu curiæ romanæ per ſingulos magiſtratus uſq; ad gradum conſulatus aſcendens cum paucis ad ſyriam uenit a cæſare ius dicere gentibus miſſus, & cenſor ſimul patrimoniorum futurus. ecce Euſebius ipſe Ioſephum hunc in hac cenſus deſcriptione de qua nunc diſputamus pro confirmanda opinione ſua allegat. ſi ergo autores iſti aliter concordari non poſſunt, uidetur Ioſephus pręferendus Euſebio propter cauſas dictas. ſed Ioſepho obſtare poſſet quod nõ fuerit chriſtianus, cum Euſebius inter pręcipuos eccleſię doctores numeretur licet nonnulli eum arrianæ perfidiæ inſimulent. ſed quamuis Ioſephus non fuerit baptizatus, uidetur tamen opere & animo fuiſſe chriſtianus. nam de chriſto & diſcipulis eius ac de Ioannẽ Baptiſta pręcurſore chriſti pie ſemper ac ſancte locutus eſt, chriſti ſaluatoris uitam magnopere collaudans, ſic inter cætera (ſub Tiberio geſta commemorãs) ſcriptum reliquit. fuit autem hiſdem temporibus ieſus ſapiens uir ſi tamen uirum eum nominare fas eſt, erat enim mirabilium operum effector, & doctor omnium eorum hominum qui libenter audiunt quę uera ſunt, & multos quidem iudæorum, multos etiã ex gentibus ſibi adiunxit. chriſtus hic erat. hunc accuſatione primorum noſtrę gentis uirorum cum Pilatus in crucem agendũ decreuiſſet, non deſeruerunt hi qui ab initio eum dilexerunt, apparuit enim eis tertia die iterum uiuus, ſecundum quod diuinitus inſpirati prophetæ uel hæc uel alia de eo innumera miracula futura eſſe prædixerant. ſed & in hodiernum diem chriſtianorum (qui ab ipſo nuncupati ſunt) & nomen perſeuerat & genus. hæc Ioſephus. ſimiliter & de Ioanne Baptiſta chriſti pręcurſore ab Herode decollato pie ac ſancte ſcribit, aſſerens multa mala Herodi accidiſſe, quia uirum omni ex parte ſanctum necauit. ſimiliter & de Iacobo fratre Ieſu, & altero Iacobo, & Simone apoſtolis, pie locutus eſt. quæ cum ita ſint non minorem fidem uel autoritatem ſibi uendicare uidetur Ioſephus iſte qui in iudæa natus conterraneus & quaſi contemporaneus fuit chriſto, quam Euſebius trecentis annis poſt

chriſtum natus. cum pius ſemper erga chriſtum & eius diſcipulos ſit habitus. ¶ Sed circa prędicta aliud inſurgit dubium, nam euangelica doctrina docet chriſtum dominum natum fuiſſe regnante adhuc Herode aſcalonita, ſi ergo ut Lucas euangeliſta teſtatur, natus fuit chriſtus eo anno quo facta eſt cenſus deſcriptio, neceſſe eſt hanc cenſus deſcriptionem factam fuiſſe ſuperſtite adhuc Herode aſcalonita patre Archelai. falſum eſt ergo quod Ioſephus uelit hanc cẽſus deſcriptionem factam fuiſſe defuncto Herode. Hoc argumentum difficillimum ſolutu uidetur, nam & ſi euangeliſtę cognomen Herodis ſub quo chriſtus natus fuit non exprimunt, an ſcilicet fuerit Herodes aſcalonita uel eius filius Herodes antipas tetrarcha galilæę, tamen ex euangelio manifeſte coniici immo probari poteſt Herodem hunc ſub quo chriſtus natus eſt fuiſſe Herodem aſcalonitam patrem Archelai. neq; etiam defendi poſſet iuxta hanc cẽſus deſcriptionem dominum fuiſſe annorum triginta cum baptizaretur a Ioanne anno quintodecimo Tiberii cęſaris, quod tamen idẽ Lucas euangeliſta aſſerit. ſed fuiſſet annorum duorum & uiginti uel circa ut calculanti patet. Pręterea ſequeretur ex his chriſtum dominum natum fuiſſe anno imperii Auguſti quadrageſimo nono quod eſt contra communem doctorum opinionem, qui aſſerunt eum natum anno imperii Auguſti quadrageſimoſecundo, probatur aſſumptum, nam annus trigeſimus ſeptimus poſt actiacam uictoriam quã do facta fuit cenſus deſcriptio fuit annus quadrageſimus nonus imperii Auguſti, quia a morte Cęſaris quando Auguſtus regnare cœpit uſq; ad mortem Antonii computantur communiter anni duodecim, quibus Octauius & Antonius ſimul regnarunt, his ſi addantur anni triginta ſeptem iam dicti, prouenient anni. 49. fuiſſet ergo natus chriſtus anno imperii auguſti quadrageſimo nono. quoniam ergo hęc uidentur abſurda, & a communi doctorum opinione aliena, ad proximum oraculum nos tranſferemus, & annum natiuitatis, diemq; paſſionis chriſti per tempora Herodis aſcalonitę iudæorum regis perquiremus.

¶ Liber undecimus octo ꝓxima uiſionis oracula examinat & pri/
mo per tempora Herodis iudæotum regis magos ſuper chriſti nati/
uitate conſulentis, annum natiuitatis domini inquirit, & ipſum in/
uentum per obſeruationes magorum, & per ſupputationem Danie
lis ptophetæ ac per reliqua oracula cõfirmat, probãs chronographos
in annis chriſti domini numerandis erraſſe.

AByſſus abyſſum inuocat, & labyrinthus in chaos
perducit nouis ſemper difficultatibus emergenti/
bus, adeo ꝙ importuoſum pelagus, & inextricabi
lem (ut ita loquar) labyrinthum igreſſus uidear a
quo quanto magis me extricare cõtendo, tãto plu
ribus tricis me implicitum & inuolutum inuenio
quandoquidẽ ex ſcylla in charybdi incidens ex uno dubio in aliud
uerſer. & dũ unũ hydrę caput abſcidere ſtudeo, duo ĩ abſciſſi locum
renaſcantur. Conſtat nanq; per euãgelicã doctrinã Herodẽ illũ qui
pueros occidit, & chriſto nato inſidiabatur, fuiſſe Herodẽ aſcalonitã
patrẽ Archelai, dicente euãgeliſta Matthæo de reditu Ioſeph ex ęgy
pto. audiens autẽ Ioſeph ꝙ Archelaus regnaret ĩ iudæa pro Herode
patre ſuo timuit illo ire. quæ cum ita ſint, difficillimum uidetur pro
bari aut oſtendi poſſe dñm ſaluatorem natum fuiſſe eo ãno, quo in
iudæa per Cyrinum ſyriæ præſidem facta fuit prima cenſus deſcri/
ptio. quod tamen Lucas euangeliſta aſſerit. nam ſicut ſuperius oſten
dimus Ioſephus eiuſdem temporis diligentiſſimus ſcriptor clare do
cet hanc cenſus deſcriptionem a Cyrino præſide factam fuiſſe mul/
tis annis poſt Herodis aſcalonitę interitum. uidentur ergo pugnare
inuicem hęc duo, uidelicet ꝙ Chriſtus ſaluator natus fuerit ſuperſtĩ
te Herode aſcalonita, & ꝙ natus fuerit quãdo prima cenſus deſcrip
tio a Cyrino ſyrię pręſide fuit facta. & utriq; horum repugnat ꝙ hi/
ſtotiographi aſſerunt chriſtum dominum natum eo ãno quo Ianus
ab Auguſto cęſare tertio clauſus fuit. de quo poſtea diſſeremus. ſed
nunc cenſus deſcriptionem conſideremus, quam Ioſephus factam in
ſinuat multis annis poſt Herodis interitum. Videtur nanq; hęc cen/
ſus profeſſio ſatis conuenire natiuitati chriſti. cõgruebat enim in or
tu noui regis nouam orbis deſcriptionem fieri, & ſubditorum capi/
ta cenſeri. ſed tempora huius deſcriptionis a chronographis annota/
ta, non uidentur ei omnino conſentanea. nam iuxta prophetarum
oracula chriſtus naſci debuit tempore ſummæ pacis, ſed hęc cenſus
deſcriptio, & eius tempora tumultuoſa, & ſeditionibus plena exti/
terunt

terunt, necnon & cruentoſa & plurimoꝝ cędibus contaminata fue-runt. ut Ioſephus libro antiquitatum. 18. docet. nam ob hanc cenſus deſcriptionem a romanis factam, Iudas galilęus gaulonites Sadoc-cum phariſæum ſibi coniungens receſſionem a romanis & rebellio-nem facere feſtinabat, aſſerens deſcriptionem & cenſum nihil aliud eſſe quam integram ſeruitutem. proinde ad defendendam ſuam li-bertatem totam plebem diuerſis exhortationibus concitabat. mul-tæ itaq; cædes ciuium, ſociorumq; perpetrabantur. poſtremo in ſe inuicem conuerſi ſunt non ſecus quam contra hoſtes ageretur bellũ. itaq; quotidie deprędationes, captiuitates, cędes ubiq; fiebant, adeo quod templum dei ignibus cremaretur. eandem hanc rebellionem & diſſenſionem Ioſephus libro ſecũdo de bello iudaico repetit. ſcri bens Iudam hũc galilęum ſeditionem in populo mouiſſe, & receſſio-nem a romanis ſollicitaſſe, propter hanc cenſus deſcriptionem. cuius & Lucas ipſe euangeliſta in actis apoſtolorum meminit, inducẽs Ga malielem occultum chriſti diſcipulum in concilio dixiſſe poſt Theo dam ſurrexit Iudas galilæus ĩ diebus profeſſionis hoc eſt ĩ diebus cõ ſcriptionis cẽſus, & auertit populum poſt ſe, & ipſe periit, & omnes quotquot conſenſerunt ei diſperſi ſunt. fuerunt autem tempora illa calamitoſa nõ ſolum iudęis uerum etiam romanis ipſis, qui ſub idẽ tempus cladem illam uarianam poſt cannenſem maximam a germa nis acceperunt, in qua Quintilius uarus (quem tempore Herodis aſ calonitę & Archelai ſyrię pręſediſſe diximus) tunc germanis præfec-tus cũ tribus legionibus legatis auxiliiſq; omnibus occiſus fuit. hac clade romę nũciata (ut Tranquillus ſcribit) Cęſar Auguſtus adeo fu it conſternatus ut excubias per urbem indiceret, ne quis tumultus fieret. uouitq; magnos ludos Ioui maximo optimo, ſi rem publicam in meliorem ſtatum uertiſſet. & per continuos menſes barba, capillo q; ſummiſſo caput interdum foribus allideret uociferans Quintili uare legiones redde, diemq; cladis quotannis męſtum habuerit ac lu gubrem, neq; aquilas binas a germanis raptas recuperare unq̃ potuit quas adhuc germanorum imperatorum inſignia ſub aquila bicipiti uexillis repręſentant. de hac clade Manilius ſic ſcripſit. Cũ fera du-ctorem rapuit germania uarum, Infecitq; trium legionum ſanguine campos. Arſerunt toto paſſim minitantia mundo Lumina, & ipſa tulit bellum natura per ignes, Oppoſuitq; ſuas uires, finemq; mi-nata eſt. hoc ergo tempus exitialibus his cędibus contaminatum, nõ ſatis congruere uidetur natiuitati chriſti, qui iuxta prophetarũ ora-cula naſci debuit tẽpore ſũmę pacis, & iuſtitię. ſicq; difficile uidetur

Lucam euãgeliſtam cum aliis euangeliſtis, & cum Ioſepho cõcorda/re.quippe Matthęus euangeliſta expreſſe ſignificare uidetur chriſtũ ſaluatorem natum ſuperſtite adhuc Herode aſcalonita & Quinti/lio Varo in ſyria adhuc prędſidente.nam & Herodem magos ſuper chriſti natiuitate conſuluiſſe & pueros occidiſſe teſtatur. cui & ipſe Lucas euangeliſta in exordio euangelii ſui aſtipulari uidetur, ſcribẽs chriſtum ſaluatorem, & Ioannem pręcurſorem conceptos fuiſſe tem pore Herodis regis iudęorum, quod aliter exponi non poteſt quam de Herode aſcalonita. quia Herodes antipas nunquam fuit iudęo/rum rex, ſed galilæę dũtaxat tetrarcha. Videtur etiam cõſonum pro phetarum ſcriptis & patriarcharum oraculis conſentaneum, chriſtũ dominum natum fuiſſe, immo naſci debuiſſe uiuente adhuc Hero/de aſcalonita, qui ſceptrum a Iuda abſtulit. ſic enim Iacob patriar/cha filio ſuo Iudę longe ante uaticinatus fuerat, non eſſe auferen/dum ſceptrum de Iuda nec ducem de fœmore eius; donec uenerit meſſias qui erit expectatio gentium. fuit nanq; hic Herodes primus rex alienigena qui ſceptrum abſtulit non ſolum de Iuda, ſed de om ni tribu filiorum Iſrael. teſtatur etiam euangeliſta Herodem de re/gno ſuſpectũ magos hieroſolymam uenientes ſuper natiuitate chri ſti conſuluiſſe, & pueros innocentes a bimatu & infra occidiſſe, quæ ad Herodem aſcalonitam iure optimo referri poſſunt, quem & filios ſuos Alexandrum, Ariſtobolum, atq; Antipatrum, necnon & Mari/amnem uxorem ſuam ob regni ſuſpicionem occidiſſe cõſtat. de quo Herode Macrobius Aurelius ſic ſcriptum reliquit. cum audiſſet Au guſtus inter pueros quos in ſyria Herodes Iudęorum rex intra bi/matum iuſſit interfici filium quoq; eius occiſum, ait melius eſt He rodis porcum eſſe, quam filium. iudęi quippe porcos non mactant. Sa tis itaq; conſtare arbitror chriſtum dominum natum fuiſſe, ímo iux ta prophetarum oracula naſci debuiſſe uiuente adhuc Herode aſca lonita. Quę cum ita ſint, inquirendum eſt quo anno regni Herodis chriſtus natus fuit, & quo anno imperii Auguſti Herodes uita fun/ctus interiit. quibus cognitis perſpicuum erit chronographos erraſ ſe in annis chriſti ſaluatoris, & Herodis aſcalonitæ computandis. nam cum dicant Herodem interiiſſe anno imperii Auguſti quadra geſimo ſeptimo, probabimus eum uita functum in principio anni quadrageſimi ſecundi imperii Auguſti. quibus etiam patebit, non omnino uerum eſſe quod autumant Herodem poſt chriſti natiuita tem ſuperuixiſſe annis quinq; uel ſex. immo eodem anno quo chri ſtus natus fuit Herodes defunctus probatur quemadmodum nunc

quiſque argumentis oſtendemus. Primum ſumetur ex tempore natiuitatis Octauii. Secundum ex tempore mortis eiuſdem. Tertium ex tempore regni Antigoni hoſtis Herodis. Quartum ex tempore Philippi tetrarchæ. Quintum ex tempore actiacæ uictoriæ. quę ut perſpicua fiant aſſumemus primum ex hiſtoria Ioſephi libro antiquitatum quartodecimo, capite octauo, quod ciuitas hieroſolyma capta fuit a romanis per Pompeiũ menſe tertio, uel ut i hebræo habetur templum captum fuit menſe quarto in celebratione ieiuniorum, quod tempus reſpondebat tunc menſi quintili quem nunc Iulium uocamus. Caio antonio, & Marco tullio cicerone conſulibus quo anno etiam natus fuit Octauius cęſar teſte Suetonio nono calendas octobris ſcilicet bimeſtri poſt hieroſolymam expugnatam. ac denuo capta fuit eadem ciuitas per Herodem aſcalonitam, & Soſſium contra Antigonum præliantes eodem menſe, & die quibus a Pompeio prius fuit expugnata, uigeſimo ſeptimo anno iam completo, poſt calamitatem a Pompeio illatam. ut idem Ioſephus teſtatur. ex quibus ſequitur Octauium Auguſtum etiam tunc compleuiſſe uigeſimum ſeptimum ætatis ſuę annum fere, minus duobus menſibus. quibus ſi addantur anni triginta quatuor regni Herodis (nam tot annis Herodes poſt Antigonum captum & interemptum regnauit) prouenient anni completi de ętate Auguſti. 61. quoniam ergo Herodes uita functus migrauit paulo ante dies paſchę ut Ioſephus inſinuat, ſequitur eum migraſſe anno ætatis Auguſti ſexageſimo ſecundo iam inchoato, ſed imperare cœpit Auguſtus & primum conſulatum ſuum teſte Suetonio inuaſit anno ętatis uigeſimo quemadmodum poſtea probabimus. ergo Herodes mortuus eſt inchoato iam anno imperii Auguſti quadrageſimo ſecundo paulo ante dies azimorum. nam ſi de annis ſexaginta duobus ſubtrahantur anni uiginti reſtabunt anni quadraginta duo. Cum ergo chriſtus natus putetur anno imperii Auguſti quadrageſimo ſecundo ſequitur Herodem eodem anno mortuum fuiſſe quo chriſtus natus eſt. unde miror Euſebium & alios chronographos dixiſſe Herodẽ uita functum fuiſſe ãno imperii Auguſti quadrageſimo ſeptimo, & poſt chriſti natiuitatem uixiſſe annis quinq;. ¶ Secundo idem aliter probatur ex eiſdem aſſumptis ſic arguendo. Auguſtus imperator in morte Herodis perfecerat annum ætatis ſuæ ſexageſimum primũ & inchoauerat annum ſexageſimum ſecundum ut iam probatum eſt, ſed idem Auguſtus defunctus eſt anno ętatis ſuę ſeptuageſimo ſexto iam quaſi completo minus diebus triginta quinq; ut hiſtorio

graphi omnes teſtatur, ergo ſuperuixit poſt Herodem annis quindecim fere, ſed chriſtus ſaluator in morte Auguſti agebat etiam annũ quintumdecimum ætatis, ut elici poteſt ex euangelio Lucę dicentis, quod anno quintodecimo Tiberii cæſaris Ieſus erat tanquam annorum triginta, ergo in morte Auguſti erat tanquam annorum quindecim, & per conſequens Herodes mortuus eſt eodem anno quo chriſtus ſaluator fuit natus. ¶ Tertio idem probatur per tempus regni Antigoni & per ipſummet Euſebium, uel eius interpretem qui e regione quinti anni imperii Auguſti annotauit Antigonum Ariſtoboli filium iudæis infenſum fuiſſe, ſed eodem anno Herodes aſcalonita a ſenatu populoq; romano creatus fuit iudæorum rex, ut Ioſephus teſtatur, eo ſcilicet anno quo Herodes iudæam (ab Antigono occupatam) relinquens, fugiẽs Romam uenit, ac regni iudæę titulo a Cæſare & ſenatu ſuſcepto contra Antigonum exercitũ inſtruxit. ſi ergo ab hoc quinto anno ĩperii Auguſti cõputare cœperimus ãnos. 37. quos Herodes regnauit, cõplebitur numerus ãno ĩperii Auguſti. 41. nam ſi primus ãnus regni Herodis fuit quintus annus imperii Octauii cęſaris, ergo annus trigeſimus ſeptimus regni Herodis qui fuit ultimus annus uitę eius, fuit quadrageſimus primus annus imperii Octauii. cum ergo mortuus ſit Herodes paulo ante dies azymorum, ſequitur eum mortuum fuiſſe in principio anni ſecundi imperii Auguſti, quo anno chriſtum natum perhibent. Ex prędictis manifeſtum eſt erraſſe Euſebiũ chronographum in annis Herodis computandis qui in ſuis chronicis inſinuare uidetur, Herodem regnaſſe annos triginta ſeptem poſt mortem Antigoni, quia regnauit annos duntaxat triginta quatuor ut Ioſephus docet. illi autẽ qui dicunt eũ regnaſſe annos. 37. cõprehendũt etiã tres illos ãnos, quibus cũ Antigono dimicauit. ¶ Quarto idẽ ꝓbatur per tẽpus tetrarchię Philippi filii Herodis quẽ Ioſephus uita functũ aſſerit anno uigeſimo ſecundo ĩperii Tiberii, poſtq̃ regnaſſet annis. 35. ergo incœpit regnare ãno ĩperii Auguſti. 43. defuncto iam patre eius anno ĩperii Auguſti. 42. ĩterpoſito ãno a morte Herodis uſq; ad initiũ regni eius. quippe ut Ioſephus docet filii Herodis defuncto patre contendentes ĩuicem de regno profecti ſunt Romam, ut ab Auguſto titulum regni acciperẽt, qui regnũ in tetrarchias diuidẽs, duas cũ ethnarchia cõceſſit Archelao unã Herodi ãtipę, & reliquã Philippo. ſicq; regnare cœperũt unuſquiſq; ĩ ſua tetrarchia, nõ ſtatim poſt mortẽ patris ſed ãno iã quaſi elapſo quo Romã profecti ſunt. probatur conſequentia nam ſi ab anno. 43. imperii Auguſti cœperimus

computare annos triginta quinq; completos, terminabitur numerus in anno uigeſimo ſecundo imperii Tiberii cęſaris. ¶ Quinto idem probari poteſt per tempus actiacę uictorię, nam ut Ioſephus ſcriptum reliquit habita fuit actiaca uictoria āno regni Herodis ſeptimo, ſed eadem parta fuit anno imperii Auguſti qui iuxta uulgatam ſupputationem dicitur annus duodecimus ut poſtea probabimus, ergo annus ſeptimus regni Herodis reſpondebat anno duodecimo imperii Auguſti, & per conſequens annus trigeſimus ſeptimus regni Herodis qui fuit ultimus annus regni & uitę eius reſpōdebat anno quadrageſimo ſecundo imperii Auguſti. quoniam ergo Herodes regnauit annis.37.ut omnes admittunt, & mortuus eſt paulo ante dies azymorum, ut Ioſephus innuit, ſequitur eum mortuum fuiſſe in principio āni imperii Auguſti quadrageſimi ſecundi.quo etiā anno chriſtus ſaluator natus perhibetur. ex his inferri poteſt erraſſe Euſebium in deſcriptione annorū regni Herodis qui e regione anni quarti regni Herodis annotauit Cleopatram, & Antoniū ſemet interfeciſſe,quod factum eſſe conſtat poſt actiacam uictoriam,quam Ioſephus habitam perhibet anno ſeptimo regni Herodis. ſatis itaq; his quinq; argumentis conſtare arbitror Herodem uita functum, & ſcatentibus e corpore uermibus miſerabiliter extinctum eodem anno, quo chriſtus dominus natus fuit. ¶ Contra prædicta poſſet aliquis inſtare quia ex his ſequeretur Herodem defunctum fuiſſe ante chriſti natiuitatem quod eſt contra prædicta, immo contra euangelia quæ tradunt chriſtum natum regnante in iudęa Herode aſcalonita patre Archelai. probatur aſſumptum, nam ſi Herodes uita functus fuit eodem anno quo chriſtus eſt natus, & mortuus fuit Herodes paulo ante paſcha ut Ioſephus inſinuat, & chriſtus natus eſt in decembri, ergo Herodes mortuus fuit antequam chriſtus naſceretur. Huic argumento reſponderi poteſt per diſtinctionem annorū uſualium & emergentium ſuperius expoſitam, nam licet in anno uſuali (quem ciuilem uocant)inchoato a ianuario paſcha hebręorum præcedat diem natalem domini, tamen in anno imperii Auguſti emergente inchoato a primo eius conſulatu, quem obtinuit de menſe ſextili quē ob hoc auguſtū uocant, dies natalis domini & menſis decēber pręcedunt paſcha hebręorum. cum ergo dicimus dominum natum fuiſſe anno imperii Auguſti quadrageſimo ſecundo debent cōputari anni Auguſti a primo eius cōſulatu & non a ianuario. ¶ Sed contra prædicta adhuc poſſet aliquis inſtare, nam communis doctorum opinio tenet Herodem diſtuliſſe necē puerorum ad duos ānos

poſt diſceſſum magorum, cuius rei argumentum eliciunt, ex Mat-
theo euangeliſta dicente Herodem interfeciſſe pueros a bimatu &
infra iuxta tempus quod a magis exquiſierat, quaſi tunc duo anni
poſt chriſti natiuitatem & poſt apparitionem ſtellę tráſacti fuiſſent.
huius autem dilationis cauſam reddunt aſſerentes Herodem ſuper-
ſediſſe a tanta crudelitate animo concepta per annos duos, donec ob
accuſationem filiorum Romam profectus denuo domum rediiſſet
quinimmo aſſerunt chronographi Herodem ſuperuixiſſe poſt chri-
ſti natiuitatem non ſolum annis duobus, immo annis quinq; dicen
tes Herodem uita functum anno imperii Auguſti quadrageſimo ſep
timo, quæ omnia aduerſantur ſcriptis noſtris ſuperius expoſitis, ubi
diximus Herodem paucis menſibus poſt chriſti natiuitatem ſuper-
uixiſſe. ut auté hęc argumenta ſolui poſſint ad proxima uiſionis ora
cula nos transferemus, & magos ſuper chriſti natiuitate cõſulemus.

¶ Caput ſecundum tria proxima uiſionis oracula a tribus magis da
ta ſcrutatur, & per obſeruationes magorum annum natiuitatis chri
ſti inquirit, oſtendens Euſebium chronicorum autorem in compu
tatione annorum chriſti erraſſe.

MAgos priſci uocabant ſapiétes, & aſtrologos. eſt enim perſicum hoc uocabulum, quod non ſignificat maleficos, quos uulgus necromantes uocat, ſed quos græci appellant philoſophos, latini ſapientes, uel chaldæos, aut aſtrologos. quippe ut Hieronymus ſuper Danielem & Rabanus teſtantur, magi dicuntur qui de ſingulis rebus philoſophantur. ut etiam Porphirius inquit magus perſarum ligua idem ſignificat ꝙ apud nos altiſſimarum rerum interpres & cultor. Diogenes quoq; laertius ſcripſit magos deorum inſiſtere cultui, & preces illis, ac uota, & ſacrificia (quaſi ſoli ab iis exaudiantur) offerre, de deoꝝ ſubſtátia ac generatione aſſerere, diuinationé, prędicationéq; exercere, ſibi deos apparere aſſerentes. ut ení apud gręcos philoſophi, apud idos gymnoſophiſtę, & apud gallos priſcos druidę & apud babylonios chaldęi, ſic apud perſas fuerũt magi. unde & beatus Hieronymus í epiſtola ad Paulinũ de Apollonio thianeo ſic ſcripſit. Apollonius, ſiue ille magus ut uulgus loquit̃, ſiue philoſophus ut pythagorici tradũt. nõ ergo ſunt dicédi malefici ut uulgus arbitratur quéadmodũ idé ipſe Hieronymus ſuper Danielé docet, ſic inquiés conſuetudo autem & ſermo cómunis magos pro maleficis accipit, qui ali-

ter habentur apud gentem ſuam, eo ꝙ ſint philoſophi chaldęorum & ad artis huius ſcientiam reges quoq;, & principes eiuſdem gentis omnia faciunt. unde et in natiuitate domini ſaluatoris ipſi primum ortum eius intellexerunt, & uenientes in ſanctam bethleem adorauerunt puerum, ſtella deſuper oſtendente. hæc Hieronymus. huic etiam ſententię ſanctus Auguſtinus aſtipulari uidetur libro de queſtionibus noui & ueteris teſtamenti ſic dicens. Magi Iudęorum natum regem intellexerunt. quoniam ſtella indice temporalis rex ſolet deſignari. Ex quibus elici poteſt magos hoc eſt aſtrologos & ſapientes inter primos chriſtianos ãnumerandos eſſe. ipſi enim primi fuerunt qui ex gentibus crediderunt, qui Ieſum chriſtum adorauerunt & munera ei obtulerunt, uidelicet aurum, tus, & mirrham, confitentes & demõſtrantes per hęc munera eum eſſe uerum deum & regem & hominem. hos hieroſolymam uenientes Herodes iudęorum rex ſuper chriſti natiuitate conſuluit, hortatuſq; eſt ut Ieſum nuper natum quęrerent quem cum inuenerint, certiorem ſe redderent, ut & ipſe ueniens adorare eum poſſet. ſed magos abeuntes angelus ĩ ſomnis monuit ne ad Herodem redirent, ſed per aliam uiam reuerterentur in regionem ſuam. tunc Herodes uidens ꝙ illuſus eſſet a magis iratus eſt ualde, & mittens occidit omnes pueros a bimatu & infra. non ergo diſtulit hoc flagitium ad duos annos poſt receſſum magorum, ſed ſtatim poſtq̃ uidit ſe illuſum a magis iuſſit occidi pueros omnes. quę ut clarius pateant, annotabimus hic uerba euangeliſtæ Matthæi qui de magis & Herode ſic ſcripſit. tunc Herodes clam uocatis magis diligenter didicit ab eis tempus ſtellę, quę apparuit eis, & mittens illos in bethleem dixit, ite & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis renunciate mihi, ut & ego ueniens adorem eũ. qui cum audiſſent regem abierunt. & ecce ſtella quam uiderant in oriente antecedebat eos, uſq; dum ueniens ſtaret ſupra domum ubi erat puer. uidentes autem ſtellam gauiſi ſunt gaudio magno ualde & intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum, & apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, tus, & myrrham. & reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem, per aliam uiam reuerſi ſunt in regionẽ ſuã qui cum receſſiſſent, ecce angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph dicens ſurge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in ægyptum & eſto ibi uſq; dum dicam tibi. futurũ eſt enim ut Herodes quęrat puerum ad perdendum eum. qui conſurgens accepit puerum & matrem eius nocte, & ſeceſſit in ęgyptum, & poſt pauca ſubiungit. tunc

Herodes uidẽs quoniam illuſus eſſet a magis iratus eſt ualde & mit/
tens occidit omnes pueros,qui erant in bethleem, & in omnibus fi/
nibus eius a bimatu & infra ſecundum tempus quod exquiſierat a
magis . ex quibus apparet Herodem tunc interfeciſſe pueros hoc eſt
eo tempore,uel ſtatim poſtea quam uidit ſe illuſum a magis,qui nõ
redierant hieroſolymam iuxta admonitionem ab eo factam. nõ er/
go diſtulit hoc flagitium uſq; ad duos ãnos,ſed ſtatim poſt receſſum
magorum pueros occidi iuſſit. ꝙ autem nonnulli conentur cauſam
huius dilationis referre in profectionem Herodis quando ob accu/
ſationem filiorum ſuorum Alexãdri ſcilicet,& Ariſtoboli profectus
fuit romam,non uſquequaque uerum eſſe probatur,immo ex Ioſe
phi hiſtoria patet hęc peracta fuiſſe multis annis ante chriſti natiuita
tem. etiam iuxta computationem illorum qui hęc aſſerũt. docet nã
ꝗ Ioſephus hęc acta fuiſſe nouem annis ante Herodis interitum ui
delicet anno uigeſimo octauo regni ſui ut patet libro antiquitatum
decimoſexto,capite octauo ,nono, & decimo. ubi Ioſephus ſcripſit
Herodem Romam profectum ut filium apud Cęſarem accuſaret ac
tandem domum reuerſum anno uigeſimo octauo regni ſui,& olym
piade centeſima nonageſima ſecunda eodem ſcilicet anno quo Cęſa
rea ab eo inſtaurata fuit. non ergo diſtulit Herodes necem puero/
rum uſq; ad duos annos poſt receſſum magorum,ſed ſtatim poſtquã
uidit ſe illuſum a magis iuſſit eos occidi.nec obſtat quod euãgeliſta
dicit Herodem occidiſſe pueros a bimatu & ĩfra,quia potuit hoc fe
ciſſe ad maiorem ſui regni tutelam, uel potius ob crudelitatem ſibi
innatam,dubitans fortaſſe ne illuſus fuerit a magis in tempore nati
uitatis chriſti,aut in apparitione ſtellę quemadmodum illuſus ab eis
fuerat de reditu ipſorum: aut fortaſſe ſtella biennio ante apparuerat
magis de quo poſtea ſcribemus , uel fortaſſe quia reſponſum mago/
rum ambiguum fuit diuerſos habens ſenſus,& uarias interpretatio
nes,& ne per amphibologiam deciperetur,maluit ĩ utroq; ſenſu prę
uenire,quam in altero pręueniri. pro quo animaduertẽda ſunt uer/
ba euangeliſtę dicentis tunc Herodes clam uocatis magis diligenter
didicit ab eis tempus ſtellę quę apparuit eis,uidelicet ut ex reſpõſo
magoꝝ eliceret,aut cõiiceret tẽpus natiuitatis chriſti.& licet euange
liſta nõ expreſſerit reſpõſũ magoꝝ, tamẽ ueriſimile eſt magos(quos
nihil ſecretorum dei,uel naturę latuit) reſpõdiſſe Herodi chriſtum
iuxta prophetarum,& ſibyllarum oracula naſci debere tẽpore ſum/
mę pacis & iuſtitię,ut Dauid cecinit.hoc eſt tempore quo templum
Iani Quirini ab Auguſto clauderetur ut ſibyllinę uates prædixerãt
ſcilicet

ſcilicet iuxta uulgi ſupputationẽ ãno ĩperii Octauii.43. uel iuxta ſe natus populiq; romani rationẽ anno monarchiæ Auguſti.28.Romani nãq; annos ĩperii Auguſti auſpicãtur non a morte Cæſaris,neq; a primo conſulatu Octauii,neq; a triũuiratu,ſed a tẽpore quãdo Octauius fuit appellatus Auguſtus.& quia omnes iſte propoſitiones ambiguæ ſunt duplicẽ,imo diuerſũ habentes ſenſum,maluit Herodes iuxta utrũq; ſenſum præuenire potius quam in altero præueniri.uerbi gratia tẽpus ſũmę pacis & iuſtitię ambiguũ eſſe poteſt,quia pax & iuſtitia multis annis durare poſſunt & ſic incertũ eſſet quo ãno chriſtus naſceretur. ſimiliter tẽpus quo Ianus ab Auguſto fuit clauſus, etiã fuit diuerſum & multiplex,quia Auguſtus ter Ianũ clauſit,& ſic etiã tẽpus natiuitatis chriſti iuxta hoc fuiſſet incertũ & ambiguũ. ſimiliter ſi dixerint chriſtũ naſcituꝝ,uel tunc natũ fuiſſe ãno ĩperii Octauii Auguſti.42.etiã duplicẽ habet ſenſum,nã in ãnis Octauii Auguſti cõputandis diſcrepãt iudæi a græcis in annis duobus,quippe iudæi cõputãt ãnos ĩperii Octauii inchoantes eos ſtati poſt mortẽ Iulii cęſaris.hinc eſt ꝙ Ioſephus hiſtoriographus hebræus aſſerit Octauiũ ĩperaſſe annis.57.cũ mẽſibus ſeptẽ,ſed græci ſcriptores auſpicãtur annos ĩperii Octauii a primo eius cõſulatu,uel a triũuiratu.hinc eſt ꝙ aſſerũt Octauiũ ĩperaſſe annis dũtaxat.56.ſicq; inter diuerſa hæc ſupputationũ initia duo fere intercedũt ãni.hac ergo de cauſa,ambigua eſſe potuit hęc propoſitio chriſtus naſcetur ãno ĩperii Octauii cęſaris 42.eo ꝙ ãni ĩperii eius auſpicari poſſunt uel ſtati poſt mortem Iulii cæſaris a quo hæres fuit inſtitutus,uel potius a primo eius conſulatu uel a triumuiratu quando rem publicam oppreſſit.ſimiliter ſi dixiſſent magi chriſtum naſciturum, uel natum fuiſſe anno monarchiæ Auguſti uigeſimo octauo,etiam duplicem habet ſenſum iuxta diuerſam ſupputationem romanorum,& iudæorum,ac ægyptiorum.quæ diuerſitas etiã duoꝝ annorum differentiã ĩportat,nam iudęi & ægyptii auſpicantur annos monarchiæ Octauii ab ęgypto ſubiugata,quã do regnũ ęgyptioꝝ per mortem Antonii & Cleopatræ in poteſtatẽ Octauii cæſaris ꝑuenit.ſed romani auſpicãtur ãnos monarchiæ Auguſti ꝑ duos ãnos tardius uidelicet quãdo Octauius Romã rediẽs ſenatus decreto Auguſtus hoc eſt ſãctus fuit appellatus biẽnio ſcilicet poſt ęgyptũ ſubiugatã.ut Cẽſorin⁹ docet.hac ergo de cauſa ꝓpoſitio iſta chriſtus naſcetur,uel natus fuit ãno monarchię Auguſti.28.ambigua eſſe potuit ſecũdũ diuerſas romanoꝝ,& iudęoꝝ,ac ęgyptioꝝ ſupputatiões,quę biẽnio ĩ uicẽ diſcrepãt.Herodes ergo rex ut euãgeliſtã inquit edoctus modo,& cõmonefactus a magis chriſtũ regẽ futurum

iam natum fuiſſe turbatus eſt ualde,& omnis hieroſolyma cum illo & congregans omnes principes ſacerdotum,& ſcribas populi ſciſcita batur ab eis ubi chriſtus naſceretur ut nuper natum perderet, & ne per ambiguum magorum reſponſum, aut per diuerſam annorum Auguſti computationem falleretur ad maiorem regni ſui tutelã iux ta innatam ſibi crudelitatem ſtatim poſtquam uidit ſe illuſum a ma gis iuſſit occidi pueros omnes in bethleem Iudæ non ſolum nuper natos,ſed a bimatu & infra ſecundum tempus ambiguum quod ex/ quiſierat a magis. Vel fortaſſe ſtella magis biennio antequam Hiero ſolymam uenirent apparuerat. quod innuere uidetur euangeliſta cũ dicit Herodem occidiſſe pueros a bimatu & infra ſecundum tempus quod exquiſierat a magis. quinimmo ſcripſit Ioannes chryſoſtomus ſe legiſſe in quadam ſcriptura magos ueniſſe ex regione quæ ſita eſt in principio oriẽtis iuxta occeanum orientalem,& per biennium fu iſſe in itinere, Idem alio loco ſcripſit. conuenienti ratione colligitur ſtellam ipſam ante multum tempus apparuiſſe. quia enim magi plu/ rimum erant itineris longinquitate remorandi, neq; poterant mox nato puero aſſiſtere, ante multum tempus eum ſtella demonſtra/ uit. idem ipſe quaſi argumentum iam factum diſſoluens dicit,quod ſi a biennio & infra Herodes pueros interfecit, non mireris, ſiqui/ dem conueniens in eundem tyrannum pauor & furor pro abundan tia cautionis & licentia perſecutionis maius etiam tempus conclu/ dit. ne quis profecto eius ætatis,& forte is potiſſimum propter quem alii interimuntur,effugiat. Herodes ergo propter ſuſpicionem regni quia alienigena fuit atq; natura crudelis & ob hoc Iudęis exoſus reſ ponſo magorum territus, animum habens ſuſpicione plenum, regni zelo ſollicitatus, interfecit pueros non ſolum tunc natos, uerum etiam a bimatu & infra ad maiorem ſui regni tutelam. adductus for taſſe ad hoc ex decreto romanorum, quibus ſemper amiciſſimus fu/ it. nam ut Suetonius ſcripſit cum romæ prodigium publice factum eſſet quo denunciabatur regem po. ro. naturam parturire. ſenatus exterritus cenſuit,ne quis anno illo genitus educaretur. ſed de hoc poſtea ſcribemus. ſicq; Herodes natura crudelis reſponſo mago/ rum de futuro iudæorum rege exterritus, non diſtulit necem pue/ rorum ad duos annos ut nonnulli ſcripſerunt; ſed ſtatim poſtquam uidit ſe illuſum a magis pueros omnes a bimatu & infra occidi iuſ/ ſit. Verum quia ſcripta priſcorum magorum quos Herodes conſu/ luit non peruenerunt ad manus noſtras, requirenda ſunt hæc a ma/ gis & aſtrologis iunioribus,qui poſt chriſti natiuitatem planetarum

motus rectificarunt,inter quos primus occurrit Agrias qui ut ſcribit Ptolemæus curſus ſtellarum in bithynia obſeruauit,& in anno duo decimo Domitiani hoc eſt anno nabuchdonoſoris.840. die ſecun/ do menſis tobi,ante medium noctis, horis quinq;, ſole exiſtente in ſexto gradu ſagittarii uidit meridianam partem pleyadum cooperiri a cornu lunæ meridiano.fuit autem tunc locus lunæ ſecundum ueri tatem ut inquit tertius gradus,&.7.minuta tauri.uolens hanc obſer uationem reducere ad annos chriſti inueni eam factam fuiſſe,anno a natiuitate dñi iuxta uulgatam computationem nonageſimo tertio ex quibus ſequitur annum illum fuiſſe annum duodecimum Domi tiani,licet Euſebius & alii chronographi annotauerint annum duo/ decimum Domitiani e regione anni a natiuitate chriſti nonageſimi quinti.huic obſeruationi Agrię congruit et alludit hoc quod Sueto nius ĩ uita Domitiani dicit lunã in aquario fuiſſe eo die quoD omi tianus interfectus fuit.qui deſcripturus ſigna quę mortẽ eius præceſſe rãt ſic inchoat.pridie q̃ periret cũ oblatos tuberes ſeruari iuſſiſſet in craſtinũ adiecit ſi modo uti licuerit,& cõuerſus ad proximos affirma mauit fore ut ſequenti die luna ſe in aquario cruẽtaret, factũq; ali/ quod exiſteret de quo loquerẽtur homines ꝑ terrarũ orbẽ.ex quibus elici poteſt lunã fuiſſe in aquario eo die quo Domitianus occiſus in teriit. fuit autẽ occiſus ut idẽ Suetonius teſtatur.14. Calendas octo bris.itaq; pro rectificatione huius retroceſſi uſq; ad tẽpora Domitia ni inquirẽdo quo anno luna fuit in aquario die.14.calẽdas octobris & inueni hoc fuiſſe anno ab incarnatione dñi.97. currẽte iuxta uul/ gatam ãnorum domini ſupputationem.ex quibus inferri poteſt Do mitianum eodem anno mortuum fuiſſe,licet Euſebius & alii chro/ nographi annotauerint eum uita functum anno domini iuxta uul/ gatam ſupputationem.99. Idem fere error in annis Traiani impe/ ratoris inuenitur ut oſtendi poteſt per obſeruationes ſtellarum,quas fecit Mileus romanus in anno primo ipſius Traiani ſcilicet anno Nabuchdonoſoris.845.tranſacto, die quintodecimo menſis mezir in nocte præcedente diẽ .16.poſt mediũ noctis,horis quatuor.qui cõ ſiderare uolens ſtellã azimech ĩuenit eã a luna coopertã.fuit autẽ lu/ na uero curſu in.25.gradu &.45. minuto uirginis habẽs latitudinẽ meridianã unius gradus & tertiæ partis unius &c.uolens hanc conſi deratione Milei reducere ad annos chriſti iuxta uulgatam ſupputa/ tionẽ inueni eã factã ãno a natiuitate chriſti nonageſimo nono,ergo ille fuit ãnus primus Traiani licet Euſebius & alii chronographi ãno tauerit primũ ãnũ Traiani e regiõe ãni chriſti.101.q̃ ſi proceſſerimus

ad annos Hadriani & Antonii pii, idem comperiemus per obſeruationes Ptolemæi, qui tempore dictorum imperatorum ſtellarum curſus rectificauit. & liquido conſtabit annos imperatorum iuxta conſiderationes aſtrologorum non reſpondere ſupputationi uſitatæ ad annos chriſti redactæ, ſed de huiuſcemodi obſeruationibus, & de ſtella magorum poſtea plura ſcribemus. nunc redeuntes ad primum noſtrum inſtitutum de annis uitæ Herodis propoſitum, dicemus Herodem paululum poſt chriſti natiuitatem ſuperuixiſſe, & interfeciſſe pueros a bimatu & infra ſtatim poſtquam uidit ſe illuſum a magis & hoc fuit ſub fine uitæ eius, cum iam ægritudine prægrauatus de uita penitus deſperaret. quippe ut Ioſephus teſtatur tunc maxime ſæuire & crudelitatem, tyrannidemq; exercere cœpit, nam & Antipatrum filium ſuum occidi iuſſit quinto die antequam expiraret, & ciues complures iudæorum optimates in hippodromum concludi imperauit, quos Salomæ ſorori & Alexæ eius marito ſtatī poſt tranſitū ſuū interficiendos reliquit. ℭ Sed cōtra prædicta adhuc inſtare aliquis poſſet quia per hāc ſupputationē annoꝝ chriſti reſpectu ānoꝝ uitę Herodis deſtruitur ſupputatio ſeptuagita hebdomadaꝝ a Daniele uſq; ad chriſti mortē numeratarum iuxta quam computationem chriſtus ſaluator præſupponitur natus anno regni Herodis uigeſimo octauo ut docet Nicolaus de lyra incipiendo ānos regni eius a morte Antigoni in quo macchabæorum genus defecit. falſum eſt ergo quod diximus chriſtum natum fuiſſe anno ultimo regni Herodis qui poſt Antigonum regnauit annis triginta quatuor. pro ſolutione huius argumenti ad ſequens oraculum nos transferemus, per quod non ſolum argumentum hoc ſoluemus, uerum etiam in aduerſarium retorquebimus, & omnia ſuperius de annis uitę Herodis expoſita confirmabimus.

ℭ Caput tertium, ſeptimum uiſionis oraculum ſcrutatur, & per ſupputationem Danielis prophetæ ſuperius ſcripta confirmat.

SEptimā oraculoꝝ ſedē Daniel propheta tenebat, qui in trāſmigratione babylonis a chaldæis trāſlatus deſiderās cognoſcere tēpus aduētus chriſti ſaluatoris proſtratus corā deo ī oratiōe ī āno primo Darii filii Aſſueri de ſemine medorum, qui īperauit ſuper regnum chaldæorum tale meruit reſponſum ab angelo Gabriele accipere. Daniel nunc egreſſus ſum ut docerem te & intelligeres, ab exordio

precum tuarum egreſſus eſt ſermo, ego autem ueni ut iudicarem tibi quia uir deſideriorum es, tu autem animaduerte ſermonem & intellige uiſionem. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper urbem tuam ut conſūmetur præuaricatio & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas & adducatur iuſtitia ſempiterna & impleatur uiſio, & prophetia, & ungatur ſanctus ſanctorum. ſcito ergo, & animaduerte ab exitu ſermonis ut iterum ædificetur hieruſalem uſq; ad chriſtum ducem hebdomades ſeptem & hebdomades ſexaginta duæ erunt, & rurſum ædificabitur platea, & muri in anguſtia temporum. & poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus & nō erit eius populus qui eum negaturus eſt. & ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce uenturo, & finis eius uaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. confirmabit autem pactum multis hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium, & erit in templo abominatio deſolationis, & uſq; ad conſumationem & finem perſeuerabit deſolatio. In expoſitione huius prophetiæ multi doctores quaſi in labyrintho fatigati ſunt cum ob diuerſas annorum ſupputationes, tū ob uarias eiuſdem prophetiæ tranſlationes. omnes tamen in hoc conueniunt quod per quamlibet hebdomadam intelligi & computari debent anni ſeptem. ſunt enim hebdomadæ annorum, ſicut & dierum, nam quemadmodum ſeptem dies conſtituunt hebdomadam unā dierum, ſic ſeptē anni perficiunt hebdomadā unam annoꝝ, ſed quomodo hi anni computari debeant diuerſæ ſunt doctoꝝ opiniones quas longum foret enarrare, quamobrem dedita opera eas prætereundo dicemus ſuccincte, & breuiter priſcos eccleſiæ doctores computaſſe has ſeptuaginta hebdomadas a primo anno Darii in quo facta fuit hæc reuelatio uſq; ad templi deſtructionem per Titum factam. ſic quod ſexaginta duæ hebdomadæ cum dimidia numerentur uſq; ad chriſtum dominum, & reliquæ ſeptem hebdomadæ cum dimidia finem accipiant in deſtructione ciuitatis, & templi per Titum facta. Iuxta quam rationem a primo anno Darii uſq; ad deſtructionem templi interceſſiſſent anni quadringenti nonaginta, ſic ꝙ a Dario uſq; ad Chriſtum computentur anni. 437. cum dimidio, & a chriſto uſq; ad deſtructionem templi numerentur anni. 52. cum dimidio. Illud quoq; animaduertendum eſt quod apud tranſlationem in primo eccleſiæ ſtatu uſu habitam, quæ ex græca ſeptuaginta interpretum ęditione aſſumpta putatur, longe aliter legitur hęc prophetia quam in noſtra tranſlatione habeatur, quamob

rem non mirum uideri debet ſi in expoſitione eius uarię & diuerſę fuerint doctorum opiniones,ſic enim Tertulianus in libro quem contra iudæos ſcripſit,hanc prophetiam recitauit. In primo anno ſub Dario filio Aſſueri ex ſemine medorum,qui regnauit ſuper regnum chaldęorum.ego Daniel intellexi in libris numerum annorum,& adhuc me loquente in oratione ecce uir gabriel, quem uidi in uiſione in principio uolans tetigit me & locutus eſt mecum & dixit:Daniel nūc exiui imbuere te intelligentia, in principio obſeruationis tuę exiuit ſermo, & ego ueni ut ánunciem tibi quia uir deſideriorum tu es,& cogita in uerbo & intellige in uiſione,ſeptuaginta hebdomadæ breuiatæ ſunt ſuper plebem tuam, & ſuper ciuitatem ſanctam quoaduſq; inueteretur delictum, & ſignentur peccata, & exorientur iuſtitiæ, & inducatur iuſtitia ęterna, & ut ſignetur uiſio, & prophetes, & ungatur ſanctus ſanctorum, & ſcies,& proſpicies, & intelliges a profectione ſermonis integrando, & reædificando hieruſalem uſq; ad chriſtum ducem hebdomades ſeptem, & ſexaginta duæ, & dimidia, & conuertet, & ędificabitur in lætitiam, & in conuallationem, & innouabuntur tempora poſt hebdomadas has ſexaginta duas, & exterminabitur unctio, & non erit, & ciuitatem ſanctam cum duce adueniente concident, quomodo in cataclyſmo uſq; in finem belli quod concidetur uſq; ad interitum, & confirmabit teſtamentum in multis hebdomada una & dimidia hebdomada auferetur in eum ſacrificium, &libatio, & in ſancto execratio uaſtationis uſq; in finem temporis conſummatio dabitur ſuper hac uaſtatione. his uerbis Tertulianus carthaginenſis hanc Danielis reuelationem & prophetiam recitauit. computans hebdomadas ſexaginta duas cum dimidia hoc eſt annos quadringentos triginta ſeptem cum dimidio a primo anno Darii quando Daniel hęc uidit uſq; ad chriſti ſaluatoris paſſionē,& reliquas ſeptē hebdomadas hoc eſt ános.52.cū dimidio numerat a chriſti paſſione uſq; ad tēpli deſtructionē. uerū quia ſupputatio eius non eſt conſentanea ſcriptis hiſtoriographoꝶ ideo hanc Tertuliani ſententiam relinquemus una cum opinionibus cęterorum doctorum, qui Tertulianum imitati ſunt, licet in computatione annorum ab eo diſſentiant. Illud tamen animaduerti conuenit quod nonnulli per hebdomadas abbreuiatas intelligi uoluerunt annos lunares, qui deficiunt ab anno ſolari in diebus undecim, iuxta quem modum uenerabilis Beda libro de temporibus capite nono computat hos annos a uigeſimo anno regni Artaxerxis quádo Neemias pincerna re

gis impetrauit ab eo reſtaurari muros Hieruſalem uſq; ad chriſti paſſionem & mortem. quod autem ſequitur & ciuitatem, & ſanctua rium diſſipabit populus cum duce uenturo, & finis eius uaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio: non ad ſeptuaginta hebdomadas pertinere putat. ſed quia ſupputatio Bedę non eſt conformis ſcriptis hiſtoriographorum relinquemus eam. neq; etiam congruere uidetur prophetiæ, quod per annos abbreuiatos intelligãtur anni luna res, quia iudæi non utebantur annis pure lunaribus, ſed tertio, uel ſecundo anno per adiectionem menſis emboliſmi reducebant ãnos ſuos lunares ad ſolares, ſicq; dies undecim, quibus annus lunaris de ficit a ſolari inſtaurantur per inrercalationem menſis in anno embo liſmo. quamobrem alii arbitrati ſunt per hos annos abbreuiatos ſignificari annos lunares arabum, qui nunquam recipiunt mẽſem emboliſmum, ſed diem duntaxat de quibus ſuperius ſcripſimus. uerum ſi uerba prophetę recte conſideremus conſpicuum erit non eſſe laborandum pro inquiſitione huiuſcemodi annorum abbreuiatorum, quaſi hi anni abbreuiati minores eſſent annis ſolaribus, immo accipiendi ſunt tanquam anni ſolares. nam pro eo quod in tranſlatione noſtra uſitata legitur ſeptuaginta hebdomades abbreuiatæ ſũt ſuper populum tuum, in hebræo habetur præciſe hoc eſt adæquatæ ſunt quod ſignificat non eſſe plures, neq; pauciores quam ſeptuaginta. ideo dimiſſa hac opinione ut propoſitum concludamus, & ar gumento nobis obiecto reſpondeamus atq; errorem chronographo rum in annis chriſti numerandis oſtendamus, narrabimus hic duas duntaxat opiniones, quas poſtillator reliquis præferendas putauit. quarum prima numerat hos quadringentos nonaginta annos ab inſtauratione ciuitatis hieroſolymę facta a Neemia in anno uigeſimo regis Artaxerxis uſq; ad chriſti paſſionem. hos annos Nicolaus de lyra ſecundum Ioſephum ſic numerat: a reditu captiuitatis babylonicę uſq; ad principatum macchabęorum computantur anni quadringenti quatuordecim & principatus macchabęorum deficiens in Antigono capto per Soſſiũ & Herodẽ aſcalonitã durauit annis .127. poſt quẽ Herodes regnare cępit cuius ãno uigeſimo octauo natus eſt chriſtus a cuius natiuitate uſq; ad baptiſmũ eius numerãtur ãni .29. iuxta euãgeliũ Lucæ dicentis chriſtũ tũc incępiſſe annũ ętatis trigeſi mum quibus adiungit pro ultima hebdomade annos .7. ſed omnes iſti anni ſimul collecti faciũt annos .605. a quibus ſi demantur anni 115. qui intercępti erãt a primo ãno Cyri uſq; ad uigeſimum ãnum Artaxerxis quando Neemias ciuitatem inſtaurauit, & eam muris

cinxit. reſtant anni .490. qui faciunt præciſe ſeptuaginta hebdoma das ab ædificatione ciuitatis, uſq; ad quartum annum poſt chriſti paſ ſionem computatas. & ſic hoſtia ideſt chriſtus defecit in dimidio ul timę hebdomadis. ꝙ autem a primo anno Cyri uſq; ad uigeſimum Artaxerxis intercępti fuerant anni. 115. ſic deducit nam Cyrus regna uit annis. 30. Cambyſes eius filius annis. 8. duo magi menſibus. 7. qui pro anno uno computantur. Darius hyſtaſpis annis. 36. Xerxes eius filius annis. 20. Arthabanus menſibus. 7. qui computantur etiã pro anno uno. deinde de regno Artaxerxis uſq; ad miſſionem Ne emię computantur anni completi .19. quia in principio anni uigeſi mi regni ſui miſit Neemiam ad inſtaurandam hieruſalem. ſed om nes iſti anni collecti faciunt annos .115. quod fuit probandum . hęc eſt prima ſupputatio a Nicolao de lyra expoſita, quam cũ per ſcrip ta Ioſephi examinare conarer inueni apud Ioſephum regnum mac chabęorum duraſſe annis duntaxat centum & uiginti, & nõ centum & uiginti ſeptem, ut hęc ſupputatio pręſupponit, queẽadmodum ui dere licet libro antiquitatis Iudaicę quartodecimo capitulo ultimo deficit ergo hęc ſupputatio in annis ſeptem qui faciunt hebdomadẽ unam. neq; etiam congruum uidetur ꝙ pro ſeptem menſibũs mago rum, & pro ſeptem menſibus Arthabani ſumantur anni duo, quia unum duntaxat annum cum duobus menſibus conſtituunt. Secun dus modus quem magis approbare uidetur poſtillator eſt ut initiũ computationis harum ſeptuaginta hebdomadarum ſumatur a quar to anno Sedechię regis menſe quinto, quando primum factum fuit uerbum domini de reditu populi ĩ hieruſalem per Hieremiam pro phetam dicentem. cum cęperint impleri in babylone ſeptuaginta an ni uiſitabo uos, & ſuſcitabo ſuper uos uerbum meum bonum, & re ducam uos ad locum iſtum. ſicq; a quarto anno Sedechię regis uſq; ad chriſti paſſionem conatur poſtillator computare has ſeptuaginta hebdomadas hoc eſt ãnos. 490. hoc modo. nam ab anno quinto Se dechię regis uſq; ad deſtructionem ciuitatis, quę facta fuit anno un decimo regni ſui, computat annos ſex. deinde a deſolatione ciuita tis uſq; ad primum annum Cyri numerat annos . 52. Cyrus uero iuxta hebręos regnauit annis tribus. Cambiſes eius filius regnauit annis ſex ut Ioſepho placet. poſt quem dicit regnaſſe Aſſuerum ma ritum Heſter annis .40. licet hebręi quatuordecim duntaxat annis eum regnaſſe aſſerant. cui ſucceſſit Darius cuius anno ſexto con ſummatum fuit templum, hunc Darium hebręi ab Alexandro ma gno uictum arbitrantur, & a conſummatione ſecũdi templi uſq; ad deſtructionem

deſtructionem eius factam per Titum & Veſpaſianum, iuxta ſupputationem hebręorum interceſſerunt anni.420. ſi ergo omnes iſti anni ſimul colligantur prouenient anni.532. a quibus ſi demantur anni.42.qui numerantur a morte chriſti uſq; ad deſtructionem templi ſecundi factã per romanos, reſtabunt anni.490.qui faciunt hebdomadas annorum.70.ſicq; hoc modo poſtillator computat annos 490.a quarto anno Sedechię regis uſq; ad annum mortis chriſti incluſiue. Sed non uideo quomodo hęc ſupputatio perſiſtere poſſit. quia neq; eſt cõformis ſupputationi latinoꝝ,neq; gręcoꝝ,neq; hebręoꝝ.ponit nãq; hęc ſupputatio a Cyro primo perſaꝝ rege uſq; ad Alexãdrũ magnũ reges dũtaxat quatuor,cũ latini,& gręci numerẽt quatuordecim. diſcrepat etiã a ſupputatione hebraica in annis Aſſueri regis quem poſtillator regnaſſe dicit annis quadraginta, ſed hebręi quatuordecim duntaxat annis regnaſſe aſſerunt.ſicq; modus iſte nõ eſt idoneus ad redarguendum iudęos, quia negarent Aſſuerum regnaſſe annis.40.neq; eſt idoneus ad docendum chriſtianos,quia neglexit decem reges perſarum,quorum tamen doctores chriſtiani meminerunt,& de eis chronographi omnes,atq; hiſtoriographi tam latini,quam græci mentionem fecerunt. qui regnarunt annis pluſquã centum et quinquaginta. ex quibus apparet computationem hanc poſtillatoris non conuenire ſupputationi priſcorum,neq; latinorũ, neq; gręcorum,neq; etiam hebręorum. Igitur redeuntes ad primum noſtrũ inſtitutũ de ãno natiuitatis chriſti reſpectu annoꝝ regni Herodis aſcalonitę, & reſpõſuri argumẽto ſuperius propoſito dicemus ſupputationem annorum Herodis a nobis inductam non obuiare computationi ſeptuaginta hebdomadarum,immo uerius corroborare eam.quia Ioſephus quem poſtillator allegat non ſcripſit regnũ macchabæorum duraſſe annis centum uiginti ſeptem ut poſtillator putauit,ſed annis centum & uiginti duntaxat,quibus ſi addantur anni centum quatuordecim, qui numerantur a reditu ex captiuitate babylonica.hoc eſt a primo anno Cyri primi perſarum regis uſq; ad initium principatus macchabęorum prouenient anni.534.uſq; ad mortem Antigoni in quo deficit machabęorum regnum. poſt cuius interitum regnauit Herodes aſcalonita annis triginta quatuor ut idem Ioſephus teſtatur, cuius anno ultimo chriſtum natum diximus iuxta ſupputationem annorum Herodis ſuperius expoſitam,a cuius natiuitate uſq; ad baptiſmum eiuſdem computabimus annos.29. ut poſtillator pręſupponit, quibus etiam addemus hebdomadem unam integram in cuius medio chriſtus crucifixus credi/

tur. ſed omnes iſti anni ſimul collecti faciunt annos.604. a quibus ſi demantur anni.114.qui computantur a primo anno Cyri uſq; ad ędificationem ciuitatis reſtant pręciſe anni.490.qui faciunt hebdomadas ſeptuaginta. in hac ſupputatione pro ſeptem menſibus quibus Arthabanus ſceptra tenuit non numeramus annos duos ut poſtillator facit, ſed unum duntaxat cum duobus menſibus. patet ergo ex prædictis hanc ſeptuaginta hebdomadarum computationem ex Ioſephi hiſtoria deductam non aduerſari ſcriptis noſtris ſuperius expoſitis de anno natiuitatis chriſti reſpectu annorum Herodis, immo adminiculari potius & ſuffragari uidetur, quia niſi dixerimus chriſtum ſaluatorem natum fuiſſe anno ultimo uitæ Herodis, nō poterit defendi priſca illa ſeptuaginta hebdomadarum ſupputatio. nō ergo ſuperuixit Herodes poſt chriſti natiuitatem annis quinq; ut chronographi putarunt, ſed paucis duntaxat menſibus. neq; diſtulit necem puerorum ad annos duos poſt diſceſſum magorum, ſed interemit eos ſtatim poſtquam uidit ſe illuſum a magis. errarunt ergo chronographi in ſupputatione annorum Herodis in annis quinq;, & in numeratione annorum chriſti in annis duobus. non enim chriſtus fuit bimus quando pueri ab Herode interempti fuerūt, ſed nuper natus. hunc autem duorum annorum in annis chriſti errorem nunc per reliqua oracula demonſtrare aggrediemur, incipiētes a ſeptuaginta interpretibus.

¶ Caput quartū, octauum uiſionis oraculum examinat, & prędicta omnia confirmat probans chronographos in ānis chriſti domini numerandis erraſſe in annis duobus.

Octauum oraculum reddebant ſeptuaginta duo legiſperiti ſacrę ſcripturę īterpretes, qui ad requiſitionem Ptolemæi philadelphi regis ægyti ab Eleazaro iudæorum pontifice miſſi in alexādriam libros diuinę ſcripturæ in græcum eloquium traduxerunt. hac tranſlatione uſi fuerunt omnes primæ eccleſiæ doctores tam græci, quam aſiani, tam ſyri, quam ægyptii, & aphricani. cuius ētiam traductione in latinum ſermonem facta romani, & occidentales uti conſueuerunt. hanc ſolam apoſtoli & euangeliſtæ qui græce ſcripſerunt tanq̃ ſuis temporibus celebratam in ſuis ſcriptis allegare ſolent. adeo ut Origenes ꝓ defenſione hiſtorię Suſannę quę in hebręo nō habeť ſcribens contra Iuliū aphricanū, & Auguſtinus cū Hieronymo diſputans reputarunt eam non ſolū autenticā et ab eccleſia ſemper appro

bandum, immo etiam prȩferendum eſſe putarunt hæbraicæ æditioni. non quod exiſtimandum ſit puriorem poſſe haurire aquam a riuo, quam a fonte, ſed quia uerendum eſt ne iudaica perfidia fontem ipſum ſacræ ſcripturæ poſt interpretationem a ſeptuaginta ſapientibus factam odio chriſti ſaluatoris infecerit. ſed de his ſecundo libro abunde ſcripſimus. Nunc quantum propoſito noſtro pertinet hoc ſolum dicemus quod priſci illi primæ eccleſiæ patres obſeruandiſſimi, atq; omnium in lege chriſtiana antiquiſſimi, apoſtolorumq; diſcipuli tempora ſua iuxta tranſlationem ſeptuaginta interpretum ſupputantes, dixerunt chriſtum dominum natum anno a prima mundi conſtitutione quingẽteſimo ſupra quinquies milleſimum. ex qua ſupputatione ſequitur chriſtum per duos annos tardius natum, atq; crucifixum fuiſſe quam latini chronographi perhibuerunt. nam ut docet Niceta anno a conſtitutione mundi quingenteſimo ſupra quinquies milleſimum cyclus ſolaris fuit duodecimus. ſi enim diuiſerimus annos .5500. per numerum integri cycli ſolaris qui eſt 28. reſtabunt in reſiduo .12. fuit ergo tunc cyclus ſolaris ut Niceta dixit duodecimus cui pro littera dominicali aſſignatur .g. ſed iuxta uulgatam annorum domini ſupputationem præſupponitur chriſtũ natum fuiſſe anno cycli ſolaris decimo, in quo littera dominicalis fuit .b. ſequitur ergo ex hac priſcorum ſupputatione chriſtum natum fuiſſe per duos annos tardius, quam chronographi iuniores prodiderunt, quod & nunc per ſequens oraculum confirmabimus.

¶ Caput quintum nonum oraculum ſcrutatur.

NOnum oraculum, uel argumentum ſumitur ex euangelio Lucæ capitulo decimotertio ubi legitur ꝙ ſub idem tempus quo chriſtus euangelium ueritatis prædicauit, aderant quidam nunciantes illi de galilæis, quoꝝ ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificiis eoꝝ & reſpondens Ieſus dixit illis putatis quod hi galilæi præ omnibus galilæis peccatores fuerint? quia talia paſſi ſunt? quod doctores cõmuniter exponunt de his qui a mago quodam filium dei ſe profitẽte ſeducti, congregati fuerunt in monte garizim ut ibi ſacrificarent quos tanquam ſeditioſos Pilatus ſubito ſuperueniens trucidauit. De quo etiam in ſcholaſtica hiſtoria & apud Ioſephum legitur quidam Caphedon nomine omnem plebem ſuaſionibus artificioſis induxerat, ut in montem garizim omnes accurrerent ꝙ eum ſanctum

habeꝛent ac uenerabilem. pollicebatur enim ſe aſcendentibus oſtenſurum uniuerſa uaſa quæ ibidem a Moſe fuiſſent obruta. at illi perſuaſi uerbis illius armantur, & conſidunt in quodam Vico cui nomen eſt Tirathua, atq; hinc inde plurimos congregabant, ut cum maxima multitudine montem aſcenderent, ſed hos in ipſo aſcenſu Pilatus occupat, omnem equitatum præcedere iubens ductu uelociſſimo, atq; ibi circa memoratū locum pugna committitur, & alios obtruncant, pleroſq; in fugam uertunt, maximam partem capiunt, quorum principes ſeditionis Pilatus interfecit. hic eſt mons ille de quo mulier illa ſamaritana dixit Ieſu, patres noſtri in hoc mōte adorauerunt, ut habetur deutronomii uigeſimo ſeptimo, & uos dicitis quia in hieroſolymis eſt locus ubi adorare oportet. & ut Ioſephus ſubdit Pilatus a ſamaritanis (ob hoc facinus patratum) apud Vitellium præſidem ſyriæ accuſatus quod iniuſte tot uiros occiderit a procuratione iudææ remotus Romam pergere præcipitur, ut de his in quibus a iudæis accuſabatur ſe apud Cæſarem expurgaret. tunc Pilatus poſtquam in iudæa decimum expleuit annum pergit Romam Vitellii iuſſione compulſus, non enim poterat eius iuſſionibus reluctari, ſed antequam Pilatus Romam ueniret Tiberius ex humanis rebus abſceſſit. hæc Ioſephus. ex quibus elici poteſt chriſtum ſaluatorem tardius paſſum fuiſſe, quam chronographi perhibuerūt, immo ſub finem annorum imperii Tiberii crucifixum fuiſſe.

¶ Caput ſextum.

DEcimum oraculum ſumitur ex euangelio Marci capitulo ſexto, in quo euangeliſta ſcripſit Herodem antipam decollaſſe Ioannem Baptiſtam propter Herodiadē uxorē Philippi fratris ſui, quia duxerat eā ī uxorē repudiata prima uxore filia Arethę regis arabū. dixerat enī Ioānes Herodi nō licet tibi habere uxorē fratris tui. hęc autē Ioſephus facta fuiſſe inſinuat paucis ānis ante Tiberii īperatoris exceſſum, quē tamen obtruncatū fuiſſe conſtat ante chriſti paſſionem. nam ut euangeliſtæ teſtantur multa fecit miracula Ieſus, multaſq; uirtutes oſtendit poſt Ioannis decollationem, quæ cum innotuiſſent Herodi arbitratus fuit Ioannem (quem interfecerat) a mortuis reſurrexiſſe. ex quibus elici poteſt chriſtum dominum tardius quam chronographi perhibeant, immo ſub finē annorum Tiberii crucifixum fuiſſe. quippe Ioſephus libro antiquitatum. 18. de/

ſcripturus exordium belli inter Herodem Antipam,& Aretham regem arabiæ,dicit cauſam belli fuiſſe quia Herodes captus inordinato amore Herodiadis uxoris Philippi fratris ſui ſtatuit repudiare uxorem ſuam filiam Arethæ regis,qua re cognita ipſa tranſfugit ad patrem,qui ſtatim inuadens Tetrarchiam Herodis profligauit eius exercitum. hæc cum Herodes ſignificaſſet Tiberio,ægre ferens imperator inſolentiam Arethę regis ſcripſit Vitellio pręſidi ſyriæ ut Aretham regno pelleret. cunqꝫ Vitellius exercitum inſtruxiſſet,& ad pūgnam accederet ipſe cum Herode, & amicis aſcēdit hieroſolymam deo hoſtias immolaturus. quarto autem die allatæ ſunt ei litteræ, quibus nunciatum eſt,Tiberium imperatorem mortuum eſſe. conſtat autem ex euangelica doctrina Ioānem Baptiſtam inſtinctu Herodiadis incarceratum ab Herode,& capite truncatum fuiſſe ſuperſtite adhuc chriſto. ex quibus elici poteſt dominū tardius fuiſſe crucifixum quam doctores prędicti putarunt. quemadmodum & nunc per proximum oraculum probabimus.

Liber duodecimus,undecimum uiſionis oraculum ſcrutatur.& deputabitur totus hic liber Iulio cæſari,quia per obſeruationes atqꝫ decreta ipſius,ſcripta ſuperioris libri confirmabimus,oſtenſuri chronographos erraſſe in annis chriſti dñi numerandis ſic ꝙ per duos annos tardius natus & crucifixus fuit Ieſus,quā chronographi prodiderūt.

¶ Caput primum pręambulum eſt ad concluſionem probandā, exponens rationem anni ſolaris a Iulio cęſare inſtituti.

VNdecimum oraculorū tripodē tenebat Iulius cæſar ſolis curſum obſeruans,qui etſi bellicis rebus & arduis ſemper negociis fuit implicitus, nunquā tamen bonarum artium ſtudia prætermiſit,immo aſtrologicę diſciplinę adeo fuit peritus, ut nouam ſectam induxerit, quemadmodum docet Plinius libro decimo octauo,in quo ortus & occaſus ſtellarum expoſiturus pollicetur ſe deſcripturum eos iuxta nouam editionem Cęſaris. nā cum prius tres dūtaxat aſtrologorum ſectæ eſſent,chaldæa,ægyptia, & græca,adhibito ſibi Soſigene huius ſcientiæ perito(quartam ſcilicet)latinam ſectam addidit.quinimmo ut Lucanus docet Cæſar ubi alexandriam applicuit diſputans cum Achoreo philoſopho ac pontifice Alexandrino uſqꝫ ī noctem profundam,ſic de ſe dixiſſe fertur.

media īter prælia ſēper ſtellaꝝ, cœliq; plagis, ſuperiſq; uacaui, Non
meus eudoxi uincetur faſtibus annus. tūc nanq; ab alexādrinis uerā
āni ſolaris quātitatē edoctus, animaduertēs annū a romanis obſerua
ri ſolitū, neq; ſolis reuolutioni, neq; lunæ motui ad unguē reſpōdere
& neq; meſſiū ferias ī æſtate, neq; uindemiaꝝ ſacrificia ī autūno cele
brari, adiecit ad annū romanū dies decē cū quadrāte. pro quo quarto
quoq; āno diē unū intercalare iuſſit. quæ ut magis pateāt altius pau/
lo ſunt repetenda. Romani nāq; ut priſcoꝝ perhibēt ſcripta primor
dio urbis conditæ armis magis dediti quā aſtrologiæ periti, ānum de/
cem menſibus Romulo autore computauerunt a Martio auſpican
tes, quem Romulus Marti patri dicauit, caputq; anni eſſe uoluit. ſe
cundum uero Aprilem, Tertium Maium, quartum Iunium, quintū
Quintilem (quia quintus a Martio erat menſis) nominauit, ſextum
Sextilem, ſeptimum Septembrem, ſicq; numero decurrente Decem
ber ſolemnem menſium numerum finiebat. Ita ut ſex menſes qui
quatuor habēt nonas, uidelicet Aprilis, Iunius, Sextilis, September,
Nouember, December, tricenos dies complecterentur, reliqui uero
quatuor qui ſex nonas ſibi retinuerunt uidelicet Martius, Maius,
Quintilis, & October tricenis & ſingulis diebus conſtarent. ſicq; nu/
merum trecentorum & quatuor dierum annus explebat, huius an/
ni rationē abunde exponit Ouidius libris faſtoꝝ, Solinus libro pri
mo mirabiliū mūdi. & Macrobius libro primo ſaturnalioꝝ. qui nō
ſolū dieꝝ & menſiū ordinē, ſed & cur cuiq; mēſi nomē propriū indi
tū ſit docet, in quo Macrobius una cū Cingio ac Varrone quos alle
gat de nomine ſecūdi mēſis erraſſe uidetur, īſinuās ſecūdū menſē apri
lē a Romulo fuiſſe nominatū, quia ī eo propter uernū tēpus terra &
ea quæ cōtinētur in terra ſe in germen aperire incipiāt, ꝙ certe abſur
dū & ridiculū exiſtit. neq; āno decē menſiū quē Romulus īſtituerat
hoc cōgruere poteſt. quia per huiuſcemodi āni cōſtitutionē ſequitur
neceſſario uernū æquinoctiū ſingulis ānis trāſferri ad menſes duos.
exēpli gratia, ſi tēpore huius īſtitutionis a Romulo factæ uernū ęqui
noctiū accidit primo āno ī Aprili, ergo ſecūdo āno factū fuiſſet æqui
noctiū in Iunio, tertio āno in Auguſto qui tūc Quintilis uocabatur
quarto āno accidiſſet in Octobri, quinto āno in decēbri, ſexto anno
iterū in aprili, ſeptimo āno in Iunio ſicq; cōſequēter uernū æquinoc
tium quotānis ſedē ſuā mutaſſet. friuola ergo eſt Macrobii & Varro
nis ac Cingii argumētatio, qua cōtēdūt menſē ſecūdū a Romulo nū
cupatū eſſe Aprilē quaſi ī eo terra ob uernum tēpus ad germen ape/
riatur. errant etiā in hoc expoſitores faſtorum, qui hanc eādem ratio/

nem ex Macrobio, Varrone, uel Cingio ſumptam inducere ſolent ſed fefellit fortaſſe autores iſtos (licet Varro omnium qui unquam fuerit doctiſſimus reputetur) quod ſuis temporibus in anno ſolari per Iulium inſtituto uernum ęquinoctium ſemper prope aprilē hoc eſt prope octauum calendas apriles accidere ſolebat. ſimiliter in anno a Numa pompilio ordinato de quo ſtatim dicemus æquinoctiū uernum non longe ab Aprili remoueri potuit. quia per menſes embolíſmos lunari āno ſuperadditos ęquinoctia & ſolſtitia ad ſua loca redibant. ſecus in anno decem menſium a Romulo inſtituto contigit. ſed quia anni iſtius ratio nulli planetarum motui inhęrebat, minime ſtabilis ac duratura eſſe potuit, quod animaduertens Numa Pompilius romanorum rex ſecundus, inter cæteras leges quas romanis dedit, nouam anni rationem eis inſtituit, qui ut annum Romuli, lunari computationi ęquaret, quinquaginta dies ad annum Romuli addidit, erantq; totius anni lunaris a Numa inſtituti dies trecenti quinquaginta quatuor, qui per duodecim mēſes diſtributi iuxta luminarium congreſſum obtigerunt ſingulis menſibus dies uiginti nouem cum dimidio. ſed quia dies calendarii diuidi non poſſunt attribuit alternatim uni menſi dies triginta & alteri dies uiginti nouem. hæc anni & menſium ratio conformis fuit aſtrologicę ſupputationi. ſed contemplatione numeri imparis (quem Pythagoras monuerat in omnibus obſeruari oportere) paulo poſt aliter hos mēſes ordinauit. nam ut omnes menſes pręter Februarium diis inferis dicatum impari dierum numero conſtitueret, ad quinquaginta dies anno Romuli ſuperadditos adiecit dies ſex, quos a ſex menſibus anni Romuli pares hoc eſt tricenos dies habentibus de ſingulis ſingulos retraxit, factoſq; quinquaginta ſex in duos nouos menſes pari ratione diuiſit, quorum primum Ianuarium a Iano bifronte deo appellauit, quia finem præteriti āni a principio futuri anni ut in circulo ſit cōtinuat, inſtar Iani bicipitis dei, qui altera fronte pręterita reſpiciens tempora, altera futura proſpiciens inuicem ea copulat. ſecū dum menſem Februarium appellauit ac Februo ideſt Plutoni dicauit, qui luſtrationum potens habebatur. in hoc nanq; menſe luſtrari ciuitatem & iuſta diis manibus ſoluere cōſtituit. & quia iuxta hūc ordinem Ianuarius adhuc pari dierum numero cōtinebatur, adiecit anno diem unum præter rationem in honorem numeri imparis quē ianuario deputauit. ſicq; Ianuarius diis ſuperis dicatus una cum cęteris menſibus (februario excepto) impari dierum numero conſtabat ſolus autem Februarius dierum paritate tanquam abominoſus diis

inferis deputatus fuit.hæc ergo fuit annua a Numa Pompilio ordi/
nata dimenſio Ianuarius dies.29.Februarius.28.Martius.31. Apri/
lis.29.Maius.31.Iunius.29.Quintilis.31.Sextilis.29.September.29
October . 31 . Nouember .29. December.29.deinde ſolis motum
animaduertentes cum perſpicerent menſes hyeme tranſactos ęſtate
euenire,ac temere annum clauſum infra dies ſupradictos quádo qui
dem appareret ſolis reditum non ante trecétesimum ſexageſimum
quintum diem abundante inſuper quadrante perfici, intercalādum
eſſe ſtatuerūt ut annos lunares ſolis curſui adæquarent.in qua inter
calatione gręcos primum imitati ſunt,qui lunares annos .354. die/
rum obſeruantes undecim illos dies cum quadrante quibus annus
ſolaris lunarem ſuperat per octo continuos annos octies multiplica
tos,ac in nonagenarium numerum congeſtos reſeruabant,ut contra
ctus inde nonagenarius numerus in tres menſes per tricenos dies ſci
deretur.qui octauo quoq; anno reſtituti quadringentos & quadra/
ginta quatuor áni dies efficiebát, quos emboliſmos nominabāt,ſed
neq; hac ītercalatione annos ſuos motui ſolis æquare potuerūt, pro
pter diem illum quem numeri imparis contemplatione ultra ānum
lunarem Ianuario additum diximus.in hoc nanq; die annus roma/
norum excedebat annum gręcorum,ſic quod octauo quoq; anno oc
to dies ſuperflue intercalati effluebant. quamobrem ut hunc quoq;
errorem emendarent tertio quoq; octennio ita intercalādos dies di/
penſabant ut non nonaginta,ſed ſexaginta ſex intercalarent compen
ſatis.24.diebus qui per totidem annos ſupra annum lunarem,& gręę
corum numerum creuerant. hęc cum initio romani probaſſent nu/
meri parilis offenſione neglectum breui perdiderunt,& aliam inter
calandi normam ſtatuerunt,per quam nonaginta illos dies quos græ
ci octauo quoq; anno inſtaurabant , ipſi quatuor intercalationibus
compenſabant,alternis annis binos uicenos, alterniſq; ternos uice/
nos ītercalantes. hunc inſtaurandi modum uſq; ad tépora Iulii cęſa
ris obſeruarunt.tamen per eum annos ſuos lunares,motui ſolis adæ
quare non potuerunt,ob diem illum quem in honorem numeri im
paris ſuperadditum anno diximus.fuit ergo tranſlata ītercalandi po
teſtas in ſacerdotes qui plerunq; gratificantes rationibus publicano
rum pro libidine ſua ſubtrahebant tempora uel augebant, adeo ut
modus intercalādi interdū cumulatior, interdum imminutior fieret
uel omnino diſſimulatus præteriretur.ſicq; denuo accidebat ꝙ ſacri
ficia meſſium non fierent in ęſtate,neq; uindemiarum in autumno,
neq; alia ſacrificia ſuis temporibus reſponderent.ſed menſes hyeme
obſeruari

obſeruari & tranſigi ſolent in autumnale tempus inciderent. quod animaduertens. C. Iulius cęſar ab ęgyptiis edoctus uniuerſam hanc temporum inconſtantiam compoſuit, & ut annum a prima lunatione poſt uernum ęquinoctium iuxta priſcorum ęditionē inciperet, fecit annum tunc currentem dierum quadringentorum quadraginta dierum, utq; reliquos omnes annos ad liquidum motui ſolis ęquaret, dies decem ſingulis annis addi iuſſit, quos per menſes octo qui minus triginta diebus habebant diſtribuens ſingulos reliquos duos extremis menſibus alterum ianuario, alterum decembri adiecit. Verum exuperantis quadrantis gratia adhuc intercalare aliquando neceſſe fuit. quamobrem quarto quoq; anno diem unum in februario ad ſextas calendas martias intercalari iuſſit, quia ibi menſis alexandrinorum mechir februario reſpondens terminatur. unde & annus intercalationis biſextilis, & dies intercalatus biſextus eſt appellatus, quia bis ſextum calendas martias obſeruabant. facta eſt autem intercalatio in februario quia cęteris menſibus pauciores dies habuit, ſicq; intercalationis anno februarius ſemper triginta diebus conſtabat hęc ergo fuit anni ſolaris dimenſio a Iulio cęſare inſtituta Ianuarius 31. Februarius. 29. Martius. 31. Aprilis. 30. Maius. 31. Iunius. 30. Quintilis. 31. Sextilis. 30. September. 30. October. 31. Nouēber. 30. December. 31. ſed februario quarto quoq; anno per intercalationem dies unus adiiciebatur ut diximus. Tunc etiā Quintilis menſis Marco antonio conſule legem ferente ob honorem Iulii cæſaris Iulius eſt appellatus, ꝙ quarto idus huius menſis Iulius ipſe procreatus lucis huius ueſtigia ingreſſus ſit. ſed tūc quoq; intercalationis uitiū per ſacerdotes fuit admiſſum. nā cū a Cęſare pręceptū eſſet ut āno quarto intercalarent, & oporteret cōfecto quarto āno id obſeruari anteq̄ quintus auſpicaretur, illi incipiente quarto nō deſinēte intercalarūt. ſicq; per annos ſex & triginta cum nouem dies tantū ſufficere debuiſſent. 12. ſunt ītercalati. ꝙ depręhenſū Octauius Auguſtus pōtificatū adeptus reformauit, Iuſſitq; ānos duodecim ſine ītercalatione decurrere, ut tres illi dies qui ultra nouem neceſſarios poſſent recompenſari. Sub idem quoq; tempus cū Octauius Cęſar imperii ſui ęmulum Marcum Antonium in alexandria ſuperaſſet, prima ſextilis mēſis Romam ingreſſus, ob triumphum tantę uictorię ac totius orbis monarchię Octauii ipſe q̄ prius Cæſar dicebatur ſenatus decreto Auguſtus eſt appellatus. menſis quoq; hic qui prius ſextilis uocabat Auguſtus eſt cognominatus. & ne Auguſtus ipſe Iulio inferior uideretur ac numeri imparis contēplatione diē unū a Februario diis

inferis dicato ſubtrahebant,ac menſi auguſto addiderunt.ſicq; factū eſt ut tam menſis Iulius,quam auguſtus triginta & ſingulos dies cō plecterentur, Februarius uero.28. duntaxat retineret.hęc ergo fuit anni & menſiū ratio a romanis tempore Auguſti imperatoris ante chriſti natiuitatem īſtituta,quam uſq; ad noſtra tēpora obſeruari ui demus uidelicet Ianuarius.31. Februarius .28. Martius.31. Aprilis 30.Maius.31.Iunius.30.Iulius.31.Auguſtus.31.Septēber.30 Octo ber.31.Nouember.30.Decēber .31. quarto quoq; āno dies unus fe bruario per intercalationem adiiciendus eſt. his itaq; ſatis cōſtare ar bitror calendarium noſtrum poſt tēpora paſſionis Chriſti qui Tibe rio imperante crucifixus creditur uſq; ad tēpora noſtra nō fuiſſe mu tatū,quanq̃ temerarii nonnulli contrarium auſint aſſerere. Et quo niam intentionis noſtrę propoſitum in hoc libro eſt oſtēdere per ob ſeruationes Iulii cęſaris chronographos in ānis chriſti domini nume randis erraſſe,pręmittenda ſunt nonnulla opportuna,immo neceſſa ria in omni ſupputatione temporum , & indagatione locorum , uel motuū planetarum ad tempora ante chriſti ſaluatoris natiuitatem tranſacta.

¶ Caput ſecundum docet ſupputationem in hac re neceſſariam.

IMpoſſibile eſt & hactenus fuit per tabulas aſtrologi cas hac tempeſtate uſu habitas ,& per canones ipſo rum recte indagare, & inuenire loca planetarum pro tempore ante Chriſti natiuitatem decurſo, & in hoc errauerunt non ſolum eccleſiaſtici , qui ſe computi ſtas uocant , ſed & aſtrologi omnes qui uſq; in hunc diem canones de motibus & locis planetarum inueniendis pro tempore aliquo an te Chriſti natiuitatem peracto ſcripſerunt,tam ſuper tabulas alphō ſinas,tam toletanas,quam oxonienſes.ſimiliter & Ioannes Blanchi nus ferrarienſis,Proſdocimus patauinus,& uniuerſaliter omnes qui ante nos ſcripſerunt,& quorum ſcripta ad manus noſtras peruene runt, omnes inquam in hoc pariter errauerunt . etiam admittendo quemadmodum ipſi pręſupponunt eundem ſemper fuiſſe curſum annorum ante Chriſti natiuitatem,quem uſq; in diem hodiernum obſeruamus , uidelicet quod inter quoſlibet duos annos biſextiles obſeruati fuerint tres anni communes,quemadmodum romana ec cleſia uſq; in hodiernum diem obſeruat , iuxta conſtitutionem a Iu lio cæſare æditam . non obſtante quod ante tempora Chriſti error

in hac intercalatione biſexti per ſacerdotes fuerit commiſſus, qui etiam impedimento fuit ne loca planetarum ad annos ante Chriſti natiuitatem tranſactos examuſſim īdagari poſſint, ſed de hoc poſtea diſſeremus. nunc primum monſtrabimus erraſſe omnes etiam admittendo quod ipſi pręſupponunt eundem ſemper curſum annorum obſeruatum fuiſſe. pro quo declarando pręmittemus canonem per quem aſtrologi inueſtigare docent loca planetarum ad tempora ante Chriſti natiuitatem tranſacta qui talis eſt. Si loca planetarum ad tempus aliquod datum, ſiue illud fuerit poſt Chriſti natiuitatem, ſiue ante Chriſti natiuitatem tranſactum ſcire deſideras, intra tabulas mediorum motuum cum tempore dato, & quod e regione ānorum menſium, dierum, & horarum īueneris de motu illius planetę excerpe, quem motum ſic inuentum adde ad radicem tabulę ſi tempus datum fuit poſt Chriſti natiuitatem, uel ſubtrahe a radice ſi tempus datum fuit ante Chriſti natiuitatem, & quod poſt additionem, uel ſubtractionē remanſerit erit medius motus ad tēpus propoſitum. ecce nullam facit differentiam in calculando ante uel poſt chriſti natiuitatē niſi quod poſt natiuitatē eius debet addi radix tabulę motui inuento, ſed ante Chriſti natiuitatem debet ſubtrahi motus inuentus a radice tabulę. in quo canone omnes errant. nam ſi ſemper fuiſſet idem curſus annorum ut ipſi pręſupponunt, ergo biſextiles ante Chriſti natiuitatem non poſſunt reſpondere biſextilibus poſt Chriſti natiuitatem obſeruatis. exempli gratia ſecundum conſuetudinem eccleſię, & obſeruationem aſtrologorum, primus annus natiuitatis Chriſti fuit primus poſt biſextū, ergo annus hunc pręcedens qui fuit primus ante Chriſti natiuitatem fuit biſextilis. ecce hi duo anni non ſunt conformes, neq; ęquales inuicē, ſed unus excedit aliū in die uno. cū ergo primus ānus ante Chriſti natiuitatē fuerit biſextilis, neceſſe eſt quītū etiā fuiſſe biſextilē, ſic cōſequēter nonū, tertiūdecimū decimū ſeptimū. 21. 25, ſicq; in cęteris. ſecus eſt ī ānis poſt chriſti natiuitatē cōputatis ī quib9 ſūt biſextiles quartus, octauus. 12. 16. 20. 24. ſicq; ī cęteris, quoties diuidi poſſūt ī quatuor ęquas partes, neceſſe eſt eos eſſe biſextiles. tabulę ergo aſtrologoꝝ cōpoſitę ad ānos poſt Chriſti natiuitatē cōputatos nō ſūt idoneę ꝓ ānis ante Chriſti natiuitatē trāſactis niſi biſextiles ipſoꝝ inuicē cōpēſentur. de quo aſtrologi nullā fecerūt mentionē. q̄obrē ſępenumero contingit errare eos in die uno. hac de cauſa errauit etiam magiſter Petrus de riuo una cum ſuo pręceptore in die uno in coniunctione illa luminariū, a qua Cæſar primū annū ſolarē īcępit. ſed de his alias. qui ergo recte calculare

uelit, faciat primum annum ante Chriſti natiuitatem biſextilem quintum quoq; nonum.13.17.ſicq; in cęteris, ut quilibet annus repu tetur biſextilis, cuius numerus a quo denominatur diuidi poſſit in quatuor partes ęquales abiecta prius unitate. ſi ergo ex tabulis aſtro logicis conſuetis calculare uelimus per annos ante Chriſti natiui tatem tranſactos, addemus ſingulis annis diem unum, excepto an no qui in tabula eſt biſextilis. cui nihil addendum eſt, uel minuen dum, cauſa huius eſt nam cum primus annus ante Chriſti natiuita tem ſit biſextilis, continet dies .366. ſed primus annus tabulę radi cum Chriſti cum ſit primus poſt biſextum continet dies duntaxat 365. ſi ergo per eandem tabulam calculare uelimus ad annos ante natiuitatem chriſti tranſactos, debemus primo anno tabulæ addere diem unum, eo quod primus annus ante chriſti natiuitatem fuit bi ſextilis. qui dies ſic additus redundat etiam in duos proximos an nos ſed quarto anno tabulæ nulla debet fieri additio, quia iam rece pit in ſe biſextum, & iam facta eſt ipſorum adæquatio.

Secunda erroris cauſa.

¶ Eſt & alia cauſa erroris in calculando planetarum loca in annis ante chriſti natiuitatem tranſactis, quia non ſemper obſeruati fue runt tres anni communes inter quoſlibet duos biſextos, ſed ſacer dotes quibus cura intercalandi a Iulio cęſare commiſſa fuerat, in ter quoſlibet duos biſextos ſibi proximos, duos duntaxat annos communes obſeruarunt, & hic error durauit a primo anno ſolari uſq; ad annum trigeſimum ſextum, nam cum a Cęſare pręceptum eſſet ut quarto quoq; anno intercalarent, & oporteret cõfecto quar to anno id obſeruari, antequam quintus auſpicaretur, illi incipi ente quarto, non definente, intercalarunt. quo factum fuit, ut in triginta ſex annis duodecĩ dies intercalati eſſent cum nouẽ ſuffeciſ ſent, hunc errorem Auguſtus pontifex creatus animaduertens cor rexit, iuſſitq; duodecim annos ſine intercalatione decurrere, ut tres illi dies qui temere fuerant intercalati hoc modo poſſent recompen ſari. ſed tunc quoq; error a ſacerdotibus fuit commiſſus qui Augu ſti decretum non examuſſim ad intentionem eius obſeruarunt. iuſſit nanq; Auguſtus duodecim annos ſine intercalatione decur rere ut cyclum annorum ſolarium a Iulio inſtitutum & ſacerdotũ negligentia interruptum in integrum reſtitueret, ſed per obſerua tionem ſacerdotum non fuit reſtitutus in integrum, nam licet recte obſeruauerint hos duodecĩ annos ſine ĩtercalatione, erratunt tamẽ quia annũ proxime ſequentẽ puta tertiumdecimũ fecerũt biſextilẽ,

qui iuxta normam Iulii cęſaris debuit fuiſſe communis. exempli gra tia annus trigeſimus ſextus quando Auguſtus pontifex deſignatus primum animaduertit errorem ſacerdotum, fuit iuxta decretum Iu lii cęſaris, & etiam ſecundum obſeruationem ſacerdotum biſexti lis, iuſſit ergo Auguſtus reliquos duodecim annos puta uſq; ad an num quadrageſimum octauum ſine intercalatione decurrere & iam cyclus Iulii cęſaris per hanc conſtitutionem in integrum fuit reſtitu tus. debebant ergo ſacerdotes qui intercalandi facultatem ſuſcępe rant, obſeruare tres annos ſequentes iuxta decretum Iulii cęſaris ſi ne intercalatione, & quartum annum biſextilem facere ſic quod an nus ſolaris quinquageſimus ſecundus fuiſſet biſextilis, ſed ipſi per errorem fecerunt biſextilem annum quadrageſimum nonum, qui fuit primus ãnus poſt illos duodecim annos ex pręcepto Auguſti ſi ne intercalatione tranſmiſſos. ſicq; ſacerdotes illi bonarum artium ignari, neq; Cęſaris, neq; Auguſti decreta intelligentes, duplicem er rorem commiſerunt. quo factum eſt ut cyclus ille Iulii cęſaris per emendationem ex decreto Auguſti factam nunq̃ reſtitutus fuit in integrum. hinc accidit errare omnes qui per tabulas aſtrologicas lo ca planetarum ad tempora ante chriſti natiuitatem tranſacta indaga re, aut calculare contendunt, pręſupponẽtes inter quoſlibet duos an nos biſextiles tres annos cõmunes intercęptos fuiſſe. quoniã longe aliter fuit obſeruatũ, ſatis itaq; conſtare arbitror duplicẽ erroris cau ſam extitiſſe, unam iam dictam ex negligentia ĩmo ignorantia ſacer dotum priſci temporis productam, reliquam ſuperius expoſitam ex incuria aſtrologorum ortam & uſq; in hunc diem continuatam. ſi ergo recte quis calculare uelit, cauſas errorum iam ſufficienter expo ſitas euitare conetur.

¶ Caput tertium inquirit annum inſtitutionis calendarii hoc eſt tempus quando primus annus ſolaris a Iulio cęſare fuit inſtitutus & a qua feria fuit auſpicatus.

POſtquam oſtendimus modũ calculandi curſus plane tarum per annos ſolares ad tẽpora Iulii cęſaris, & uni uerſaliter ad omne tẽpus datum ante chriſti natiuita tẽ trãſactũ, reliquũ eſt ut ĩquiramus quo anno Cęſar calẽdariũ, & annũ ſolarẽ romanis ĩſtituit. hoc autẽ du plici uia ĩdagari poteſt uel a priori p ãnos Nabuchdonoſoris, & Alex andri magni quibus priſci aſtrologi utebãtur uel a poſteriori p ãnos chriſtianę ſalutis, quibus aſtrologi noſtri tẽporis uti cõſueuerũt, uide licet retrocedẽdo ab ãno illo quem aſtrologi & chriſtiani uocãt ãnũ

incarnationis uerbi,& primum annum ſalutis uſq; ad coniunctionē illam in principio ianuarii factam a qua Iulius cæſar primum annū ſolarem incepit. iuxta primum modum comperiemus hanc lunatio nem factam fuiſſe anno Nabuchdonoſoris ſeptingenteſimo tertio, ſic φ a principio annorum Nabuchodonoſoris uſq; ad primum an/ num ſolarem a Cęſare inſtitutū numerentur āni ſeptingenti & duo cum diebus.118.& a morte Alexandri magni uſq; ad primū annum ſolarem numerentur anni ducenti ſeptuagita octo cum diebus.118. Quod ſi indagare hęc libet a poſteriori uidelicet per annos chriſtianę ſalutis ab eccleſia obſeruatos retrocedendo ab anno illo, in quo aſ trologi noſtri temporis radices motuum planetarum fixerunt, con periemus hanc lunationem a qua Iulius cæſar primum annum ſo/ larem incepit factā fuiſſe prima die ianuarii per annos quadraginta quinq; ante annum illum, quem uulgus primum annum chriſtia/ næ ſalutis appellat. Ad qđ probandū recognoſcenda ſunt quæ ſupe riori capitulo de modo calculandi ſcripſimus.eſt etiā aſſumendū ex Macrobio & Cenſorino.φ error ſacerdotum in intercalando dura/ uit annis triginta ſex uidelicet a primo āno ſolari,uſq; ad annū.36. in quibus intercalati fuerunt dies duodecī cū nouē ſuffeciſſent.quā obrē iuſſit Auguſtus duodecim ſequentes annos ſine intercalatione decurrere,ut tres illi dies qui temere fuerāt intercalati hoc modo poſ ſent recōpenſari,fuit ergo cōpleta hęc recompenſatio in anno ſolari quadrageſimo octauo.Secundo pręſupponemus chriſtū ſaluatorem noſtrum natum fuiſſe prope hęc tēpora,qui a chronographis natus perhibetur anno quadrageſimo ſecundo imperii Auguſti. Tertio aſ ſumemus hoc φ Macrobius dicit Iulium cæſarem ab alexandrinis edoctum, inſtituiſſe romanis ſolarem annum habitis ad lunam di/ menſionibus quem edicto palā poſito publicauit.mos enī priſcis ro/ manis eſſe ſolet(antequā luminarium curſus ſupputare didicerit)ut uiſa noua luna menſem quemlibet inchoarent, & annum a lunatio ne prima poſt ſolſtitium hyemale inciperent. ſed ęgyptii & alexan/ drini ſupputationum periti non diem uiſionis lunę,ſed diem coniū/ ctionis lunę cū ſole in cunctis animaduertere conſueuerunt. ſi ergo Iulius cęſar ab alexandrinis edoctus lunę dimenſiones in auſpicādo annū ſolarē obſeruauit,cōſtat eū incępiſſe primū annū ſolarē a die primę cōiunctionis ſolis & lunę poſt ſolſtitiū hyemale,& nō a uiſio ne lunę.imo multis mēſibus anteq̄ luna noua conſpici potuiſſet.prę cepit per edictū,annū cōfuſionis.15. menſiū fieri. & primū annū ſo/ larē,ac ianuariū primū anni mēſem a prima coniunctione luminariū

poſt ſolſtitium hyemale in omnibus prouīciis romanoꝝ ditioni ſub iectis auſpicari, quēadmodū ſuperius oſtendimus. His ſic diſpoſitis & pręſuppoſitis,pro indagatione primi anni ſolaris a Iulio cęſare in ſtituti.per demonſtrationē a poſteriori poſſumus retrocedere ab an/no pręſenti,uel a primo anno ſalutis & incarnationis uerbi dei iux/ta uulgatam computationē,in cuius ſcilicet initio ſtatuūtur ab aſtro logis planetaꝝ motus radices,& progrediēdo uſq; ad tēpora Iulii cę ſaris per ānos a ſacerdotibus tūc obſeruatos,donec inueniatur luna tio aliqua die prima Ianuarii facta: quo progreſſu comperiemus hāc lunationem factam fuiſſe in anno quadrageſimo quinto ante chriſti natiuitatē iuxta uſitatā cōputationē,die prima ianuarii horis.7.mi/nutis ſex, ſecundis.35. poſt meridiē.uerā autem coniunctionem fac tam inueni hora una, minutis quinquaginta poſt mediam noctem eiuſdem diei. Ex quibus apparet Iulium cęſarem incæpiſſe primum annum ſolarem ab hac luminarium coniunctione.& ſic iuxta hanc ſupputationem annus ille qui a chronographis uocatur annus pri/mus incarnationis uerbi dei, fuiſſet annus quadrageſimus ſextus a primo anno ſolari. ſed poſtea probabimus chronographos in hoc erraſſe & chriſtum ſaluatorem natum fuiſſe per duos annos tardius, quam hiſtoriographi perhibuerunt. prius tamen feriam a qua Iuli/us primum annum ſolarem incæpit inueſtigabimus.

¶ De feria hebdomadali a qua Cæſar primū annū ſolarē incæpit.

OStendimus ſuperius priſcos romanos nō fuiſſe uſos hebdomadis, neq; feriis ſeptimanarum, ſed diſtin/xiſſe annos per menſes, & menſes per calendas, idus, & nonas. nihilominus retrocedendo a die iſto iux/ta conſuetudinem chriſtianorum qui ferias & heb/domadas obſeruant,inquiremus a qua feria Cæſar primum annum ſolarem incæpit. Iam enim ſuperioribus libris demonſtrauimus coniunctionem illam luminarium a qua Cæſar primum annum ſo/larem auſpicatus fuit, contigiſſe feria ſexta, quam nos uernaculo ſermone diem ueneris uocamus, ſed quia iuxta calcūlum alphon/ſinum facta fuit poſt occaſum ſolis poſſet aliquis rationabiliter du/bitare an Iulius incæperit annum ſuum a die prædicta, an potius a die ſequenti quæ fuit dies ſabbati. attento quod luminariū con/greſſus iuxta uerum motum factus fuerit poſt mediam noctem inter diem ueneris, & ſabbatum. Ad hæc accedit quod doctor

quidam Louanienſis ſcripſit Cæſarem incæpiſſe primum annum ſo larem a die ſolis quam dominicam uocamus, autumans ſic bene con gruere ꝙ annus ſolaris a die ſolis auſpicetur. ſed hęc friuola argumẽ ta alibi confutabimus, quia Iulius primum annum ſolarem incipe re uoluit a die primæ lunationis poſt ſolſtitiũ hyemale, & ideo nõ fu it in arbitrio eius inchoare annum a die ſolis, uel a die ueneris. im mo neque cognouit diem ſolis, neq; diem ueneris, quos ſi cognouiſ ſet, potius a die ueneris progenetricis ſuę & matris Aeneæ primum annum ſolarem, quam a die ſolis ĩchoaſſet. quemadmodum Romu lus Martium primum anni ſui mẽſem Marti patri dicauit. ut enim Apianus ſcripſit Cęſar cum Pompeio congreſſus in prȩlium Vene rem uictricem inuocauit. Sed omiſſis his coniecturis demonſtrabi mus per ſupputationem: Cęſarem incępiſſe primum annum ſola rem a feria ſexta, quam diem ueneris uocamus. pro cuius demon ſtratione aſſumemus primam diem ianuarii anni Iubilei nuper præ teriti uidelicet anni domini. 1500. fuiſſe diem mercurii, a qua retro cedendo uſq; ad primum diem Ianuarii primi anni Iulii cęſaris, & numerando omnes dies omnium annorum quemadmodum obſer uati fuerunt, inueniemus fuiſſe numerum dierum. 563946. hoc eſt quingentorum ſexaginta trium milium nongẽtorum & quadragin ta ſex. quos ſi diuiſerimus per numerum dierum hebdomadę hoc eſt per ſeptem prouenient hebdomadę integrę. 80563. & reſtabunt in reſiduo dies quinque. ſequitur ergo quod Cęſar incępit primum annum ſolarem a feria ſexta ſi prima dies ianuarii Iubilei fuit feria quarta, quia a feria ſexta incluſiue uſq; ad feriam quartam excluſi ue computantur ferię quinq; ſcilicet dies ueneris, ſabbatum, domi nica, dies lunę, & dies martis. quod autem a primo anno ſolari uſ que ad primum diem ianuarii iubilei. 1500. excluſiue interceſſerint dies. 563946. poteſt ſic declarari. nam a primo anno ſolari uſque ad annum illum in quo chriſtus iuxta uulgatam opinionem natus putatur interceſſerunt anni. 45. ut ſuperius probatum fuit, inter quos duodecim facti fuerunt biſextiles quorum omnium dies ſunt ſexdecim milia quadringenti triginta ſeptem, hoc eſt. 16437. & a prima die ianuarii, anni in quo uerbum dei incarnatum perhibetur uſque ad primum diem ianuarii Iubilei excluſiue numerantur dies 547509. qui iuncti cum ſupradictis faciunt dies 563946. Patet ita ꝙ primum diem anni ſolaris fuiſſe diem ueneris quod fuit proban dum. Nec obſtat argumentum in contrarium factum in quo aſſu mitur quod dicta luminarium coniunctio facta fuit die ueneris poſt

ſolis

ſolis occaſum, immo iuxta uerum motum facta fuit; poſt mediam noctem ichoata iam die ſabbati. quia in ſupputationibus temporum obſeruantur motus medii qui ſunt uniformes & non motus diuerſi. Ad hæc accedit quod licet iuxta ſupputationes alphonſinas coniunctio hæc facta fuerit per horam poſt occaſum ſolis, tamen ſecũdum ueritatem fuit per horam ante ſolis occaſum ut per obſeruationes Ptolemæi perſpicuum extat. neq; tabulę alphonſinæ ſunt idoneæ ad indagandum loca planetarum ad tempora ante chriſti natiuitatem tranſacta, immo in loco ſolis & ęquinoctio perſcrutando deficiunt in gradibus duobus, ſed de his alibi ſcripſimus. nunc ordinem annorum ſolarium quemadmodum a ſacerdotibus obſeruati fuerunt ſubnectemus. cui etiam litteras dominicales a chriſtianis uſu habitas coaptabimus. ex quibus etiam patebit primum diem anni ſolaris fuiſſe feriam ſextam quã nos uernaculo ſermone diem ueneris appellamus.

¶ Ordo annorum ſolariũ Iulii cęſaris iuxta obſeruationem ſacerdotum quibus intercalãdi poteſtas commiſſa fuit.

Numer⁹ annorũ.	Qualitas annorũ.	Litterę dñicales.	
1	cõmunis.	c	
2	cõmunis.	b	
3	biſextus.	a	g
4	cõmunis.	f	
5	cõmunis.	e	
6	biſextus.	d	c
7	cõmunis.	b	
8	cõmunis.	a	
9	biſextus.	g	f
10	cõmunis.	e	
11	cõmunis.	d	
12	biſextus.	c	b
13	cõmunis.	a	
14	cõmunis.	g	
15	biſextus.	f	e
16	cõmunis.	d	
17	cõmunis.	c	
18	biſextus.	b	a
19	cõmunis.	g	
20	cõmunis.	f	
21	biſextus.	e	d
22	cõmunis.	c	
23	cõmunis.	b	
24	biſextus.	a	g
25	cõmunis.	f	
26	cõmunis.	e	
27	biſextus.	d	c
28	cõmunis.	b	
29	cõmunis.	a	
30	biſextus.	g	f
31	cõmunis.	e	

Numerus annorũ.	Qualitas annorũ.	Anni ſalutis.	litterę dñicales.
32	cõmunis.		d
33	biſextus.		c b
34	cõmunis.		a
35	cõmunis.		g
36	biſextus.		f e
37	cõmunis.		d
38	cõmunis.		c
39	cõmunis.		b
40	cõmunis.		a
41	cõmunis.		g
42	cõmunis.		f
43	cõmunis.		e
44	cõmunis.		d
45	cõmunis.		c
46	cõmunis.	1	b
47	cõmunis.	2	a
48	cõmunis.	3	g
49	biſextus.	4	f e
50	cõmunis.	5	d
51	cõmunis.	6	c
52	cõmunis.	7	b
53	biſextus.	8	a g
54	cõmunis.	9	f
55	cõmunis.	10	e
56	cõmunis.	11	d
57	biſextus.	12	c b
58	cõmunis.	13	a
59	cõmunis.	14	g
60	cõmunis.	15	f
61	biſextus.	16	e d
62	cõmunis.	17	c
63	cõmunis.	18	b
64	cõmunis.	19	a
65	biſextus.	20	g f
66	cõmunis.	21	e
67	cõmunis.	22	d
68	cõmunis	23	c
69	biſextus.	24	b a
70	cõmunis	25	g
71	cõmunis.	26	f
72	cõmunis.	27	e
73	biſextus.	28	d c
74	cõmunis.	29	b
75	cõmunis.	30	a
76	cõmunis.	31	g
77	biſextus.	32	f e
78	cõmunis.	33	d
79	cõmunis.	34	c
80	cõmunis.	35	b
81	biſextus.	36	a g
82	cõmunis.	37	f
83	cõmunis.	38	e
84	cõmunis.	39	d
85	biſextus.	40	c b
86	cõmunis.	41	a
87	cõmunis.	42	g
88	cõmunis.	43	f
89	biſextus.	44	e d
90	cõmunis.	45	c
91	cõmunis.	46	b
92	cõmunis.	47	a
93	biſextus.	48	g f
94	cõmunis.	49	e
95	cõmunis.	50	d
96	cõmunis .	51	c
97	biſextus.	52	b a
98	cõmunis.	53	g
99	cõmunis.	54	f
100	cõmunis.	55	e
101	biſextus.	56	d c

(Left column vertical label: Anni ſalutis iuxta uſum eccleſię.)

¶ Sed contra prędicta poſſet aliquis inſtare & dicere, ſi Iulius cęſar primum annum ſolarem incępit ab anno iuxta uſitatam ſupputatio nem quadrageſimo quinto ante chriſti natiuitatem, ſequeretur eum incępiſſe cyclum ſuum ſolarem ab anno biſextili quod eſt abſurdū immo ipſemet Iulius iuſſit quartum quęque annum biſextilem fie ri, non primum. quod tamen hoc ſequeretur, perſpicuum extat ſi ab anno pręſenti per ordinem biſextiliū retrogreſſi fuerimus donec ad hunc annum peruenerimus comperiemus eum biſextilem fuiſſe. fuit nāq; ānus īcarnationis uerbi dei primus poſt biſextū, ergo ānus īme diate pręcedens incarnationē fuit biſextilis, & per cōſequens quītus, nonus, tertiusdecimus, fuerunt biſextiles, ſimilter & quadrageſimus quintus, qui fuit primus annus ſolaris fuiſſet biſextilis. huius argu menti ſolutio elici poteſt ex ſupraſcriptis quibus oſtendimus Iuliū cęſarem inſtituiſſe primum annum ſolarem communē & quartū bi ſextilem. ſed ſacerdotes quibus intercalandi poteſtas cōmiſſa fuerat errorem in intercalando cōmiſiſſe. quem cum Auguſtus animaduer tiſſet iuſſit duodecim annos ſine intercalatione decurrere. ut cyclum Cęſaris in integrum reſtitueret. ſed tunc quoq; per ſacerdotes error fuit commiſſus facientes ānum quadrageſimum nonum biſextilem quem iuxta decretum Iulii cęſaris debebant facere communem. fu it enim hic annus primus poſt illos duodecim annos ſine intercalatio ne tranſmiſſos. quo factum fuit ut cyclus Iulii ab Auguſto in inte grum reſtitutus denuo per incuriam, immo per negligentiam ſacer dotum fuit interruptus. hinc accidit ut ſi ab hoc anno pręſenti retro greſſi fuerimus uſq; ad primum annum ſolarem per ordinem biſex tilium, cadet biſextus in primo anno ſolari, non tamen fuit biſexti lis ut ex prędictis conſtat, & ſequens ānorum ſupputatio declarabit.

¶ Sed contra prędicta adhuc inſtare aliquis poſſet nam ſi ānus iam dictus fuit primus annus ſolaris, ſequeretur etiam eundem annū fu iſſe primum annum cycli ſolaris. nihil enim aliud eſt cyclus ſolaris quam reuolutio. 28 annorum ſolarium in quibus redeunt diuerſita tes omnes ex biſextis contingentes. ſi ergo annus prędictus fuit pri mus annus ſolaris, ſequitur eundem fuiſſe nō ſolum primum annū cycli ſolaris, ſed primum annum primi cycli & omnium cyclorum principiū. ꝙ tamen falſum eſt. nā ſi ab anno & cyclo præſenti retro greſſi fuerimus uſq; ad annum predictum quem diximus fuiſſe pri mum annum ſolarē. cōperiemus hunc annū fuiſſe in cyclo annū ui geſimum primū. non ergo fuit initiū omniū cyclorū. immo neq; ali cuius cycli principiū. huic argumento reſponderi poteſt, ipſum peni

tus eſſe impertinens. nam neq; Iulius cęſar qui annum ſolarem romanis inſtituit, neq; romani ipſi hunc cyclum ſolarem nouerunt, neq; uſu eius indiguerunt. quia non utebãtur hebdomadis, neq; diſtinxerunt menſes per hebdomadas, ſed per calendas, nonas, & idus. hic autem cyclus ſolaris utilis eſt duntaxat his, qui annum ſolarem cũ quadrante obſeruant, & menſes per hebdomadas diſtingunt. quia in annis. 28. qui huic cyclo deputantur, reuoluuntur & ad ſuum exordium reuertuntur diuerſitates omnes, quę ex biſextis reſpectu hebdomadarum contingere poſſunt, eo quod in totidem annis cõtingit fieri biſextum in qualibet feria hebdomadę. ubi ergo non obſeruantur hebdomadę, nõ iuenitur hic cyclus ſolaris. ſicq; Iulius cęſar qui romanis annũ ſolarẽ inſtituit nõ indiguit hoc cyclo ſolari, ſed gręci poſt chriſti natiuitatẽ hunc cyclũ inuenerũt, nõ inchoantes eũ a primo anno ſolari a Iulio iſtituto, ſed a mũdi exordio. nã pro idagatione numeri ſeruientis huic cyclo colligunt annos omnes a conſtitutione mundi uſq; ad tempus datum numeratos, quos diuidunt per uigintiocto & quod reſiduum fuerit, oſtendit numerum cycli deſeruientem anno dato. redeuntes ergo ad primum noſtrum inſtitutũ de primo anno ſolari propoſitum, conſtat ex prędictis primum annũ ſolarem pręceſſiſſe annum incarnationis uerbi dei iuxta uſitatam cõputationem per annos quadraginta quinq;. ſic quod primus ãnus ſalutis fuiſſet annus ſolaris quadrageſimuſſextus quod fuit probãdũ.

¶ Caput quartum inquirit quo anno dictaturę, uel conſulatus ſui Cęſar ſolarem annum inſtituit.

SCripſit Cenſorinus in libro de die natali annum cõfuſionis fuiſſe annum tertii conſulatus Cęſaris, & primum annum ſolarem fuiſſe annum quarti conſulatus eiuſdem. huic ſententię Cenſorini congruere uidentur documenta Suetonii & Plutarchi qui uitam Cęſaris accuratius conſcribentes inſinuant eum inſtituiſſe annum ſolarem; & faſtos correxiſſe poſtquam bella omnia per eum acta & perfecta eſſent. nam Suetonius poſt bellorum deſcriptionem ſic inquit. conuerſus hinc ad ordinandum reipublicę ſtatum faſtos correxit. annum quoq; ad curſum ſolis accõmodauit. ſimiliter Plutarchus poſtquam bella omnia per cęſarem acta narrauit calendarii emendationem & anni rationem ab eo ordinatam ſcripſit. ex quibus apparet Cęſarem ãni ſolaris ratiõe inſtituiſſe poſt omnia bella peracta,

ſic quod primus annus ſolaris fuiſſet ultimus,uel penultimus annus uitę Cęſaris. Sed his non obſtātibus probabimus nunc Cęſarē inſtituiſſe primum annum ſolarem ante bellum in Aphrica contra Scipionem & regem Iubam peractum.& poſt bellum in alexandria geſtum.pro cuius probatione aſſumemus primum ciuile bellum inter Cęſarem & Pompeium initium ſumpſiſſe de mēſe Februarii. nam Cęſar Rauenna diſcedens & Rubiconem tranſgreſſus, quartodecimo calendas martias ut Cicero ad atticum ſcripſit caſtra ad Corfiniū prope Sulmonē poſuit.& ut Eutropius docet cęſar poſt fugā Pompeii urbem uacuam ingreſſus dictatorem ſe fecit. deinde in hiſpaniā profectus poſtquam Lucium afranium.M. petreium &.M. Varronē legatos Pompeii ad deditionem compuliſſet Romam rediens iterum dictator creatus eſt ut Plutarchus teſtatur, cuius dictaturę Cęſar ipſe in commentariis ſuis meminiſſe uidetur dicens. dictatore habente comitia Cæſare, conſules creantur Iulius cæſar &. P. ſeruilius.is enim erat annus quo per leges ei cōſulem fieri liceret.deinde poſt undecim dies dictatura ſe abdicauit, & ab urbe profectus Brunduſium peruenit ac pridie nonas ianuarias naues ſoluit,tandē profligato Pompeio Cęſar iterum dictator creatus eſt ut ſcribit Plutarchus in uita Antonii.poſt hęc perſecutus Pompeium,Alexandriam uenit,ubi dum legiones expectaret diſputans cum Achoreo philoſopho ſene,& pontifice alexandrino cauſas inūdationis nili ab eo diſcere deſiderabat. tunc quoq; anni ſolaris quantitatem iampridē ſe didiciſſe innuit.per hoc quod reſpōdit Achoreo dicens.Fama quidem generi pharias me duxit ad urbes, Sed tamen & ueſtri media inter pręlia ſemper Stellarum cœliq; plagis,ſuperiſq; uacaui. Non meus eudoxi uincetur faſtibus annus.Ex quibus patet Cęſarem nō inſtituiſſe annū ſolarē neq; obſeruaſſe annū cōfuſionis ante annū tertiū a prima eius dictatura quia tunc ab Alexādrinis uerā āni ſolaris quantitatem didicit ut Suetonius,Macrobius,& Cenſorinus docēt

Reſtat nūc ut probemus Cęſarem emendaſſe calendarium & annū ſolarem inſtituiſſe ante profectionem eius i Aphricam cōtra Scipionem, & Iubam regem.nam ut ex commētario Cęſaris & ſcriptis Ciceronis elici poteſt,Cęſar in aphricam profectus eſt menſe decembri ante ſolſtitium brumale,ſed Cęſar contra Scipionem profectus) ut Cicero ſcribit libro de diuinatione)a ſummo aruſpice monitus fuit ne in Aphricam ante brumam tranſmitteret, & tamē tranſmiſit.qđ ni feciſſet omnes aduerſariorum copię uno in loco conueniſſent.& & ut in commentariis legitur Cęſar itineribus iuſtis confectis nullo

die intermiſſo ad quartumdecimum calendas ianuarias Lilybeum peruenit.ergo tũc brumale ſolſtitium circa finem decembris accidit ubi a Cęſare per calẽdarii emendationẽ erat collocatũ.fuit ergo cor rectũ calendariũ ante profectionẽ eius in aphricã.quia ſi non fuiſſet tũc correctũ calendariũ,ſolſtitiũ brumale non contigiſſet in decẽbri ſed in februario,uel martio propter errorẽ a ſacerdotibus in interca latione cõmiſſum,qui error tunc excreuerat ad menſes fere tres.quã obrẽ Cęſar ut annũ ſolarẽ more priſcoꝶ romanoꝶ auſpicari poſſet a lunatione prima poſt ſolſtitiũ hyemale,fecit annũ confuſionis mẽ ſiũ.15.fuit enĩ annus ille dierũ.442.quia iã receperat menſem inter calarem dierũ.23.& addidit ad eũ Cęſar dies.64.diſtributos in men ſes duos inter nouembrẽ & decẽbrẽ intercalatos,eo ꝙ ęquinoctia & ſolſtitia per tres fere menſes poſtergata fuerant. nam ſolſtitium hye male tunc accidit in martio,ęquinoctium uernale in iunio,ſolſtiti um æſtiuale in ſeptembri, & ęquinoctium autumnale in decembri, & hoc in anno non intercalari. ſed quoties iuxta priſcum romano rum ritum menſis intercalaris anno adiiciebatur minor accidebat er ror,quia per duos duntaxat menſes ſolſtitia,& æquinoctia posterga bantur. Ex prædictis elici poteſt falſum & abſurdum eſſe quod Plu tarchus in uita Cæſaris de profectione eius contra Pompeium ſcri pſit Cæſarem naues ſoluiſſe & tranſfretaſſe de menſe ianuarii quã do hybernum inſtabat ſolſtitium circiter idus ianuarii. nam ex præ miſſis perſpicuum eſt ſolſtitium hyemale tunc non accidiſſe de mẽ ſe ianuarii, neq; decembris, ſed de menſe martii propter errores in menſe intercalari a ſacerdotibus commiſſos.in eodem errore fuit Apianus alexandrinus qui ſcripſit hæc acta fuiſſe, hoc eſt Cæſarem copias omnes Brunduſium emiſiſſe circa hyberna ſolſtitia, ipſum quoq; decẽbri menſe urbe egreſſum. non enĩ hyberna ſolſtitia ĩ mẽ ſe decembri tunc contingebant,neq; prope decẽbrẽ, ſed de menſe fe bruarii uel martii. melius hæc in cõmentariis Cæſaris deſcribũtur ĩ quibus legitur Cæſarẽ brũduſio naues ſoluiſſe pridie nonas ianua rias, cũq; iã multis mẽſibus Antoniũ expectaſſet & iã hyẽs ĩgruiſſet duriuſq; quotidie tẽpus ad trãſportãdũ exercitũ ĩmineret Cęſar Brũ duſiũ ad ſuos ſeuerius ſcripſit ut nacti idoneũ uentũ ne occaſionẽ na uigãdi dimitterẽt.ex qbus patet Cæſarẽ trãſfretaſſe pridie nonas ianu arias nõ hiberno ſolſtitio ut Plutarchus & Apianus autumãt,ſed ip ſo quaſi æquinoctio autũnali anteq̃ hyems ĩgrueret.Redeũtes ergo unde digreſſi ſumus manifeſtũ eſt ex pręd ictis Cęſarẽ inſtituiſſe ãnũ ſolarẽ antequã in Aphricã cõtra Scipionẽ & regẽ Iubã proficiſcere

tur. reſtat nunc ut ſoluantur argumenta ex hiſtoriographis deducta qui inſinuari uidentur Cęſarem non inſtituiſſe annum ſolarem niſi poſtquam omnia bella peregiſſet. primo ad id quod ex Suetonio aſſumptum fuit reſponderi poteſt Suetonium in deſcriptione ſua non obſeruaſſe ordinem rerum geſtarum a Cęſare ut ipſemet in uita Auguſti fatetur, ſed per ſpecies (ut inquit) procedit. Quam obrem primum bella omnia diuerſis temporibus facta deſcribit deide mores Cęſaris per ſpecies quaſdam exponit & ordinationem ciuitatis narrat. neq; etiam Plutarchus ſeriem rerum geſtarum ſemper obſeruat, immo in ordine conſulatuũ Cęſaris ſibi ipſi contradicere uidetur. nam in uita Cęſaris dicit eum quarto conſulem deſignatum antequam contra Pompeii liberos in hiſpaniam proficiſceretur, & in reditu ex hiſpania poſt uictoriam adeptam perpetuum dictatorem factum. ſed in uita. M. Antonii dicit Cęſarem quarto conſulem creatum poſt reditum ex hiſpania. ſicq; de ordine rerum geſtarum a Cęſare non poteſt ſumi efficax argumentum ex Plutarcho. ſimiliter & alii hiſtoriographi multiphariam de conſulatibus & dictaturis Cęſaris ſcripſerunt, quamobrem difficile eſt definire quo anno conſulatus ſui Cęſar ſolarem annum inſtituit. quia hiſtoriographi non ſatis diſtinxerunt has dignitates ab inuicem, immo promiſcue nõnunquam eis uſi ſunt pręcipue poſt fugam ſenatus ex urbe a quo temporę Cęſar uſq; ad interitum eius nunquam utraq; dignitate caruit. immo ut plurimum ambabus fungebatur. & pro arbitrio uoluntatis ſuę alteram depoſuit & aliam ſuſcepit, adeo ut ſępenumero incertum eſſet an dictator an conſul nuncupari debuerat. erat quippe pręclarius nomen Cęſaris quã dictatoris uel conſulis. ad hęc etiã accedit quod dignitas dictaturę non ſolet conferri niſi ad mẽſes ſex quibus tranſactis conſul potius quam dictator putabatur, quia conſularis poteſtas per annum durabat. licet cęſari dictatura perpetua & conſulatus per decennium conniuẽtibus legibus fuerint decreti ut etiam Suetonius ſcripſit Cęſar tertium & quartum conſulatum titulo tenus geſſit ſic ꝙ nomen tantum retinuit citra conſulatus adminiſtrationem, contentus dictaturę poteſtate decretę cum conſulatibus ſimul, atq; utroq; anno binos conſules ſubſtituit ſibi. ſicq; factum eſt ut de annis & de numero conſulatuum ac dictaturaꝝ Cęſaris hiſtoriographi uariis & diuerſis modis ſcripſerint, & ſibiipſis nonnunquam aduerſentur, quinimmo pręcipui hiſtoriographi ſcripſerunt Cęſarem quater dũtaxat conſulem creatum & tamen Cæſar ipſe ſæpenumero quinquies ſe conſulem fuiſſe aſſeuerauit. ut uidere

licet libro quartodecimo antiquitatis iudaicę capite uigeſimo ſecun do ubi Ioſephus multa decreta & priuilegia Hircano pótifici iudęo rum a.C.cęſare conceſſa tabulis æneis ſculpta exponens,ſic ea ſcrip ta fuiſſe narrat.C.cęſar quinquies cõſul decernit hos habere,uel mu nire hieroſolymorum ciuitatem, & gubernare eam Hircanũ Alex andri filium principem ſacerdotum iudęorum rectorem gentis ſecũ dum ſuam uoluntatem &c. & paulo poſt.C. Cęſar quater impera tor quinquies cõſul in perpetuũ dictator huiuſmodi uerba facit de iudęorum &c.ex quibus perſpicuũ eſt Cęſarem quinquies fuiſſe cõ ſulem.ſicq; ex hiſtoriographis uſitatis non poteſt efficax ſumi argu mentum de anno dictaturę uel conſulatus quando Cęſar annum ſo larem inſtituit.parum etiam refert immo nihil importat pro die paſ ſionis Chriſti indagando ,ſi primus annus ſolaris fuerit ãnus tertius uel quartus dictaturę uel conſulatus Cęſaris. Nos igitur admitten tes autoritatem Cenſorini dicentis annum primum ſolarem fuiſſe annum quarti conſulatus Cęſaris, dicemus nihilominus chronogra phos in annis chriſti domini numerandis erraſſe, quemadmodum ſe quenti libro per oraculum Cenſorino deputatum oſtendemus.nũc quantum propoſito noſtro ſufficit, ſatis eſt demonſtraſſe Cęſarem incępiſſe primũ annũ ſolarẽ poſtq̃ applicuerit Alexandriam & anteq̃ proficiſceretur in Aphricã.cõſtat ergo eũ nõ incępiſſe annũ ſolarẽ an te tertium annum dictaturę ſuę, qui a Cenſorino uocatur quartus annus conſulatus eiuſdem.nam antequam dictator fieret, immo an tequam imperator contra gallos deſignatus eſſet,ſemel fuerat conſul cum Marco bibulo. ſicq; Cenſorinus ſumens hũc primum Cęſaris conſulatum,& pro aliis tribus conſulatibus computans tres illos an nos poſt tranſitum Rubiconis, quibus Cęſar promiſcue conſul et dictator appellatus fuit,ſcripſit Cęſarem incępiſſe primum annum ſolarem ab anno quarti conſulatus ſui. ut enim ſuperius oſtẽdimus Cęſar Rubiconẽ trãſiuit in mẽſe februarii, in quo tũc propter erro rem a ſacerdotibus in intercalatione cõmiſſum, contigit fieri ſolſtiti um brumale a quo tempore chronographi incipiunt primum annũ dictaturę eius, dehinc uſq; ad necem Pompeii computant annum & menſes nouem , fuit enim interemptus Pompeius circa ęquinoc tium autumnale,dicẽte Lucano.Tempus erat quo libra pares exami nat horas.& poſt mortem Pompeii Cęſar dictator ĩperauit ãnos qua tuor cum dimidio fere, quia occiſus fuit idibus martiis paulo ante ęquinoctium uernale,fuit ergo dictator annis fere ſex, & nõ incępit annum ſolarem ante tertiũ annũ dictaturę ſuę quod fuit probandũ.

¶ Caput

℃ Caput quintũ probat per prædicta chronographos in annis Chriſti dñi numerandis erraſſe.

OStendimus ſuperius ꝑ aſtrologicas ſupputationes lunationẽ illã a qua Iulius cæſar primũ annũ ſolarẽ icœpit factã fuiſſe prima die ianuarii feria ſexta q̃ nos diẽ ueneris uocamus poſt meridiẽ horis ſeptẽ, minutis ſex ſecũdis.35.& qa i tẽpore huius cõiunctionis ſolis & lunæ cõſiſtit tota uis oraculi Cæſaris ianteq̃ ad errorẽ chronographorũ ꝓcedamus denuo ꝑ arithmeticã ſupputationẽ ſine tabulis aſtrologicis cõfirmabimus quæcũq; de hac lunatiõe ſuperius ſcripſim⁹, ut eadẽ ueritas multis modis & diuerſis probationibus magis illuceſcat. pro cuius declaratiõe aſſumã id qđ ſuperius oſtẽdi uidelicet lunationẽ illã factã fuiſſe ꝑ ãnos.45.ante Chriſti natiuitatẽ iuxta uulgatã ãnoꝝ dñi cõputationẽ. Secũdo pręſupponã ꝙ i principio ãni iubilei nuper preteriti uidelicet prima die Ianuarii 1500. facta fuit luminariũ cõiũctio ſecũdũ mediũ motũ paulo ãte meridiẽ puta ꝑ.14 minuta &.45 ſecũda ante meridiẽ. Tertio pręſupponã q̃libet lunationẽ cõtinere dies 29. horas.12. minuta.44. ſecũda.3. tertia.2. quarta.59. quaſi. Quib⁹ pręſuppoſitis dico lunationẽ illã a qua Iulius cæſar icœpit primũ annũ ſolarẽ factã fuiſſe die prima ianuarii horis ſeptẽ poſt meridiem cũ minutis ſex, ſecũdis.35. qđ ſic demõſtrat. nã ꝑ primũ pręſuppoſitũ a primo ãno ſolari uſq; ad ãnũ icarnationis uerbi dei iuxta uſitatã chronographoꝝ cõputationẽ numerãtur ãni.45.& hinc uſq; ad ianuariũ iubilei præteriti ĩterceſſerũt ãni.1499. qui iũcti cũ ãnis ſupradictis.45. faciũt ãnos ſolares.1544. qui cõtinẽt dies.563946. ſed i totidẽ ãnis factæ fuerũt lunatiões.19097. quas ſi multiplicauerimus per dies.29. horas.12. minuta.44. ſecũda.3. tertia.2.& quarta 59. ꝓueniẽt ex oĩbus iuicẽ collectis dies.563945. horæ.16. minuta.38. ſecũda.40 qbus ſi addiderimus minuta.14. ſecunda.45. quæ diximus deficere a lunatione iubilei ante meridiẽ proueniẽt dies 563945 horę.16. minuta.53. ſecũda.25. ſed hæc deficiũt a dieb⁹ cõtẽtis i ãnnis.1544 (qui fuerũt dies.563946.) ꝑ horas.7. minuta.6. ſecũda.35. fuit ergo lunatio illa a qua Cęſar primũ annũ ſolarẽ icœpit ꝑ tot horas & toridẽ minuta poſt meridiẽ primæ diei Ianuarii qđ fuit probãdũ. nũc ſupereſt ut ꝓbemus chronographos i cõputatione ãnoꝝ dñi erraſſe, ꝑ quo demõſtrãdo oſtẽdem⁹ primũ ãnũ ſalutis fuiſſe ãnũ ſolarẽ.48.& nõ.46. ut ex priſcoꝝ ſupputatione fuit deductũ. qđ primo ſic probat: nã ex demõſtratis ſuperius perſpicuũ eſt a primo ãno Nabuchdonoſoris uſq; ad primũ annũ ſolarẽ a Iulio iſtitutũ interceſſiſſe ãnos ægyptios

T

703.& dies.118.ſed græci oẽs chaldæi quoq; & ægyptii qui priſcis tẽporib⁹ Chriſtiãi fuerũt & ãnos Nabuchdonoſoris obſeruarũt: cõputabãt a prĩcipio regni Nabuchdonoſoris uſq; ad ãnũ ĩcarnationis uerbi dei ãnos .749. dies.130.ut Niceta docet:ergo a primo ãno ſolari uſq; ad annũ ĩcarnationis ĩtercesſerũt ãni ægyptii.47.& dies.130.fuit ergo ãnus ĩcarnationis ãnus ſolaris.48.& Chriſtus natus fuit ꝑ duos ãnos tardius q̃ chronographi ꝓdiderũt.Idẽ ex ãnis Alexãdri magni & Philippi aridæi quibus priſci ægyptii uti conſueuerunt deduci poteſt.nã a morte Alexãdri magni uſq; ad primũ ãnũ ſolarẽ numerant̃ ãni.278.& dies.118.& a morte Alexãdri uſq; ad ãnũ ĩcarnationis iuxta ægyptios numerãtur anni 325.& dies 130.fuit ergo ĩcarnatus Chriſtus ãno ſolari.48.ꝑ duos ãnos tardius q̃ chronographi uel tabulę aſtrologicæ doceãt.In hac autẽ ſupputatiõe poti⁹ ſequi debem⁹ gręcos uel ægyptios q̃ latios qa latini nõ utũtur ãnis Nabuchdonoſoris uel Alexãdri magni qb⁹ gręci & ægyptii uti cõſueuerũt.Idẽ ꝓbari poteſt ꝑ cyclũ ſolarẽ Iulii cæſaris.iã enĩ demõſtrauim⁹ ſuperius cæſarẽ ĩcæpiſſe primũ ãnũ ſolarẽ a feria ſexta q̃ diẽ ueneris uocamus.ſi ergo ĩcarnatio uerbi dei facta fuit feria prima ĩ qua mũdus exordiũ ſũpſit ut præcipui ecclesię doctores perhibẽt,ſequit̃ neceſſario Chriſtũ dñm incarnatũ & natũ fuiſſe ꝑ duos ãnos tardius q̃ chronographi perhibuerũt.uidelicet ĩ ãno ſolari.48.ĩ quo littera dñicalis iuxta obſeruationẽ chriſtianoꝝ fuiſſet.g.qa die.25.martii ĩ qua mirifici dei uerbi ĩcarnatio annũciata legit̃:ãnotat̃ ĩ calẽdario cõſueto littera.g. Idẽ ꝓbari poteſt ꝑ lunationẽ illã a qua Iulius cęſar primũ annũ ſolarẽ ĩcœpit. nã cũ poſt.76.ãnos redeãt oẽs lunationes ad eũdẽ locũ ĩ quo pri⁹ factę fuerũt ãticipãtes ſua loca dũtaxat ad horas.5.& minuta.52.ſecũda 13.neceſſe eſt qđ ĩ ãno ĩcarnationis uerbi dei iuxta uſitatã cõputationẽ.32.facta fuerit ſimilis luminariũ cõgreſſus ad meridianũ urbis Romę die prima ianuarii ꝑ horã unã poſt meridiẽ.cũ minutis.14.ſecundis.22.& ad ciuitatẽ ſanctã hieruſalẽ horis tribus poſt meridiẽ minutis.11.ſecũdis.42.qua ꝓ radice accepta ſi ꝑ eã ĩdagauerimus lunã .15. primi menſis in qua Chriſtum crucifixum perhibent, non inuenimus oppoſitionem luminarium factam fuiſſe die ueneris niſi in anno trigeſimo ſexto ab incarnatione eiuſdẽ.ex quo ſequitur alterum iſtorum inconuenientium,ſcilicet,uel quod Chriſtus non fuit crucifixus die ueneris,uel qđ chronographi dicentes eum crucifixum fuiſſe ãno ab incarnatione eius trigeſimo quarto errauerit in annis duob⁹,ſic qđ ꝑ duos ãnos tardius crucifixus fuiſſet q̃ chronographi perhibuerũt,quẽadmodũ nũc ꝑ oracula ad Auguſtũ pertinẽtia ꝓbabim⁹.

¶ Liber tertiuſdecimus probat chronographos erraſſe ĩ ãnis chriſti dñi numerãdis per tredecĩ oracula ad Auguſtũ Cęſarem pertinẽtia.

COnſtat dñm ſaluatorẽ natũ fuiſſe regnante Augu-ſto ĩperatore, licet non ſatis exploratũ ſit quo ãno ĩperii eius natus fuerit, tũ ob uariã annoꝝ Auguſti cõputationẽ, tũ ob errorẽ chronographoꝝ in cõputatione huiuſcemodi cõmiſſum. quidã nãq; ĩcipiũt annos ĩperii Auguſti ſtatĩ poſt necẽ. C. Cęſaris, alii a triũuiratu, alii ab ęgypto ſubiugata, alii a monarchia Auguſti. ideo iuxta quadruplicẽ hũc cõputãdi modũ probabimus chronographos in ãnis chriſti dñi numerandis erraſſe. & totus hic liber deputabitur Auguſto & hiſtoriographis eius. cuius ſex erũt capita. ĩ primo probabitur propoſitũ per ſolis eclipſim factã in ãno quo Auguſtus naturę cõceſſit. ĩ ſecũdo cõfirmabitur idipſũ per ãnos ĩperii Auguſti, a nece Iulii cęſaris cõputatos. In tertio cõprobabitur idẽ per annos triũuiratus. In quarto idẽ corroborabitur per annos ab ęgypto ſubiugata inchoatos. In quinto idipſũ cõprobabitur per annos monarchię Auguſti, & cauſa erroris proferetur. In ſexto idẽ demõſtrabitur generaliter per omnes ſupputationes uſu habitas. perhibent nãq; priſcoꝝ annales Chriſtũ dñm natũ fuiſſe anno ĩperii Octauii Auguſti quadrageſimo ſecundo, incipiẽdo annos ĩperii eius ſtatim poſt mortẽ Cęſaris, ſed incipiendo ãnos Octauii a monarchia eius dicũt Chriſtũ natum fuiſſe ãno ĩperii eius. 28. de quo Euſebius libro primo eccleſiaſticæ hiſtoriæ capite ſecũdo ſic ſcriptũ reliquit. Igitur ſecũdo & quadrageſimo ĩperii Cęſaris auguſti ãno, ab ęgypto uero ſubiugata, & Antonii, uel Cleopatrę interitu ĩ qua nouiſſima Ptolemæoꝝ apud ægyptũ regna cecidere octauo & uigeſimo anno dominus ſaluator noſter Ieſus chriſtus prima aſcriptione cenſus Cyrino ſyrię pręſidente ſecũdũ ordinem totius prophetię, quę de ipſo prędicta eſt in bethleem iudęæ oppido naſcitur. hęc Euſebius. Idem in procemio chronicorũ ſic ſcripſit quadrageſimo ſecundo anno imperii Auguſti Chriſtus natus eſt & quintodecimo Tiberii anno prędicare orſus eſt. Idẽ ĩ cõtextu chronicoꝝ e regione anni ĩperii Auguſti. 42. ſic ſcripſit. Ieſus chriſtus filius dei in bethleẽ Iudęæ naſcitur, quo anno cœpit chriſtianoꝝ ſalus. pręſuppõit etiã idẽ Euſebius, atq; alii chronographi Octauiũ Auguſtũ ĩperaſſe annis quinquaginta ſex, ſed quia iſti errarũt in annis Auguſti cõputãdis, neceſſe eſt eos etiã erraſſe in ãno natiuitatis dñi. quippe perſpicuum eſt a morte Iulii Cęſaris uſq; ad mortem

Auguſti interceſſiſſe annos quinquaginta octo fere, chriſtum quoq;
per duos annos tardius natum & crucifixum fuiſſe q̃ chronographi
perhibuerunt, quemadmodum nunc multis oraculis & argumentis
demonſtrare aggrediemur. quorum primũ ſumetur ex ſolis eclipſi.

¶ Caput primum probat chronographos erraſſe in annis Chriſti
domini numerandis per ſolis eclipſim, quę facta fuit eo anno, quo
Auguſtus naturę conceſſit.

DVodecimum oraculum reddebat Euſebius cęſarien-
ſis chronicorum ſcriptor, qui ſub anno quinquageſi-
mo ſexto imperii Auguſti ſic ſcriptum reliquit. defec
tio ſolis facta eſt, & Auguſtus ſeptuageſimo ſexto ęta
tis ſuę anno Attellę in campania moritur. e cuius an
ni regione etiam ipſe Euſebius & ſequaces eius annotarũt annũ ab
incarnatione domini quintũdecimũ, prępſupponentes dominũ natũ
fuiſſe anno imperii Auguſti quadrageſimo ſecundo. ſed ſi iuxta uſi-
tatam annorum domini cõputationẽ ad tranſacta tempora retroce-
dere uelimus, nullam ſolis eclipſim Romę factã inueniemus eo ãno
quo chronographus præfatus Auguſtũ uita functũ meminit, neque
ſequenti anno eclipſim aliquã factã cõperiemus, neq; pręcedentibus
annis eclipſis aliqua inſignis facta fuit, ſed tertio anno ſequente uide
licet anno dñi ſaluatoris iuxta cõſuetã ſupputationẽ. 17. maximã ſo
lis eclipſim factã inueniemus, in qua totus ſol Romę, & in plurimis
Italię regionibus uiſus fuit obſcurari die Februarii quītadecima, ho
ra fere meridiana. fuit nanq; hęc ſolis obſcuratio in. 26. gradu aquarii
ſole domũ regiã poſſidente. quãobrẽ iuxta chaldęo℞, & aſtrologorũ
ſententias mortẽ ſũmi regis, aut ĩperatoris portẽdebat. cunq; ſol ad
oppoſitũ loci eclipſati perueniſſet uidelicet ad. 26. gradũ leonis, eodẽ
die expirauit Auguſtus Suetonio trãquillo autore. 14. calẽdas ſeptẽ-
bris, qui eſt dies. 19. menſis ſextilis qui nunc auguſtus nuncupatur
ſole in gradu oppoſito gradui eclipſato tunc collocato. cõſtat certe
Euſebiũ, & hiſtoriographos de hac duntaxat eclipſi ſcripſiſſe, cũ maxi
ma extiterit, adeo ꝙ ſole prope meridianũ exiſtente tenebrę obortæ
fuerint, neq; proximis annis eclipſis aliqua inſignis facta fuit, quę a
chronographis memorię commendari meruerit. mos enĩ hiſtoriogra
phis atq; chronographis eſſe ſolet illas duntaxat eclipſes ſolares in an
nales referre & annotare, in quibus totus ſol a uiſu noſtro occultatur
& abſconditur, adeo ut interdiu aſtra cęli ſtellati uideri & numerari
poſſint, quales raro admodũ cõtingunt. perſpicuum eſt autẽ hanc ta
lem extitiſſe. fuit enim punctorum duodecim ut calculanti patet.

erat quippe hęc ſolis eclipſis adeo magna atq; horrēda ut maximā aeris obſcurationē induxerit, & de ea merito dici poſſet qđ Vergilius poetice magis q̄ hiſtorice ſcribens de eclipſi ſolari(quā in morte Iulii cęſaris accidiſſe cōminiſcitur)ſcriptum reliquit ſic inquiens. Ille etiā cęcos inſtare tumultus Sępe monet fraudēq;,& operta tumeſcere bella. Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romā,Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit. Impiaq; æternā timuerūt ſæcula noctem. pudeat magiſtrū Petrū de riuo & eius calculatorē ſcripſiſſe,immo indelebili charactere imprimi iuſſiſſe eclipſim illā ſolarē(cuius meminit Euſebius) factam fuiſſe anno domini ſextodecimo, quia anno illo nulla fuit eclipſis memoratu digna,niſi fortaſſe eclipſim duorū, aut trium punctorū diametri ſolis in annales pro miraculo referendā putaret,quales quotannis fere cōtingunt,quādo quidē eclipſes nouem uel decem punctorū a chronographis non ānotātur,quia obſcurationem in terra non inducunt.immo uix ab oculo linceo animaduerti & cōprehendi poſſunt,niſi dedita opera obtutus ad ſolem dirigatur eclipſis uero prędicta & ſi per uſitatas aſtrologorum tabulas īdagari utcunq; poſſit,tamen quia annus ille Auguſti quo eclipſim factam diximus propinquior extitit ętati,& tēpori Ptolemęi q̄ alphonſi,rectius per ptolemaicas q̄ per alphonſinas tabulas perſcrutari poterit,attamen per quaſcunq; tabulas calculaueris inuenies eam fuiſſe maximam & uiſu horrendā ita q totus ſol in plurimis Italię regionibus interdiu obſcuratus uidebatur. perſpicuū eſt ergo hāc ſolis eclipſim quā Euſebius factā refert eo anno quo Auguſtus mortuus eſt,factā fuiſſe per duos annos tardius q̄ ipſe Euſebius annotauit.nā retrocedendo a die pręſenti uſq; ad diē huius eclipſis,inueniemus eā factam fuiſſe anno illo quē Euſebius uocat annū ſecundū īperii Tiberii & annū decimū ſeptimū incarnationis chriſti.errat ergo Euſebius in annis Auguſti, & ſimiliter in annis Chriſti numerandis in annis duobus.quia Auguſtus per duos annos tardius mortuus fuit q̄ hiſtoriographi perhibuerunt. Chriſtus quoq; per duos annos tardius natus fuit quam chronographi annotarunt. nā iuxta euangelicā doctrinā ſaluator anno quintodecimo imperii Tiberii agebat annum ætatis trigeſimum, ergo in morte Auguſti agebat annum quartumdecimum ſic quod in decembri ſequente incęperit annum quintumdecimum,ſi ergo dicti chronographi errarunt in morte Auguſti per annos duos,neceſſe eſt etiā erraſſe eos per totidē annos in ętate Chriſti & per conſequens etiam in natiuitate eius errarunt in ānis duobus. quod fuit probandū.& iā per ſequēs oraculū idipſū cōfirmabimus.

¶ Caput ſecundum confirmat ſcripta ſuperius expoſita, per annos imperii Auguſti a nece Iulii cęſaris inchoatos, probans quinq; oraculis uel argumentis chronographos in annis Chriſti domini & Auguſti imperatoris erraſſe.

TErtiumdecimũ oraculum ſumitur etiam ex Euſebio qui in chronicis ſuis ſcripſit Auguſtum imperaſſe annis quinquaginta ſex, & uita functum fuiſſe anno ętatis ſuę ſeptuageſimo ſexto quaſi completo. ex quibus inferre poſſumus ipſum cœpiſſe regnare anno uigeſimo ętatis completo, cum iam uigeſimum primum ętatis annum inchoaſſet. nam ſi anni quinquaginta ſex ſubtrahantur ab annis ſeptuaginta ſex, reſtabunt anni uiginti, ergo Euſebius incœpit primum annum imperii Auguſti a primo eius conſulatu, uel ab initio triumuiratus. ut enim hiſtoriographi perhibẽt Octauius uigeſimum agens ętatis annum, primum eius conſulatum ante ętatem legitimam ui a ſenatu extorſit. ſed a morte Iulii cęſaris uſq; ad primum cõſulatum Octauii interceſſerunt anni fere duo ut poſtea probabimus. ergo a nece Iulii cęſaris uſq; ad mortem Auguſti computantur anni quinquaginta octo fere. errarũt ergo chronographi negligentes hos duos annos a nece Iulii cęſaris uſq; ad triumuiratum interceptos. aut ſi eos Auguſti imperio adiecerint, debebant per eorum adiectionem auxiſſe numerum annorum regni eius. nam ſi hos duos annos Auguſto aſcribere uelimus, fateamur oportet imperaſſe eum annos. 58. quæ ut magis pateant proferatur chronicon uſu habitum Euſebio cæſarienſi aſcriptum, in quo ſic legitur. Romanorum primus. C. Iulius cæſar imperauit annos quatuor mẽſes ſeptem. rurſus paulo poſt defuncto Iulio ſubdit. romanorum ſecundus regnauit Octauius cęſar annos quinquagita ſex. commemorans exinde primo anno Antonium aduerſum Cęſarem bellum mouiſſe, ſecundo anno Ciceronem in phormiano ſuo occiſum eſſe, & quadrageſimo ſecundo anno dominum ſaluatorem natum, ac tandem in calce infert Auguſtum ſeptuageſimo ſexto ętatis ſuę anno uita functum fuiſſe. ecce duos annos quibus imperium uacauit, aut uacillauit Auguſto adiecit, nec tamen numerum annorum regni eius per hanc adiectionem adauxit quę iudicio meo cum hiſtoriographis qui Auguſti uitam accuratius ſcripſerunt, immo cum ſcriptis Euſebii hoc aſſerentis haudquaquã concordari poſſunt. nã ſi totius ętatis & uitę Auguſti rationẽ habuerimus facile inueniemus annos illos quinquagĩta ſex quos ĩperaſſe,

ſiue regnaſſe dicitur, non eſſe cõputandos a morte Cęſaris cũ Auguſ
tus decimũ octauũ dũtaxat annũ ageret, nec ab initio belli inter Au
guſtũ & Marcũ Antoniũ geſti, ſed ab initio concordię inter eos ini-
tę, & proſcriptionis factę. ꝙ autẽ Octauius cęſar non puſtulauerit cõ
ſulatũ ante annũ ętatis ſuę uigeſimũ, late undiq; omniũ hiſtoriogra-
phorũ ſentẽtiis patet. dicẽte in primis Suetonio primũ conſulatũ ui
geſimo ętatis anno inuaſit, admotis hoſtiliter ad urbẽ legionibus, miſ
ſiſq; qui ſibi nomine exercitus depoſcerent cũ quidã cũctante ſenatu
Cornelius Centurio princeps legationis reiecto ſagulo oſtendẽs gla
dii capulũ nõ dubitaſſet in curia dicere hic faciet ſi nõ feceritis uos.
Idẽ quoq; Eutropius teſtatur dicẽs, Cęſar quaſi uindicaturus patris
ſui mortem, a quo per teſtamentum fuerat adoptatus, Romam cum
exercitu profectus extorſit ut ſibi uigeſimo anno cõſulatus daretur.

Q Vartũdecimũ oraculũ reddebat Lucius florus una cum
Suetonio tranquillo. dixit enim Lucius florus Octaui-
um Cęſarẽ tẽpore necis Iulii cęſaris intra decimũoctauũ
ętatis annũ fuiſſe conſtitutũ. & Suetonius ſcripſit Octa-
uiũ auguſtũ uixiſſe annis ſeptuaginta ſex minus diebus triginta quí
q;, ꝙ & Euſebius & Beda fatentur. ex quibus manifeſte ſequitur ꝙ
a nece Iulii cęſaris uſq; ad mortem Auguſti interceſſerunt ãni quin
quaginta octo. ſic enim Lucius florus bellũ mutinenſe deſcripturus
dicit. prima ciuilium motuum cauſa teſtamẽtum Cæſaris fuit, cuius
ſecundus hæres Antonius prelatum ſibi Octauiũ furens inexpiabile
cõtra adoptionẽ acerrimi iuuenis ſuſceperat bellũ. qppe cũ ĩtra decẽ
& octo ãnos teneꝝ, & obnoxiũ, & opportunũ iniurię iuuenẽ uideret
& reliqua. ímo ſi Eutropio credimus nõdũ decimũoctauũ annũ pere
gerat. ſic enim libro eius ſeptimo ſcriptũ inuenitur. turbata republi-
ca, multa Antonius ſcelera cõmittens, a ſenatu hoſtis iudicatur, miſſi
ad eũ perſequendũ duo conſules Hircius & Panſa & Octauius ado
leſcens annos decẽ & ſeptẽ natus &c. ergo Octauius in morte Cęſaris
nondũ decimũoctauũ annũ perfecerat, ſi ergo uita functus eſt anno
ſeptuageſimo ſexto quaſi cõpleto, ſequitur ꝙ a nece Iulii Cęſaris uſ
q; ad mortẽ Auguſti interceſſerint anni. 58. ꝙ fuit probandum.

Q Vintũdecimũ oraculũ ſumit̃ ex Suetonio dicẽte, natus
eſt Auguſtus Marco Tullio Cicerõe & Antonio cõſuli-
bꝰ nono calẽdas octobris. qđ & Plutarchꝰ ĩ uita Cicerõis
teſtatur. ſed a cõſulatu Ciceronis uſq; in annũ quo Cæ-
ſar occiſus fuit, ĩ chronicis Euſebio aſcriptis cõputant̃ dũtaxat ãni. 18
ut uidere licet ĩſpiciẽti chronica. ſic enĩ ſub ãno mũdi. 5139. legit̃ ea q̃

de Catilina,Cetego,& Lentulo,conſule Cicerone Saluſtius ſcribit & Liuius,hoc geſta ſunt tempore, ſi ergo Cicero hoc anno conſul fuit ſequitur Auguſtum eodem anno nono calendas octobris natũ fuiſſe autore Suetonio.deinde in eiſdem chronicis ſub anno mundi 5213. ſic legitur defectio ſolis facta,& Auguſtus ſeptuageſimo ſexto ętatis ſuę anno Attellę in campania moritur.ecce fatetur eum uixiſſe annos .76. & tamen computando a conſulatu Ciceronis quo natus eſt,uſq; ad annum quo eum mortuum ſcribit,inueniemus duntaxat.74.quod patet,nam ſubtrahendo.5139.de.5213. reſtant duntaxat .74. liquet ergo chronographos erraſſe in duobus illis annis, quibus imperium uacauit,& reſpublica nondum oppreſſa fuit.

SExtumdecimum oraculũ reddebat Eutropius qui ſcripſit Iulium cęſarem interemptum fuiſſe anno ab urbe condita ſeptingẽteſimo fere ac nono.Tiberium uero ſuſcepiſſe imperium anno ab urbe condita ſeptingenteſimo ſexageſimo ſeptimo.ſed ſi anni nouem ſubtrahantur ab annis ſexaginta ſeptem,reſtant anni quinquaginta octo,ergo a morte Cæſaris uſq; ad mortem Auguſti quando Tiberius imperium aſſumpſit interceſſerunt anni quinquaginta octo fere.quod fuit probandum. quod autem Iulius cæſar interemptus fuit anno ab urbe condita ſeptingẽteſimo nono cõfirmari poteſt per ſcripta.C.Iulii ſolini qui ab urbe condita uſq; ad conſulatum Hircii & Caii panſę computat annos ſeptingentos & decem. fuit autem interemptus Cæſar idibus martiis ante conſulatum ipſorum.nam poſt necem Cęſaris faſces ſuſceperunt,Antonius & Dolobella.

DEcimumſeptimum oraculum reddebat Paulus oroſius ſcribens chriſtum dominum ſaluatorem natum fuiſſe anno ab urbe condita ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo, ſed ſuperius oſtendimus autoritate Eutropii & Solini Iulium cęſarem interemptũ fuiſſe idibus martiis anno ab urbe condita ſeptingenteſimo nono.ergo chriſtus ſaluator natus fuit anno quadrageſimo quarto poſt necem Cęſaris,ut patet computanti.quod ergo hiſtoriographi dicant dominum natum fuiſſe anno imperii Auguſti quadrageſimo ſecundo non debent auſpicari anni Auguſti a nece Cęſaris,ſed potius a primo eius conſulatu,quia a nece Cęſaris uſq; ad chriſti natiuitatẽ computantur anni quadraginta quatuor.Sed contra prędicta poſſet aliquis inſtare quia Paulus oroſius(ex cuius ſcriptis ſumitur Chriſtum natum fuiſſe anno ab urbe condita ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo)non admitteret

ret Cęſarem interẽptum fuiſſe anno ab urbe condita ſeptingenteſi mo nono, immo dicit eum interfectum fuiſſe anno ab urbe condita ſeptingenteſimo decimo, ergo non ualet argumentum huius oraculi ex Paulo oroſio ſumptum. Ad hoc reſponderi poteſt, ꝙ licet Paulus oroſius ſcripſerit de anno ſeptingenteſimo decimo, tamen ſuperius oſtendimus ex ſcriptis Eutropii, & Solini Cęſarem interẽptum fuiſſe anno ab urbe condita ſeptingenteſimo nono. & hoc magis eſt approbandum. nam quando hiſtoriographi a ſe inuicem diſcrepant accipiendum eſt illud in quo plures conueniunt ſed de hoc poſtea plura ſcribemus. Ex prędictis manifeſtum eſt chronographos in annis imperii Auguſti erraſſe quia a nece Cęſaris uſq; ad mortem Auguſti interceſſerunt anni quinquaginta octo fere, & chriſtus natus fuit duobus annis tardius quam hiſtoriographi perhibuerunt. Quæ ut magis pateant pauca ex Apiano alexandrino diligentiſſimo ciuilium bellorum ſcriptore repetemus, qui integro libro plane docet, Octauium auguſtum defuncto Cęſare paucarum uirium extitiſſe, & non ſolum a cognatis & amicis percuſſorum Cęſaris, uerũ etiam ab ipſo Marco Antonio conſule omnia pro arbitrio diſponente ſpretum ſemper & contemptum fuiſſe, adeo ut continuis iniuriis & contumeliis a Marco Antonio tanquã puer afficeretur, immo uox Marci antonii ad eum extat qua puerum eum eff ęminatum nominauit, & adoptionem auunculi ſui ſtrupro meritum, & in epiſtolis thurinum eum per contumeliam appellabat. quinimmo ut Plutarchus ſcribit in carcerem eum coniecturum minabatur. erat enim Antonius non modo conſul ſolus, uerum etiam ut uerbis Apiani utar Monarcha quodammodo uidebatur. ſic enim Apianus ad uerbum ſcriptum reliquit, Bruto deinde & Caſſio urbe egreſſis Antonius poteſtate adauctus, & iam monarchicus exiſtens prępecturas nationum, & exercitus ſibi uendicabat. ſicq; ſumma rerum in manu Marci Antonii erat donec redeunte Romam Cicerone ueteres inter ipſos (ob coniuratorum ſupplicium) inimicitię iam refricatę ĩ calendis ſeptembris denuo pullulare cęperint, quibus tandem Marcus Antonius hoſtis iudicatus mutinenſe bellum contra Decimum brutum (cui ſenatus fauebat) exortum eſt. ſequenti uero anno in calendis Ianuariis Hircius & Panſa Ciceronis amici conſules ſunt deſignati. qui una cum Octauio adoleſcente in Antonium proficiſcuntur, tandem conſules interierunt. Imperator in Antonium perſequendum poſthabito Cęſare Decimus a ſenatu eligitur. Cęſar itaq; Decimum eius loco in Antonium imperatorem deſignatum permo

deſte ferens, ac iram contegens, triumphum pro his quę geſſiſſet poſtulabat, ſpretus a ſenatu ꝙ digniora ętate ſua concupiſceret timore correptus eſt, ne profligato Antonio magis adhuc a ſenatu contemneretur. Decimum porro Pompeiani in reliquum anni tempus Panſę loco, & Hircii conſulatum poſtulare ſuaſerunt. itidem & Cæſar pro ſe petiit, qui ægre ferens quod ſpretus eſſet, quod neq; triumphum, neq; conſulatum impetraſſet legiones ad iter mouit per uim facturus ſe conſulem, cuius inopinato aduentu perturbatis omnibus conſul per metum creatur. Interim Antonius acceſſione Lepidi, & Planci formidabilis factus Decimum ex celtica expellere conatur. Decimus uero Antonium in ſe irruentem cernens non auſus impetum eius expectare deſertis decem legionibus per retiam iter acturus in macedoniam ad Brutum & Caſſium fugere contendit, ſed a latronibus interceptus, & ad Camillum regulum perductus, capite truncatur, & caput ad Antonium mittitur. Cęſar ueritus Antonii, & Lepidi potentiam, pacem cum eis facturus Bononiam proficiſcitur, ac ſtatuto die tres duces in campum unum inter Bononiam & Mutinam conueniunt, & manus iungunt, ac orbem terrę inter ſe diuidentes, impiam proſcriptionis tabulam ędiderunt. ſimul quoq; in macedoniā contra Cęſaris interfectores proficiſcentes Brutum & Caſſium ſuperarunt. ab hoc Itaq; tempore quo triumuiratus regimen impia ciuium proſcriptione rempublicam oppreſſit, anni imperii Octauii auſpicandi ſunt ſi quinquaginta ſex dūtaxat annos eum imperaſſe dixerimus: aut ſi a morte Cęſaris regnū eius inchoare uelimus, fateamur oportet imperaſſe eum annos .58. nam a decimo octauo ętatis ſuę anno quem in morte Cęſaris agebat uſque in ſeptuageſimum ſextum annum, quo defunctus eſt, computantur anni .58. Patet Itaque chronicorum autores in computandis Auguſti ānis plurimum erraſſe, qui auſpicātes initium imperii eius a morte Cęſaris, autumant eū imperaſſe annos dūtaxat quinquaginta ſex cum a nece Cęſaris uſque ad mortem Auguſti numerētur anni fere quinquaginta octo. Redeuntes ergo ad primum noſtrum inſtitutū de errore in annis chriſti dn̄i numerandis ab initio propoſitū liquide patet omnē errorē in ānis īperii Auguſti iā demonſtratū diffūdi etiā in annos chriſtianę ſalutis. nā cū chriſtus natus perhibeatur anno īperii Auguſti 42. ſi erratū eſt a chronographis in annis īperii Auguſti, etiam erratum erit in primo anno natiuitatis chriſti, & per conſequens in omnibus aliis a primo anno conſequenter computatis. quemadmodum & nunc per alia quatuor oracula probabimus.

¶ Caput tertium probat propoſitum aliis quatuor oraculis per annos triumuiratus.

Reliqua quatuor oracula reddebant Plutarchus hiſtoriographus grecus. Ioſephus hiſtoriographus hebreus Euſebius chronographus gracus, & Beda chronographus latinus. Plutarchus i uita Antonii ſcripſit Cleopatram cum Antonio regnaſſe annis plus quam quatuordecim quibus Antonius orientale, & Octauius occidentale ſibi uendicauerant imperium. Ioſephus libro. 18. antiquitatis iudaicę capite ſeptimo ſcripſit Octauium auguſtum imperaſſe annos quinquaginta ſeptem, & menſes ſex. de quibus, quatuordecim annos Antonius ſimul cum Octauio reipublicę gubernacula rexerat. Euſebius cęſarienſis in ſuis chronicis e regione anni quartidecimi imperii Augusti ſic ſcripſit, Cleopatra & Antonius ſemet interficiunt. Venerabilis Beda in ſuis chronicis ſcripſit Octauium auguſtum regnaſſe annis quindecim uiuente Cleopatra. ſed omnium hiſtoriographorum teſtimonio Auguſtus poſt mortē Antonii & Cleopatræ ı̄perauit annis quadragita quatuor, quibus monarchiā ſolus tenuit, ergo anni imperii Auguſti fuerunt plures quam quinquaginta ſex, immo potius quinquaginta octo. ¶ Sed contra hęc poſſet aliquis inſtare, nā quamuis autores pręfati ſcripſerint Octauium cęſarem regnaſſe una cum Marco antonio annis quatuordecim, tamen multi alii hiſtoriographi non minoris autoritatis his aduerſantur, dicentes eos ſimul imperaſſe annis duntaxat duodecim, inter quos in primis ſe offerūt Suetonius trāquillus, Lucius florus, Sextus aurelius, & Eutropius, aſſerentes triumuiratus poteſtatem duraſſe duntaxat per annos duodecim. Ad hoc argumentū reſpōderi poteſt quod licet triumuiratus poteſtas duraſſet duntaxat per annos duodecim, nihilominus adhuc inferre poſſumus quod a nece Iulii cæſaris, uſq; ad mortem Auguſti interceſſerint anni quinquaginta octo fere. nā ſi ad annos iſtos duodecim addantur anni quadraginta quatuor, quibus Auguſtus ſolus regnauit, prouenient a triumuiratu, uſq; ad mortem Auguſti anni quinquaginta ſex quibus ſi addantur menſes decem & octo intercępti inter necem Iulii cęſaris & triumuiratum, reſultabunt ānı quinquaginta ſeptem cum dimidio. quod fuit probandum. quod autem hęc tempora ſic debeant diſtingui clare docet Eutropius incipiens hos duodecim ānos a primo cōſulatu Octauii cęſaris, cuius uerba hęc ſunt. Ita bellis toto orbe confectis Octauius auguſtus Romā

rediit. duodecimo anno poſtquam conſul fuerat.& ex hoc tempore rempublicam per quadraginta quatuor annos ſolus obtinuit. ante enim duodecim annis cum Antonio & Lepido tenuerat. eadem Lucius florus, Suetonius, & Sextus aurelius ſcripſerunt. ℭ Sed contra hęc poſſet adhuc aliquis inſtare, nam hiſtoriographi nonnulli ſcripſerunt triumuiratus poteſtatem duraſſe duntaxat per annos decem inter quos eſt Suetonius, qui licet in capite de breui deſcriptione totius uitę Auguſti ſcripſerit Octauiũ auguſtum una cum Marco Antonio regnaſſe annis fere duodecim, tamen poſtea in capitulo de geſtis per eum in officio triumuiratus dixit eum adminiſtraſſe officium triumuiratus per annos decem. ob hoc enim argumenta hęc tumultuaria appellauimus, quia fundantur in ſcriptis hiſtoriographorum, qui multiphariam & uariis modis de his ſcripſerunt quinimo ſibi ipſis nonnunq̃ contradixerunt. quibus tamen non obſtantibus pro ſolutione huius argumenti dicemus, ꝙ admiſſo ut in argumento aſſumitur quod triũuiratus poteſtas duraſſet duntaxat ad annos decem, nihilominus adhuc inferre poſſumus propoſitum uidelicet quod a nece Iulii cęſaris uſq; ad mortem Auguſti interceſſerint anni quinquaginta octo fere quẽadmodũ per ſequentia oracula probabimus.

ℭ Caput quartum probat propoſitum per annos ab ægypto ſubiugata inchoatos.

POſtquam oſtendimus errorem chronographorum in annis Chriſti domini numerandis illorum ſcilicet qui annos Chriſti & ãnos imperii Octauii auguſti cõputant a morte Iulii cęſaris, uel a primo conſulatu Octauii, uel a triumuiratu, nunc ſupereſt ut monſtremus in ſimilem errorem incidiſſe etiam illos, qui ſupputant annos Chriſti & imperatoris Auguſti ab ægypto ſubiugata dicentes dominum ſaluatorem natum fuiſſe anno uigeſimo octauo poſt ęgyptum ſubiugatam, uel ut Beda ſcripſit anno uigeſimo ſeptimo. Pro quo demonſtrãdo occurrit nobis in primis Ptolemęus alexãdrinus aſtrologorũ princeps, qui radicem motus planetarum ſtatuens ad primũ annum regni Nabuchdonoſoris computauit ab eo uſq; ad ægyptum ſubiugatam quãdo ſcilicet per mortem Antonii & Cleopatrę ęgyptus in poteſtatem Octauii deuenit annos ęgyptios ſeptingẽtos decem & octo incipiendo eos a menſe thus. continet ãnus ægyptius dies trecẽtos ſexaginta quinq; ſine quadrante. ſed iuxta aſtrologos la

tinos chriſtianos ab initio regni Nabuchdonoſoris utq; ad annū incarnationis Chriſti numerantur anni ęgyptii.747.& dies.130.a quibus ſi ſubtrahantur anni.718.intercępti a Nabuchdonoſore uſq; ad ęgyptum ſubiugatam reſtabunt ab ęgypto capta uſq; ad annum incarnationis chriſti iuxta uſitatam ānorum domini computationem anni ęgyptii uiginti nouem, dies centum & triginta. Idem deduci poteſt ex annis a morte Alexandri magni computatis, qui iuxta aſtrologos latinos chriſtianos putantur fuiſſe anni.323.dies.130. ſed iuxta Ptolemęum a morte Alexandri magni uſq; ad ęgyptum ſubiugatam interceſſerunt.anni.294.ergo ab ęgypto ſubiugata uſq; ad primum annum ſalutis intercępti fuerunt anni uiginti nouē, dies.130. ex quibus inferri poteſt erraſſe Euſebium cæſariēſem chronographū qui libro primo eccleſiaſticę hiſtorię capite ſecundo ſcripſit chriſtum dominum natum fuiſſe anno imperii Cęſaris auguſti ab ægypto ſubiugata uigeſimo octauo. iam enim oſtendimus quod ex radice ſupputationis Ptolemęi ſequitur eum natum fuiſſe poſt ægyptum ſubiugatam anno trigeſimo.& hoc iuxta uulgatam & uſitatam annorum domini computationem. ſed iuxta ueram ſupputationem fuit natus ſaluator anno trigeſimo ſecundo poſt ęgyptum ſubiugatam, & trigeſimo anno poſt ueram monarchiam. quemadmodum ſequenti oraculo oſtendimus.

¶ Caput quintum probat idem per annos monarchiæ Auguſti, & cauſam erroris affert.

Vigeſimum oraculum reddebat Cenſorinus, qui tanquam controuerſiarum conciliator, & errorum cenſor, uarias ac diuerſas annorum & temporum ſupputationes exponens, docet annos monarchię Auguſti aliter ab ęgyptiis, aliter a romanis computari. nā quos ęgyptii auſpicantur a morte Antonii & Cleopatrę quando ęgyptus in ditionem Octauii cęſaris peruenit, romani biennio poſt incipiūt quando ſcilicet Octauius ipſe Romam rediens ſenatus decreto pater patrię ſalutatus, Auguſtus fuit appellatus. & quamuis priori biennio deuicto iam Marco antonio haberetur ab exercitu & uulgo tanquam monarcha, tamen quia ſenatus populuſq; romanus nondū eum monarcham declarauerat, nō fuit reputatus a ciuibus romanis & optimatibus monarcha. imo tūc maxime ſenatus ſperauit de republica reſtituenda iuxta ſponſionē ab eo factā. ut enī Suetonius do/

cet de reddẽda republica bis cogitauit primo poſt oppreſſum ſtatim Antonium,memor obiectum ab eo ſibi ſępius,quaſi per ipſum ſta/ret ne redderetur, ac rurſus tędio diuturnę ualitudinis affectus cum etiam magiſtratibus,ac ſenatu domum accitis rationarium ĩperii tradidit,ſed reputans & ſe priuatum non ſine periculo fore, & illã plu/rium arbitrio temere committi,in retinenda perſeuerauit.quod Donatus ſuaſione Vergilii monarchiam approbantis factũ ſcribit.ſi enĩ inquit Vergilius iuſtitiam quemadmodum modo facis omnibus in futurum diſtribues,dominari te,& tibi conducet & orbi.hanc Vergilii ſententiam ſecutus Auguſtus principatum tenuit. ſicq; biennio poſt ęgyptũ ſubiugatam romani ãnos monarchię Auguſti auſpicabãtur.quinimmo non ſolum annos Octauii auguſti,ſed & omnium auguſtorum annos ab hoc principio computabant,quos ob hoc augu/ſtinos uocabant.unde Cenſorinus ſumens pro titulo & indice annũ conſulatus Pii & Pontiani ſic ſcriptum reliquit.eſt hic annus(ni fallor) ab olympiade prima milleſimus & quartuſdecimus a Roma autem condita nongenteſimus nonageſimus primus,& quidẽ ex palilibus unde urbis anni numerantur. eorum uero annorum quibus Iulianis nomen eſt duncenteſimus octuageſimus tertius,ſed ex die calendarum ianuarii unde Iulius cęſar anni a ſe conſtituti fecit principium.at eorum qui uocantur anni auguſtorum ducenteſimus ſexageſimus quintus,perinde a calendis ianuariis quamuis & ante diem ſextumdecimum calendas februarii imperator Cęſar ſententia Munacii.l.planci a ſenatu cęteriſq; ciuibus Auguſtus eſt appellatus. ſed ęgyptii quod biennio ante in poteſtatem ditionemq; populi romani uenerint hunc auguſtorum annum uocant ducenteſimum ſexageſi/mum ſeptimum.ex quibus manifeſtum eſt Octauium appellatum fuiſſe Auguſtum non ſtatim poſt Antonii et Cleopatrę interitũ quãdo ęgyptus in poteſtatem cęſaris primum deuenit, ſed biennio cum tribus menſibus poſt ęgyptum ſubiugatam.in quo etiam erraſſe ui/detur Euſebius cęſarieñſis chronicorum autor,qui ſub idem tempus & eodem anno hęc facta ãnotauit.queãdmodum uidere licet ĩ chro/nicis eiuſdem,in quibus e regione anni quartidecimi imperii Auguſti ſcripſit Antonium & Cleopatram ſemet interfeciſſe,& ſtatim poſt ſubiunxit. quidam ab hoc loco primum annum monarchię Augu/ſti computant,& Cęſar Auguſtus appellatus eſt. hęc Euſebius. hoc autem quod dicit quoſdam incępiſſe annos monarchię Auguſti ab ęgypto ſubiugata,referri poteſt ad ipſos ægyptios,qui annos Augu/ſti ab hoc tempore auſpicantur. ſed quod ſubiunxit,Cęſarem Octa

uium tunc appellatum fuiſſe Auguſtum, tueri non poteſt. quia non fuit appellatus Auguſtus, niſi per duos annos cum tribus menſibus poſt ægyptum ſubiugatam. Sed nunc ſupereſt ut oſtendamus errorem chronographorum in annis Chriſti domini numerandis. conſtat omnium hiſtoriographorum teſtimonio Auguſtum in monarchia regnaſſe annis. 44. fere. eſt etiam manifeſtum ex euangelica doctrina Chriſtum ſaluatorem in morte Auguſti egiſſe annum quartumdecimum ætatis, & in decembri ſequente incæpiſſe annum quintumdecimum. ex quibus inferri poteſt, Chriſtum natum fuiſſe anno monarchiæ Auguſti trigeſimo. nam ſi anni quatuordecim ætatis Chriſti ſubtrahantur ab annis quadraginta quatuor monarchiæ Auguſti reſtabunt anni triginta monarchiæ Auguſti. falſum eſt ergo ꝙ Euſebius & alii chronographi aſſerunt Chriſtum natum fuiſſe anno uigeſimooctauo monarchiæ Octauii Auguſti, etiam inchoando annos monarchiæ eius a die quo ſenatus decreto appellatus fuit Auguſtus. quanto magis errauit Euſebius, qui annos monachiæ Auguſti inchoauit ab ægypto ſubiugata, quæ deuenit in poteſtatem Octauii per duos annos & tres menſes antequam a ſenatu Auguſtus eſſet appellatus. Errarunt ergo chronographi omnes in annotatione & conſcriptione anni incarnationis uerbi dei reſpectu annorum monarchiæ Auguſti, dicentes dominum natũ fuiſſe anno uigeſimo octauo monarchiæ eius. & cauſa erroris fuit, quia non computarunt duos illos annos intercæptos inter mortem Antonii, uel ægyptum ſubiugatam, & inter ueram Octauii monarchiam, quando ſenatus conſulto primum Auguſtus & monarcha fuit ſalutatus. nam ab hoc tempore romani incæperunt computare annos monarchiæ Auguſti. quinimmo non ſolum ãnos Octauii primi Auguſti, uerum etiam omnium Auguſtorum tempora ab hoc principio numerare conſueuerunt ut Cenſorinus docet. Poſſunt hæc cõfirmari per Sextũ aureliũ Victorẽ, qui de ãno monarchiæ Auguſti ſic ſcripſit. Anno urbis conditæ. 722. mos Romę repetitus eſt uni prorſus parẽdi pro rege ĩperatori, uel ſe ueriori nomine Auguſto appellato. Iã enĩ ſuperius oſtẽdimus Cæſarẽ interẽptũ idibus martiis, anno ab urbe cõdita ſeptingenteſimo nono fere nondum ſcilicet inchoato anno nono, ſed a palilibus proxime ſequentibus die uigeſimo aprilis auſpicando, quo die Romulus urbẽ fundauit. de quo Propertius libro quarto. urbi feſtus erat dixere palilia patres, hic primus cœpit mœnibus eſſe dies. ſi ergo a nece Cæſaris uſq; ad triumuiratum computauerimus menſes decem & octo hoc eſt ãnum cũ dimidio. & a triũuiratu uſq; ad mortẽ Antonii

annos decem. & a morte Antonii uſq; ad ueram monarchiam ſup- putauerimus annos duos cum menſibus tribus, terminabitur nume rus in Ianuario anni quintidecimi poſt necem Cæſaris, qui fuit an- nus ab urbe condita ſeptingenteſimus uigeſimus ſecundus, quemad modum Sextus aurelius ſcripſit. Nec obſtat q; in libris Pauli oroſii legatur hanc monarchiam Auguſti tardius incœpiſſe uidelicet anno ab urbe condita ſeptingenteſimo uigeſimo ſexto, ut in libris impreſ- ſis habetur, uel anno uigeſimo quinto, ut in quibuſdam libris ma- nu ſcriptis legitur, quia conſtat hęc incuria ſcriptorum, uel impreſſo rum fuiſſe corrupta. Per hanc diſtinctionem Cenſorini concordari poſſunt multa ſcripta hiſtoriographorum, quæ prima facie contraria ri uidentur. exempli gratia illi qui ſcripſerunt Octauium & Anto- nium ſimul regnaſſe annis decem, icipiunt eos a triumuiratu uſq; ad ægyptum ſubiugatam. Illi uero qui dicunt eos regnaſſe ſimul an- nis duodecim, inchoant eos a nece cæſaris uſq; ad ægyptum ſubiuga tam. ſed illi qui dicunt eos imperaſſe annis quatuordecim, compu- tant omnes annos intercæptos a nece cæſaris uſq; ad ueram monar- chiam Auguſti. licet Antonius duobus annis prius mortuus fuerit. Eſt igitur manifeſtum ex prædictis chronographos erraſſe in annis Chriſti domini & Auguſti imperatoris numerandis, & q; a nece Iu- lii cæſaris uſq; ad mortem Auguſti interceſſerint anni quinquaginta octo fere. & q; Chriſtus natus fuit per duos annos tardius quam hi- ſtoriographi ſcripſerunt, uidelicet anno quadrageſimo quarto poſt necem Cæſaris. quod ſic declarari poteſt, nã a nece Cæſaris uſq; ad triumuiratum interceſſerunt anni fere duo, ut ſuperius oſtendimus, quibus ſi addantur decem anni quibus triumuiratus duraſſe puta- tur prouenient uſq; ad mortem Antonii & Cleopatræ anni duode- cim, & ſi his adiiciantur anni duo cum menſibus tribus (qui uſq; ad ueram monarchiam Auguſti interceſſerunt) prouenient a nece Cæſaris uſq; ad monarchiam Auguſti anni quatuordecim, his ſi ad- dantur anni quadraginta quatuor, quibus uerus monarcha extitit, prouenient a nece Iulii cæſaris uſq; ad mortem Auguſti anni quin- quaginta octo fere. quod fuit probandum. fuit ergo natus Chriſ- tus anno quadrageſimo ſecundo imperii Auguſti incipiendo annos imperii eius a primo eius conſulatu uel a triumuiratu. & hic fuit an- nus quadrageſimus quartus a nece Cæſaris. errant ergo chronogra- phi in annis duobus dicentes dominum natum fuiſſe anno quadra geſimo ſecundo a nece cæſaris. quemadmodum ſuperius probaui- mus, & nunc per ſequens oraculũ id confirmabimus.

¶ Caput

Caput ſextum prædicta omnia confirmat per argumenta ſumpta ex ſupputatione uſu habita per Dionyſium inducta, & aliam erroris cauſam in computatione annorum ab incarnatione mirifici uerbi dei exponit.

Vigeſimumquartum oraculum reddebat Dionyſius abbas romanus, aſſerens primum annum imperii Auguſti inchoari a martio in quo Iulius cæſar occiſus fuit. a martio inquit anni tertii olympiadis centeſimæ octuageſimæ quartæ. hic Dionyſius totius erroris anſam præbuit & cauſa extitit, quando annorum, & temporum ſupputationem ab initio chriſtianæ ſalutis hoc eſt ab anno incarnationis uerbi dei primum induxit. cum antea a morte Diocliciani impiiſſimi perſecutoris eccleſiæ anni & tempora numerarentur, a die ſcilicet obitus eius quo inter deos relatus putabatur. hic Dionyſius floruit tempore Iuſtiniani imperatoris quingentis annis poſt Chriſti natiuitatem tranſactis. qui diuino zelo accenſus, ut impiiſſimi perſecutoris eccleſiæ memoria oblitteraretur & aboleretur, chriſtianæq; ſalutis exordium notius fieret, induxit hanc temporum uiciſſitudinem a primordio incarnationis uerbi dei ſupputandam eſſe. eamq; ne deperiret, iuſſerunt patres in cereis paſchalibus per annos a paſſione domini numeratos quotannis annotari. conſtat autem Dionyſium in hac prima annorum ſupputatione erraſſe in annis duobus. nam cum a priſcis eccleſiæ doctoribus accepiſſet Chriſtum dominum natum fuiſſe anno imperii Octauii Auguſti quadrageſimo ſecundo, incœpit hos annos imperii Auguſti ſtatim poſt necem Cæſaris, autumans primum annum imperii Auguſti inchoari a martio, quia idibus martiis Iulius cæſar occiſus fuit. ſed ex ſcriptis noſtris ſuperius expoſitis, perſpicuum eſt Octauium Auguſtum non incœpiſſe imperare ſtatim poſt obitum uel interitum Cæſaris, quia tunc nullarum fuit uirium. immo non ſolum a percuſſoribus Cæſaris ſpretus, uerum etiam ab Antonio conſule contemptus, quaſi pro nihilo habitus fuit. ſed anni imperii eius computandi ſunt a primo ipſius conſulatu, uel a triumuiratu, quando una cum Antonio, & Lepido rempublicam oppreſſit. eſt etiam manifeſtum ex ſcriptis ſuperioribus a nece Iulii cæſaris uſq; ad triumuiratum interceſſiſſe annos fere duos. errauit ergo Dionyſius in prima ſua annoꝝ Chriſti numeratione in annis duobus, aſſumens Chriſtũ natũ fuiſſe ãno poſt necẽ Cæſaris quadrageſimo ſecundo. cum iuxta

patrum ſcripta natus fuerit anno imperii Auguſti quadrageſimo ſe‑
cundo poſt primum eius conſulatum, uel triumuiratum, qui fuit
annus quadrageſimus quartus poſt necem cęſaris. In eundem erro‑
rem inciderunt illi, qui annos chriſtianæ ſalutis a monarchia Augu
ſti computantes, aſſerunt Chriſtum dominum natum fuiſſe anno
monarchiæ Auguſti uigeſimo octauo, quemadmodum ſuperius oſ‑
tendimus. In eundem errorem inciderunt illi, qui annos Chriſti
domini uel imperii Auguſti computant per annos olympiadum.
in qua ſupputatione errauit etiam Dionyſius ſupradictus, ſcribens
primum annum imperii Auguſti inchoari a martio in quo Iulius
cæſar occiſus fuit, a martio inquit anni tertii olympiadis centeſimę
octuageſimæ quartæ, & finem habere in martio anni quarti olym‑
piadis iam dictæ. conſtat nanq; ex uſitata olympiadum ſupputatio‑
ne Iulium cęſarem necatum fuiſſe anno primo olympiadis iam dic
tæ, licet Octauius non incœperit imperare niſi in anno tertio olym‑
piadis eiuſdem, propter cauſas ſuperius expoſitas. Ex prædictis per‑
ſpicuum eſt annos chriſtianę ſalutis hac tempeſtate ab incarnatione
uel a natiuitate Chriſti computari ſolitos, non recte numerari. nam
ſi Euſebius, & alii chronographi errarunt in anno incarnationis uer
bi dei, & poſt eos Dionyſius in noua temporum ſupputatione in
eundem incidit errorem, ut iam oſtendimus, neceſſe eſt errorem hũc
diffundi in omnes annos a primo incarnationis anno deductos.

¶ Sed contra prædicta poſſet aliquis inſtare, quia ex his ſequere‑
tur romanam eccleſiam in ſuis reſcriptis & bullis errare, in quibus
uſitata annorum ab incarnatione domini computatio ſemper obſer
uata fuit, & cuſtodita & in cereis paſchalibus annotata. huic argu‑
mento reſponderi poteſt, romanam eccleſiam in ſuis reſcriptis hac
ſupputatione utentem haudquaquam errare, quandoquidem per‑
ſpicuum extat, eam annorum hanc ſupputationem non inſtituiſſe
neq; approbaſſe, ſed a chronograhis mutuatam uſui ſuo accommo
daſſe. quod ſi error aliquis in computatione annorum contigerit
haudquaquam eccleſiæ (quæ errare non poteſt) ſed chronographis,
& præcipue Dionyſio eſt aſcribendus. ad quod etiam accedit quod
romana eccleſia non ſemper hac computatione uti conſueuit, ſed a
paucis anteactis annis præſidente Eugenio quarto adhortante Blon
do forolinienſi, pontificii collegii a ſecretis notario, in bullis atq; re‑
ſcriptis pontificalibus annorum hęc a Chriſti incarnatione ſupputa
tio ſcribi primum cœpit. licet longiori temporis tractu in cereis paſ‑
chalibus annotata, & apud notarios in ſuis inſtrumentis mutato.

noīe uſu habita fuerit. nā ī cereis paſchalibꝰ āni a paſſione ſcribi ſolēt ſed notarii annos a natiuitate cōputare cōſueuerūt, confundētes eos cum annis incarnationis, & promiſcue immo præpoſtere eis utentes quaſi Chriſtus natus fuiſſet antequam eſſet incarnatus. ſicq; error iſte non eſt impingendus eccleſię ſed ipſi Dionyſio, qui hanc ſupputationē non adamuſſim quadratam primum induxit. ut ergo ad inſtitutū noſtrum de die paſſionis domini ab initio propoſitum redeamus, perſpicuum eſt errorem hunc a Dionyſio commiſſum occaſionē dediſſe, quod nemo uſq; in hunc diem demonſtrare unquā potuerit Chriſtum dominum die ueneris, luna quartadecima, uel quintadecima primi menſis crucifixum fuiſſe. in quo multi uiri eccleſiaſtici bonarum artium doctiſſimi ſæpenumero fruſtra laborarunt. quando quidem impoſſibile eſt myſteria paſſionis in euangeliis expreſſa calculo aſtrologico per hanc Dionyſiacam ſupputationem comprobare. quod & ipſi Dionyſio (a coætaneis fortaſſe obiectum) innotuiſſe uidetur: quā obrem erroris pœnitentia ductus dum fallacię latebras inuenire nequiuiſſet, neq; obiectiones de luna quartadecima paſchali factas diſſoluere, neq; extricare potuiſſet, conſcientiæ ſtimulo compunctus, ac deſperatione ductus, uel uerecundia confuſus frontem ſibi (ut ſcribit Sigiſbertus geblacenſis) pudoris cauterio exuſſit. huius itaq; erroris latebras, & difficultatis nodos iam mille annis latentes ætati noſtræ reſeruatos diſſoluere, & enodare cum dei adiutorio aggreſſi ſumus. & iam aliqua ex parte monſtrauimus, & poſtea multis argumentis confirmabimus chronographos in annis Chriſti domini numerandis, & in anno paſſionis eiuſdem erraſſe, ſiue numerentur anni natiuitatis eius ab initio imperii Octauii auguſti, ſiue ab ægypto ſubiugata, ſiue a monarchia eiuſdem. nam iuxta omnem modum computationis conſtat dominum natum, & crucifixum fuiſſe per duos annos tardius quam chronographi perhibuerunt. nec refert ſi dicatur dominum crucifixum fuiſſe anno decimooctauo imperii Tiberii cæſaris ut multi opinati ſunt, uel alio quouis anno: ſimiliter non refert ſi dicatur eum crucifixum fuiſſe anno ætatis ſuæ trigeſimo tertio, uel trigeſimo quarto, uel alio quouis anno, quia nihilominus ſequitur eum crucifixum fuiſſe per duos annos tardius quam chronographi putarunt, eo quod Octauius & Tiberius per duos annos tardius imperare cœperunt quam chronographi prodiderunt. quemadmodum nunc oſtēdimus, & poſtea multis argumentis confirmabimus. nunc ad ſequētem librum nos transferemus, & dominicæ paſſionis diem per prædicta, & per paſcha hebræorum indagabimus.

¶ Liber quartuſdecimus uigeſimũ quintũ oraculũ Ieſũ Chriſtum iam cruci proximum contemplatur,& diem paſſionis eius per uerba ipſius inueſtigat. ipſumq; inuentum per priſcorum patrum ſup- putationem confirmat.ac tandem iudæorum argumenta contra diẽ paſſionis illata diſſoluit,& confutat.

¶ Caput primum.

VIgeſimãquintã oraculoꝝ ſedem & a dextris crucis ſupremã illuſtrabat mirificũ dei uerbũ incarnatũ: quod ut nos protoplaſti peccato obnoxios a morte perpetua liberaret (diuina prouidentia diſponẽte) uiſitauit nos oriens ex alto,& deſcendens in uterũ uirginis carnẽ induit,humanãq; naturã aſſumpſit,non dimittens diuinam,& natus eſt IESVS Chriſtus ſaluator: qui cõgruo tẽpore iuxta prophetaꝝ oracula cũ hoĩbus cõuerſat⁹ uiã ueritatis eos docuit:& ęternæ fœlicitatis aditũ eis oſtẽdit.ſed quia grauis & moleſtus erat iudæis,ꝙ uitia & peccata deteſtãdo eis exprobraret reprobat⁹ eſt ab eis,& cõtumelia ſępenumero affect⁹ quẽ tãdẽ poſt multa ſupplicia ei illata morti addixerũt,& cruci deſtinarũt:ſic intra ſe dicẽtes circũueniamus iuſtũ,qm̃ inutilis eſt nobis,& cõtrari⁹ eſt operib⁹ noſtris,& ĩproperat nobis peccata legis,& diffamat ĩ nos peccata diſciplinę noſtrę,promittit ſe ſcientiã dei habere,& filiũ dei ſe nominat,factus eſt nobis in traductionẽ cogitationũ noſtraꝝ:grauis eſt nobis etiã ad uidẽdũ:qm̃ diſſimilis eſt aliis uita illius,& ĩmutatę ſũt uię ei⁹,tanq̃ nugaces æſtimati ſum⁹ ab illo,& abſtinet ſe a uiis noſtris tanq̃ ab ĩmũditiis,& præfert nouiſſima iuſtoꝝ,& gloriať patrẽ ſe habere deũ.uideamus ergo ſi ſermones illius ueri ſint,& tẽtemus quæ uẽtura ſunt illi,& ſciemus quæ erũt nouiſſima illius:ſi enĩ eſt uerus filius dei ſuſcipiet illũ,& liberabit illũ de manibus cõtrarioꝝ:cõtumelia & tormẽto ĩterrogem⁹ eũ,ut ſciam⁹ reuerentiã eius,& probemus patiẽtiã illi⁹,morte turpiſſima cõdẽnem⁹ eũ.Ieſus autẽ noſcẽs cogitationes eoꝝ & præſciens oĩa quæ ſuper eũ uẽtura erãt cõuocatis in unũ diſcipulis ſuis,ĩtimauit eis diẽ paſſionis ſuæ dicẽs:ſcitis quia poſt biduũ paſcha fiet & fili⁹ hominis tradetur ut crucifigatur.de quo & Ioãnes euãgeliſta ſcripſit ante diem feſtum paſchæ ſciens Ieſus quia uenit hora eius ut tranſeat ex hoc mundo & reliqua. ex quibus perſpicuum eſt eum crucifixum fuiſſe in feſto paſchæ iudæorum,uel prope ipſum.quippe ut Marcus euangeliſta de die paſſionis ſcripſit:erat paraſceue quod eſt ante ſabbatum. de quo etiam Ioannes dixit, erat autem paraſceue paſchæ,& ergo iudæi accuſantes Ieſũ nõ introierũt in prætoriũ Pila

ti hominis gentilis præputium habentis, ne contaminarentur, ſed ut manducarent paſcha, hoc eſt agnum paſchalē, qui fuit typus & figura immolationis Chriſti in cruce: quia ſicut filii iſrael per ſanguinē agni poſtibus illitum ſaluabantur ab angelo deuaſtante, ſic per ſanguinē Chriſti (qui fuit agnus immaculatus) ī ara crucis effuſū liberati ſumus a diabolo inſidiante. Moſes nanq; ī exodo typum paſchæ deſcripſit, & Chriſtus paſcha ueritatis oſtendit. ille agnus umbra fuit, hic lux & ueritas: ille ſanguis materialis fuit, iſte ſpiritalis: ille ſanguis typic⁹ fuit & dñici ſanguinis monſtrabat aduentū: illud ergo paſcha Chriſtum ī cruce immolādum præfigurauit. ſicut Eſdras propheta & legis ſcriptor longe ante uaticinatus fuerat de eo ſic ſcribens. hoc paſcha ſaluator noſter eſt, & refugiū noſtrum cogitate quomodo habemus humiliare eum, ne deſeratur hic locus in æternum tempus dicit dominus deus uirtutum, ſi non credideritis in eum, neq; audieritis annunciationem eius, eritis deriſio in gentibus. congruebat ergo myſteriis paſſionis ut Chriſtus immolaretur in cruce eodem die quo agnus immaculatus iuxta legem ab uniuerſo populo immolabatur. quinimmo poſtea probabimus eodē crucifixionis die immolatū fuiſſe agnū immaculatū pro ſalute humani generis non ſolum apud iudæos, ueꝝ etiam apud oēs gentes. nam agnus ille Chriſtum præfigurabat. de quo Hieremias inquit. erit quaſi agnus māſuetus qui portatur ad uictimam. & rurſus. ego ſicut agnus ſine macula perductus ſū ad uictimā, ī me cogitauerūt cogitationes dicentes, uenite mittamus lignū ī panē eius, & eradamus e terra uitam eius. lignum autem crucem ſignificat, & per panē corpus eius denotat. quippe ut euangeliſtæ teſtantur Ieſus ipſe de pane dixit, hoc eſt corpus meum. ipſe enim eſt cibus & uita hominum qui credūt in carnem quam portauit & in crucem qua pependit: quia peccata noſtra in corpore ſuo pertulit. ſicut Hieremias dixit ſpiritus oris noſtri dominus Chriſtus captus eſt in peccatis noſtris, cui diximus in umbra eius uiuemus in gentibus. de quo & Eſaias ſcripſit, hic peccata noſtra portat, & pro nobis dolet, & nos exiſtimauimus illum eſſe quaſi leproſum percuſſum a deo & humiliatum, ipſe autem uulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & infirmatus eſt propter peccata noſtra, eruditio pacis noſtræ in eo, liuore eius ſanati ſumus, omnes ut oues errauimus & dominus tradidit illū pro peccatis noſtris, ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. ipſe enim uerus eſt agnus qui abſtulit peccata mundi qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, & uitā reſurgēdo reparauit. quem Ioannes præcurſor uidens exclamauit

dicẽs ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Paulus quoq; apo-
ſtolus de hoc agno ĩ paſcha ĩmolato dixit paſcha noſtrũ ĩmolatus eſt
Chriſtus. debuit ergo Chriſtus pro ſalute omniũ ĩmolari in cruce, eo
dẽ die quo agnus ĩmaculatus ab oĩ populo ĩmolabatur. fuit igitur cru
cifixus in paraſceue paſchæ ut euãgeliſtæ teſtãtur. præfigurabat etiã hãc
ĩmolationẽ Chriſti in cruce ĩmolatio Iſaac in monte moria: quia ĩ eo
dẽ mõte Chriſtus crucifix⁹ fuit. de qua legitur geneſis 22. leuauit Abra
hã oculos ſuos uiditq; poſt tergũ arietẽ inter uepres hærentẽ cornib⁹
quẽ aſſumens obtulit holocauſtũ pro filio. appellauitq; nomẽ loci il
lius dñs uidet. unde & uſq; ĩ hodiernũ diẽ dicitur ĩ mõtẽ dñs uidebit
uel ut in hebræo habetur in monte dñs uidebitur. ſic enim legitur
בהר יהוה יראה hoc eſt in mõte dñs apparebit. præfigurabat enim hæc ĩmo
latio arietis Chriſtũ dñm ĩ eodẽ mõte ĩmolandũ eſſe. nã ſicut per ĩmo
lationẽ arietis liberatus fuit Iſaac a morte tẽporali, ſic per ĩmolationẽ
Chriſti in eodẽ monte redẽptũ fuit humanũ genus a morte perpetua
congruebat ergo agnũ occidi eo die quo filius dei fuit oblatus. tunc
quoq; ĩpleta fuit prophetia Abrahę & prouerbiũ iudęoꝝ ex ea ſũptũ
qui quoties angore aliquo afflicti & in anguſtia conſtituti meliorẽ for
tunã ſperantes aliquãdo futurã, dicere ſolẽt: in monte dñs uidebitur.
q̃ prophetiã iudæi ĩpletã putãt ĩ dedicatione primi tẽpli ꝙ ĩ mõte mo
ria fuit cõſtructũ, q̃do dñs dicationẽ tẽpli acceptãs apparuit eis ĩ nebu
la ut habetur tertio regum capitulo octauo. ſed rectius dici poſſet hãc
prophetiã abrahæ impletã fuiſſe q̃do Chriſtus dñs & deus in eodem
mõte uiſibiliter ĩmolatus fuit. quia Chriſti ĩmolatio præfigurata fue
rat per immolationem arietis & redemptionem Iſaac qñ abrahã hanc
prophetiam dixerat.

¶ Caput ſecundum dñicę paſſionis diẽ per prædicta oracula ĩdagat.

NVnc cum dei laude eo peruentũ eſt ut dñicę paſſionis
diem quem tantopere quærebamus tandẽ per oracula
iam expoſita demonſtremus: cõſtat nanq; ex euãgelica
doctrina Chriſtũ dominum crucifixũ fuiſſe in paraſce-
ue paſchæ iudæoꝝ, probauimus etiam ſuperius mul
tis oraculis & argumentis chronographos in anno incarnationis uer
bi dei, & in anno paſſionis Chriſti erraſſe in annis duobus, ſic quod
Chriſtus per duos annos tardius natus & crucifixus fuit quam chro-
nographi putauerint & perhibuerint: hoc eſt per duos annos tardi⁹
q̃ cõſueta ſupputatio doceat. quib⁹ præſuppoſitis ſequitur neceſſario
Chriſtum a perfidis iudęis crucifixum fuiſſe die trigeſima martii ĩ pa

raſceue paſchæ iudæorum, quemadmodũ ex ſupputatione aſtrologica manifeſtũ eſt: ſi enim inuenire uelimus paſcha hebræorum uel lunã quintãdecimã i anno paſſionis Chriſti, ĩgrediemur tabulas aſtrologicas cũ duobus annis additis ad numerum annorum iuxta cõputationem conſuetam, exempli gratia, cõmunis doctorum opinio tenet Chriſtum dñm crucifixum fuiſſe anno incarnationis ſuæ iuxta dionyſiacam ſupputatiõnẽ trigeſimoquarto, ſi ergo ad hoc tẽpus indagare uelimus lunã quartamdecimã uel quintãdecimã primi menſis ingrediemur tabulas aſtrologicas duobus annis ad ſũmã additis, uidelicet cũ anno incarnationis trigeſimoſexto, ob errorẽ duorum ãnorum a chronographis cõmiſſum eo quod Chriſtus per duos ãnos tardius natus & crucifixus fuit quã chronographi perhibuerunt. quobrẽ quæcunque conueniunt iuxta uulgatã ſupputationem anno incarnationis Chriſti. 36. reſpondent ſecundũ ueritatem anno incarnationis eius trigeſimoquarto in quo crucifixus crẽditur. fuit itaque in anno paſſionis dñi luminariũ oppoſitio quã quintamdecimam uocant in menſe paſchali ſecundum medium curſum quo hebræi utuntur ad ciuitatem ſanctã hieruſalẽ in nocte ſequente trigeſimam diem martii quæ fuit dies ueneris. erat enim cyclus lunaris hebræorum quintuſdecimus, quare neceſſe eſt annum fuiſſe communem duodecim duntaxat lunationibus integratum, cuius uernalis menſis nouilunium fuit die quintadecima hora. 17. minuto. 22. ſecundo. 21 & eius pleniluniũ fuit die trigeſima martii, hora undecima, minuto. 44. ſecundo 23. & quoniã cyclus ſolaris fuit decimuſſeptimus neceſſe eſt annum fuiſſe biſextilem habentem pro litteris dñicalibus A. g. cum ergo in romano calendario e regione diei trigeſimæ martii annotata ſit littera e ſequitur trigeſimam diem martii fuiſſe diẽ ueneris: fuit ergo paraſceue paſchæ iudæorum die ueneris, & ipſũ paſcha die ſabbati. & quia dñs iuxta euangelicã doctrinã crucifixus perhibetur in paraſceue paſchæ iudæorum, ſequitur eum crucifixum fuiſſe die ueneris trigeſima martii quod fuit probandum. Idẽ quoque per ueros motus oſtendi poterit. fuit nanque uera luminarium primi menſis coniunctio die ſextadecima martii hora. 7. minuto. 9. in nocte ſequente diẽ ueneris. Vera quoque oppoſitio fuit die trigeſima martii hora. 5. minuto. 51. die ueneris ĩ occaſu ſolis ad meridianũ ciuitatis hieruſalẽ. Præterea idẽ probari poteſt per hebraicã ſupputationẽ ſuperius expoſitã, fuit nanque iuxta Gamalielis doctrinam cyclus lunaris quintuſdecimus, & ãnus erat communis habens ante ſe emboliſmicum, eratque interlunium menſis tiſri feria quarta, hora quinta, cum punctis. 918. ergo per regulas octauo libro expoſitas neomenia anni tranſlata fuit uſque in

diem ſequentem, hoc eſt uſq; in feriam quintam, & quoniã annus ſe-quens inchoatus fuit a feria ſecũda, neceſſe eſt annum ſecundum ordinem fuiſſe diſpoſitum, & diebus .354. integratum. ex quibus ulterius ſequitur per tertium canoné tertii thematis paſcha die ſabbati fuiſſe celebratũ. fuit ergo paraſceue paſchę die ueneris, & per cõſequens dominus crucifixus fuit die ueneris. quod autem hæc dies ueneris fuit dies trigeſima martii, patet ex hoc quod ſuperius diximus oppoſitionem primi menſis niſan factam fuiſſe in nocte ſequente trigeſimam diem martii, ſequitur ergo ex prædictis Chriſtũ dñm crucifixum fuiſſe die ueneris trigeſima martii in paraſceue paſchæ iudæorꝫ qđ fuit probãdum. Idem quoq; per chaldaicam ſupputationem perſpicuũ extat nam cum cyclus lunaris fuit quintuſdecimus & lunatio menſis tiſri fuit feria quarta hora quĩta cũ minutis ſiue pũctis .918. ut ſuperiꝰ diximus, & annus fuit cõmunis habẽs ante ſe ębolifmicũ ſequitur per ſeptimũ canoné primi thematis annũ die iouis inchoatum & ſecundum ordinem diſpoſitũ fuiſſe: ex quibus ulrerius per nonũ canonem ſecũdi thematis hoc eſt per nonam regulam hebraici calendarii ſequitur paſcha die ſabbati celebratũ fuiſſe. & quoniã oppoſitio primi menſis facta fuit ĩ nocte ſequẽte tertiumdecimum diẽ martii qui fuit dies ueneris ſequitur paſcha iudæorꝫ celebratũ fuiſſe die trigeſimaprima martii & die ſabbati. fuit ergo crucifixus dominus die trigeſima martii die ueneris ĩ paraſceue paſchæ qđ fuit probandum.

❡ Caput tertiũ diem paſſionis ſuperius inuentũ confirmat per ſupputationé ex priſcorꝫ ãnalibus deductã tũ per cyclũ lunaré a patribus ĩ prio eccleſię ſtatu obſeruatũ. tũ etiã per cyclũ lunaré Iulii cæſaris.

SCripſimus ſuperius priſcos illos primæ eccleſiæ patres apoſtolorũq; diſcipulos opinatos eſſe Chriſtũ dñm incarnatũ fuiſſe anno a prima mundi conſtitutione quĩgenteſimo ſupra quĩquies milleſimũ, crucifixũ quoq; anno .5533. ex qua poſitione ſequitur eũ crucifixũ fuiſſe per duos annos tardius q̃ chronographi perhibuerũt, quemadmodum ſuperius per octauum oraculũ oſtẽdimus. Sequitur etiam ex eadẽ poſitione Chriſtũ crucifixũ fuiſſe die ueneris in paraſceue paſchæ iudæorꝫ die trigeſima martii: quẽadmodũ ex græcorꝫ ſupputatiõe deduci poteſt: fuit nãq; ãno a cõſtitutione mũdi .5533. quo priſci patres Chriſtum dominum crucifixum dixerunt, cyclus ſolaris decimuſſeptimus, & littera dñicalis fuit .g. cyclus quoq; lunaris iuxta ſupputationem græcorum fuit quartus, nam ſi numerus annorum mundi diuidatur pro cyclo ſolari per uigintiocto & pro cyclo lunari per .19.

proueniet pro numero cycli ſolaris. 17. & pro numero cycli lunaris. 4. ex quibus ſequitur iuxta ſupputationem nicetæ ſuperius expoſitam Chriſtum dominum crucifixum fuiſſe die ueneris in paraſceue paſchę iudęorum die trigeſima martii. quod etiam experiri poſſumus per cyclum lunarem libro ſecundo & quarto de paſchæ celebratione ſuperius conſcriptum, in quo inueniemus numeꝝ quaternarium pro cyclo lunari annotatum die. 17. martii, a quo ſi cōputauerimus uſq; ad lunam quartamdecimam in qua græci Chriſtum crucifixum perhibent (eodem ſcilicet die quo iudæi agnum uorabant) terminabitur numerus die trigeſima martii die ueneris. fuit enim littera dñicalis. g. Circa prædicta animaduerti conuenit, quod hæc ſupputatio grǽcoꝝ diſcrepat a ſupputatione latinorum & hebræorum in numero cycli lunaris, propter diuerſam annorum a principio mundi computationē: nam in anno iam propoſito quo Chriſtus crucifixus putatur, cyclus lunaris iuxta computationem græcorum eſſet quartus, ſed iuxta computationem latinorum & hebręorum eſſet quintuſdecimus. tamen hæc diuerſitas denominationis non uariat ſupputationem niſi in die uno, nam luna quæ iuxta græcos dicitur quartadecima, ſecundū hebræos atq; latinos diceretur quītadecima. neq; hoc obuiat ſupputatiōi ipſorum, immo comprobat rationem & opinionem utriuſq;. græci nanq; diſſentiunt a latinis in die paſſionis domini quantum ad ętatē lunæ in die uno: quia gręci opinati ſunt Chriſtum crucifixum fuiſſe luna quartadecima, & diſcubuiſſe cum diſcipulis luna tertiadecima, quando adhuc fermentatis ueſci licuit: quamobrē Chriſtum in pane fermentato corpus ſuum in myſterium noui ſacramēti conſecraſſe aſſerunt, & ob hoc ipſi quoq; in fermentato & non in azymo corpus Chriſti conficiunt: dicentes eum anticipaſſe paſcha. quia pręcognouit ſe moriturum eo die quo agnus paſchalis cū azymis ab uniuerſo populo ſecundum legem immolari debuit. ſed latini tenent Chriſtū crucifixum fuiſſe luna quintadecima: & cum diſcipulis diſcubuiſſe, agnumq; paſchalem cum azymis manducaſſe luna quartadecima ad ueſperā, quando non licuit fermētato uti: ſicq; licet latini atq; iudęi diſcrepent a græcis in annis a prima mundi conſtitutione cōputatis, & in cyclo lunari, lunæq; ætate, tamē ex ſupputatione utriuſq; ſequitur Chriſtum dominum die trigeſima martii crucifixum fuiſſe. quēadmodum & nunc per ſupputationē latinoꝝ, & per cyclum lunarē quo priſci patres utebantur, tum per cyclum lunarem Iulii cæſaris probabimus. pro quibus animaduertendum eſt quod ſicut in libro de paſchæ celebratione oſtēdimus cycli lunares deſcripti ī calēdario romano

non poſſunt perſiſtere neq; durare incolumes ultra annos trecentos,
quia ĩ tot ãnis lunationes oẽs anticipãt ſedes ſuas ad diẽ unũ. ꝗobrẽ
cyclus decẽnouenalis alexãdrinoꝝ ĩ nicæna ſynodo pro paſchæ cele/
bratione conſtitutus, non eſt idoneus pro die paſſionis Chriſti inda/
gando, ſed cyclus Iulii cæſaris & cyclus priſcorum patrum congru/
unt temporibus Chriſti. Si igitur per hos cyclos ſuperius deſcriptos
diem paſſionis Chriſti ĩdagare libuerit, primũ præſupponere oportet
quod ſuperioribus libris multis oraculis & argumentis probauimꝰ
Chriſtũ dñm natũ & crucifixũ fuiſſe ꝑ duos ãnos tardiꝰ ꝗ chronogra
phi putarũt. ꝗobrẽ ſi ad annũ paſſionis Chriſti inueſtigare uelimꝰ nu
meros cycli ſolaris atq; lunaris: adiũgemꝰ ad ſupputationẽ conſuetã
annos duos, & inueniemus cyclũ ſolarẽ fuiſſe decimũſeptimũ, & cy/
clũ lunarẽ extitiſſe. 15. ſed in calendario romano (in quo priſcũ illum
lunarem cyclũ libro ſecũdo & quarto de paſchæ celebratione cõſcrip
ſimꝰ) inueniemꝰ hũc numeꝝ. 15. ꝓ cyclo lunari annotatũ die ſextade
cima martii, fuit ergo tũc luna prima: a qua ſi cõputare cœperimꝰ uſq;
ad lunã quĩtãdecimã (ĩ qua priſci latini Chriſtũ dñm crucifixũ dixe/
rũt) terminabitur numerus die trigeſimo martii, qui fuit dies ueneris
eo ꝙ cyclꝰ ſolaris fuit decimuſſeptimus & littera dñicalis .g. & fuit
paraſceue paſchæ iudæoꝝ. Quod ſi idẽ ĩdagare uolueris per cyclũ lu
narẽ Iulii cæſaris reminiſci oportet ꝙ libro duodecimo oſtẽdimus Iu
liũ cæſarẽ incœpiſſe primũ annũ ſolarẽ per quadraginta quinq; ãnos
ante Chriſti natiuitatẽ iuxta uſitatã cõputationẽ & iã probabimꝰ mul
tis argumẽtis Chriſtũ ꝑ duos ãnos tardiꝰ natũ fuiſſe quã uulgata ſup
putatio doceat, fuit ergo natus per quadraginta ſeptẽ ãnos poſt primũ
annũ ſolarem, ſic ꝙ annus ĩcarnationis fuit quadrageſimuſoctauus a
primo ãno ſolari. ſi ergo dixerimꝰ Chriſtũ crucifixũ fuiſſe ãno trige/
ſimoquarto incarnationis ut cõmunis doctoꝝ tenet opinio, ĩuenie/
mus eo ãno numeꝝ cycli lunaris fuiſſe quinariũ, qui numerus anno
tatꝰ ĩ calẽdario Iulii cæſaris die decimaſeptima martii a quo cõputãdo
uſq; ad lunã quartãdecimã terminabitur numerus die trigeſima mar
tii ĩ quo Chriſtũ crucifixũ diximus ĩ paraſceue paſchæ iudæoꝝ. patet
itaq; ex prædictis diẽ trigeſimũ martii maxĩe cõgruere dñicæ paſſioni
iuxta ſupputationẽ tã priſcoꝝ patrũ ꝗ iunioꝝ, tã græcoꝝ ꝗ latinoꝝ,
tũ etiã iuxta cõputationẽ aſtrologicã latinã, hebraicã, atq; chaldaicã,
de quibus ſuperiꝰ ſcripſimꝰ. ¶ Sed cõtra prædicta poſſet aliquis inſta
re, quia iſta ſunt cõtra cõmunẽ doctoꝝ opinionẽ dicẽtiũ Chriſtũ cru
cifixũ fuiſſe octauo calẽdas apriles, quẽadmodũ libro quĩto expoſui/
mꝰ. Ad hoc argumẽtũ reſpõderi poteſt, ꝙ licet doctores multi ſcripſe/

rint Chriſtū ſaluatorē crucifixū fuiſſe octauo calendas apriles, tamen nō affirmatiue, ſed narratiue potius hoc dixerunt: putātes ſic bene cō gruere, ut eō die quo angelo nūciante cōceptus fuit in utero, eodē die ī monumēto cōderetur. imo ex hoc uel ſimili argumēto græci fere oēs īferūt dn̄m crucifixū fuiſſe decimo calēdas apriles, & reſurrexiſſe octauo calēdas: quia bene congruere uidetur ut quo die humana ſalus p angelicā ānunciationē & Chriſti cōceptionē ichoata fuit, eodē die per Chriſti reſurrectionē cōſūmaretur. quia ī āni circulo imo in quo libet cyclo punctus qui ponitur principiū circuli idē eſt finis circuli. ſed hæc argumēta licet ſint prima facie perſuaſiua, tn̄ non demōſtrāt quia iuxta euangelicā doctrinā ad demoſtrādū diē paſſionis dn̄i, oportet indagare lunā quartādecimā & paſcha hebræoꝝ in anno quo chriſtus crucifixus fuit. hęc ſi diligēs ſupputator īueſtigauerit, cōperiet eo āno paraſceue paſchæ iudæoꝝ obſeruatū fuiſſe die trigeſimo martii, die ueneris, quēadmodū ſuperiꝰ multis argumētis oſtēdimus. qđ etiā confirmari poteſt per locū a ſufficiēti diuiſione & inductione in ſingulis ānis facta, ſic arguēdo: nullus alius ānus a primo anno natiuitatis Chriſti iuxta uſitatā cōputationē uſq; ad ſexaginta annos ſequentes fuit idoneus pro Chriſti ſaluatoris paſſione pręter annū iā dictū, ergo Chriſtus eodē āno crucifixꝰ fuit. antecedens probatur per īductionē in ſingulis annis incipiendo ab anno primo natiuitatis Chriſti & progrediēdo uſq; ad ānos ſexaginta ſequētes, quēadmodū ſuperioribus libris abūde expoſuimus, quantū ad ſupputationē latinā libro ſeptimo, quantum ad ſupputationē hebraicā libro octauo, & quantū ad ſupputationē chaldaicā libro nono, in quibus quartādecimā lunā paſchalem cuiuſq; anni per ſupputationem annotauimus & nullum alium diem præter iſtum dominicæ paſſioni idoneum inuenimus. ut autem hæc quilibet per ſeipſum experiri poſſit ſubnectemus hic calculum aſtrologicum non ſolum primi menſis ſed omnium menſium & annorum incipiēdo ab anno uigeſimoquinto natiuitatis Chriſti iuxta uſitatam chronographorum computationem uſq; ad annum quadrageſimumquartum ętatis eiuſdem, ut quilibet ſtudioſus indagare poſſit lunationem primi menſis, & ex ea elicere diem dominicæ paſſioni congruentem, præſupponendo ex euangelica doctrina Chriſtum crucifixum fuiſſe in oppoſitione luminariū primi menſis quando iudæi agnū paſchalē uorabāt. ℂ Sequitur nunc ſupputatio neomeniarum per quam etiam oppoſitio luminarium primi menſis, hoc eſt, quintadecima menſis niſan in prōptu ſemper habebitur facta additione dierum. 14. horarum. 18. minutorum. 22. ſecundorum. 2.

¶ Coniunctiones luminarium ſecundum medium motum ad meridianum ciuitatis ſanctæ Hieruſalem.

Anno Chriſti uigeſimoquinto.

	Dies.	Horæ.	Minuta	Secunda
Ianuarius	17	12	3	20
Februarius	16	0	47	23
Martius	17	13	31	26
Aprilis	16	2	15	29
Maius	15	14	59	32
Iunius	14	3	43	35
Iulius	13	16	27	38
Auguſtus	12	5	11	41
September	10	17	55	44
October	10	6	39	47
Nouember	8	19	23	50
December	8	8	7	53
Oppoſitio paſchalis in aprili	1	7	53	28

Anno Chriſti uigeſimoſexto.

	Dies.	Horæ.	Minuta	Secunda
Ianuarius	6	20	51	56
Februarius	5	9	35	59
Martius	6	22	20	3
Aprilis	5	11	4	6
Maius	4	23	48	9
Iunius	3	12	32	12
Iulius	3	1	16	15
Auguſtus	1	14	0	18
	0	2	44	21
Septēber	29	15	28	24
October	29	4	12	27
Nouember	27	16	56	30
December	27	5	40	33
Oppoſitio paſchalis ĩ martio	21	16	42	5

Anno Chriſti uigeſimoſeptimo

Ianuarius	25	18	24	36
Februarius	24	7	8	39
Martius	25	19	52	42
Aprilis	24	8	36	45
Maius	23	21	20	48
Iunius	22	10	4	51
Iulius	21	22	48	54
Auguſtus	20	11	32	57
September	19	0	17	1
October	18	13	1	4
Nouember	17	1	45	7
December	16	14	29	10
Oppoſitio paſchalis ĩ aprili	9	14	14	44

Anno Chriſti uigeſimooctauo.

Ianuarius	15	3	13	13
Februarius	13	15	57	16
Martius	14	4	41	19
Aprilis	12	17	25	22
Maius	12	6	9	25
Iunius	10	18	53	28
Iulius	10	7	37	31
Auguſtus	8	20	21	34
September	7	9	5	37
October	6	21	49	40
Nouember	5	10	33	43
December	4	23	17	46
Oppoſitio paſchalis ĩ martio	28	23	3	21

¶ Coniunctiones luminarium ſecundum medium motum ad meridianum ciuitatis ſanctæ Hieruſalem.

Anno Chriſti uigeſimonono.

	Dies.	Horæ.	Minuta	Secunda
Ianuarius	3	12	1	49
Februarius	2	0	45	52
Martius	3	13	29	55
Aprilis	2	2	13	58
Maius	1	14	58	2
	0	3	42	5
Iunius	29	16	26	8
Iulius	29	5	10	11
Auguſtus	27	17	54	14
September	26	6	38	17
October	25	19	22	20
Nouember	24	8	6	23
December	23	20	50	26
Oppoſitio paſchalis in aprili	16	20	36	0

Anno Chriſti trigeſimo.

	Dies.	Horæ.	Minuta	Secunda
Ianuarius	22	9	34	29
Februarius	20	22	18	32
Martius	22	11	2	35
Aprilis	20	23	46	38
Maius	20	12	30	41
Iunius	19	1	14	44
Iulius	18	13	58	47
Auguſtus	17	2	42	50
Septẽber	15	15	26	53
October	15	4	10	56
Nouember	13	16	54	59
December	13	5	38	3
Oppoſitio paſchalis ĩ aprili	6	5	24	37

Anno Chriſti trigeſimoprimo.

Ianuarius	11	18	23	6
Februarius	10	7	7	9
Martius	11	19	51	12
Aprilis	10	8	35	15
Maius	9	21	19	18
Iunius	8	10	3	21
Iulius	7	22	47	24
Auguſtus	6	11	31	27
September	5	0	15	30
October	4	12	59	33
Nouember	3	1	43	36
December	2	14	27	39
Oppoſitio paſchalis ĩ martio	26	14	13	14

Anno Chriſti trigeſimoſecũdo.

	1	3	11	42
Ianuari⁹	30	15	55	45
Februarius	0	0	0	0
	0	4	39	48
Martius	29	17	23	51
Aprilis	28	6	7	54
Maius	27	18	51	57
Iunius	26	7	35	1
Iulius	25	20	20	4
Auguſtus	24	9	4	7
September	22	21	48	10
October	22	10	32	13
Nouember	20	23	16	16
December	20	12	0	19
Oppoſitio paſchalis ĩ aprili	13	11	45	53

¶ Coniunctiones luminarium ſecundum medium motum ad meridianum ciuitatis ſanctæ Hieruſalem.

Anno Chriſti trigeſimotertio.

	Dies.	Horæ.	Minuta	Secunda
Ianuarius	19	0	44	22
Februarius	17	13	28	25
Martius	19	2	12	28
Aprilis	17	14	56	31
Maius	17	3	40	34
Iunius	15	16	24	37
Iulius	15	5	8	40
Auguſtus	13	17	52	43
September	12	6	36	46
October	11	19	20	49
Nouember	10	8	4	52
December	9	20	48	55
Oppoſitio paſ				
chalis in aprili	2	20	34	30

Anno Chriſti trigeſimoquarto.

	Dies.	Horæ.	Minuta	Secunda
Ianuarius	8	9	32	58
Februarius	6	22	16	2
Martius	8	11	1	5
Aprilis	6	23	45	8
Maius	6	12	29	11
Iunius	5	1	13	14
Iulius	4	13	57	17
Auguſtus	3	2	41	20
Septēber	1	15	25	23
	1	4	9	26
October	30	16	53	29
Nouember	29	5	37	32
December	28	18	21	35
Oppoſitio paſ				
chalis ī martio	23	5	23	7

Anno Chriſti trigeſimoquinto.

Ianuarius	27	7	5	38
Februarius	25	19	49	41
Martius	27	8	33	44
Aprilis	25	21	17	47
Maius	25	10	1	50
Iunius	23	22	45	53
Iulius	23	11	29	56
Auguſtus	22	0	13	59
September	20	12	57	3
October	20	1	42	6
Nouember	18	14	26	9
December	18	3	10	12
Oppoſitio paſ				
chalis ī aprili	11	2	55	46

Anno Chriſti trigeſimoſexto.

Ianuari⁹	16	15	54	15
Februarius	15	4	38	18
Martius	15	17	22	21
Aprilis	14	6	6	23
Maius	13	18	50	27
Iunius	12	7	34	30
Iulius	11	20	18	33
Auguſtus	10	9	2	36
September	8	21	46	39
October	8	10	30	42
Nouember	6	23	14	45
December	6	11	58	48
Oppoſitio paſ				
chalis ī martio	30	11	44	23

❡ Coniunctiones luminarium ſecundum medium motum ad meridianum ciuitatis ſanctæ Hieruſalem.

Anno Chriſti trigeſimoſeptimo

	Dies.	Horæ.	Minuta	Secunda
Ianuarius	5	0	42	51
Februarius	3	13	26	54
Martius	5	2	10	57
Aprilis	3	14	54	1
Maius	3	3	39	4
Iunius	1	16	23	7
	1	5	7	10
Iulius	30	17	51	13
Auguſtus	29	6	35	16
September	27	19	19	19
Octoper	27	8	3	22
Nouember	25	20	47	25
December	25	9	31	28
Oppoſitio paſchalis í martio	19	20	32	59

Anno Chriſti trigeſimooctauo.

	Dies.	Horæ.	Minuta	Secunda
Ianuarius	23	22	15	31
Februarius	22	10	59	34
Martius	23	23	43	37
Aprilis	22	12	27	40
Maius	22	1	11	43
Iunius	20	13	55	46
Iulius	20	2	39	49
Auguſtus	18	15	23	52
Septēber	17	4	7	55
October	16	16	51	58
Nouember	15	5	35	2
December	14	18	20	5
Oppoſitio paſchalis í aprili	7	18	5	39

Anno Chriſti trigeſimonono.

Ianuarius	13	7	4	8
Februarius	11	19	48	11
Martius	13	8	32	14
Aprilis	11	21	16	17
Maius	11	10	0	20
Iunius	9	22	44	23
Iulius	9	11	28	26
Auguſtus	8	0	12	29
September	6	12	56	32
October	6	1	40	35
Nouember	4	14	24	38
December	4	3	8	41
Oppoſitio paſchalis í martio	28	2	54	16

Anno Chriſti quadrageſimo.

Ianuariꝰ	2	15	52	44
Februarius	1	4	36	47
Martius	1	17	20	50
	0	6	4	53
Aprilis	29	18	48	56
Maius	29	7	32	59
Iunius	27	20	16	3
Iulius	27	9	1	6
Auguſtus	25	21	45	9
September	24	10	29	12
October	23	23	13	15
Nouember	22	11	57	18
December	22	0	41	21
Oppoſitio paſchalis í aprili	15	0	26	55

¶ Coniunctiones luminarium ſecundum medium motum ad meridianum ciuitatis ſanctæ Hieruſalem.

Anno Chriſti quadrageſimoprimo.

	Dies.	Horæ.	Minuta	Secunda
Ianuarius	20	13	25	24
Februarius	19	2	9	27
Martius	20	14	53	30
Aprilis	19	3	37	33
Maius	18	16	21	36
Iunius	17	5	5	39
Iulius	16	17	49	42
Auguſtus	15	6	33	45
September	13	19	17	48
October	13	8	1	51
Nouember	11	20	45	54
December	11	9	29	57
Oppoſitio paſchalis ī aprili	4	9	15	32

Anno Chriſti quadrageſimoſecundo.

	Dies.	Horæ.	Minuta	Secunda
Ianuarius	9	22	13	1
Februarius	8	10	58	4
Martius	9	23	42	7
Aprilis	8	12	26	10
Maius	8	1	10	13
Iunius	6	13	54	16
Iulius	6	2	38	19
Auguſtus	4	15	22	22
Septēber	3	4	6	25
October	2	16	50	28
Nouember	1	5	34	31
Decēber	0	18	18	34
	30	7	2	37
Oppoſitio paſchalis ī martio	24	18	4	9

Anno Chriſti quadrageſimotertio.

	Dies.	Horæ.	Minuta	Secunda
Ianuarius	28	19	46	40
Februarius	27	8	30	43
Martius	28	21	14	46
Aprilis	27	9	58	49
Maius	26	22	42	52
Iunius	25	11	26	55
Iulius	25	0	10	58
Auguſtus	23	12	54	2
September	22	1	39	5
October	21	14	23	8
Nouember	20	3	7	11
December	19	15	51	14
Oppoſitio paſchalis ī aprili	12	15	36	48

Anno Chriſti quadrageſimo quarto.

	Dies.	Horæ.	Minuta	Secunda
Ianuari⁹	18	4	35	17
Februarius	16	17	19	20
Martius	17	6	3	23
Aprilis	15	18	47	26
Maius	15	7	31	29
Iunius	13	20	15	32
Iulius	13	8	59	35
Auguſtus	11	21	43	38
September	10	10	27	41
October	9	23	11	44
Nouember	8	11	55	47
December	8	0	39	50
Oppoſitio paſchalis ī aprili	1	0	25	25

¶ Caput quartum argumenta iudæorum ſecundo libro propoſi/ta contra diem paſſionis Chriſti inducta, diſſoluit & confutat.

REdeũdum eſt tandem nobis unde longo iam tractu digreſſi ſumus, uidelicet ad ſolutionem argumento/rum quibus perfidi iudæi dominicæ paſſionis diem impugnantes probare conantur Chriſtum dominum ſaluatorem noſtrum haudquaquam die ueneris ab eis crucifixum fuiſſe. Præcipuum autem iudęorum argumentum, quod ad laborem hunc ſuſcipiendum, & ad ſcribendum me impulit: ta/le fuit. Omnes chriſtiani in hoc conueniunt quod iudæi Chriſtum cruci affixerunt in plenilunio hoc eſt luna quartadecima, aut quin tadecima. Sed in anno paſſionis domini neq; luna quartadecima, neq; quintadecima contigit die ueneris: ſed luna quartadecima fu/it die lunæ, & quintadecima fuit die Martis, ut calculanti patet. ergo dominus ſaluator haudquaquam die ueneris crucifixus fuit. ſuperius nanq; ſeptimo libro oſtendimus quod in anno ab incar// natione uerbi trigeſimo quarto currente quando chriſtus crucifix/us creditur oppoſitio luminarium primi menſis (quam quintam de/cimam lunam uocant) facta fuit ad meridianum ciuitatis hieruſa/lem die uigeſima tertia martii, horis quinq;, minutis. 23. ſecundis ſeptem, poſt meridiem. & fuit feria tertia, quam diem martis uo/cant. & ſic quartadecima luna contigit die lunæ.

Idem argumentum ſub aliis uerbis ſic proponunt.

¶ Omnes eccleſiæ doctores tam latini quam græci, tam ægyptii quam barbari aſſerunt dominum crucifixum fuiſſe, aut in feſto pa ſchæ iudæorum, aut in uigilia paſchę. Sed in anno paſſionis do// mini iuxta uulgatam annorum domini computationem, neq; feſ/tum paſchæ, neq; uigilia paſchę, quam gręci paraſceuen uocant ac/cidere potuit die ueneris ut calculanti patet: fuit nanq; paſcha iu/dæorum die martis, & paraſceue paſchæ die lunę. ut libro octa// uo & nono oſtendimus ergo ſequitur Chriſtum haudquaquam die ueneris crucifixum fuiſſe.

¶ Huius argumẽti ſolutio elici poteſt ex his quæ ſuperius ſcripta ſunt. Iá enĩ ſuperioribus libris multis argumẽtis probauimus chrono graphos in ãnis chriſti dñi numerãdis erraſſe ĩ ãnis duobus: ſic ꝙ chri ſtus natus & crucifixus fuit ꝑ duos ãnos tardius, q̃ chronographi p̄hi buerunt. & licet iuxta uulgatã ãnoꝝ dñi computationem, neq; luna quartadecima, neq; luna quintadecima, neq; paſcha iudæorum, neq;

paraſceue paſchę in anno paſſionis domini accidit die ueneris, pro-
pter errorem in computatione annorum domini a chronographis
commiſſum. Tamen patefacto & declarato, immo iam demonſtrato
errore chronographorum in annis duobus, perſpicuum extat pa-
raſceue paſchę, in quo dominus crucifixus creditur accidiſſe die ue-
neris, & dominum die ueneris crucifixum fuiſſe. Conſtat nanq; ex
prędictis oppoſitionem luminarium primi menſis, quam paſchalem
uocant, in anno ab incarnatione uerbi dei trigeſimo quarto curren
te quando Chriſtus crucifixus creditur, factam fuiſſe in nocte ſe-
quente trigeſimam diem martii, quæ fuit dies ueneris, & eadem fu
it paraſceue paſchę, in quo Chriſtus iuxta euangelicā doctrinā cruci
fixus fuit ſcilicet ꝑ duos ānos tardius quā chronographi perhibuerūt.

¶ Reliquum iudęorum argumentum ſecundo libro propoſitum,
quod priſcis ipſorum conſtitutionibus in ſecunda templi inſtaura-
tione ęditis innititur tale fuit. Paſcha iudęorum poſt ſecundam tē-
pli ędificationem nunquam potuit die ueneris celebrari, ut ibidem
abunde expoſitum & declaratum eſt. cum ergo pręcipui eccleſię doc
tores aſſerant Chriſtum dominū crucifixum fuiſſe ipſo die paſchæ iu
dęorum, ſequitur neceſſario eum non potuiſſe crúcifigi die ueneris
ſi paſcha nunquam die ueneris fuit obſeruatum.

¶ Pro ſolutione huius argumenti animaduertendum eſt dupli-
cem apud hebręos paſchę rationem haberi, unam quam legitimam
uocant, iuxta moſaicę legis conſtitutionē exodi duodecimo a Mo-
ſe legiſlatore expoſitam, ubi pręcipitur paſcha celebrari die quin-
tadecima menſis niſan. menſis inquam lunaris. ſic quod annus &
menſis quilibet ipſo die nouilunii exordium ſumat. iuxta quem ri
tum agnus paſchalis quartadecima die ad ueſperā immolari præcipi-
tur. & hoc paſcha Ioannes chryſoſtomus uocat paſcha uetus, quod
Chriſtum obſeruaſſe dicit. Aliam paſchę obſeruationem iuditia-
lem uocant, quam ſapientes legiſperiti per ἐπιείκειαν quandam &
legis moderationem in ſecunda templi inſtauratione ſtatuerunt &
ordinarunt, qua licuit propter certas cauſas neomeniam anni & ca-
lendas menſium aliquando tranſferri, & non ſemper ipſo die noui-
lunii obſeruari, immo nonnunquā ad duos dies differri conceſſum
fuit, ne feſtum expiationis ſabbato continuetur, & ne feſtum pal-
marum in ſabbato accidat, & per hoc ſabbatum uioletur, aut ſol-
uatur, uel aliorum feſtorum honor diminuatur. nam cum in feſ-
to palmarum uoluptatibus dediti multa in eo die facere conſueue-
rint, quę non licet fieri in ſabbato, ſtatuerunt anni totius rationē eo

modo, & ordine quod feſtum palmarum nunquam die ſabbati acꝛ cidere poſſit. Et quia in feſto expiationis tota die in ſynagoga, uel templo orantes ac ieiunantes nullum epulum, uel edulium præpaꝛ rare poſſunt, ſicut nec in ſabbato, ſi hoc feſtum ſabbato continua retur, neceſſe foret permanere per duos dies continuos quod nulꝛ lum poſſent præparare cibum pro uitę ſuſtentatione, quod nimis eis uidebatur graue & moleſtum. q̄obrē per quandā legis moderaꝛ tionem a deo (ut autumant) ſapienribus & legiſperitis conceſſam ſtatuerunt ne feſtum expiationis poſſet unquam ſabbato continua ri. his ergo de cauſis cyclos ſuos lunares & anni totius rationem in ſecunda tēpli inſtauratione iuxta lunæ curſum ſic deſcripſerunt, ut nunquam feſtum palmarum in ſabbato accidere poſſit, neq; feꝛ ſtum expiationis ſabbato poſſit continuari. ex quibus præſuppoſiꝛ tis immediate ſequitur, feſtum paſchæ nunquam poſſe contingere die lunæ, die mercurii, uel die ueneris, quemadmodum libro ocꝛ tauo & nono declaratum fuit. His ſic diſpoſitis atque pręmiſſis reſꝛ ponſuri ad argumentum iudęorum dicemus, Chriſtum ſaluatoꝛ rem obſeruaſſe legitimum paſcha, & cum diſcipulis comediſſe agnū paſchalem luna, & die quartadecima menſis niſan iuxta legis manꝛ datum, quia non uenit ſoluere legem ſed adimplere. quinimmo ut ſuperius oſtendimus a principio circuncisionis ſuę uſq; ad finem uiꝛ tæ nunquam fuit contrarius legi diuinę. Iudęi uero propter cauſas ſuperius expoſitas ne feſtum palmarum die ſabbati accideret, tranſꝛ greſſi ſunt legem aſſerentes ſuper hoc per ſummum pontificē Elea zarum in ſecunda templi inſtauratione diſpenſatum fuiſſe. Quam obrem non legitimum, ſed iudiciale paſcha obſeruabant, & ne omeniam ac paſcha ad diem ſequentem tanſferebant. fuit nanq; anno illo luminarium coniunctio de menſe niſan quintadecima die martii in nocte ſequente diem iouis. quamobrem iuxta legis manꝛ datum neomenia menſis niſan debuit obſeruari die ueneris, quæ fuit ſextadecima Martii, eo quod luminarium coniunctio facta fu it inchoato iam die ueneris, & ante meridiem eius. Et ſic paſcha leꝛ gale hoc eſt ſolemnitas azymorum quę quintadecima menſis niſan celebrari pręcipitur accidit die ueneris trigeſimo Martii, quo die crucifixus fuit, & pridie anteq̄ pateretur hoc eſt die iouis, quę fuit quartadecima menſis niſan agnū paſchalem cū diſcipulis ad ueſperā comedit. Sed iudęi cuſtodientes normam ordinationis feſtornm a iu dicibus traditam, non obſeruarunt neomeniā menſis niſan, neq; paſ cha die ueneris, ne feſtū palmarum caderet in ſabbato, & ſabbatum

uiolaretur per uoluptates in eo fieri conſuetas, ſed transferebant iu dęi neomeniam menſis niſan, & paſcha uſq; ad diem ſabbati iuxta normam a iudicibus traditam. Chriſtus autē ſciens per paſſionem & mortem eius delenda eſſe omnia feſta legalia non habuit reſpectum in obſeruatione paſchæ ad feſtum palmarum, neq; ad alia feſta ſequentia. Et ergo iure optimo iuxta legis mandatum obſeruauit neomeniam menſis niſan eodem die quo factum fuit nouilunium, ſcilicet die ueneris, & paſcha ſimiliter quintadecima menſis die ueneris, agnum quoq; paſchalem die iouis ad ueſperas cum diſcipulis comedit. Quod ergo doctores dicunt dominum crucifixum fuiſſe die ueneris in feſto paſchæ iudæorum, intelligi debet de feſto paſchę legitimo, iuxta legis cōſtitutionē a Chriſto, atq; diſcipulis legitime obſeruato ꝙ autē iudæi oblatrāt & autumāt feſtū paſchę ipſoꝝ nunquam die ueneris poſſe accidere, intelligi debet de feſto paſchæ obſeruato per normam, uel regulam a iudicibus & rabbi ipſorum traditam in ſecunda templi inſtauratione æditam. quemadmodum uulgus & populi multitudo & phariſæi tunc obſeruabant. hanc autem duplicem paſchę rationem diuerſamq; paſchæ obſeruationem a Chriſto & iudęis tunc cuſtoditam innuere uidētur euangeliſtę. nam quoties inducunt iudęos de paſcha differentes clare ſignificant Chriſtum crucifixum fuiſſe eo die, quo iudæi agnum paſchalem uorabāt hoc eſt in uigilia paſchæ ſecundum iudæorum obſeruationem. quāobrem Ioannes euangeliſta dixit iudæos Chriſtum accuſantes non introiiſſe in prætorium Pilati ne contaminarentur, ſed ut manducarent paſcha, hoc eſt agnum paſchalem. dicit etiam diem crucifixionis fuiſſe paraſceuen ipſius paſchę, hoc eſt diem in quo iudęi præparabant ea quæ pro paſcha rite celebrando erant neceſſaria. Marcus quoq; euangeliſta diem paſſionis Chriſti uocat προσάββατον. ideſt profeſtum, quod eſt ante ſabbatum dicens cum iam ſero eſſet factum quia paraſceue erat quod eſt proſabbaton, erat enim profeſtum ſabbati hebdomadalis. Et ergo dixit Ioannes euangeliſta erat autem dies ille ſabbati magnus, quia in eo concurrebant duo feſta iam dicta iuxta iudęorum obſeruationem, ſcilicet paſcha & ſabbatum. ſed quoties euangeliſtæ faciunt mentionem de paſcha a Chriſto, & diſcipulis eius obſeruato, clare ſignificant Chriſtum crucifixum fuiſſe ipſo die feſto paſchæ, & pridie quam pateretur agnum paſchalem cum diſcipulis iuxta legis mandatum prima die azymorum comediſſe, de quo Matthæus euangeliſta ſic ſcripſit. prima autem die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes, ubi

uis paremus tibi comedere paſcha? ſimiliter & Marcus inquit, prima die azymorum quando paſcha immolabant dicunt ei diſcipuli quo uis eamus & paremus tibi, ut manduces paſcha? Lucas quoque euangeliſta ſic ſcripſit. Venit autem dies azymorum, in qua neceſſe erat occidi paſcha, & miſit Petrum & Ioannem dicens euntes parate nobis paſcha ut manducemus. Ex quibus conſtat Chriſtum cũ diſcipulis diſcubuiſſe, & agnum paſchalem iuxta legis mandatum comediſſe luna quartadecima ad ueſperam ſcilicet pridie antequam pateretur, & per conſequens crucifixus fuit ipſo die feſto paſchę iuxta chriſti, & diſcipulorum obſeruationem, qui legem in omnibus cuſtodiebant. illa tamen eadem dies fuit uigilia paſchæ iuxta iudæorum obſeruationem, qui eadem die, qua Chriſtus crucifixus fuit comederunt agnum paſchalem ad ueſperam, iuxta conſtitutionem in ſecunda templi inſtauratione æditam. hanc quoque diuerſam paſchę (Chriſti & iudæorum) obſeruationem ipſemet Chriſtus innuere uidetur per hoc quod dixit diſcipulis, ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei, magiſter dicit tempus meum prope eſt, apud te facio paſcha cum diſcipulis meis, quaſi dicat ſi quis interrogauerit uos, quare magiſter ueſter anticipat paſcha antequam cęteri iudęi id obſeruent? dicite ei, quia magiſter dicit tempus meum prope eſt ut faciam paſcha cum diſcipulis meis. dixit tempus meum, hoc eſt tempus uerum & legitimum prope eſt uolens in hoc ſugillare iudęos tanquam tranſgreſſores legis, & uoluptatibus deditos, qui nulla alia de cauſa paſcha transferebant niſi ut uoluptatibus conſuetis in feſto palmarum frui poſſent, quibus frui in ſabbato prohibitum erat, quemadmodum ſuperius oſtendimus. nec poterant excuſari iudęi per normam a phariſæis, uel iudicibus eis traditam quia irrita eſt omnis doctrina, quę legi aduerſatur. ut ſaluator inquit Matthæi quintodecimo phariſæis & ſcribis dicens, quare uos tranſgredimini mandata dei, propter traditionem ueſtram? idem Marci ſeptimo phariſæis & ſcribis dixit. irritum feciſtis pręceptum dei ut traditionem ueſtram ſeruetis. Idem Ioannis ſeptimo iudæis dixit. nonne Moſes dedit uobis legem, & nemo ex uobis facit legẽ. ecce ſępenumero reprehendit iudæos quod legem a Moſe datã nõ obſeruauerint. Sicque Chriſtus non anticipauit paſcha ut nonnulli dicere conſueuerunt, ſed legitimum paſcha cuſtodiuit, & tempore congruo a Moſe legiſlatore inſtituto agnum paſchalem cum diſcipulis comedit. Iudęi uero paſcha differebant uſque in diem ſequentem propter cauſam dictam. hæc autem omnia arcanis huma-

næ naturæ reformationis & paſſionis Chriſti myſteriis typice con/
ueniebât. Conſtat namque immolationem agni paſchalis immac u/
lati præfiguraſſe immolationem Chriſti in cruce. congruebat ergo
Chriſtum crucifigi debere eo die, quo agnus immaculatus a cuncto
populo offerebatur, ut figura ſuo figurato reſponderet. Decuit etiã
Chriſtum antequam pateretur legitimum paſcha cum diſcipulis ob
ſeruare, & in eo nouam legem eis tradere, ſicq; diuerſa hęc paſcha
lis ſolemnitatis obſeruatio non obuiat myſteriis paſſionis, ſed ma/
gis congruere uidetur. ipſa quoq; dies trigeſima martii (qua domi/
num crucifixum diximus) dominicę paſſioni & humani generis re/
parationi maxime eſt conſentanea: quemadmodum per reliqua ui/
ginti ſex oracula ex ritu, & obſeruatione gentium ſumpta ſequenti
bus libris declarare aggrediemur.

¶ Argumentum ſequentium librorum tenorem exponens.

HActenus dominicæ paſſionis diem uiginti quinq; ora
culorum ſcrutiniis per paſcha iudęorum idagauimus
nunc ſupereſt ut diem ipſum inuentum totidem ora
culis plus uno confirmemus, per paſcha (ut ita dicam)
gentium: hoc eſt per pręcipua, & ſolemnia feſta a gen/
tibus tunc obſeruata, tum etiam per ſtellam magorum, & per alia ſi
gna cęleſtia, quę gentes in cognitionem Chriſti deduxerunt. uenit
enim Ieſus ſaluos facere non ſolum iudęos, uerum etiam gẽtes om
nes credentes in eum, & generaliter omnes uerbo eius obedientes in
filios adoptionis aſſumpſit. quemadmodum Paulus apoſtolus mul/
tis in locis docet, præcipue in epiſtola quam ad romanos tunc gen
tium dominos ſcripſit. ſic enim primo capitulo dixit. uirtus dei in
ſalutem eſt omni credenti. Idem capitulo tertio. iuſtitia autem
dei per fidem Ieſu chriſti in omnes, & ſuper omnes qui credunt in
eum. non enim eſt diſtinctio, omnes peccauerunt, & egent gloria
dei. Idem capitulo nono, uocauit electos deus non ſolum ex iu/
dæis, ſed etiam ex gentibus. Idem capitulo decimo omnis qui cre
dit in eum non confundetur. non eſt diſtinctio iudæi & gręci, nam
idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. om
nis enim qui inuocauerit nomen domini ſaluus erit. Quamob/
rem idem apoſtolus Timotheo præcepit gratiarum actiones pro om
nibus fieri, quia hoc eſt acceptum coram ſaluatore noſtro deo, qui
omnes homines uult ſaluos fieri. ipſe enim eſt lapis quem repro/

bauerunt ędificantes,& factus eſt in caput anguli coniungens inuicẽ duos parietes.quia ex populo iudaico, & populo gentili fecit unũ populũ chriſtianũ.quamobrẽ Angelus in natiuitate Chriſti dixit paſtoribus ecce euãgelizo uobis gaudiũ magnũ qđ erit omni populo non omni populo iudęorum,quorum plurimi rebelles extitere,ſed omni populo fideli de cunctis gẽtibus,tribubus, & linguis in unam Chriſti eccleſiam congregato. omnes nanq; ab Adam deſcendentes facti ſunt peccato obnoxii & ſerui, per priuationem iuſtitię originalis,ob pręuaricationem primi parentis,& omnes ſanguine Chriſti redimendi erant.quemadmodum apoſtolus prima ad corinthios quintodecimo dixit. ſicut in Adam omnes moriuntur,ita in Chriſto omnes uiuificantur. uenit ergo Ieſus ſaluos facere non ſolum iudæos, uerum etiam omnes gentes. quinimmo propter præuaricationem iudęorum abſtulit deus religionem ſanctam ab ingrato populo,& reuelauit eam gẽtibus,& cœleſtem illam atq; perpetuam hęreditatem abdicato perfido ac rebelli populo, gentibus in filios adoptionis accitis tribuit. quamobrem & gentibus ſigna aliqua ſui aduentus, & ſalutis,ac redẽptionis ipſarum oſtẽta aliqua dare uoluit. de quibus ſequentibus libris ſcribemus.& per ea dominicę paſſionis diem inueſtigabimus. nam ſicut prophetarum oraculis conſentaneum fuit chriſtum redemptorem crucifigi debere in primo & pręcipuo iudęorum feſto, quod phaſe uocant,in quo agnus immaculatus ſecundum legem immolari debuit, ſic etiam congruebat ſibyllarum, & gentilium uatum ſcriptis eum crucifigi debere in primo ac pręcipuo feſto gentium,in quo ſcilicet cõcurrebant feſtum Iouis olympii, feſtum Ammonis,& feſtum Iani.ut omnia gentium idola, & eorum feſta per ſuam paſſionem cunctis ſalutiferam deleret. eodem etiam die quo paſſus fuit ſaluator extinctus eſt Pan deus arcadię, Apollo Hercules,Aeſculapius,Oſyris,& reliqui gentiũ dii eodẽ die interierunt. Idem quoq; dies uocabatur a gentibus dies ſalutis populi romani, dies pacis, atq; concordiæ. & in eodem die immolabatur nõ ſolum apud iudęos, uerum etiam apud omnes gentes, agnus albus immaculatus pro ſalute humani generis. aduenerat etiam tunc plenitudo temporis humanę reparationis per ſtellam magorum ſignificata,& per occaſum ſcorpii, atq; ortum pleyadum gentibus pręfigurata. quemadmodum quinq; libris ſequentibus declarare aggrediemur. oſtendentes primum,ſanctam dei religionem (propter iudæorum pręuaricationem) tranſlatam fuiſſe per chriſtum ad gentes.

℄ Liber quintuſdecimus oſtendit ꝙ iudęi pręuaricatores legis facti reprobati fuerunt a deo,& quod ſancta dei religio per chriſtum ſaluatorem tranſlata fuit ad gentes.

ETſi prophetę nonnulli diuino afflati ſpiritu,iudęorum præuaricationem, atq; ob hoc ipſorum reprobationem futuram prędixerunt,necnon & nouam gẽtium uocationem ſub nube uaticinati fuerunt, clarius tamen Chriſtus ſaluator noſter nullo uſus inuolucro palam iudæis,& principibus ſacerdotum ſecum diſceptantibus hęc futura prędixit.Matthęi uigeſimo primo capitulo ſic inquiens. ideo dico uobis,quia auferetur a uobis regnum dei,& dabitur genti facienti fructus eius. Quemadmodum & nunc factum uidemus. cauſam uero huius tranſlationis regni dei eiſdem iudęis,& principibus ſacerdotũ prius ĩ parabolis dedita opera expoſuerat,& reſponſum ab eis poſtulauerat,ut ex propria ſententia eos redargueret.ſic Matthęi uigeſimo primo capitulo dicens. homo erat paterfamilias qui plantauit uineam,& ſepem circũdedit ei, & fodit in ea torcular,& ędificauit turrim,& locauit eam agricolis,& peregre profectus eſt.cum autem tempus fructuum appropinquaſſet miſit ſeruos ſuos ad agricolas,ut acciperent fructus eius,& agricolæ apprehenſis ſeruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium lapidauerunt. iterum miſit alios ſeruos plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter. nouiſſime autem miſit ad eos filium ſuum, agricolæ uidentes filium dixerunt intra ſe hic eſt hęres uenite occidamus eum,& habebimus hęreditatem eius. & apprehenſum eum eiecerunt extra uineam, & occiderunt. cum ergo uenerit dominus uineę quid faciet agricolis illis? reſponderunt iudęi malos male perdet.& uineam ſuam locabit aliis agricolis,qui reddant ei fructum temporibus ſuis.tũc dixit illis Ieſus,ideo dico uobis,quia auferetur a uobis regnum dei,& dabitur genti facienti fructus eius.quippe paterfamilias deus eſt, qui plantauit uineam, hoc eſt domum Iſrael deo deuotam in ciuitate hieruſalem,& ędificauit ĩ ea turrim hoc eſt templum, & locauit eam agricolis hoc eſt ſacerdotibus, & principibus colendam & gubernandam,ut cultum diuinum docerent homines & iuſtitiam obſeruarent.cum autem tempus fructuum appropinquaſſet,miſit ſeruos ſuos hoc eſt prophetas ad agricolas,ut acciperẽt fructus uineę,& per prędicationem ſuam ad fructum bonorum operum eos traducerẽt.ipſi autem cęcitate mentis percuſſi,prophetas cõtumelia

tumelia affectos exquiſitis cruciatibus occiderunt. iterum miſit alios prophetas plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter. nouiſſime autem miſit ad eos filium ſuum unigenitum, ut ſalutaribus pręceptis inſtructos in uiam ueritatis reduceret, ſed prauis ſuis cupiditatibus occęcati, ſanam doctrinam reſpuentes, filium domini tanquam inſanum, & dęmonium habentem morte turpiſſima condemnarunt, & eiicientes eum extra uineam ideſt extra ciuitatem hieruſalem crucifixerunt eum. ne uirtus reſurrectionis eius ciuitatem ſaluaret. ſed ipſis quidem iudęis moreretur ad mortem, gentibus autem reſurgeret ad uitam. cum ergo uenerit dominus uineę quid faciet colonis illis? malos male perdet, & auferet ab eis uineam, hoc eſt ſanctam dei religionem & ciuitatem ſanctam hieruſalem, & locabit eam gentibus. Hęc eſt uinea illa quam Eſaias propheta capitulo quinto deſcripſit dicens. uinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei, & ſepiuit eam & lapides elegit ex ea, & plantauit uineam electam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea, & expectauit ut faceret uuas, & fecit labruſcas. nunc ergo habitatores hieruſalem, & uiri Iuda iudicate inter me & uineam meam. Quid eſt quod ultra debui facere uineæ meę & non feci ei? an quod expectaui ut faceret uuas & fecit labruſcas? & nunc oſtendā uobis quid ego faciam uineæ meæ. auferam ſepem eius & erit in direptionem, diruam maceriam eius, & erit in conculcationem, & ponam eam deſertam, non putabitur, & non fodietur, & aſcendent ſuper eam uepres & ſpinę, nubibus mandabo ne pluant ſuper eam ímbrem. uinea autem domini exercituū domus Iſrael eſt. hanc Eſaię parabolam Chriſtus ſaluator iudęis propoſuit, ut ex ipſorum reſponſione redargueret eos. neque hoc latuit iudęos. nam ut euangeliſta ſubdit cum audiſſent principes ſacerdotum, & phariſęi parabolam hanc cognouerunt quod de ipſis diceret, & quærentes eum tenere timuerunt turbas, quoniam ſicut prophetam eum habebant. alibi etiam per ficum non ferentem fructum, quam maledixit in ęternū: ſynagogam ſacerdotum non ferentem fructum bonorum operum ſignificauit. iam enim tunc pręcognouerat Ieſus cuncta quę ſuper eum uentura erant, & quod iudęi crucifigerent eū, propter bona opera eius quę prædicando pro ipſorum ſalute iugiter exercuerat, & quod uenderent eum argento, & quod ob ſcelera eorum tanquam pręuaricatores legis a deo reprobarentur, quemadmodum Amos propheta prænunciauerat ſic ſcribens. hæc dicit dominus ſuper tribus ſceleribus Iuda & ſuper quatuor non conuertam eum. eo quod abiecerit legem domini & mandata eius non cuſtodierit, de

ceperunt enim eos idola ſua poſt quę abierunt patres eorum,& mit-
tam ignem in iuda,& deuorabit ędes hieruſalem. hęc dicit dominus
ſuper tribus ſceleribus Iſrael conuertam ſuper quarto non conuer-
tã eũ. pro eo ꝙ uendiderit pro argento iuſtũ. quãobrẽ cum appropin
quaſſet Ieſus hieroſolymã uidens ciuitatẽ miſericordia motus fleuit
ſuper illã dicens,quia ſi cognouiſſes & tu,fleres utiq;.hieruſalẽ hieru
ſalem quę occidis prophetas,& lapidas eos qui ad te miſſi ſunt,quo-
ties uolui congregare filios tuos quẽadmodũ gallina cõgregat pullos
ſuos ſub alas & noluiſti.ecce relinquetur domus ueſtra deſerta, quia
uenient dies ĩ te,& circundabũt te inimici tui uallo, & coãguſtabũt
te undiq;,& ad terrã proſternẽt te, & filios tuos qui in te ſunt.& nõ
relinquẽt in te lapidẽ ſuper lapidẽ,eo ꝙ nõ cognoueris tẽpus uiſitatio
nis tuę, & ueniet ſuper te omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper
terram a ſanguine Abel iuſti,uſq; ad ſanguinem Zacharię filii Bara-
chię quem occidiſti inter templum & altare.de quo etiam Matthæ
us euangeliſta capitulo uigeſimo quarto ſcripſit dicens.& acceſſerũt
diſcipuli ad Ieſum,ut oſtenderent ei ędificationem templi,tẽpli qui-
dem uiſu pulcherrimi lapidibus marmoreis reſplendentis, ſed reli-
gione uacui. Ieſus autem paruifaciens lapidum ſtructuram, ſed ſa-
cerdotum uitam animaduertens dixit illis.uidetis hęc omnia? amen
dico uobis,non relinquetur lapis ſuper lapidem,qui non deſtruatur
propter religionis negligentiam,& ſacerdotum pręuaricationẽ. uęh
pregnantibus,& nutrientibus in diebus illis.erit enim tunc tribula-
tio magna qualis non fuit ab initio mundi uſq; modo,neq; fiet.quæ
omnia poſtquam crucifixerunt Ieſum a romanis per Veſpaſianum
& Titum adimpleta fuerunt. quemadmodum & Ieſus mulieri ſama
ritanę prius inſinuauerat dicẽs. mulier crede mihi quia ueniet hora
quando neq; in hoc monte, neq; in hieroſolymis adorabitis deum
patrem. nam etſi antea ſæpenumero ciuitas hieruſalẽ capta & dirup
ta fuit,nunquam tamen irrecuperabiliter fuit deſtructa, niſi per im-
peratores prędictos.& licet religio domus iſrael ſępenumero fuerit ne
glecta & diminuta nũꝗ tñ fuit extincta niſi poſtꝗ crucifixerunt Ieſũ
prius nãq; iudæi etſi fuerunt peccatores,tñ filii dei erãt,nõ hoſtes.&
ideo omnis ira uel dei indignatio quę ueniebat ſuper eos,caſtigatio
erat de miſericordia dei procedens,non condẽnatio ab ira deſcẽdens
ſed poſtquã crucifixerunt dñm,deſierunt eſſe filii,& facti ſunt rebel-
les,& iudicati ſunt hoſtes incorrigibiles.propterea nõ uenit amplius
ſuper eos caſtigatio emendans,ſed condemnatio eradicans.capta, de
ſtructa,et diruta fuit hieruſalẽ a chaldęis,& babyloniis per Nabuch

donoſorem regem, & poſt ſeptuaginta annos a fundamentis reædificata fuit. deinde capta fuit ab Antiocho epiphane, & templum uiolatum ac prophanatum fuit. ſed iterum cuncta reparata, & ſanctificata fuerunt, deniq; a Pompeio, ac demum a Soſſio romanorum duce, & Herode aſcalonita deprędata & capta fuit. & iterum inſtaurata eſt. ſed poſtquam horrendum illud parricidium commiſerunt crucifigentes Ieſum, tali eos plaga percuſſit deus, ut nunq̃ ſanari uel reſurgere poſſint. quia tale facinus commiſſerunt, quale nunquam antea commiſſum fuit. quamobrem iudęi diſperſi per mũdum, facti gentium ſerui nunquam ſacrificare potuerunt. Ieſus ergo prænoſcens hęc iudęis uentura propter contumaciam, & duriciã cordis ipſorum, exprobrauit ſępenumero incredulitatem eorum, approbando gentium facilitatem, de quo Matthęi undecimo ſic legitur. tũc cœpit Ieſus exprobrare ciuitatibus in quibus factę ſunt plurimę uirtutes eius, quia non egiſſent pœnitentiã, uęh tibi Corozaim, uęh tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidone factę eſſent uirtutes, quę factæ ſunt in uobis olim in cilitio, & in cinere pœnitentiam egiſſent. iam enim cognouerat Ieſus fidem eorũ qui ex Tyro & Sidone eũ ſequebantur. nam ut Lucas euangeliſta teſtatur, ſequebatur eũ multitudo copioſa plebis non ſolum ab omni Iudæa & hieruſalem, uerum etiam ex omni maritima Tyri & Sidonis, qui uenerant ut audirent eum, & ſanarentur a languoribus ſuis, & omnis turba quęrebat eum tangere, quia uirtus dei de illo exibat, & ſanabat omnes. quamobrem et Ieſus de centurione homine gentili dixit, non inueni tantam fidem in iſrael. laudauit etiam fidem mulieris gẽtilis chananææ ſyrophæniſſæ ſuper fidem iudæorum. quamobrem & Ioannis decimo dixit. alias oues habeo quæ non ſunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocem meam audiẽt, & fiet unum ouile & unus paſtor. per hoc clare ſignificat Ieſus gentes fidem & doctrinam eius ſuſcepturos, quia dixit & uocem meam audient. neq; ſic unquam de iudæis locutus fuit, quinimmo ſemper eos contumaces, & ueritati rebelles, hypochritas, mendaces, & perfidos notauit, & tanquam generationem adulteram atq; peruerſam, & uiperarum progeniem taxauit eos, quinetiam & filios diaboli uocauit dicens loquelam meã nõ cognoſcitis, quia non poteſtis audire ſermonem meum. uos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris ueſtri uultis facere. ſi ueritatẽ dico uobis non creditis mihi. & rurſus. loquor uobis & non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis. oues meæ uocem meam audiunt, & egò cognoſco eas, & ſequuntur me, & ego uitam æternam do eis, &

non peribunt in æternum ac rurſus. Matthæi tertiodecimo taxat iudęos, ob proteruiam & duritiam cordis & occęcationem mentis ipſorum adducens in eos uerbum Eſaiæ prophetę ſexto capitulo ſcriptum, quod & Paulus apoſtolus actuum ultimo iudęis obiecit dicens bene ſpiritus ſanctus locutus eſt per Eſaiam prophetam ad patres ueſtros inquiens uade ad populum iſtũ & dic aure audietis & non perſpicietis, incraſſatum eſt cor populi huius & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos compreſſerunt, ne forte uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos. notum ergo ſit uobis quoniam gentibus miſſum eſt hoc ſalutare dei & ipſi audient. quamobrẽ & Ieſus iudęis ſecum diſceptantibus dixit. multi uenient ab ortu, & occaſu qui recumbent in ſinu Abrahę, & filii dilectionis eiicientur in tenebras exteriores. & idem dixit, ego ueni ut qui non uidẽt uideant, & qui uident cęci fiant. quemadmodũ & idem ipſe Abagaro gentili regi Edeſſę per epiſtolã ſignificauit ſic ſcribens. beatus es qui credidiſti in me cum me ipſe non uideris ſcriptũ eſt enim de me hi qui me uident non credent in me, & qui non uident me, ipſi credent & uiuent. quãobrem Ioannes euangeliſta de chriſto dixit in propria uenit, & ſui hoc eſt iudęi eum nõ receperũt, ſed intra ſe dixerunt, hic eſt hęres uenite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. quotquot autem ex gentibus receperunt eũ dedit eis poteſtatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. hanc autẽ iudęoꝝ occęcationem, & reprobationem, ac gentiũ uocationẽ pręfigurauit ſciſſio ueli templi per mediũ in hora mortis chriſti. tunc enim reuelata & aperta fuerunt ſancta ſanctorum ut & gentibus pateret iter, & aditus ad ea. Tunc quoq; Chriſto ſaluatore in crucis patibulo adhuc pendente, Centurio uir gentilis uidens miracula in Chriſti paſſione facta primus confeſſus fuit Chriſtum fuiſſe filium dei dicens, uere filius dei erat iſte. Tunc etiam Pilatum præſidem iudæę pœnituiſſe perhibent quod Ieſum morti adiudicaſſet, de quo in fine operis ſcribemus. Quamobrẽ Ieſus ſtatim poſt reſurrectionem ſuam completa iam, & conſummata in eum pręuaricatione iudæorum, pręcepit apoſtolis ſuis ut ad gentes tranſirent, & uerbum dei cunctis annunciarent dicens eis Marci ultimo. euntes in mundũ uniuerſum prędicate euangeliũ omni creaturę, qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit. Similiter Matthæi ultimo dicens euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filii &, ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quę mandaui uobis, & ecce uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad conſũmationem ſæculi.

Idem Lucę ultimo aperuit illis ſenſum ut intelligerēt ſcripturas,& dixit eis quoniam ſic ſcriptum eſt,& ſic oportebat Chriſtū pati,& reſurgere a mortuis die tertia, & prædicare in nomine eius pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes. ut etiam in actis apoſtolorum legitur Cornelius Centurio cohortis italicæ homo gētilis,primo ad ſe Petrū apoſtolū accerſiri iuſſit,ut ab eo uerbum dei addiſceret. primi etiam chriſtiani in Antiochia extra terrā promiſſionis cognominati ſunt. Quinimo apparuit Ieſus Paulo in ſtupore mentis dicens,feſtina & exi uelociter ex hieruſalem, quoniam non recipient teſtimonium tuum de me. & eidem rurſus dixit uade quoniam ego in nationes longe mittam te. quamobrem Paulus & Barnabas iudæis blaſphemantibus,& uerbum dei repellentibus conſtanter dixerunt. uobis oportebat primum loqui uerbum dei, ſed quia repellitis illud,& indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes, ſic enim nobis pręcepit dominus poſui te in lucem gentibus ut ſis in ſalutem uſq; ad extremum terrę. audientes autem gentes gauiſæ ſunt, & glorificabant uerbum domini, & credebant quotquot erant pręordinati ad uitam ęternam. diſſeminabatur autē uerbum domini per uniuerſam regionem,iudęi uero concitauerūt perſecutionem in Paulum & Barnabam,& eiecerunt eos de finibus ſuis,& illi excuſſo puluere pedum in eos,iuerunt ad gentes. unde & Paulus dum Corinthi cum iudęis diſputans affirmaret Ieſum eſſe Chriſtum,contradicentibus iudęis, & blaſphemantibus, excutiens ueſtimenta ſua dixit ad eos,ſanguis ueſter ſuper caput ueſtrum,mundus ego ex hoc ad gentes uado. quamobrem idem ad romanos capitulo undecimo dixit,ex delicto iudęorum facta eſt ſalus gentibus,ut illos ęmulentur. & cęcitas ex parte contigit in iſrael, donec plenitudo gentium introiret. Idem capitulo decimo adducit Eſaiam in perſona Chriſti dicentem,inuentus ſum a non quærentibus me,palam apparui his, qui me non īterrogabant. ad iſrael autem dicit:tota die expandi manus meas ad populum non credentem, ſed contradicentem mihi. hanc iudęorum contumaciam, & gentium confeſſionem figurabāt duos latrones cum Chriſto crucifixi. latro quem pœnituit delictorum,imaginem geſſit populi ex gentibus congregati,qui prius in errore ambulauerat,& poſt hoc ueritatem agnouit, & confeſſus eſt. alter uero latro qui uſq; in finem perſeuerauit blaſphemus typum geſſit iudęorum,qui in malicia ſemper perdurarunt. crux autem diuiſit utrunq; latronem, & populum. ¶ Hanc quoq; iudæorum præuaricationem,& gentium uocationem prophetę diuinę uo-

luntatis interpretes multis uaticiniis prędixerunt. de quibus pauca magis trita his ſcriptis noſtris inſeremus. in primis quidem Moſes propheta & legiſlator, utraq; hęc multis in locis futura pręnunciauit pręcipue leuitici uigeſimo ſexto, et deuteronomii uigeſimo octauo & trigeſimo ſecundo cōminādo eis (ob præuaricationem legis) male dictiones omnes uenturas ſuper ipſos quas iam eueniſſe rei euētus comprobauit. Sic enim leuitici uigeſimo ſexto capitulo deus poſt multas execrationes iudæis inquit abominabitur uos anima mea in tantum ut urbes ueſtras redigam in ſolitudinem, & deſerta faciam ſanctuaria ueſtra, diſperdamq; terram ueſtram, & ſtupebūt ſuper eā inimici ueſtri cum habitatores illius fuerint, uos autem diſpergam in gentes, & euaginabo poſt uos gladium, eritq; terra ueſtra deſerta, & ciuitates ueſtræ dirutę. eadem Deuteronomii .28. ipſi minatur di cens. & uenient ſuper te omnes maledictiones iſtæ & perſequentes apprehendent te donec intereas, quia non audiſti uocem domini dei tui, nec ſeruaſti mandata eius & cerimonias quas præcepit tibi. & rur ſus. diſperget te dominus ī omnes populos a ſummitate terrę uſq; ad terminos eius, & ſeruies ibi diis alienis, quos & tu ignoras. idem in deuteronomio capitulo trigeſimo ſecundo utraq; hęc futura prænū ciauit de iudęis in perſona dei ſic ſcribens. generatio peruerſa eſt, & infideles filii, ipſi me prouocauerunt in eo, qui non erat deus, & irri tauerunt in uanitatibus ſuis, & ego prouocabo eos in eo qui non eſt populus. quamobrem & Oſee capitulo ſecundo dixit. & dicam non populo meo populus meus es tu, & ipſe dicet deus meus es tu. quod & Paulus ad romanos aſſumens in perſona dei & prophetę dixit uocabo non plebem meam plebem meam, & nō dilectam meam di lectam, & non miſericordiam conſecutam miſericordiam conſecutā. Et Dauid in pſalmo. 17. populus quem non cognoui ſeruiuit mihi. & Eſaias capitulo. 55. ecce gentem quam neſciebas uocabis & gētes quæ non cognouerunt te ad te current. idem capitulo. 65. in perſo na dei dixit. quęſierunt me, qui ante non interrogabant, inuenerunt qui non quęſierunt me. dixi ecce ego, ecce ego, ad gentem, quæ neſcie bat me, & quæ non inuocabat nomen meum. Quinetiam Eſaias pro phetiam ſuam ab hac iudęorū pręuaricatione & reprobatione exor diens, ſic uiſionem ſuam incipit. audite cœli & auribus percipe ter ra. quoniam dominus locutus eſt, filios enutriui, & exaltaui, ipſi au tem ſpreuerunt me. cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus prę ſe pe domini ſui, iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. uęh gēti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequā

filiis ſceleratis. dereliquerunt dominum, blaſphemauerũt ſanctum iſrael, alienati ſunt retrorſum, ſuper quo percutiam uos ultra addentes pręuaricationem, omne caput languidum, & omne cor męrens a planta pedis uſq; ad uerticem non eſt in eo ſanitas. Idem capitulo ſexageſimoquinto expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in uia nõ bona poſt cogitationes ſuas, populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam ſemper, propter hoc dicit dominus deus ecce ſerui mei comedent, & uos eſurietis, ecce ſerui mei bibẽt, & uos ſitietis, ecce ſerui mei lętabũtur & uos cõfundemini, ecce ſerui mei laudabũt prę exultatione cordis, & uos clamabitis prę dolore cordis, & prę cõtritione ſpiritus ululabitis, & dimittetis nomẽ ueſtrũ in iuramentũ electis meis, & ĩterficiet te dñs deus & ſeruos ſuos uocabit nomine alio, ĩ quo qui benedictus eſt ſuper terra benedicetur in deo amẽ. Idem capite ultimo & mittam ex eis qui ſaluati fuerunt ad gentes, & annunciabunt gloriam meã gentibus, & adducent omnes frates ueſtros de cunctis gentibus donum domino in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad mõtem ſanctum meum hieruſalem. Hieremias quoq; multis in locis iudęorum pręuaricationem, & reprobationem inſinuat de qua capite.13.ſic ſcripſit. non parcam & non concedam, neq; miſerebor ut non diſpergam eos. Idem capite.14.ſi obtulerint holocauſtomata & uictimas, nõ ſuſcipiam ea, quoniam gladio, & fame, & peſte, ego conſumam eos. Idem capite quintodecimo ſic ſcripſit dominus ad me ſi ſteterint Moſes, & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum, eiice illos a facie mea, & egrediantur, quod ſi dixerit ad te quo egrediemur? dices ad eos hęc dicit dominus qui ad mortem, ad mortem. qui ad gladium, ad gladium. & qui ad famẽ ad famem. & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. & uiſitabo ſuper eos quatuor ſpecies dicit dominus. Idẽ capite.16.eiiciam uos de terra hac in terram quam ignoratis uos & patres ueſtri, & ſeruietis ibi diis alienis. idem capite.17. peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtilo ferreo in ungue adamantino. ſeruire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras. Idem capite.18.ſicut uentus urens diſpergam eos coram inimico. Idem capite.19.ecce ego iuducam afflictionem ſuper locũ iſtũ ita ut omnis qui audierit illam tinniant aures eius, eo quod dereliquerint me. ſic conteram populum iſtum, & ciuitatem iſtam, ſicut conteritur uas figuli, quod non poteſt ultra inſtaurari. Idem capitulo.34.ecce ego pędico libertatem ait dominus ad gladium, ad peſtem, & ad famem, & dabo uos in commotionem cunctis regnis terrę

Idem capite trigeſimoquinto populus iſte non obediuit mihi, iccirco hęc dicit dominus exercituum deus iſrael, ecce ego adducam ſuper Iudam, & ſuper omnes habitatores hieruſalem uniuerſam affli ctionem quam locutus ſum aduerſum illos. Idem trenorum quarto maior effecta eſt iniquitas populi mei peccato ſodomorum. De hac iudęorum & iſrael pręuaricatione & reprobatione Ezechiel propheta capite quinto ſic ſcripſit. hęc dicit Dominus deus, ecce ego ad te, & ipſe ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentium, & faciam in te quod non feci, & quibus ſimilia ultra non faciam, propter omnes abominationes tuas, ideo patres comedent filios in medio tui, & filii comedent patres ſuos, & faciam in te iudicia, & uentilabo uniuerſas reliquias tuas in omnem uentum. iccirco uiuo ego dicit dominus deus, niſi pro eo quod ſanctum meum uiolaſti in omnibus offenſionibus tuis & in cunctis abominationibus tuis, ego quoq; confringam & nō parcet oculus meus & non miſerebor, tertia pars tui peſte morietur, & fame cōſumetur in medio tui, & tertia pars tui in gladio cadet ī circuitu tuo, tertiam uero partem tuam in omnem uentum diſpergam, & gladium euaginabo poſt eos, complebo furorem meum & requieſcere faciam indignationem meam in eis, & conſolabor, & ſcient, quia ego dominus locutus ſum in zelo meo, cū impleuero omnem indignationem meam in eis, & dabo te in deſertum & in opprobrium gentibus. Et rurſus. & famem congregabo ſuper te, & peſtilentia & ſanguis tranſibunt per te, & gladium inducam ſuper te. Et rurſus. urbes tuæ deſertę erunt, & excelſa demolientur. Et rurſus capitulo. vii. nunc finis ſuper te, & immittam furorem meum in te, & iudicabo te iuxta uias tuas, & ponam contra te omnes abominationes tuas, & non parcet oculus meus ſuper te, & non miſerebor. Idem capitulo uigeſimo ſecundo effudi ſuper eos indignationem meam & in igne irę meæ conſumpſi eos, uiam eorum in caput eorum reddidi ait dominus deus. & rurſus capitulo uigeſimo ſeptimo ad nihilum deducta es, & non eris in perpetuum. Daniel quoq; propheta capitulo nono hanc iudæorum reprobationem, & abominationem futuram pręnunciauit dicens ꝙ poſt ſexaginta duas hebdomadas occidetur Chriſtus, & non erit eius populus qui eum negaturus eſt. & poſtquam occiſus fuerit Chriſtus erit in templo abominatio deſolationis, & uſq; ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio. Oſee quoq; capitulo nono dixit, propter malitiam eorum de domo mea eiiciam eos. Idem eodem capitulo, abiiciet eos dominus deus meus, quia non audierunt eum, & erunt uagi in nationibus.

tionibus. Amos quoq; propheta capitulo quinto domus iſrael ceci dit,& non adiiciet ut reſurgat,uirgo iſrael proiecta eſt ī terrā ſuam, & non eſt qui ſuſcitet eā.Zacharias quoq; propheta iudæis dixit hæc dicit dominus dereliquiſtis uias domini,& dominus dereliquet uos. Malachias quoq; capitulo primo iudæis in perſona dei dixit mittam in uos egeſtatem,& maledicam benedictionibus ueſtris. Pauca hæc de iudæorum præuaricatione & ipſorum reprobatione dicta ſuffici/ ant. nunc de gentium adoptione nonnulla afferemus. ❡ Sicut pro phetæ diuino ſpiritu afflati præuaricationem iudæorum(proprer eo/ rum ſcelera atq; peccata)de proximo inſtare prædixeranr: ſic & gen/ tium uocationem futuram eiſdem denunciauerant. de qua etſi mul ta afferri poſſunt,tamen ne lectori faſtidium ingeramus, pauca ma/ gis trita duntaxat ānotabimus, in quibus primum occurrit quod ge neſis.22.deus dixit Abrahæ benedicentur in ſemine tuo omnes gen tes terræ.quod impletum fuit in Chriſto,qui ſecundum carnem de/ ſcendit ab Abraham. & alibi dixit. uocaberis Abraham,ideſt pater multarum gentium. Et ut geneſis.25.legitur dominus dixit Rebec/ cæ uxori Iſaac,duæ gentes ſunt in utero tuo,& duo populi ex uentre tuo diuidentur. Sicq; licet Abraham fuerit etiam pater iudæorū ſe/ cundū carnē,tamen quia iudæi trāſgreſſi ſunt legē dei,& facti ſunt re probi tranſlata fuit religio dei per Chriſtū ad gentes,& facti ſunt iu dæi tanq̄ ſerui gētiū ſicut Moſes legiſlator futuꝝ eis denunciauerat dicens.diſperdet te dn̄s ī omnes populos a ſūmitate terræ uſq; ad ter minos eius,& erunt gētes in caput, & populus incredulus in caudā. quēadmodū nunc factū uidemus.ſunt eni diſperſi per omnia mundi climata.& uenerūt ſuper eos maledictiones omnes,quas Moſes leui tici.26.& deuteronomii.28.ſuper eos uenturas prædixerat.Similiter & Iacob patriarcha in benedictione filii ſui Iudæ ſignificans Chri ſtū meſſiā naſciturū de tribu Iuda dixit & ipſe erit expectatio gen/ tium. Dauid quoq; propheta multis in locis hanc gentium uocatio nem per Chriſtum futuram ſignificauit,poſtula a me inquit deus & dabo tibi gētes hæreditatē tuā,& poſſeſſionē tuā terminos terræ. Idē pſalmo.xxi.conuertentur ad dn̄m uniuerſi fines terræ,& adorabunt in conſpectu eius uniuerſæ familiæ gentiū. Idem & benedicentur in ipſo omnes tribus terræ,omnes gentes magnificabūt eū. Idē omnes gētes plaudite manibus,cātate deo ī uoce laudis. omnes gētes quaſcū q; feciſti uenīet,& adorabūt corā te dn̄e,& glorificabunt nomen tu/ um & adorabūt eum omnes reges,omnes gentes ſeruient ei. notum fecit dominus ſalutare ſuum, in conſpectu gentiū reuelauit iuſtitiā

ſuam. Vnde & Simeon iuſtus & ſenex gauiſus eſt, cum uideret ſa
lutare domini, quod paratum fuit ante faciem omnium populorum
Lumen ad reuelationem gentium. Salomon quoq; in templi dedica
tione deprecatus fuit dominum, ut gentes ad templum uenturas ex
audiret. Hanc quoq; gentium uocationem per Chriſtũ, Eſaias mul
tis in locis inſinuauit, de qua ſecundo capitulo dixit. & fluent ad eũ
omnes gentes. & capitulo undecimo, Chriſtum ex ſemine Dauid na
ſciturum ſignificans dixit. egredietur uirga de radice ieſſe, & flos de ra
dice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus
ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilii & fortitudinis, ſpiritus ſcien
tię & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris domini. hic ſtat ĩ ſignũ
populorum, & gentes ipſum deprecabuntur. Idem capitulo .42. de
Chriſto in perſona dei dicit. ecce ſeruus meus, ſuſcipiã eum, electus
meus, complacuit ſibi in illo omnia mea. dedi ſpiritum meum ſuper
eum. iudicium gentibus proferet in ueritate, educet iudicium, & le
gem eius inſulę expectabunt. de eodem rurſus. & dedi te in fœdus
populi, in lucem gentiũ, ut aperires oculos cæcorum. Idem capitulo
quadrageſimo tertio educ foras populum cæcum oculos habentem,
ſurdum & aures ei ſunt, ecce omnes gentes congregatæ ſunt ſimul.
Idem capitulo quadrageſimo nono dedi te in ſalutem gentium, ut
ſis ſalus mea uſq; ad extremum terræ. Idem capitulo ſexageſimo am
bulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui. Hie
remias capite tertio. congregabuntur ad domum ſanctam omnes gen
tes. Idem capitulo ſextodecimo ad te gentes ueniẽt ab extremis ter
ræ, & dicent uere mendacium poſſederunt patres noſtri, & uani
tatem, quę eis non profuit. Sophonias capitulo ſecundo & adorabũt
eum uiri de loco ſuo omnes inſulæ gentium. Aggeus quoq; capitu
lo ſecundo hanc gentium uocationem per Chriſti ſaluatoris aduen
tum prodidit dicens. hæc dicit dominus exercituum, adhuc unum
modicum eſt, & ego cõmouebo cœlum, & terram, mare, & aridam,
& mouebo omnes gentes, ueniet deſideratus cunctis gentibus. Zacha
rias quoq; propheta ſecundo capitulo dixit. & applicabuntur gentes
ad dñm in die illa, & erunt mihi in populũ. Idẽ capitulo. 8. & ueniẽt
populi multi & gentes robuſtæ ad quærẽdum dñm exercituũ in hie
ruſalem, & deprecãdam faciẽ dñi. Idẽ capitulo ultimo, & omnes, qui
reliqui fuerint de uniuerſis gentibus, quæ uenerunt contra hieruſa
lem, aſcendẽt ab ãno in annũ, ut adorẽt regẽ dñm exercituũ. Poſſent
& alia multa adduci, ſed finẽ faciemus cũ Malachia ultimo prophe
tarum, qui tã iudæorum reprobationẽ, q̃ gentium uocationem clare prę

nunciauit iudæis in perſona dei, capitulo primo dicens. non eſt mi-
hi uoluntas in uobis dicit dominus exercituum, & munus non ſuſci
piam de manu ueſtra, ab ortu enim ſolis uſq; ad occaſum magnum
eſt nomen meum in gentibus, & in omni loo ſacrificatur & offertur
nomini meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen meum in gē
tibus dicit dominus exercituum & uos polluiſtis illud.

¶ Redeuntes ergo ad primum noſtrum inſtitutum, de gentium uo
catione propoſitum, dicemus ex prædictis manifeſtum eſſe, qualiter
Ieſus meſſias uenit ſaluos facere non ſolum iudæos, uerum etiam gē
tes omnes credentes in eum, quemadmodum per prophetas prænun
ciatum fuit. quinimmo abdicato ingrato, & rebelli populo iudaico,
gentes uerbo eius obedientes, in filios adoptionis aſſumpſit. quēad-
modum Lucæ octauo inſinuare uidetur. nam cum nunciatum ei eſ-
ſet ꝙ mater eius & fratres eius ſtarent foris uolentes eum uidere, reſ-
pondit dicens, mater mea & fratres mei hi ſunt, qui uerbum dei au-
diunt & faciunt. conſtat autem gentes uerbo obedientes fuiſſe & cœ
leſtis, æternæq; hęreditatis promiſſionem ab eo accepiſſe. quamob-
rem Ioannes in apocalypſi dixit, ſe uidiſſe turbam magnam, quam
dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & po-
pulis, & linguis, ſtantes ante thronum in conſpectu agni, amicti
ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum. ¶ Sed contra hæc poſſet
aliquis inſtare, nam chriſtus ipſe ſaluator in euangelio ſuo Mat-
thæi quintodecimo dixit diſcipulis ſuis & mulieri chananææ ſe non
eſſe miſſum niſi ad oues, quæ perierunt domus iſrael, ergo non ue-
nit ſaluare gentes, ſed iudæos duntaxat. quia non eſt bonum in-
quit ſumere panem filiorum, & dare canibus ad manducandum.
quod & propheta Dauid de chriſto uaticinatus fuerat dicens qui
annunciat uerbum ſuum Iacob, iuſtitias & iudicia ſua iſrael: non fe
cit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. unde &
euangeliſtæ perhibent Ieſum Chriſtū ſolis iudæis prædicaſſe. Huic
argumento reſpōderi poteſt: ꝙ licet Chriſtus ſaluator præcipue miſ-
ſus fuerit ad docendū iudæos legē euāgelicā ob promiſſionē Abrahę
& ſemini eius factā, tamē eadē lex publicāda erat in uniuerſum orbē
per prędicationē apoſtoloꝝ, & diſcipuloꝝ Chriſti, ſicut propheta prę
dixerat dicens, in omnē terrā exiuit ſonus eorū, & in fines orbis terrę
uerba eoꝝ. Ieſus autē perſonaliter prædicauit ſolis iudæis, & domui
iſrael, neq; potuit ſe trāſferre ad omnes gētes, quia tēpus paſſionis ei9
breui inſtabat. Sed ut euangeliſta Matthæus ſcripſit circuibat Ieſus
omnes ciuitates & caſtella iudæoꝝ docēs i ſynagogis eoꝝ, & prædicās

euangelium regni dei,& curans omnem langorem & omnem infirmi tatem. ſic enim a deo præordinatum fuit, ut uerbum eius & lex no ua primum iudęis ānunciaretur, propter opera iuſtitię quę fecerant patres eorum. quamobrem Eſaias capitulo quadrageſimo primo de Chriſto ſcribens ait. prius ad Sion dicet ecce adſum. unde & Paulus apoſtolus iudęis dixit, uobis oportebat primum loqui uerbum dei. ſed poſt reſurrectionem & aſcenſionem eius publicandum erat uer bum dei & lex eius in uniuerſum mundum per apoſtolos & diſcipu los eius ex hieruſalem egredientes. ſicut etiam prophetę prędixerant. de quo Eſaias capitulo ſecundo dixit, de ſion exibit lex, & uerbum domini de hieruſalē. qđ etiā Michęę quarto legitur, de ſion egredie tur lex, & uerbum domini de hieruſalem. & Eſaias capitulo quinqua geſimoprimo de ſion dicit. lex a me exiet, et iudicium meum in lu cem populorum requieſcet. prope eſt iuſtus meus, egreſſus eſt ſalua tor meus, & brachia mea populos iudicabunt. me inſulæ expecta bunt. idem capitulo ultimo de apoſtolis & diſcipulis Chriſti dicit, & mittam ex eis qui ſaluati fuerint ad gentes in mare, in aphricam, in lydiam tenentes ſagittam in italiam, & græciam, ad inſulas longe, ad eos qui non audiuerunt de me, & non uiderunt gloriam meam, & annunciabunt gentibus gloriam meam. hoc eſt reſurrectionem me am. uenit ergo Ieſus ſaluos facere iudęos quidem per repromiſſio nem, & perſonalem prędicationem, gentes uero & paganos per grati am, & miſericordiam ſuam, & per apoſtolorum doctrinam ac prædi cationem, quibus pręcepit Ieſus ut irent in uniuerſum mundum, & uerbum dei omnibus annunciarent. quorum prędicationibus gen tes omnes ad deum conuerſę ſunt, Chriſto cooperante ſequentibus ſignis. ut Marci ultimo legitur. ſoli autem filii iſrael meritis Abra hę patriarchæ & Dauid regis, habiti ſunt digni promiſſionem a deo & pactum de hoc accipere, & Chriſtum ipſum prędicantem oculis ſu is conſpicere, propter opera iuſtitię quę fecerant patres eorum. quem admodum deus per Eſaiam capitulo quinquageſimo quinto dixe rat. feriam uobiſcum pactum ſempiternum. & per Hieremiam ait ecce dies uenient dicit dominus, & feriam domui iſrael, & domui Iu dę fœdus nouū. dabo legē meā in uiſceribus eoꝝ, & ī corde eorū ſcri bā eā, hæc autē intelligi debent de noua Chriſti lege, quę nō fuit ſcri pta in tabulis lapideis, ſed ī cordibus hominū. Chriſtus ergo promiſ ſus fuit domui iſrael, & domui Iudę per pactū & repromiſſionē. quā obrē & Paulus apoſtolus romanis ſcripſit dico enim Chriſtū Ieſum miniſtrū fuiſſe circūciſionis propter ueritatem dei, ad confirmandas

promiſſiones patrum.gentes autem ſuper miſericordia honorare de um ſicut ſcriptum eſt.propterea confitebor tibi in gentibus domine & iterum dicit lętamini gentes cum plebe eius,& iterum laudate do minum omnes gentes. & Eſaias ait radix ieſſe exurget regere gentes, & in eum gentes ſperabũt.Chriſtus ergo ad iudęos & filios iſrael dũ taxat miſſus fuit,per promiſſionem patribus factam, ut uiam ueritatis eos doceret,& ad pœnitentiam conuerteret. quamobrem & ipſi fuerunt primi qui mane uocati fuerũt a patrefamilias ut irent & ope rarentur in uineam ſuam,hoc eſt in ſanctam religionem.ut habetur Matthęi.20.gentes uero ſignificatæ fuerunt per eos qui circa undeci mam horam ſtantes in foro ocioſi a nemine fuerant conducti, quia nullus doctor, nullus propheta ad docendum gentes legem ueri dei uenerat,quibus etiam paterfamilias pręcepit ut in uineam ſuã irent. & facto ſero dixit dominus uineæ procuratori ſuo uoca opera rios,& redde illis mercedem incipiens a nouiſſimis uſq; ad primos. cum ueniſſent ergo qui circa undecimam horam uenerant, hoc eſt gentes,acceperunt ſingulos denarios. uenientes autem & primi hoc eſt iudæi,arbitrati ſunt quod plus eſſent accepturi,acceperũt autem & ipſi ſingulos denarios,hoc eſt conſimilem gratiam,ſicut & gentes, & non maiorem,& accipientes murmurabant aduerſus patremfami lias dicentes,hi nouiſſimi una hora fecerunt,& pares illos nobis feciſti,qui portauimus pondus diei & ęſtus,at ille reſpondens uni eorũ dixit, amice non facio tibi iniuriam, nonne ex denario conueniſti mecum?tolle quod tuum eſt & uade.uolo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi.an non licet mihi quod uolo facere?an oculus tuus nequam eſt quia ego bonus ſum?ſic erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi. multi autem ſunt uocati,pauci uero electi.ſimiliter & ipſi iudęi fuerunt primi qui Matthęi.22.in parabola de nuptiis a rege hoc eſt a deo ad nuptias filii ſui erant uocati. ſed quia uenire recuſarunt immo nuncios regis, hoc eſt prophetas contumeliis affectos oc ciderunt, iratus rex miſſo exercitu perdidit homicidas illos & ciuitatem eorum ſuccendit. tunc rex conuerſus ad gentes dixit ſeruis ſuis nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed qui inuitati erant non fuerunt digni: ite ergo ad exitus uiarum, & quoſcunq; inueneritis uocate ad nuptias.& egreſſi ſerui eius in uias congregauerũt omnes quos in uenerũt bonos & malos,& ĩpletę ſũt nuptię diſcũbentiũ.gẽtibus er go nõ per pactũ aut repromiſſionẽ,neq; per opera iuſtitię quæ fecerãt ſed per dei miſericordiã,& propter rebellionẽ iudęoꝝ cõmunicata eſt gratia.ut apoſtolus ad romanos undecimo ſcripſit: ex delicto iudæo

rum facta eſt ſalus gentium. Idem ad Titum ſcripſit. apparuit beni‑
gnitas & humanitas ſaluatoris noſtri dei, nõ ex operibus iuſtitiæ quę
fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. &
ad Galatas ſcripſit, non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per
fidem Ieſu Chriſti, & nos in Chriſto Ieſu credimus ut iuſtificemur
ex fide Chriſti, & non ex operibus legis. Idem ad Epheſios cum eſſe
mus mortui peccatis uiuificauit nos chriſtus, cuius gratia ſaluati ſu‑
mus. Idem gratia dei iuſtificatę ſunt gentes. Idem apparuit gratia ſal
uatoris noſtri in omnibus hominibus. ergo gentibus communicata
eſt ſalus, non propter opera iuſtitię quę fecerant, ſed per miſericordi
am, & gratiam dei. neq; per corporalem acceſſionem, ſed per uer‑
bũ ſuum, & apoſtolorum prędicationem gentes omnes ſaluare uo‑
luit. quemadmodum ipſemet chriſtus ſuo euangelio nobis inſinua‑
uit, quando rogatus a centurione homine gentili, ut puerum eius ſa
naret, non acceſſit ad eum perſonaliter, ſed per uerbum ſuum priſti‑
nę ſanitati reſtituit. ſimiliter interpellatus ſępe a muliere gentili cha
nanæa, ut filiam eius a dęmonio uexatã liberaret, non acceſſit ad eam
ſed uerbo ſanauit eam. ſimiliter rogatus a regulo quodam gentili ut
deſcẽderet, & ſanaret filium eius, noluit accedere ad eum, ſed uerbo
ſanauit eum. ſignificans gentes doceri & ſaluari debere non per cor‑
poralem acceſſionem ad eas, ſed per uerbum ſuum & apoſtolorum
prędicationem. ¶ Sed contra prędicta adhuc inſtare aliquis poſſet,
nam Matthęi decimo Ieſus pręcepit diſcipulis ſuis, ne irent prędica
tum in uiam gentium, & ne intrarent in ciuitatem ſamaritanorum.
ergo Chriſtus neq; per ſeipſum, neq; per apoſtolos aut diſcipulos ſu
os gentes doceri uoluit. non ergo uenit ſaluare gentes, ſed iudæos
duntaxat & filios iſrael. Sic enim Matthæi decimo legitur Ieſus cõ
uocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatem ſpirituum
immundorum: ut eiicerent eos, & curarent omnem langorem &
omnem infirmitatem pręcipiens eis & dicens, in uiam gentium ne
abieritis, & in ciuitatem ſamaritanorum ne intraueritis, ſed potius
ite ad oues, quę perierunt domus iſrael: euntes autem prędicate di‑
centes, quia appropĩquat regnum cœlorum ¶ Pro ſolutione huius
argumenti, & pro concordia ſcripturarum diſtinguenda ſunt tem‑
pora: quia non eſt inconueniens aliquid expedire tempore uno, qđ
non expedit alio tempore. quippe ante reſurrectionem Chriſti nõ
fuit opportunum ire ad gentes & docere eas propter temporis breui
tatem: quia uerbum dei primum filiis iſrael annunciari debuit. ſed
poſt chriſti reſurrectionem expediebat etiam gentes docere. hoc er‑

go quod in argumento aſſumitur, Chriſtum præcepiſſe diſcipulis, ne irent prędicatum in uiam gentium, dixit ante eius paſſionem: & quia ſciuit eam de proximo inſtare, uoluit ut hoc tempore ĩtermedio primum docerent iudæos, & annunciarent eis aduentum Chriſti meſſię. Sed ſtatim poſt reſurrectionem, recumbentibus undecim apoſtolis, ut Marcus euangeliſta teſtatur: apparuit eis Ieſus & dixit: euntes in mundum uniuerſum, prędicate euangelium omni creaturę: & qui crediderit & baptizatus fuerit, hic ſaluus erit. Lucas quoq; euangeliſta docet, quod Ieſus poſt reſurrectionem ſuam manifeſtauit ſe diſcipulis ſuis: & aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas, & dixit eis quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere a mortuis tertia die, & prędicare in nomine eius pœnitentiã & remiſſionem peccatorum in omnes gentes. Matthęus quoq; euangeliſta capitulo uigeſimo quarto dixit, & prædicabitur hoc euangelium regni in uniuerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus. Idẽ Marci tertiodecimo legitur. quod & apoſtoli opere executi ſunt. nam ut Origenes in tertio commẽtariorum geneſeos, & alii alibi teſtantur, ſinguli apoſtoli ſingulas mundi partes, immo multas prouincias ſunt ſortiti. Sic enim Hieremias propheta capitulo .16. prænunciauerat dicens, ego mittam piſcatores multos, dicit dominus, & piſcabuntur. Idem capitulo tertio dixit, dabo uobis paſtores iuxta cor meum: & paſcent uos ſcientia & doctrina. quippe Simon Petrus Andreas, Ioannes, & Iacobus maior piſcatores fuerunt. ex quibus Petrus paſtor animarum & princeps apoſtolorum factus: ſortitus fuit Iudæam, Syriam, Antiochiam, in qua primam cathedram poſuit, Pontum, Galatiam, Bithyniam, Cappadociam, ac demum uiſitauit Italiã & urbẽ Romã, in qua ſecundã ſedẽ collocauit. Andreas ſortitus fuit Achaiã. Ioannes Aſiã minorẽ. Iacobus maior Hiſpaniã. Iacobus minor Hieroſolymã. Philippus Scythiã. Simon Aegyptũ. Matthæus Aethiopiã. Iudas Meſopotamiã. Thomas Parthiam, & Indiam ſuperiorem. Bartholomeus Indiã ĩferiorem. Mathias Iudęã obtinuit. Paulus & Barnabas Ciliciã, Pãphiliã, Liciã, Galatiã, Gręciã, Macedoniã, Achaiã, & ĩſulas maris peragrarũt. Marc9, & Apollinaris Petri diſcipuli Rauennã, Aemiliã, Myſiã, & Thraciã obtinuerũt. Lazarus a Ieſu reſuſcitatus, propter metũ iudęoꝝ patriã relinquẽs, una cũ ſororib9 Maria magdalena, & Martha, cũ Maximiano, Cęlidonio, & Marcillã nauem cõſcẽdens Maſſiliã applicuit ubi uerbũ dei prędicauit. Nathanael, Martialis, Sauinianus, Potẽtianus Altinus, Chriſti diſcipuli, miſſi ſunt a Petro ad Galliã ſenonenſem:

Dionyſius areopagita Pauli diſcipulus, Ruſticus, Eleutherius, Saturninus, Marcellinus, Lucianus, Vrſinus & alii multi in galliam Aquitaniam, & lugdunenſem tranſierunt: ſuosq; diſcipulos ad Galliam belgicam, & alias prouincias miſerunt. Dionyſius ipſe Pariſiis uerbum dei prædicauit, Iulianus Cenomannis, Lucianus Beluacenſibus, Piatus Tornacenſibus, Clemens Flauius metenſibus, & alii alibi euangeliũ chriſti annunciarunt. Epheneus chriſti diſcipulus Carthaginem & Aphricam inuaſit. Candacis eunuchus reginę æthiopũ in Arabia Chriſtum prędicauit, Aſyncritus Hircaniam, & Andronicus Pannoniam ſortiti ſunt: Carpus troadem, Ariſtion & Naſon cyprum tenuerunt. Priſcus Chriſti diſcipulus qui cœnam paſchalem dño parauit, in campania euãgelium prędicauit, Epaphras colloſſenſibus præficitur, Ariſtarchus teſſalonicenſibus datur, Criſpus Caius & Silas corinthiis: Eraſtes philippenſibus: Creſcens galatis: Rufus thebanis pręficitur: Timotheus a Paulo epheſinis, & Titus cretenſibus datur. Procorſus factus eſt epiſcopus Nicomedię bithynię: Nicolaus Samariæ: Ananias Damaſci: Apelles heraclię: Hermogenes Megaræ: Eradius epatræ: Lucius laodiceę: Soſthenes colophoniæ Stateus argyropoleos: Hermes philopoleos: Vrbanus Macedoniæ Philippus Thracię: Philologus ſinopis: Amplei⁹ Smyrnę: Tarciſſus Athenarũ epus ordinat̃: Simõ Tyri & Sidõis: Zimas dioſpoleos: Philemon Gazæ: Ariſtarchus apamię: Antomas lyſinę: Soſipater iconii Cæſar Dyrrachii: & alii alibi per ſingulas quaſq; prouincias & ciuitates epiſcopi ordinãtur: non ſolum ex ſeptuaginta duobus a Chriſto aſſumptis, uerum etiam ex apoſtolorum diſcipulis, & ex his, quibus Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam apparuit. qui ut Paulus prima ad corinthios quintodecimo capitulo inquit fuerunt plures quã quingenti. Hæc ergo gentium uocatio fieri debuit per apoſtolos & diſcipulos Chriſti poſt reſurrectionem eius, & non ante. ſic enim Sophonias propheta futurum prędixerat, expecta me dicit dominus in die reſurrectionis meę, & in futurum quia iudicium meum ut congregem gentes & colligam regna, quod & ipſe ſaluator innuere uidetur in epiſtola quam ſcripſit ad Abagarum regem ediſſæ de qua in eccleſiaſtica hiſtoria libro primo legitur cum Rex oppreſſus ęgritudine rogaſſet Ieſum ut ad ſe ſanandum uenire dignaretur, Ieſus per epiſtolam ei reſpondit, q; primum oporteret ipſum facere & implere ea, propter quę miſſus fuerat, & poſtea ab eo, qui miſerat eum recipi, promittens q; poſt eius aſſumptionem unum ex diſcipulis ſuis ad eum mitteret, qui ab omni ęgritudine eum liberaret. miſit ergo Ta

deum.Sicq; perſpicuum eſt ex prędictis euangelium chriſti primum debuiſſe prędicari iudęis,& poſt Ieſu aſcenſionem cunctis gentibus. quamobrem & Ieſus poſt aſcenſionem ſuā Paulo in uiſu mentis pręcepit ut ad gentes longe tranſiret, & uerbum dei eis annunciaret, qđ & ipſe cum cęteris apoſtolis opere executus,ſcripſit ad romanos fidem Chriſti in uniuerſo mundo annunciari ,& ad colloſſenſes inquit euangeliū Chriſti in uniuerſo mundo eſſe.unde & beatus Auguſtinus magnum fidei chriſtianę ueritatis argumentum ſumit ex hoc quod chriſtianorum fides per uniuerſum fere mundum tempore ſuo recepta fuit:ratus id quod erat non eſſe poſſibile quod totus mundus falleretur,quamuis hac noſtra tempeſtate hoc affirmare nō poſſimus:quandoquidem mahumetana pernicies(ob chriſtianorum diſcordiam)magnam orbis partem ſibi uendicauerit . hanc autē quæſtionem de uocatione gentium in ſynagoga,uel eccleſia apoſtolorū propoſitam ſoluit Petrus apoſtolus,ut ſcribit Lucas actuum undecimo dicens.audiuerunt autē apoſtoli & fratres qui erant in iudęa quoniam & gentes receperunt uerbum dei. cum autē aſcendiſſet Petrus hieroſolymam diſceptabant aduerſus illum qui erant ex circunciſione dicentes quare introiiſti ad uiros pręputiū habentes & manducaſti cum illis? incipiēs autem Petrus exponebat illis ordinem uiſionis,quam oſtēderat ei deus dum oraret in ciuitate Ioppæ dicens,ita ei a domino pręceptum fuiſſe ,qui eandem gratiam conceſſit gentibus,quam dedit iudęis.in ueritate comperi inquit quia non eſt perſonarum acceptor deus, ſed in omni gente,qui timet eum & operatur iuſtitiam,acceptus eſt illi:quod deus mundauit immundum dici non debet.his auditis tacuerunt & glorificauerunt deum dicentes,ergo & gentibus pœnitentiam dedit deus ad uitam? quamobrem & Iacobus apoſtolus epiſcopus heroſolymitanus in alia ſynodo de qua ſcribitur actuum.xv.fratribus cōgregatis dixit,uiri fratres audite mē Simon narrauit quemadmodum deus primum uiſitauit ſumere ex gentibus populum nomini ſuo,& huic concordant uerba prophetarum ſicut ſcriptum eſt: poſt hęc reuertar,& ſuſcitabo tabernaculum Dauid,quod decidit,& diruta eius reędificabo: & erigam illud ut requirant cæteri hominum dominum,& omnes gentes,ſuper quas inuocatum eſt nomen meum. Poſſent & alia multa de gentium uocātione adduci,ſed quid eſt opus his inſiſtere? quandoquidem perſpicuum omnibus extāt chriſtianos fere omnes ex gentibus originem traxiſſe,paucos uero(licet perfectiores ut puta primos illos apoſtolos & Chiſti diſcipulos)ex iudęis ortos fuiſſe. Sed hac tempeſtate adeo

induratum eſt cor iudæorum ut pauci admodum ueram chriſti reli-
gionem aſſumant. nonnulli etiam aqua baptiſmatis abluti, legis ceri
monias obſeruant, quos maranos uocant. unde non incaſſum uulga
tum eſt prouerbium perditam eſſe aquam in caput iudæi pro baptiſ-
mo effuſã: nã ut Hieremias capitulo. 13. inſinuat, ſicut mutare nõ po
teſt ęthiops pellem ſuam, nec pardus uarietates ſuas, ſic & iudæus mu
tare non poteſt duritiam cordis ſui. quamobrẽ & aliud uetus de hoc
uulgatum eſt adagium: facilius eſſe cotem nouacula ſcindere, quam
cor iudęi ab innata ſuperſtitione auertere. ut enim dominus per Eze
chielẽ prophetã dixit: dura ceruice eſt populus iſte & indomabili cor
de. de quo Eſaias propheta ait excæca cor populi huius, & aures eius
aggraua, ut uidentes non uideant, & audientes nõ intelligant: nequã
do conuertantur & ſanem eos. Sed quia liber iſte finem expectat re-
deuntes ad primũ noſtrũ inſtitutũ dicemus ex prædictis manifeſtũ
eſſe, qualiter Ieſus meſſias uenit ſaluos facere nõ ſolũ iudæos, ſed &
gentes omnes credentes in eum: quod nec iudæos latuit, immo idip
ſum ueriti phariſei & principes ſacerdotum inuidia pleni & perfidia
occæcati, mortẽ & necẽ chriſti ob hoc accelerare ſtatuerũt: nã in cõci
lio congregati dixerunt, quid facimus quia hic homo multa ſigna fa
cit ſi dimittimus eũ omnes credẽt ĩ eũ, & ueniẽt romani & tollẽt locũ
noſtrũ. unde & Caiphas põtifex ãni illius in quo chriſtus crucifixus
fuit, recte uaticinatus (licet nõ ad mẽtẽ uel intentionẽ ſuã, ſed oracu
lo ſpiritus ſancti ĩpulſus) dixit iudęis uos neſcitis quicquã, nec cogita
tis quia expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo, & nõ to
ta gens pereat. hoc autẽ a ſemetipſo nõ dixit ſed cũ eſſet pontifex ãni
illius prophetauit, quia Ieſus moriturus erat pro gente. ſatis itaq;
cõſtare arbitror ex prædictis ꝙ iudęi tanq̃ pręuaricatores legis: fuerũt
reprobati a deo. propter delictũ ipſoꝝ. & quod ſancta dei religio per
Chriſtũ ſaluatorẽ tranſlata fuit ad gentes, non propter opera iuſtitię
quę fecerant, neq; per repromiſſionem eis factam, ſed per gratiam dei
de qua poſtea ſcribemus, & per eãm dominicę paſſionis diem inue-
ſtigabimus. ſed nunc diem paſſionis ſuperius inuentum, per interi
tum deorum gentiliũ qui eodem die extincti ſunt confirmabimus.

¶ Liber ſextuſdecim⁹ qui uocaꝛ gẽtiliũ deoꝝ extictio & idoloꝝ de
iectio, ſex proxima oracula ſcrutaꝛ atq; examinat. dieq; paſſionis Chri
ſti ſuperius iuentũ cõfirmat, ꝑ ĩteritũ deoꝝ gẽtiliũ, qui eodẽ die exti
cti ſũt. tũ ꝑ ſacra & ſacrificia eodẽ die a gẽtibus diis ſuis exhibita. fuit
enĩ dies ille feſtũ Iouis ammonis, feſtũ Iani, & feſtũ Iouis olympii.

& idolatria his dęmonibus eodem die exhiberi ſolita, tunc per chri-
ſti ſaluatoris paſſionem deleta & extincta fuit. Erunt huius libri tres partes principales. In prima proponentur quędam pręambula ad concluſiones ſequentes. In ſecunda oſtendetur ꝙ ipſo die paſſionis chriſti interierunt & extincti fuerunt quatuor pręcipui gentium dii uidelicet Pan, Ammon, Ianus, & Iuppiter. & iuxta hoc erunt huius partis quatuor capitula. In tertia parte oſtendetur quod ipſo paſſionis die interierūt generaliter omnes gentiū dii & extincti fuerūt.

¶ Caput primum pręambulum eſt ad oracula ſequentia, inquirens an dii gentium potuerint aliquid de uero deo ſignificare, uel de chriſto uenturo aliquid præfigurare.

QVanquam lex chriſtiana non indiget teſtimonio aliquo ex lege gentium mutuato, tamen quia gratia Chriſti ſaluatoris communicata fuit nō ſolum iudęis, uerum etiam affatim gentibus omnibus ſperantibus in eum, & morale bonum ac ſanctam uitam deſiderantibus, & maior pars gētium quam iudęorum ſecuta ſit chriſti ſaluatoris ueſtigia: non erit abſurdū afferre aliqua teſtimonia ex lege ac ritu & obſeruatione gentiū, per quæ dies paſſionis domini ſuperius inuenta confirmari poſſit, ut ueritas fidei chriſtianę atq; eminentia magis eluceſcat, & iudęorum obſtinata perfidia improbetur, ac gentium & paganorum uanitas oſtendatur. nā ut Auguſtinus in libro contra manicheos inquit, ſi quid ueri de deo ſibylla uel Orpheus alii ue gentium uates aut philoſophi prædixiſſe perhibentur, ualet quidem ad reuincendam paganorum uanitatem, nō tamen ad iſtorum autoritatem complectendam. quantum enim diſtat de chriſti aduentu in prędicationem angelorum & confeſſionē dęmonum, tantum inter autoritatem prophetarum, & curioſitatem ſacrilegorum. non enim lex gentium fuit figura legis chriſtianę ſicut lex moſaica, ſed umbra potius, immo obex, & repugnaculum a dęmoniis pręſidioq; dęmoniorum poſſeſſum, quos chriſtus in terris conuerſatus expulit a mētibus & præcordiis hominum, & per paſſionem ac reſurrectionem ſuam expulit eos ab aris, quas occupauerant, quemadmodum ſequentibus libris oſtendemus. ſunt enim iuxta prophetę ſententiam omnes dii gentium dęmonia, & ut apoſtolus ad corinthios ſcripſit, idola deorum nihil ſunt. nihil ergo de uero deo præfigurare potuerunt. nam omnis figura ſimilitudinē aliquam ad rem

figuratam prę ſe ferre debet,ſed quod nihil eſt uel quod dęmonium eſt,nullam habere poteſt ſimilitudinem cum deo uero,immo potius contrarietatem & repugnantiam. neq; ducere nos poteſt in cognitionem ueri dei: licet fortaſſe materia ex qua idola conflata erant, & forma,uel figura idolorum, & numerus, ſitus,uel poſitio ipſorum, modusq; colendi, potuerint ſub enigmate & ſub umbra aliquid de uero deo ſignificare,uel de Chriſto uenturo aliquid prędfigurare,non inquantum ſunt idola,ſed inquantum ſunt res naturales a deo uero dependentes,uel inquantum ab eis procedunt operationes uel effectus aliqui occulti qui aliquid diuinitatis i ſe habere uideãtur.quẽadmodum ipſemet Chriſtus ſuo euangelio inſinuare uidetur, de ſerpẽte æneo a Moſe conflato,in quo &ſi nihil diuinitatis fuit, tamen filii iſrael adolebant ei incenſum uſq; ad tempora Ezechię regis hieruſalem, qui confregit,& diſſipauit ipſum, de quo Chriſtus ſic inquit.ſicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto,ita exaltari oportet filium hominis:ut omnis qui credit in ipſo non pereat,ſed habeat uitam æternam.per quę uidetur inſinuare Chriſtus ꝙ exaltatio ſerpentis ſuper altam columnam fuit ſignum & figura, uel pręſagium exaltationis eius in cruce. nam ſicut per imaginem & ſimulacrum ſerpẽtis ęnei a Moſe conflati,& in ſublime exaltati,ſola inſpectione ſanabantur filii iſrael a morſu, & ueneno ſerpentum in deſerto, in quo maxima fuit uiperarum multitudo,ſic chriſtiani omnes ſaluati & liberati ſunt a ueneno diaboli,&a morte perpetua,per Ieſum chriſtũ in cruce exaltatum. ex quibus apparet quod ſimulacrum hoc ſerpentis,licet nihil diuinitatis in eo fuerit,tamen potuit aliquid de chriſto uenturo ſignificare,de quo numeri.21.ſic legitur: fac tibi ſerpentem ęneum & pone eum pro ſigno, qui percuſſus aſpexerit eum uiuet. ſcribunt etiam chriſtianę religionis profeſſores numerum dæmonũ prędfiguraſſe numerum electorum dei. nam multitudo a deo prædeſtinatorum ad numerum dęmonum e cœlo pręcipitatorum a ſanctis uiris referri ſolet.Sed nunquid imago,forma,figura,uel ſitus & poſitio idolorum gentilium potuerint aliquid de uero deo ſignificare? aſſerunt nanq; phyſiologi poetarum figmenta interpretãtes,non temere factum fuiſſe,neq; carere ratione quod ſimulacrum repræſentans deum humana fingatur effigie, quando quidẽ per hoc intelligi datur,deum ipſum intellectum & mentem eſſe.Iouis quoq; idolum ſedere fingitur,ut ſtabilis & immutabilis ueri dei uirtus per ſimulacrum explicetur,habens in manu pro ſceptro triſulcum fulmen, ut potentia eius oſtendatur.quia ſoli deo proprium eſt fulminare.nuda

& aperta habens ſuperiora, quia ſuperioribus intelligentiis deus conſpicuus eſt. ſed cooperta habens inferiora, quia ab hominibus & inferioribus creaturis eſſentia eius comprahendi non poteſt. hunc in modum phyſiologi poetarum figmenta ad naturalem quandam ſignificationem trahentes, uarias dei proprietates per ſimulacrum Iouis uulgo exponere ſolent, per iouem non ſignificantes Saturni filium, ſed deum mundi rectorem. ſic ex aduerſo per gigantes ioui bellum inferentes nihil aliud (ut Theodoſius ſcripſit) ſignificare uoluerunt, quam homines quoſdam impios deũ eſſe negantes. & ideo poetę finxerunt gigantes deum de cœleſti ſede pellere uoluiſſe. Docet etiam Moſes legiſlator in libro geneſeos deum hominibus iratũ induxiſſe diluuium ſuper terram, propter peccata hominum, præcipue gigantum, ſignificans per gigantes, homines impios deo aduerſantes, diuinęq; maieſtati ſemper repugnantes, quos Ioannes chryſoſtomus ex filiis Cayn genitos dixit: alii ex dęmonibus natos arbitrãtur. horum pedes in anguium uolumina deſinebant, quod ſignificabat nihil eos rectum, nihil diuinum, nihil ſuperum cogitaſſe, ſed totius uitæ eorum greſſum atq; proceſſum in terram, & inferiora merſiſſe. eodem modo de materia idolorũ phyſiologi ſunt opinati quẽ admodum nunc de forma, & poſitione ſcripſimus. non enim myſterio carere putabant, quod priſca deorum ſimulacra ex ligno fiebant. nam ut inquit Plutarchus lapidem rem duram & inanimem in deorum effigiem cęlare nolebant. aurum & argentum infœcundę terrę colores putabant. & ut inquit Plato libro de legibus, terra & Veſta deorum eſt habitatio. nemo igitur ex ea cęteris diis ſimulacra faciat. aurum uero & argentum inuidioſa poſſeſſio eſt. ebur animam depoſuit. ęs & ferrum belli ſunt inſtrumẽta. ideoq; ad ſimulacra deorum ſunt inepta. lignum ergo propria eſt materia ſimulacrorum. Vnde & delubra dicebantur templa, in quibus erant ſimulacra deorum delibrata, ideſt decorticata. ut enim Marcus uarro ſcriptum reliquit: & recitat beatus Auguſtinus ſexto de ciuitate dei triplex fuit priſcorũ theologia ſcilicet mythica, ideſt fabuloſa. politica ſiue ciuilis, & phyſica quam naturalem dicere poſſumus. Mythica eſt illa qua maxime utuntur poetæ, qui cœlum, terram, omnemq; deorum chorum ſpurciſſimis fabulis repleuerunt. adulteria, ſtupra, & inceſtus deorum deſcribentes. Ciuilis eſt illa qua ciues & populi in ſuis ſacrificiis utebantur: de hac ſcribunt faſtorum autores. Naturalis eſt illa de qua tractant phyſici & philoſophi, qui multitudinem deorũ ſpernentes, unum deum ſemper confeſſi ſunt. hanc phyſicam theologiã

Zeno ſtoicus, Cleātes, Chryſippus, Cicero, & ſequaces eorum abun de expoſuerunt. per Iouem mundum, per Saturnum tempus, per Apollinem ſolem: per Iunonem aerem ſignificantes. hanc quo-que priorem extitiſſe inſinuant: ſed per poetas tractam fuiſſe ad cō-mentitios & fictos deos: & ad aniles fabulas: in quibus genera, cognationes, coniugia, & (quod deteſtabilius eſt) adulteria, inceſtus, & ſtupra, ac bella deorum ad ſimilitudinem imbecillitatis humanæ narrantur. Hæc autem (ut Cicero ſcripſit) & dicuntur, & creduntur ſtultiſſime, & plena ſunt futilitatis, ſummæq; leuitatis. neq; priſco-rum ſcriptis ſunt conſentanea. Conſtat namq; ex Herodoto & Dio doro ſiculo, priſcos deum ſine nomine & ſine ſimulacro coluiſſe uſ-q; ad tempora Cecropis primi athenienſium regis, qui Ioui primum immolauit. fertur etiam Prometheum ſtatuam dei ex luto primum feciſſe, uel ut Diodoro placet, Dedalum architectum & ſtatuarium ab ægyptiis edoctum ſimulacra idolorum primum induxiſſe. deo rum quoq; nomina partim a pelaſgis, partim ab ægyptiis accepta He rodotus docet. ſacrificia uero ab ægyptiis mutuata per Linum, Mu ſeum, Orpheum, Melampodem, Homerum, & Heſiodū, hymnis & uerſibus ædita fuiſſe. per quos etiam genealogia deorum eſt conſcrip ta. Sed phyſiologi has poetarū fabulas ad naturalem quandam ſigni ficationem trahentes cuiuſq; ſimulacri rationem, (ſi modo in rebus uaniſſimis ratio aliqua inueniri poteſt) afferre ſolent. cauſam cu-iuſq; picturæ & imaginis reddentes, cur ſcilicet priſci uaria & di-uerſa inſignia deorum ſimulacris attribuerint, cur Saturno falcem: Marti haſtam: Neptuno tridentem: Baccho thyrſum dederint. cur Herculi clauam: Apollini ſagittas: Pani cornua cōceſſerint. cur Mer curio pileum, & pennatas alas: cur Iano claues cōſignauerint: quod ultimum fortaſſe aliquid præfigurare potius quam ſignificare potu-iſſe uidetur Nā cū Ianus fuerit primus uel præcipuus latinorū deus, claues ſuperorum, & inferorum, orientis ſolis, & occidentis, ei a pri-ſcis attributæ ſi portendere & præſagire potuiſſent, romanum an-tiſtitem, claues regni cœlorum, atq; inferni a deo accepturum: qui-bus clauibus & poteſtatibus romani pontifices hac tempeſtate ſunt inſigniti. Et ſicut Ianus aperit cum clauibus annum, ſic romanus pontifex portas regni cœlorum prædeſtinatis aperit, & reprobis clau dit. Hunc in modum phyſiologi poetarū figmenta ad naturalē quā dam ſignificationem trahentes nonnullas ueri dei proprietates ſub Iouis ſimulacro uulgo exponere ſolēt, per Iouē nō ſignificātes homi nē Saturni filiū, ſed deū mundi rectorē: & primā rerū omniū cauſam

Sed contra hæc inſtare aliquis poſſet, quia his aduerſari uidetur cultus ipſorum gentilium: nam Iuppiter (etiam a philoſophis) coli non ſolet ſine cõtubernio Saturni patris Iunonis coniugis & mineruæ filiæ. quorum progeniẽ & genealogiam phyſiologi magnis libris uix explicare potuerunt. ergo per Iouẽ, quem colebant, non ſignificarunt deum mundi rectorem: ſed Saturni filium. Verum & hæc philoſophi atq; phyſiologi ad myſticum ſenſum traducentes, nomina deorum Saturnus, Iuppiter, Pan, Ianus, Iuno, Minerua, Ops, & reliqua non propria, ſed communia eſſe uoluerunt. etiam iuxta latinæ & græcæ linguæ proprietatem: dicentes Iouem dictum a iuuando: nam (ut Cicero inſinuat) Iuppiter quaſi iuuans pater interpretatur. qui a poetis pater diuũ hominumq; uocatur, Idem a græcis dicitur ζεὺς. quaſi uitam tribuens. idem ab arcadibus dicitur πᾶν. quaſi uniuerſorum deus. πᾶν enim totum & uniuerſum ſignificat. Idem a romanis uocatur Ianus, quaſi eanus: per Ianum cœlum ſignificantes: eo quod cœlum ſemper erat. Saturnus tempus ſignificat. ſic dictus quod ſaturetur annis. græce κρόνός uocatur: quod mutata littera χρόνος tempus ſignificat. Apollo quoq;, quod græcum eſt: teſte Cicerone, Solem ſignificat. Iuno aerem. Ops & tellus terram. Veſta ignem ſignificat. Minerua quia minatur. Venus quaſi ad omnes res ueniẽs interpretatur. Hercules ſolem ſiue illuminationem ſignificat: & duodecim eius labores duodecim ſignorum Zodiaci luſtrationem important. Vt enĩ Xenophon in tractatu de æquiuocis docet, hæc nomina Saturnus, Iuppiter, Hercules, Veſta, Rhea, uel Ops, nõ ſunt nomina propria, neq; uniuoca ſed æquiuoca. cuius uerba interpretata hæc ſunt. Saturni dicuntur familiarum nobiliũ regũ qui urbes condiderũt longæui ſenes. primogeniti eorum Ioues, & Iunones. Herules uero n[illegible]potes eorum fortiſſimi. parentes ſaturnorum cœlũ & ueſta. Vxores Saturnorũ rhea quæ ops, uel cybele, uel alma dicitur. quod ergo Saturni fuerint, tot erunt cœli, ueſtæ, rheæ, Ioues, Iunones, Hercules. Idem quoq;, qui uni populo eſt Hercules alteri poterit eſſe Iuppiter, nam Ninus qui chaldæis extitit Hercules, fuit aſſyriis Iuppiter. quibus oppidum paternũ metropolim & caput imperii ſtatuit. unde ipſum Ninum ideſt Iouem cognominauerunt: qui proprio nomine aſſyrius dicebatur, a quo aſſyrii dicti, & a cognomĩe Vrbs Ninus dicta. Hæc Xenophon. Sunt ergo hæc nomina æquiuoca. quin immo non ſolum ad homines uel ad deos referuntur, Verum etiam ad alias res naturales. nam ut ſtoici docent, & Marcus Varro, & Marcus Cicero teſtantur, Iuppiter nonnunquam pro mundo ponitur,

iuxta illud Iuppiter eſt quodcũq; uides. Vt etiam Herodotus libro primo ſcripſit perſæ non ut græci ſentiunt deos ex hominibus eſſe ortos. ſed æditiſſimis quibuſq; conſcenſis montibus Ioui hoſtias immolant, omnem gyrum cœli Iouem appellãtes. & Soli lunæq; ſacrificant. Aliquando etiam Iuppiter pro æthere ſumitur, & tunc Iuno quæ aerem ſignificat uocatur ſoror & coniunx Iouis. ſoror quia eiſdem ſeminibus & ex uno chaos cœlum & aer procreati ſunt. cõiunx Iouis dicitur quia aer ſubiectus eſt cœlo. nonnunquam etiam Iuppiter pro ſole ponitur. iuxta illud Ennii aſpice hoc ſublime candens: quem omnes inuocant Iouem. aliquando etiam pro luce ſumitur: iuxta illud faſtorum primo: & redit officio Iuppiter ipſe meo. Non nunquam etiam pro planeta beniuolo eiuſdem nominis ponitur. Suſcepit etiam communis hominum conſuetudo ut beneficiis excellẽtes, & heroica, uel diuina aliqua uirtute præditi Ioues appellentur. & eloquentes uel ſapientes mercurii. Sic enim athenienſium princeps Pericles appellatus fuit Iuppiter olympius. ſic etiam ut Lucas euãgeliſta in actis apoſtolorum ſcripſit, gentes, quæ erant in lyſtris ciuitate licaoniæ uocabant Barnabam Iouem, & Paulum Mercurium, quia dux uerbi erat. Manifeſtum eſt igitur ex prædictis æquiuocum eſſe hoc Iouis uocabulum: multa quoq; & uaria per eius ſimulacrũ ſignificari. magna eſt nanq; poetarum atq; pictorum licentia. quandoquidem non ſolum aras & templa, uerum etiam cœlum ipſum uariis deorum, & animalium ſimulacris atq; imaginum ſculpturis cælauerint. nonnunquam continens pro contento onophorum pro Baccho fingentes, multa etiam ad eruditionem uulgi per ſculpturas & picturas exponuntur, quæ uiris doctis non ſunt neceſſaria, neq; utilia. ſunt enim ſimulacra & imagines uel picturæ tanquam libri illorum, qui litteras neſciunt. nam & chriſtianæ religionis profeſſores per diuerſas imaginum picturas uarias Chriſti ſaluatoris proprietates, uel accidentia uulgo exponere ſolent: qui quando infantiam eius inſinuare uolunt, Ieſum puerum lactentem depingunt. quando paſſionem intimare cupiunt eundem crucis patibulo affigũt. quãdo maieſtatem eius ſignificare uolunt, ſedentẽ in throno excelſo depingunt. quia data eſt ei omnis poteſtas in cœlo, & in terra iuxta uiſionem Eſaiæ capitulo ſexto dicentis: uidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum: & plena erat domus maieſtate eius ſeraphin ſtabant ſuper illud: ſex alæ uni & ſex alæ alteri. Sic & quatuor euãgeliſtas ſub forma quatuor animalium alas habentium iuxta Ezechielis uiſionem depingere ſolent. Angelis uero humanam

formam

formam theologi tribuunt non quod homines ſint: ſed ut per talem
figuram ſignificent eos eſſe intellectuales creaturas. fingunt etiam ip
ſos forma iuuenili ut inſinuent nunquam eos ſeneſcere. & quia uo
cantur nuncii dei: pictorum licentia addidit eis alas ad celeritatem
ipſorum ſignificandam. quinimmo ut Dionyſius areopagita de cœ
leſti ſcribens hierarchia docet, priſca theologia ſanctorum ſpirituum
pennatos pedes effinxit: ut mobilitatem, celeritatem, curſumq; ſem
piterni motus ad diuina tendentis inſinuaret. quippe alis ſigna-
tur celeritas alta conſcendens: & cœleſtis uitæ curſus iter in anterio
ra ſemper ac celſiora conſternens. Sed & alarum leuitas in ſanctis an
gelis indicat quod terreni corporis ſarcina liberi, abſq; ulla ponderis
admixtione expediti ad ſuperiora ferantur. Quod autem pedes nu-
di atq; diſcalciati deſcribantur, ſignificat quod liberi, abſoluti, & ex-
pediti, ab omni labe puri ad diuinæ ſimplicitatis ſimilitudinem ten
dant. Sicq; de cæteris figuris, ſtatuis, atq; picturis, quibus eccleſia uti
conſueuit: ratio cuiuſq; picturæ atq; ſculpturæ afferri poſſet. non
quod huiuſcemodi ſimulacra adorari debeant: ſed per hiſtoriam pic
turæ quid ſit adorãdum addiſcitur. nam ut Gregorius inquit, quod
legentibus ſcriptura hoc idiotis cernentibus præſtat pictura. quia in
ipſa, litterarum ignari uident quid ſequi debeant. & in ea legunt
qui litteras neſciunt. ſed philoſophi qui picturis non indigent arca
na naturæ altius rimantes, nullum deo ſimulacrum fecerunt: neq;
eum loco circumſcripſerunt: ſed ubiq; eſſe diffiniuerunt. eſt enim
deus ubiq; per eſſentiam, per præſentiam, & per potentiam: & ut
uetus eſt philoſophorum adagium, eſt etiam deus in furno Heracli
ti: & ut Aratus inquit μεσταὶ δὲ διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί: πᾶ-
σαι δ᾽ ἀνθρώπων ἀγοραί μεστὴ δὲ θάλασσα καὶ λιμένες. Iouis
omnia plena. Neq; nomen aliqđ propriũ philoſophi deo indiderũt.
Nam cum ſolus ſit: nullo indiget nomine. ſed communi dumtax-
at uocabulo eum nuncupantes: alii primam cauſam, uel primum
motorem appellabant: alii datorem formarum: alii intellectum agẽ
tem: alii animam mundi, uel mundum ipſum, alii demogorgo-
nem, hoc eſt deum terribilem uocabant. alii alia nomina deo attri
buerunt pro diuerſitate regionum, in quibus colitur. quippe tot
ſunt dei nomina, quot lĩguæ hominũ. Hebræi multa deo nomina tri
buerunt iuxta uarias operationes ab eo procedẽtes. unicũ tamẽ qđ
ineffabile uocant, & diuinã eſſentiã repræſentare putãt quatuor litte
rarum cõbinatiõe ioth. he uau he effingũt hoc modo. יְהֹוָה Sumit
enĩ deus diuerſa nomina iuxta uarietatẽ ꝓprietatũ, aut operationũ

ab eo procedentium : cuius rei ſimilitudinē afferre poſſumus de ani ma : quæ cum unica ſit in homine,qua uiuit,intelligit,ſentit, moue tur,& uegetatur homo : ſumit tamen diuerſa nomina pro diuerſi-tate partium,quibus præeſt & præſidet:iuxta uarietatem operationē ab ea procedentium. nam inquantum præſens eſt cordi uocatur anima uitalis : quia uitam præſtat cæteris membris. & inquantum præſens eſt cerebro & organis ſenſuum:uocatur anima intellectiua, & ſenſitiua. & illa eadem anima inquantū præſens eſt epati & mem bris naturalibus uocatur anima uegetatiua. Sic deus ipſe omnipo-tens licet ſit unus & immutabilis : nullo indigens nomine : ſumit tamen diuerſa anima pro uariis omnipotentiæ ſuæ operationibus iuxta diuerſitatem regionum, quibus præeſt:& pro diuerſitate lin-guarum, ac prouinciarum, in quibus colitur. quamobrem diuer-ſas ſimulacrorum figuras & ſculpturas ei tribuerunt : quibus idio-tæ in cognitionem alicuius proprietatis dei uenire poſſent: quemad modum ſuperius de ſimulacro Iouis expoſuimus. ſed quia idola omnia ob peccata hominum a dæmonibus erant obſeſſa,& ipſorum oracula dæmonum erant reſponſa nihil de uero deo præfigurare po tuerunt. neq; figuræ,ſed umbræ potius dici debuerunt, neq; ipſo-rum ſimulacra aliquam ueri dei ſimilitudinem præ ſe ferre potue-runt. neq; nos ducere ualuerunt in notitiam ueri dei : niſi fortaſſe per accidens & contingenter per modum priuationis & contrarieta-tis : quemadmodum priuatio confert ad cognitionem habitus. ſi-cut umbra ſolis perducit nos in notitiam altitudinis ſolis. nonnun quam etiam unum contrarium iuuat ad cognitionem alterius con-trarii. ut enim Ariſtoteles docet,eadem eſt cōtrariorum diſciplina : & contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.neq; ſimul in eodē ſub iecto perſiſtere poſſunt : ſed mutuo ſe expellunt atq; interimunt & habitibus præſentibus in materia ceſſat motus atq; priuatio. quē admodum per ortum ſolis ſupra hemiſphærium noſtrum euaneſcit umbra noctis.& licet priuatio nihil ſit, tamen confert ad cognitio-nem ſui habitus : nam formæ excellentiores quæ non habent con-trarium ſicut deus & lumen, tunc maxime deſiderantur a nobis quando priuamur eis. quamobrem per aduentū ueri luminis deleri debuit omnis idolatria, & ſimulacrorum umbra. ipſo quoq; paſſio nis Chriſti die omnia gentilium deorum oracula ceſſare, necnon & dii ipſi extingui debuerunt. quod primum ſingulatim de quatuor magnis & præcipuis gentium diis, ac deinceps de omnibus generali ter oſtendere aggrediemur.

℄ Secunda pars huius libri oſtendit quod ipſo paſſionis Chriſti die extincti ſunt quatuor præcipui gentium dii uidelicet Pan: Am-mon: Ianus: & Iuppiter: nam & ſi maxima fuit deorum multitudo tamen quatuor prædicti (appellati magni) præcipuo cultu a gentibus obſeruabãtur quos eodẽ paſſionis die extinctos fuiſſe mõſtrabimus. quemadmodum ſingulatim de ſingulis nunc declarare aggrediemur ab antiquiſſimo deorum Pane initium facientes.

℄ Caput primum oſtendit interitũ dei Panos per Chriſti paſſionẽ.

Vigeſimum ſextum tripodẽ ſiue aram tenebat deus Pan uetuſtiſſimus omnium deorum, qui non ſolum Iouem tempore anteceſſit, uerũ etiam cultores eius arcades Ioue priores fuiſſe perhibentur, immo prop-ter antiquitatem προσεληναέοι. hoc eſt ante lunares uocantur: iuxta illud faſtorum primo ante Iouem genitum terras habuiſſe feruntur arcades: & luna gens prior illa fuit. hi deum mundi rectorem Pana uocabant. πᾶν enim totum ſiue mundum uel uniuerſum ſignificat. quaſi omnium & uniuerſorum deum deſi-gnãtes. Hinc eſt quod mythici fabulantur Pana fuiſſe primum Dæmogorgonis hoc eſt dei terribilis filium ex prima obſcuri turgentis chaos diſcuſſione genitum: quem propter eximiam eius ſapientiam Dæmogorgon domui ſuæ, hoc eſt orbi pręfecit: & tres parcas eodem partu ędiotas pediſſequas ei conceſſit. Vnde & hunc deum naturam eſſe dicunt: qua omnia generantur & corrumpuntur: de quo Macrobius ſic ſcripſit, hunc deum arcades colunt appellantes τὸν τῆς ὕλης κύριον. non ſyluarum dominum, ſed uniuerſæ ſubſtantiæ materialis dominatorem ſignificari uolentes. Herodotus quoq; in Euterpe ſic de pane ſcripſit. Apud ægyptios Pan uetuſtiſſimus eſt deo-rum etiam ex octo diis: qui primi dicuntur. hunc autem mortuum refert Plutarchus in libro de deficientibus oraculis tempore Ti-berii imperatoris: ſub quo Chriſtum ſaluatorem crucifixum fu-iſſe conſtat. ſcribit enim ſub idem tempus æditam fuiſſe uocem e paxis ex ſolitudine deſertorum ſcopulorum ad Thamum nauis gubernatorem: ut nunciaret apud palodes magnum Pana mortuum eſſe: quo nunciato ſtatim maximum planctum & eiulatum audi-tum fuiſſe. quæ ut magis pateant: uerba Plutarchi interpretata ſubnectemus: qui in perſona Philippi ſic inquit. de morte uero dæ-monum audiui ego ab Aemiliano rhetore uiro prudente ſimul atq;

modeſto quem aliqui ex uobis differentem audiuiſtis : cuius pater Epitherſes nomine in italiam quandoq; nauigaturus nauim traiecti cias pecunias mercatoreſq; multos ferentem conſcendit. ad ueſpe/ram uero circa echinadas inſulas cecidiſſe uentum, nauimq; prope paxas delatam conſtitiſſe. Porro uigilantibus plurimis multis etiam a cœna bibentibus repente uocem auditam ex paxis Thamum quẽ dam nominatim inclamantem, uſq; adeo ut mirarentur omnes. Erat autem Thamus uir ægyptius & ipſius nauis gubernator : neq; multis (ex his qui aderant) nomine cognitus. Semel igitur atq; ite/rum uocatum ſiluiſſe : tertio reſpondiſſe : quiſquis erat extentio/re uoce dixiſſe, cum perueneris ad palodes nunciabis uerba hæc. Pan magnus mortuus eſt. hæc cum audiſſent narrabat epitherſes obſtupuiſſe omnes, conſultaſſeq; inter ſe, an obtemperandum, an contra negligendum quod imperaretur : ita conſtituiſſe Thamum ſi ſecundi flarent uenti prꝍternauigandum ſilentio : ſin tranquilli/tas eſſet, cum ad locum deueniſſent prodendum eſſe quod audiſ/ſent. Cum igitur ad palodes uentum eſt & nauis nec aura uehi, nec fluctibus poſſet, proſpicientem in terram Thamum e prora pronun ciaſſe quæ accepiſſet : hoc eſt. Pan magnus mortuus eſt. quæ uerba uix ædita ululatu ingenti non uniuſmodi ſed multorum miracu/lo quodam excepta gementium ſimulq; admirantium. quæ res ut/pote multis præſentibus geſta celeriter Romam allata diſſeminata/q; eſt. totamq; urbem rumor compleuerat. Thamum uero ipſum a Tiberio Cæſare, qui tunc gubernacula rei pnblicæ gerebat accerſi tum : adeoq; adhibuiſſe fidem facto Tiberium : ut ſciſcitaretur & quæreret de Pane quemnam deum intelligi oporteret. coniectaſſe autem conſultos ab eo frequenter philoſophos eum eſſe, qui ex Mercurio & Penelope natus eſſet. Cum hæc Philippus dixiſſet, nonnulli eorum qui aderant eadem ipſa ab Aemiliano ſene audiſ/ſe teſtabantur. hæc Plutarchus. quæ licet referri poſſint ad ſpiritus malignos, quos dominus ſaluator noſter cum hominibus conuerſa/tus expulit a mentibus & præcordiis hominum : tamen quia phi/loſophi per magnum deum Pana ſignificauerant deum uerum mũ/di rectorem : uel ipſam prouidentiam & ſapientiam diuinam, per quam mundus gubernatur : non abſurde hæc de Chriſto dei filio ſub idem tempus mortuo exponi fortaſſe poſſent : qui cum ſit ſa/pientia patris, paſtorem ſe & Pana atq; ouium cuſtodem nuncupari uoluit. Cui etiam alludere uidetur quod iuniores mythici & poetæ quos Tiberius conſuluit finxerint hũc Pana natũ eſſe ex Mercurio

& Penelope: quibus a græcis ſapientiæ epitheton maxime tribui ſolet:quippe Mercurius iuxta poetas & aſtrologos omnis ſapientiæ omnium q; occultiſſimarum doctrinarum inuentor atq; interpres ha betur. Homerus quoq; in odiſſea Penelopi ſapientiæ epitheton at tribuit ſic de ea ſcribens.filia Icari ualde ſapiens Penelope: quæ cũ eorundem poetarum teſtimonio etiam centum procis ſollicitata ca ſtiſſima ſemper extitit: nihil ex ea & Mercurio naſci potuit pręter ipſam ſapiẽtiam nam & priſci philoſophi Heſiodus,Anaxagoras & alii complures mundum ex obſcuro turgente chaos factum dixerũt per ſapientiam,& intellectum diuinum. unde & Pana primum dei filium eſſe putarunt. Ad hæc etiam accedit quod nonnulli ſcripſerũt hanc uocem auditam fuiſſe e paxis ea nocte quæ ſecuta eſt dominicę paſſionis diẽ. Videtur etiam Plutarchus innuere planctum hunc & eiulatum factum fuiſſe non a dæmonibus malis ut Euſebius inſinu at: ſed a bonis,quos priſci genios uel lares uel manes uocabant: iu niores angelos hoc eſt nuncios uel corporis cuſtodes nominabant. comparantes eos lucernæ ardenti. nam ſtatim poſt quam Philippum de magno Pane diſſerentem audiuerant,inducit Demetrium dicen tem tales etiam manes & umbras ſiue ſpiritus eſſe in inſulis oceani magni ultra Britanniam: ad quas adiutorio regis Britanniæ ipſe nauigauerat. qui donec uiuant nulli nocent: ſed dum moriuntur, aerem tempeſtatibus implent. comparans eos lucernæ ardenti. ſi cut enim lucerna dum lucet nemini nocet: extincta uero multis: ſic hos ſpiritus propitios eſſe aſſerunt incolæ dum uiuunt,ſed dum mo riuntur aerem tempeſtate repleri. de his ſpiritibus ultra Noruegi am,thyle,& grunlãdiam reſidentibus, multa miranda a nautis fide dignis in patria referri aliquando audiuimus. Scribit etiam de his Petrus de abbano: quem conciliatorem uocant: quæ cum noſtro propoſito parum conducant prætereunda ſilentio putauimus. Et licet apud euangeliſtas non legatur angelos planxiſſe aut eiulaſſe in morte Chriſti: tamen hoc facile ex eiſdem elici poteſt: qui ſcribũt angelos gauiſos magnaq; lętitia affectos fuiſſe in Chriſti natiuita te himnum quoq;, quem ob hoc angelicum uocant, gloria in ex celſis deo ceciniſſe. Ergo & per contrarium ueriſimile eſt eoſdem magnum planctum & eiulatum in Chriſti morte ædidiſſe. iuxta illud Eſaiæ.33.angeli pacis amare flebunt. Nec obſtat q; Plutarchus hunc deũ Pana uocet dæmonẽ.aliud enĩ hæc dictio dæmõ apud græ cos & aliud apud latinos ſignificat.nam quos græci dæmones uocant latine ſcientes, uel fœlices dicere poſſumus. Vnde & ſumma fœ

licitas ab Ariſtotele,aliiſq; philoſophis eudæmonia appellatur. quip
pe Homerus & priſci græci deos omnes & Iouem ipſum dæmones
uocant. Apollo etiam ſeipſum dæmonem appellauit. ſed noſtræ reli
gionis profeſſores dæmones nuncupant ſpiritus a deo in prima mun/
di conſtitutione creatos : qui ob demerita e cœlo præcipitati,partim
in terræ infimo,partim in aere , partim in aqua ueluti in carcere ſibi
congruo damnati arcentur : quos ab actu calumniandi humanum
genus græci diabolos ideſt criminatores uocant. Sed quia ſuperius ge
neraliter oſtendimus, & poſtea particulariter monſtrabimus,omnes
uel præcipuos gentiũ deos,hoc eſt dæmones extinctos fuiſſe ipſo die
paſſionis Chriſti: ueriſimile eſt hanc uocem æditam fuiſſe de morte
magni dæmonis quem Pana uocabant . Erat enim phaſe hebræorũ
figura tranſitus Chriſti & ſicut deus omnipotens in primo phaſe
hoc eſt in exitu iſrael de ægypto ipſo die plenilunii primi menſis cõ
triuit omnia idola ægyptiorum: ſic etiam in ſecũdo phaſe,quod per
primum fuit figuratum ipſo die plenilunii primi menſis,quo Chri/
ſtum crucifixum diximus diſſipauit & cõtriuit omnes deos gentium
quemadmodum & poſtea de Ammone : Iano: & Ioue declarabimus
fuit autem hoc plenilunium primi menſis in anno paſſionis Chriſti
die trigeſima Martii: ut ſuperius probatum fuit. ergo dies illa maxi/
me congruere uidetur dominicæ paſſioni : quod fuit probandum .
utcunq; dicatur hoc ſaltẽ ex Plutarcho elicere poſſumus ꝙ magnus
ille , & antiquiſſimus deorum Pan mortuus fuit tempore ĩperii Ti/
berii Cæſaris ſub quo Chriſtum ſaluatorem crucifixum conſtat .
nunc ſupereſt ut & reliquos famoſos gentium deos ipſo paſſionis
Chriſti die extinctos fuiſſe probemus,ab Ammone ægyptiorum dæ
mone cæteris diis antiquiore,ſequens capitulum incipientes.

¶ Caput ſecundũ , uigeſimũ ſeptimũ uiſionis oraculum examinat:
diemq; paſſionis chriſti ſuperius inuentum confirmat per ſacrificia
eodem die ab ægyptiis deo ſuo Ammoni oblata . erat enim feſtum
Ammonis ægyptiorum dei : & in eodem die idolatria Ammoni ex/
hiberi ſolita per Chriſti paſſionem deleta ceſſauit.

VIgeſimam ſeptimam aram occupauerat Ammon cor/
nutus ægyptiorum deus arietina,uilloſa pelle indu/
tus. in cuius opprobrii abolitionem & idolatriæ dete
ſtationem, Moſes ipſe legiſlator immolationem agni
paſchalis inſtituit quemadmodum exodi octauo uide

re licet ubi de Pharaone a malo propoſito & obſtinato animo reſipiſcente ſic ſcripſit. Vocauit Pharao Moſen & Aaron:& ait eis : Ite & ſacrificate deo ueſtro in terra hac . & ait Moſes non poteſt ita fieri : abominationes enim ægyptiorum immolabimus domino deo noſtro : quod ſi mactauerimus ea , quę colunt ęgyptii coram eis, lapidibus nos obruent. uiam trium dierum pergemus in ſolitudinem & ſacrificabimus domino deo noſtro : ſicut præcepit nobis. Ecce palam dicit ſe mactaturum & immolaturum in paſcha deos ægyptiorũ conſtat nanq; ægyptios coluiſſe deum Ammonem ſub forma & figura arietis . & ergo non immolabant ouem : ſed tanquam ſacram uenerabantur : quamobrem Moſes legiſlator : immo deus ipſe omnipotens in exitu iſrael de ægypto , & poſtea in paſcha quotannis agnum immaculatum anniculum maſculum immolari præcepit in deteſtationem huius idolatriæ ægyptiorum qui Ammonem ſub forma & imagine agni maſculi uel arietis colebant . perhibent etiam doctores regem Pharaonem Moſi pueri uenuſtatem admiratum , impoſuiſſe capiti eius coronam ſuam . in cuius fronte gemma erat precioſiſſima que uocatur Ammonis cornu uel ammochryſus in qua dei ipſius imago naturaliter ſculpta fuit . quam puer impetu animi commotus : proiiciens in terram fregit,non ſolum coronam uerum etiam gemmam & Ammonis imaginem in ea ſculptam . in præſagium idolatriæ Ammonis per eum tandem (Chriſto Ieſu interueniente)delendę . de hac gemma narrant qui de mirabilibus mundi ſcripſerunt : reperiri eam duntaxat in æthiopia ſupra ægyptum . rariſſimam quidem,& ob hoc ſolis regibus deputatam : in qua Ammonis dei imago cum facie & cornibus arietinis naturaliter inſculpta repræſentatur . quę cum aurei ſit coloris,ammochryſus uocatur . hac gemma coronam pharaonis inſignitam ferunt.conſuetudo enim regum erat nomen dei in fronte geſtare.quamobrem & ſũmus iudæoꝝ pontifex nomen dei ineffabile tetragammaton qđ eſt יהוה ĩ mitra capitis inſcriptũ portare ſolebat.huius dei Ammonis cultꝰ originẽ & idolatriæ rationẽ alii ĩ alias cauſas reducere conantur . omnes tamen in hoc conueniunt. quod deus in forma arietis aliquãdo apparuit ĩ deſerto arenoſo libyę.unde & Ammõ nũcupatus eſt.nã ãmos græce arenã ſignificat.licet de tẽpore & modo apparitionis inuicẽ diſcrepẽt ſicut in cõmentitiis fabulis fieri ſolet.quippe alii huius cultus originẽ reducunt in libeꝝ patrẽ:alii in Herculẽ:alii in Iouẽ in ægyptũ fugientẽ.primi perhibent ꝙ liber pater poſt indiã ſubiugatã ĩgreſſus Aphricã cũ exercitũ ꝑ deſertũ libyæ arenoſũ duce

ret maxima ſiti laborauit: quãobrẽ Iouẽ patrẽ rogauit ut exercitui ſuccurreret & aquã mõſtraret: qui ſtatĩ ſub forma arietis apparẽs præ cucurrit ad fontẽ quẽ exercitus quaſi prædam ſubſecutus a diſcrimi ne ſitis liberatus fuit. quamobrem eo in loco aram & templum Io ui Ammoni conſecrauit. & arietem memoriæ cauſa inter ſydera col locauit: ita ut cum ſol in eius foret ſigno omnia naſcentia recrearen tur: ſicut illius fuga per aquam inuentam liber pater recreauit exerci tum. huius templi meminit Lucanus libro nono ubi Catonis iter per libyam deſcribens dicit. Ventum erat ad templum libycis quod gentibus unũ inculti garamantes habent: ſtat corniger Ammon Iup piter: ut memorant: ſed non aut fulmina uibrans: aut ſimilis noſtro: ſed tortis cornibus Ammon. hoc templum centum habuiſſe aras per hibet Vergilius. unde & epigrammaticus dixit. diſſimuletq; deum cornibus ara frequens. huius fontis aquam in die rigere: in nocte fer uere ſcribit Herodotus in melpomene & uocatur fons ſolis. idem di cit Plinius & Quintus Curtius. cuius etiam meminit Ouidius libro quintodecimo metamorphoſeos dicẽs. Medio tua corniger Ammõ unda die gelida eſt: ortuq; obituq; caleſcit. ¶ Alii aliam huius ſimu lacri fabulam adducũt dicentes Ammonem quendam magnam pe corum multitudinem ad liberum patrem adduxiſſe: quamobrẽ agrũ contra Thebas ægyptias collocatum illi dono dedit: & in rei memo riam ſimulacrum capite Arietino cornuto inſtituit. ſed ægyptii his fabulis græcorum non conſentiẽtes: dicunt Ammonem deum ſuum per multa annorum milia anteceſſiſſe liberum patrẽ & Iouem olym pium: quamobrem Herodotus in euterpe aliam huius cultus & idolatriæ cauſã reddit ſic ſcribens: ægyptii qui Iouis thebani templũ incolunt: aut quibus thebani ritus ſunt, hi omnes ab ouibus ſe abſti nentes capras immolant: eamq; legem ideo ſibi conditam eſſe q cum Hercules flagraret deſiderio uidendi deum & deus ab eo cerni nol leti tandem exoratus id commẽtus ſit ut amputato arieti capite pel leq; uilloſa illi detracta, induta ſibi, ita ſeſe Herculi oſtenderet: & ob id ægyptios inſtituiſſe Iouis ſimulacrum arietina facie, & ab ægyptiis ammonios hoc accepiſſe & ob id Ammonios cognominatos q ęgyp tii Iouem, Ammonem appellent. ob hãc rem arietes non mactantur a thebanis ſed eis ſacroſancti ſunt. certo tamen die quotannis in feſ to Iouis unum demum arietem amputant: cuius pellem detractam hunc in modum Iouis ſimulacro induũt. Herculem hunc dicit fuiſ ſe nõ Amphitrionis filium: ſed uetuſtiſſimum ægyptiorum deum: a quo uſq; Amaſim regem: qui fuit tempore Cyri primi regis perſa rum:

rum:computant ægyptii decem & ſeptem milia annorum. ℂ Idem
repetit libro quarto:qui melpomene dicitur ſic ſcribens. a thebis iti
nere dierum decem Ammonii ſunt, habentes templum ad thebani
Iouis effigiem. etenim thebis aſpectu arietino Iouis ſimulacrũ eſt.
ℂ Hæc fabuloſa eſſe conſtat:nunquam enim deus ſub forma arietis
apparuit:ſed per ea mythici ſignificare uoluerunt deum uel diuinam
eſſentiam ab humano intellectu comprehendi non poſſe: niſi ſub
enigmate,& uelamine:uel ut philoſophi dicunt a poſteriori: hoc eſt
per effectus ab eo productos: quamobrem deus dixerat Moſi:non
poteris uidere faciem meam hoc eſt non poteris cognoſcere me per
demonſtrationem a priori.ſed uidebis poſteriora mea. ℂ Alii aliam
huius idolatrię cauſam fuiſſe fabulantur: nã cum Typhoeus titanis
filius Ioui bellum intulliſſet,neque Iuppiter potentiæ eius reſiſtere
poſſet, una cum cæteris diis aufugit in ægyptum: quo perueniente
& perſequente eos Typhoeo,cum manus eius euadere nõ ualerent
in diuerſas animalium formas mutati ſunt. uidelicet Iuppiter in
arietem: Iuno in candidam uaccam: ſol in coruum: luna in fe-
lem: Venus in piſcem: Mercurius in ibim: Bacchus in caprum:
Pan in capricornum. hac de cauſa ægyptios Iouem, quem Ammo
nem uocant, ſub forma arietis coluiſſe autumant. De his Ouidius
ſic ſcribit. Emiſſumq; ima de ſede thyphoea terræ cœlitibus feciſſe
metum, cunctisq; dediſſe terga fugæ,donec feſſos ægyptia tellus ce
perat: & ſeptem diſcretus in oſtia nilus. huc quoq; terrigenam ue-
niſſe typhoea narrat. & ſe mentitis ſuperos cælaſſe figuris.duxq; grę
gis dixit fit Iuppiter inde recuruis: nunc quoq; formatus libycus
cum cornibus Ammon, Delius in coruo proles ſemeleia capro: fe
le ſoror phœbi: niuea ſaturnia uacca: piſce uenus latuit. Cylle-
nius ibidis alis. &c. hac de cauſa Iuppiter, arietem (cuius formam
induerat) inter ſydera collocauit: ut ſol eum illuſtaret eodem anni
tempore quo hæc acta fuerunt. Sic mythici fabulantur: ſed phyſio
logi ad myſticum ſenſum hæc tranſferentes multas & uarias tropo-
logicas rationes fabulæ aſſignant: diuinas quaſdam conditiones arie
ti tribuentes: quamobrem & primum Zodiaci ſignum & cinguli ca
put ipſum conſtituerunt: & in eo Solem exaltari uoluerunt: Sed
his poſthabitis ſatis eſt in præſentia oſtendiſſe ægyptios coluiſſe Io-
uem quem Ammonem uocant ſub forma & figura arietis: eo præ-
cipuo tempore, quo ſol arietis ſignum illuſtrare ſolet, luna lumine
plena exiſtente. & quod in deteſtationem huius idolatrię Moſes le-
giſlator immo deus ipſe immolationem agni paſchalis inſtituit: per

quam, typice immolationem Chriſti in cruce præfigurauit. quia per eam Chriſtus deleturus erat hanc idolatriam Ammoni exhiberi ſolitam. ad quod myſtice referri poſſet quod apud euangeliſtas legi tur: erat Ieſus eiiciens dæmonium: & illud erat mutum: quia ægyp tii dæmonium hoc ſub ſpecie muti animalis colebant. erant quip/ pe cuncta paſſionis myſteria ſub figuris typice præordinata antequã fierent. quinimmo ut Petrus apoſtolus in prima eius epiſtola dixit agnus (qui Chriſtum præfigurauit: cuius ſanguine redempti ſu/ mus) ante mundi conſtitutioné præordinatus fuit: licet nouiſſimis téporibus ſit manifeſtatus, propter utilitaté noſtrã. cõgruit ergo my/ ſterio diuino & figuræ paſſionis Chriſti ac redẽptionis humani ge ne ris conſentaneum fuit, ut Chriſtus ſaluator (qui per immolatio/ nem eius in cruce deleturus erat hunc cultum ammonis & abomi/ nationes ægyptiorũ) crucifigeretur eodem die, quo ægyptii Ammo ni ſacra facientes, feſtum eius ſolemniter obſeruabant. quod fuit die trigeſimo martii: in quo fuiſſe conſtat plenilunium: ſub quo Chriſtum crucifixum diximus. ægyptii nanq;, ut docet Herodo/ tus in euterpe plenilunii die ſacra faciebant quinimmo poſtea oſten demus omnia plenilunia Ioui atq; Ammoni conſecrata fuiſſe: ma/ xime plenilunium primi menſis: quod apud ægyptos celeberrimum extitit: in quo Ammonem deum ſuum nouam pellem uilloſam ex ariete recenter detractam induere ſolent. Manifeſtum eſt igitur ex prædictis diem trigeſimum martii maxime congruere dominicæ paſſioni: quod & nunc per ſequens oraculum declarare aggrediemur.

¶ Caput tertium, uigeſimum octauum uiſionis oraculum exami/ nat. diemq; paſſionis ſuperius inuentum confirmat per ſacrificia eo dem die Iano primo latinorum deo exhibita. erat enim dies ille fe ſtum iani: & eodem die idolatria Iano exhiberi ſolita extincta fuit.

PRimus ac præcipuus latinorum & romanorum deus fuit Ianus: hunc Italiæ regem fuiſſe aſſerunt: & Sa/ turnum profugum a Ioue filio e regno pulſum hoſpi tio recepiſſe: ſacraq; deo primum inſtituiſſe: & tem/ pla conſtruxiſſe: ritus ac cerimonias ſacrorum italos primum docuiſſe: diuinoſq; honores ob merita ei eſſe decretos: & introitus hoc eſt ianuas, ac exitus ædium eidem conſecratos. quip/ pe aſſerunt regnante Iano omnium domos religione & ſanctitate fuiſſe munitas hunc phyſici atq; phyſiologi qui abdita & arcana

rerum altius perſcrutantur, magnis conſecrarunt diuinitatis argumẽ-
tis: neq; Ianum hominem, ſed deum ſignificare dixerunt: alii Ia-
num ſolem, alii mundum, alii cœlum eſſe putarunt. unde & Cicero
non Ianum, ſed eanum ipſum nominat. quod cœlum ſemper eat.
alii quaſi hianum ab hiatu (quod græci chaos uocant) detracta aſpira
tione Ianum dictum putant. Marcus uero meſſala per Ianum de-
um mundi rectorem ſignificari uoluit. ſic de Iano teſte Macrobio
ſcribens. qui cuncta fingit, eademq; regit, aquæ terræq; uim ac natu
ram grauem, atq; pronam in profundum dilabentem ignis, atq; ani-
mæ leuem in immenſum ſublime fugientem copulauit: circundato
cœlo: quæ uis cœli maxima duas uires diſpares colligauit: in ſacriſ-
q; inuocamus ianum geminum, ianum patrem, ianum iunonium, ia
num conſiuium, ianum quirinum, ianum patultium & cluſiuiũ. hũc
geminum uocabant quia utriq; ianuæ cœleſti præſideat. nam exori-
ens lux diem aperit: occidens claudit. & ideo cum claui & uirga pin
gitur & figuratur: quaſi omnium portarum & ianuarum cuſtos &
rector uiarum. Quod autem bifrons dicatur: & gemina facie figure
tur: ad dei prouidentiam proculdubio referendum putabant ut, quę
ante, quæq; poſt tergum ſunt intueatur: & qui præterita noſcat: &
futura omnia proſpiciat: finem cuiuſq; rei principio tanquam in cir
culo continuans: & tempus ac motum cœli perpetuum reddens. eun
dem & patrem uocabant: quaſi deorum deum: Iunonium quaſi non
ſolum menſis ianuarii: ſed omnium menſium ingreſſus tenentem
in ditione autem iunonis erant omnes calendæ. unde & Varro ſcri
pſit Iano duodecim aras pro totidem menſibus dedicatas. Conſiui
um uocabant a conſerendo: id eſt a propagine humani generis: quã
a Iano autore conſeri dixerunt. Quirinum quaſi bellorum potentẽ
uocabant. Patultium & Cluſiuium: quia bello portæ eius patebãt
pace claudebantur. in antiquiſſimis quoq; ſaliorum carminibus
deus deorum canebatur. Hæc ex Macrobio. eadem fere ex Oui-
dio ſumi poſſunt: qui primo faſtorum libro dæmonis huius na-
turam & proprietatem luculenter deſcribens inſinuat philoſophos
romanos per Ianum idem ſignificaſſe: quod Arcades per deum Pa-
na. uidelicet mundum ipſum ex informi & tenebroſo chaos geni-
tum: uel potius mundi autorem atq; rectorem: quæ ut magis pate
ant inſeremus hic poetæ uerſus de Iano & feſto eius conſcriptos.
ſic enim cecinit. Salue feſta dies: meliorq; reuerrere ſemper. A po-
pulo rerum digna potente coli. Quem tamen eſſe deum dicam te
Iane biformis? Nam tibi par nullum græcia numen habet. Aede

ſimul cauſam cur de cœleſtibus unus: Sitq; quod a tergo:ſitq; quod ante uides. Hæc ego cum ſumptis agitarem mente tabellis: Luci/dior uiſa eſt quam fuit ante domus. Tum ſacer ancipiti mirandus imagine Ianus, Bina repente oculis obtulit ora meis. Extimui:ſenſiq; metu riguiſſe capillos. Et gelidum ſubito frigore pectus erat. Ille tenens baculũ dextra, clauemq; ſiniſtra, Aedidit hos nobis ore priore ſonos. Diſce metu poſito uates operoſe dierum, Quod petis: & uoces percipe mente meas. Me chaos antiqui (nam ſum res priſca) uocabant. Aſpice quam longi temporis acta canam. Luci/dus hic aer: & quæ tria corpora reſtant, Ignis aqua & tellus unus aceruus erant. Vt ſemel hæc rerum ſeceſſit lite ſuarum, Inque nouas abiit maſſa ſoluta domos. Altum flamma petit: propior locus aera cæpit: Sederunt medio terra fretumq; loco. Tunc ego. qui fueram globus: & ſine imagine moles, In faciem redii membra q; digna deo. Nunc quoq; confuſæ quoniam nota parua figurę eſt Ante quod eſt in me poſtq; uidetur idem. Accipe quæſitæ quæ cauſa ſit altera formæ, Hanc ſimul ut noris officiumq; meum. Quic/quid ubiq; uides cœlum, mare, nubila, terras, Omnia ſunt noſtra clauſa, patentq; manu. Me penes eſt unum uaſti cuſtodia mundi, Et ius uertendi cardinis omne meum eſt. Præſideo foribus cœli cũ mitibus horis, Et redit officio Iuppiter ipſe meo. Inde uocor Ianus. & reliqua. Ex quibus perſpicuum eſt priſcos romanos per Ia/num ſignificaſſe deum mundi rectorem, attribuentes ei omnes con/ditiones & epitheta ueri dei. unde & beatus Auguſtinus libro ſepti/mo de Ciuitate dei præcipuos gentium deos, & quos uarro ſelectos uocat, enumerans Ianum ante omnes tanquam primum, & ante Iouem nominat. fuerunt tamen nonnulli (ut idem teſtatur) dicentes Ianum a Ioue differre quantum principium a cauſa, appellantes uĩ primordiorũ Ianũ, & uim cauſarum, uel cauſatiuam & effectiuam Iouem. utcunq; dicatur, conſtat per Chriſti ſaluatoris aduentũ, paſ/ſionem, & mortem extinctum eſſe Ianum una cum Ioue, & ſub idẽ tempus, quo Chriſtus crucifixus fuit, ceſſaſſe uel ceſſare cœpiſſe omnia ſacrificia Iano & Ioui exhiberi ſolita, quemadmodum & ſequenti libro probabimus. Patet etiam conſideranti euangelia, Chriſtum ſaluatorem omnia hæc epitheta Iano mendaciter & falſo attributa ſibiipſi aſſumpſiſſe, & appropriaſſe, qui ſe non modo Ianum, ſed ia/nuam ſæpenumero methaphorice appellauit. unde Ioannis decimo dixit ego ſum ianua, per me ſi quis introierit, ſaluabitur, & ingredietur, quaſi dicat reſipiſcite ab errore ueſtro, qui Ianum colitis, quia

ego ſum deus ille,quem romani foribus & Ianuis,hoc eſt principio
cuiuſq; rei præeſſe uoluerunt. Vnde Ioannis octauo interrogãtibus
iudæis tu qui es?dixit eis Ieſus,principium,qui & loquor uobis . Si-
militer ἀγυιεὺς. hoc eſt uiarum rector uocari poteſt,quinetiam uiam
ſeipſum appellat.unde Ioánis quartodecimo.Ego ſum uia,ueritas,
& uita . Et Ioannis octauo ego ſum lux mundi,qui ſequitur me nõ
ambulat in tenebris,ſed ipſe habebit lumen uitæ,quaſi dicat,ego ſũ
ille quem romani & gentes præfigurabãt per Ianum,quem uiis præ
eſſe uoluerunt . Sic & geminum eum appellare poſſumus,tenuit nã
q; binas ſuperorum & inferorum:hoc eſt cœli & inferni claues . un-
de apocalypſis primo:habeo claues mortis,& inferni,ipſe enĩ eſt qui
habet clauẽ Dauid,ipſe aperit & nemo claudit,ipſe claudit & nemo
aperit. apocalypſis tertio Petro quoq; dixit , tibi dabo claues regni
cœloꝝ.Similiter & bifrontẽ, & poſt terga uidentẽ nũcupare poſſu-
mus. nã & apocalypſis primo & ultimo de ſeipſo dicit.ego ſum pri
mus & nouiſſimus.ob hoc enĩ priſci Ianũ gemina facie figurabãt eti
am poſt terga reſpicientẽ ut ſignificarẽt deum unico obtutu principi
um,& finem cuiuſq; rei proſpicere,omnia præterita,atq; futura tan-
quam præſentia intueri. dixit ergo Ieſus ego ſum alpha & .ω. princi
pium & finis,quaſi dicat,ego ſum ille,quem romani & gentes per Ia
num brifrontem,per Ianum geminum ſignificare, & pręfigurare uo
luerunt . Sic & Iunonium eum uocare poſſumus,quia non uni dũ-
taxat menſi,ſed omnibus calendis præeſt,& ante tempora exiſtẽs to-
tius temporis autor fuit . quamobrem iudæis dixit antequam Abra
ham fieret ego ſum.qui eſt:& qui erat:& qui uenturus eſt omnipotẽs
Similiter & conſiuium:hoc eſt humani generis propagatorem appel
lare poſſumus . quinimmo ſe ipſum ſic nominare uidetur Ioannis
quintodecimo ſic inquiens.ego ſum uitis,hoc eſt propago humanæ
ſalutis , cuius uos eſtis palmites.Similiter Ioannis ſexto ego ſum pa
nis uiuus ,qui de cœlo deſcendi . ſi quis manducauerit ex hoc pane,
uiuet in æternum . Et rurſum ego ſum panis uitæ, qui uenit ad me
non eſuriet,& qui credit in me non ſitiet in ęternum . Similiter Io-
annis quarto,qui biberit ex aqua , quem ego dabo ei fiet in eo fons
aquæ ſalientis in uitam æternam . Et rurſus caro mea uere eſt cibus
& ſanguis meus uere eſt potus : qui manducat meam carnem & bi-
bit meum ſanguinem habet uitam æternam, & ego reſuſcitabo eum
in nouiſſimo die.Poſſent & alia multa ex euangelica doctrina dedu-
ci, quibus conſtaret Chriſtum fuiſſe propaginem humanæ ſalutis .
et epithetum hoc conſiuium,quod romani Iano attribuerunt , iure

optimo ſoli Chriſto conuenire. Sed quorſum hæc de Iano repetita Voluit Chriſtus naſci Iano ab Auguſto clauſo,& templo pacis aperto, quemadmodum prophetarum & ſibyllarum oraculis conſentaneum fuit. uoluit etiã crucifigi in feſto Iani eo ſcilicet die, quo agnus immaculatus multis cerimoniis Iano immolari ſolebat. Sic enim ſacroſanctæ crucis myſteriis conuenire uidetur. quia gratia Chriſti communicanda erat non ſolum iudæis, ſed & romanis ac gentibus romanorum ditioni ſubiectis. & quemadmodum ueteris legis figuræ ac prophetarum uaticiniis congruebat Chriſtum crucifigi debere in paſcha hebræorum quando iudæi agnum immolabant: quod fuit primum & præcipuum iudæorum feſtum: ſic quoq; prophetarum oraculis & ſibyllarum ſcriptis conſentaneum fuit Chriſtum etiam pro redemptione gentium,& romanorum moriturum, crucifigi debere in primo,& præcipuo romanorum feſto: hoc eſt in feſto Iani præcipui romanorum dei: ut per hanc Chriſti crucifixionem dæmon ipſe Ianus,& feſtum eius in perpetuum deleretur. Sed feſtum Iani a romanis obſeruabatur die trigeſima martii, ut ex annalibus romanorum perſpicuum extat, quod & Ouidius tertio faſtorum libro teſtatur, ſcribens Ianum trigeſimo die martii adorandum eſſe. quoniam ergo in anno paſſionis domini paſcha iudæorum concurrebat cum feſto Iani die trigeſima martii die ueneris, uidetur hæc dies maxime congruere dominicæ paſſioni. quod fuit probandum, & nunc per ſequens oraculum ad Iouem deorum regem ſpectans idipſum confirmabimus.

¶ Caput quintum: uigeſimum nonum uiſionis oraculum ſcrutatur, diemq; paſſionis Chriſti ſuperius iuentum confirmat per ſacrificia eodem die exhibita Ioui deorum regi, qui tunc extinctus fuit. erat enim dies ille feſtum Iouis & eodem die idolatria Ioui exhiberi ſolita deleta fuit.

Recte inquit ſaluator noſter non fuiſſe datum priſcis noſſe myſteria regni dei, niſi in parabolis & enigmatibus ut uidentes non uideant,& audientes non intelligant. nam deos quos colebant ſpurciſſimis ſuis fabulis contaminarunt, ſtupra atq; inceſtus deorum & effuſas in omni intemperantia libidines deſcribentes. quinimmo ob hęc inter deos bella exorta, prælia ac uulnera ipſorum narrantes, cœlum quaſi lupanar armis teneri inſinuarunt. & quod fœdiſſimum eſt Io

uem ſuum deorum regem quem in ſolemni precatione optimũ maximumq; uocarunt, multis adulteriis, ſtupris, & inceſtibus infamarunt. hunc deum tanquam patrem & uitæ doctorem imitantes: ad omnem libidinem proni a parentibus, natis, & ſororibus, non abſtinuerunt, quin nephandis nuptiis ſe copularent. totamq; uitam illecebris ſtupris & intemperantiis, turpiſſimiſq; fabulis inſtituerunt. neq; paſſi ſunt fabulas per philoſophos ad myſticum ſenſum traduci, qui per Iouem mundum uel æthera, per Saturnum tempus, per Iunonem aerem, per Tellurem terrã, per Thetim aquam ſignificari uoluerũt. ex quorum coitu et commixtione cuncta generari dixerunt. non enim fas erat ut Theodoſius teſtatur, ſacrorum originem quam ad arcana diuinitatis myſteria referebant in mediũ proferre, ſed quæ aut fabulis obumbrata, aut figurarum cuniculis operta erat in uulgus aperiebatur. nam occultas rationes & phyſicas proprietares ex naturæ fonte manantes, neq; in ipſis quidem ſacris narrari permiſſum fuit, ſed ſi quis illas aſſecutus fuerit, continere intra conſcientiã tectas iubebatur. maxime arcana Cereris atticæ: quamobrem Oratius in carminibus dixit ſe uitaturum ne ſub eodẽ tecto ſit, qui Cereris ſacrum uulgauerit. & Catullus dixit Orgia quæ fruſtra cupiũt audire prophani: Apuleius de his ſacris ſcribens ſic inquit dicerem ſi dicere liceret, cognoſceres ſi liceret audire, ſed parem noxam contraherent aures, & linguæ illę temerariæ curioſitatis. & ut Iuſtinus ait myſteria cereris atticæ nulla magis re quam ſilentio ſacra erant. quãobrem Ariſtophanes in nepheles ἄρρητα ἱερά hoc eſt indicta ſacra appellat. Vnde & Theodoſius refert eleuſinas deas infenſas fuiſſe Numenio philoſopho in his perſcrutandis nimium curioſo, conquærentes ſe per ſcripta eius ante apertum lupanar omnibus paſſim adeuntibus proſtitutas fuiſſe, quia ſacra ſua quæ ſecreta eſſe uoluerunt, altius rimari & ĩtrinſecus perſcrutari conatus, publicauerit atq; uulgauerit. Ariſtoteles quoq; tertio ethicorum libro narrat Aeſchylum poetam ad areopagum in Iudicium uocatum fuiſſe, quia in ſua poeſi ædidiſſet arcana cereris myſteria. Alcibiadem etiam ſimili de cauſa ab athenienſibus cõdemnatum & morti addictum hiſtoriographi prodiderunt. quod ſcilicet arcana cereris ſacra enunciaſſet. philoſophi quoq; qui non commentitiis fabulis, ſed ueritati ſemper ſtuduerunt arcana dei altius perſcrutantes, & a ſe recte ac ſancte excogitata in diſcipulos depromere uolentes, ſæpenumero in uitæ diſcrimen incurrerunt. nam alii necati, alii apud iudices accuſati, & condemnati fuerunt. Pythagoras qui poſt ſapientes primus philoſophus

eſt nuncupatus præmium doctrinæ ab nefariis adoleſcentibus acci-
piens igne ædibus iniecto, concrematur. Anacharſis philoſophus ſcy
tha dum ſacrificaret a ſuis necatur. Anaxagoras impietatis crimine
ab athenienſibus accuſatus, & condemnatus (Pericle ciuitatis princi
pe ac diſcipulo eius defendente ipſum) uix mortem euaſit. Socrates
de eodem crimine condemnatus uenenum bibit. Ariſtoteles quoq;
eiuſdem criminis reus inſimulatus, clam in chalcidem ſecedens athe
nas reliquit. Pantheum bacchi ſacra reſpuentem capite mulctatum
poetæ tradunt. Chryſotonem ob læſam cererem periclitatum autu
mant. Niobem ob uilipenſam Latonam pœnas dediſſe aſſerunt.
alii quoq; nonnulli philoſophi hac de cauſa cōdemnati uitam finie
runt. quod ſcilicet multitudinem deorum ſpernentes unum ſolum
deum æternum, non ex heroibus ortum, neq; ab hominibus factū
uenerarentur. intelligebat etiam Cicero falſa eſſe quæ de Ioue deo-
rum rege dicerentur, quem ipſe & homines ſui temporis colebant.
nam cum multa ſcripſiſſet de natura deorum & diuinatione, quæ ad
euerſionem religionis ualerent, inſinuauit ea non eſſe uulgo diſpu
tanda ne ſuſcepta publice diſputatio religionem extingueret. cæ-
labant ergo philoſophi ueritatem, & ſub enigmate & uocabulo-
rum inuolucro tegebant eam. per Iouem non ſignificantes Satur-
ni filium quem uulgus colebat, ſed deum mundi rectorem. erra-
runt tamen in hoc quod una cum uulgo idolis ſacrificabant & ſua
uota diis perſoluebant: tanto magis quanto ſapientiores ſunt ha-
biti. quando quidem Socrates ille qui oraculi uoce ſapientiſſimus
fuit iudicatus, antequam uenenum biberet, familiares ſuos roga-
uit, ut Aeſculapio gallum quem uouerat pro ſe ſacrarent. quam-
obrem ut apoſtolus inquit, inexcuſabiles facti ſunt, quia cum cogno
uiſſent deum non ſicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt,
ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens
cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. & muta-
uerunt gloriam incorruptibilis dei i ſimilitudinem imaginis corrup
tibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum, & ſerpentum, & in
reliquorū idoloꝝ ſimulacra quæ coluerunt. propter quod tradidit
illos deus in deſideria cordis eorum, & in reprobum ſenſum, ut fa-
ciant ea quæ non conueniunt, & reprobent ea quæ conuenirent. ut
apoſtolus ad corinthios ſcripſit: uerbum crucis pereuntibus quidem
ſtultitia eſt, his autem qui ſalui fiunt, dei uirtus eſt. ſcriptū eſt enim
perdā ſapientiā ſapiētiū, & prudentiā prudentiū reprobabo. quippe
ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud deum. huius autem idolatriæ

quæ Ioui, Iunoni, & Mineruæ īpēdebatur inuētorē fuiſſe ſcribit Lactātius autoritate Didimi Meliſſea cretēſiū regē, cuiꝰ duæ filiæ Amalthea, & Meliſſa Iouē lacte, & melle nutriuerūt. dicit tñ in ſacra hiſtoria legi ipſū Iouē poſtq̄ rerū potitus eſt ī tantā inſolentiā ueniſſe, ut ipſe ſibi fana multis in locis conſtitueret. nā cū terras circuiret in quācunq; regionē uenerat principes populoꝶ hoſpitio ſibi, & amicitia copulabat, & cū a quoq; digrederetur iubebat ſibi fanum fieri hoſpitis ſui nomine. utcūq; ſit cōſtat Iouē fuiſſe hominē flagitioſū ſtupris, & inceſtibus contaminatū, regnādi cupidū, & ob potentiā ſuā atq; tyrānidē, deū factū. quia Saturnū patrē ſuū e regno expulerat, gigātes uicerat, magnāq; orbis partē ſubiugauerat. ſic Alexāder magnus ſimili potentia fretus, ſe ut deū adorari iuſſit, & Caliſthenē philoſophū deificationē ipſius (donec uiueret) diſſuadentē, trucidauit. his alludit q̄ Scipio aphricanus apud Enniū dixit. ſi fas cædēdo cœliſtia ſcādere cuiq̄ eſt, mihi ſoli cœli maxima porta patet. Alii ſcripſerūt Cecropē primū athenienſiū regē Ioui primū īmolaſſe, & incenſū adoleuiſſe. hæc autē idolatria & ſi nouiſſima fuit, maximū tñ incrementū breui accepit: adeo q̄ tēpore Octauii auguſti totū fere orbē terrarū inuaſerat. adiuuāte eā Ariſtippi, & Epicuri inſana doctrina ad omnes illecebras & omnia facinora uiā docens. Deus ergo condolens humano generi adulteriis, ſtupris, inceſtibus, & omni facinoꝶ genere contaminato, eiuſq; errori atq; iacturæ ſuccurrere uolens, inclinauit cœlos, & legauit in terrā filiū ſuū unicū uirtutis magiſtrū, ut in uteꝶ uirginis deſcenderet, & humanitatē (nō relicta diuinitate) aſſumeret. qui pręceptis ſalutaribus formaret homines ad agnitionē ueri dei, & idolatriam per uniuerſum fere orbē multiplicatā deleret, atq; extingueret, & ad ueri dei cultū gētes omnes conuerteret, ac ſalutē humano generi per ſuā paſſionē procuraret, atq; cōferret. quoniā ergo Chriſtus uenit ſaluos facere non ſolū iudæos, ſed & gētes omnes credentes in eū, & maior pars gentiū q̄ iudæoꝶ ſecuta ſit Chriſti ſaluatoris ueſtigia, congruum fuit & prophetarum ac ſibyllarum oraculis conſentaneum: ut ſaluator ipſe (pro redemptione humani generis crucem & mortem obiturus, & generaliter omnes tam iudæos quam gentes precioſo ſuo ſanguine redempturus: necnon & feſta omnia tam iudæorum, quam gentiū cōmutaturus, ac idola omnia per crucē deleturus) crucifigeretur eo die quo paſcha hebræoꝶ cōcurreret cū paſcha gētiū hoc eſt cū præcipuo gentiū feſto, qđ Ioui olympio dedicatū fuit. in quo ſcilicet idolatrę oēs agnū ſine macula ꝑ ſalute humani generis Ioui īmolabāt hoc autē fieri nō potuit niſi die. 30. martii. ergo dies illa maxime con

gruere uidetur dominicæ paſſioni.nã ſicut conſentaneũ fuit prophetarũ oraculis Chriſtũ redemptorẽ mundi conferre hanc ſalutẽ iudæis credituris in ipſum, ipſo die paſchæ iudæorum,ſic etiã congruebat eandem ſalutẽ conferre gentibus,ipſo die ſolemni quo Iouis feſtũ a gentibus obſeruabatur, ut eodem die idolatria Ioui exhiberi ſolita per Chriſti paſſionẽ extingueretur.cõſtat autẽ Iouis feſtũ in anno paſſionis Chriſti a cunctis gentibus celebratũ fuiſſe die trigeſima martii, quia in ea fuit pleniluniũ primi menſis quando Ioui ſacra fiebant. quippe ſicut dies interluniorum,quos græci neomenias,latini calendas uocãt,deputãtur Iunoni,ſic dies plenilunii,quos priſci Idus uocabãt ſacri fuerunt Ioui. iuxta illud faſtorum primo.uendicat auſonias iunonis cura calẽdas.Idibus alba Ioui grãdior agna cadit.omnes nanque Idus Iouis ferias obſeruãdas ſanxit antiquitas. maxime autẽ Idus primi menſis,quæ tunc.30.die martii eodẽ ſcilicet die,qua Chriſtũ crucifixũ diximus ſolẽni põpa celebrabantur.de his Idibus Macrobius originẽ uocabuli ĩdagaturus ſic ſcripſit. aliqui putãt Idus dici, quod ea die plena luna uideatur a uidẽdo idus appellatas.u.littera detracta,ſicut cõtra quod græci ἰδεῖν dicũt nos.u.littera addita uidere dicimus. nõnullis placet Idus dictas uocabulo græco ἀπὸ τοῦ εἴδος qđ ſignificat ſpeciẽ,formã,uel faciẽ. quia eo die luna plenã ſpeciẽ demõſtret. ſunt qui exiſtiment Idus ab Ioue dictas quẽ hoc nomine uocant tuſci, & omnibus Idibus Ioui immolatur a flamine.unde & diẽ hunc Iouis fiduciã appellãt,quia lux diei tẽpore plenilunii nõ finitur cũ ſolis occaſu,ſed ſplendorẽ diei & noctis cõtinuat illuſtrante luna.nobis autẽ ratio nominis uero propinquior exiſtimatur, ut Idus uocemus diẽ qui diuidit menſẽ. iduare enĩ hetruſca lingua diuidere eſt.unde uidua quaſi ualde idua,ideſt ualde diuiſa,aut uidua,ideſt a uiro diuiſa. patet ex prædictis diẽ plenilunii ſacrũ fuiſſe Ioui.& idus in prima cõſtitutione calendarii lunaris ſignificaſſe diẽ plenilunii, licet in calẽdario ſolari a Iulio cæſare ĩſtituto hæc nominis proprietas obſeruari nequeat.nã propter dies decẽ a Iulio cæſare calẽdario additos nõ cõtingit fieri plenilunia in Idibus,uel prope eas.huiuſcemodi uero plenilunii obſeruatio, non ſolum apud romanos, uerum etiam apud græcos celebris ſemper fuit.quinimmo Herodotus libro ſexto ſcripſit lacedæmonios noluiſſe educere exercitum contra perſas græciam inuadentes niſi tranſacto plenilunio. ¶ Contra prædicta poſſet aliquis inſtare & dicere,quamuis apud priſcos romanos Idus omnes deputarentur Ioui olympio ſicut calendæ Iunoni, tamen ex hoc non poteſt inferri diem crucifixionis Chriſti fuiſſe feſtum Iouis. quia dies

ille non fuit dies iduum,neq; idualis ſed fuit pridie calendas aprilis, quēadmodū ſuperius oſtenſum eſt. ¶ Hoc argumentum confutare poſſumus per ea quæ ſuperius ſcripſimus, nam licet apud romanos obſeruantes annos ſolares poſt nouam calendarii emendationem a Iulio cæſare factam, dies ille non uocaretur dies iduum, uel idualis, tamen iuxta priſcam romanorum religionem & obſeruationem a Numa pompilio ſacrorum antiſtite inductam(qui lunares menſes inſtituit:& a plenilunio dies iduum appellauit: ut Macrobius docet) perſpicuum eſt diem crucifixionis Chriſti fuiſſe feſtum Iouis, quia fuit dies plenilunii primi menſis, qui dedicatus fuit Ioui & a priſcis romanis dies plenilunii uocabatur Idus. conſtat nanq; romanos feſta omnia & ſacrificiorum cerimonias obſeruaſſe iuxta calendarium Numæ ſacrorum antiſtitis, & non iuxta emendationem Cæſaris. qui licet pro lunari anno ſolarem inſtituiſſet, tamen ſacras cerimonias & feſta per Numam inſtituta non mutauit. ſicq; manifeſtum eſt ex prædictis diem trigeſimum martii congruere dominicę paſſioni, quia in eo obſeruabatur feſtum Iouis. cuius idolatria eodem die per Chriſti paſſionem extincta fuit. & ſicut Iouis idolatria Athenis a Cecrope primo Athenienſium rege inducta fuit, ſic eadem per Paulum apoſtolum Athenis in areopago prædicātem,& mirificum dei uerbum incarnatum annunciantem deleta,immo ex tota grætia exploſa fuit.ut in actis apoſtolorum uidere licet. ſub idem etiam tempus eiuſdem Pauli prædicatione cultus magnæ Dianæ in Epheſo & tota Aſia celebratæ,deletus & extinctus fuit. & modico temporis interuallo per eiuſdem Pauli & aliorum apoſtolorum ac diſcipulorum doctrinam,& prædicationem, nedum ex Aſia uerum etiam ex Aphrica & Europa omnis idolatria & omnium deorum ſuperſtitio deleta fuit. quorum dii ipſo paſſionis Chriſti die extincti fuerunt. ſed quoniam longum & prolixum foret ſingulatim de ſingulis hoc probare oſtendemus nunc per ſequens oraculum generaliter de omnibus.

¶ Tertia pars huius libri: duo proxima uiſionis oracula ſcrutatur, diemq; paſſionis Chriſti ſuperius inuentum confirmat generaliter per interitum omnium deorum gentilium. quia eodem die extincti ſunt omnes,uel præcipui gentium dii. erunt huius partis duo capitula: in primo oſtendemus propoſitum per oracula, & reſponſa prophetarum,& per paſcha hebræorum. In ſecundo probabimus idem per ſcripta ſibyllarum,& philoſophorum gentilium.tum etiā per ſolis eclipſim in hora mortis Chriſti miraculoſe factam.

MAximam fuiſſe deorum, & dæmonum multitudinem
priſci perhibuere phyſiologi, qui ipſoꝝ genealogiã de
ſcribentes, numerũ deoꝝ Heſiodo teſte triginta milia
trãſcendiſſe putarunt. cui alludit & congruit ꝗ euan
geliſtæ tradunt dñm ex præcordiis hominum expuliſſe
multa dæmonioꝝ genera quibus obſeſſi erãt, uidelicet dæmoniũ mu
tũ, quale fuit Ammon. dæmoniũ cæcũ, quale fuit Cupido & fortuna
dæmoniũ ꝗ euãgeliſta uocat lunaticũ, ꝗ iuxta diuerſũ lunæ motũ
& poſitioné oppreſſos uexabat. & dæmoniũ ꝗ præ multitudine ſo-
cioꝝ uocabatur legio. & alia multa dæmonia innominata expulit a
mentibus hominũ, dũ cũ eis cõuerſaretur. multa etiã dæmonioꝝ ge
nera expulſa ſunt ab aris quas poſſederãt. & extincta ſunt eo ipſo die
quo Chriſtus crucifixus fuit, iuxta uerbũ Eſaiæ prophetæ dicentis, in
die illa eleuabitur dñs ſolus, & idola penitus conterentur. de quo
etiã Zacharias dixit. & erit in die illa dicit dñs exercituũ, diſperdã no
mina idoloꝝ de terra, & nõ memorabuntur ultra. in die illa erit dñs
unus, & erit nomé eius unũ. Sophonias quoq; iuxta ſeptuaginta in-
terpretũ æditionem dixit, præualebit dñs aduerſus eos & extermina
bit omnes deos gentiũ terræ, & adorabũt eũ unuſquiſq; de loco ſuo
& Ezechiel ſexto capitulo dixit. excelſa demolientur & diſſipabũtur
& interibunt arę ueſtræ, & confringentur, & ceſſabunt idola ueſtra.
Eſaias quoq; capite ſecundo dixit in die illa proiiciet homo idola ar-
genti ſui, & ſimulacra auri ſui quæ fecerat ſibi. hæc auté idolorũ ſu-
perſtitio licet paulatim ex hominũ memoria deleta ſit, tamen dii ip-
ſi extincti fuerunt ipſo die quo Chriſtus crucifixus fuit. quéadmodũ
in priſco illo iudæoꝝ phaſe fuit præfiguratũ. eſt enim phaſe tranſitus
dñi. tranſibo inquit per terrã ægypti nocte illa, & percutiã omne pri-
mogenitum in terra ægypti, ab homine uſq; ad pecus, & in cunctis di
is gentiũ faciã iudiciũ ego dñs. ſuper quo expoſitores hebræi dicũt in
nocte illa corruiſſe, & cõtrita fuiſſe omnia idoloꝝ ſimulacra. hæc auté
in figura facta ſunt. erat ení hoc phaſe iudæoꝝ figura paſchæ & paſſio
nis, uel trãſitus Chriſti, per cuius ímolationé í cruce, extícti ſunt oés
dii gétiũ. ꝗ ſic probat̃. nã quéadmodũ ſuperius oſtédimus ímolatio
agni paſchalis, quæ pręfigurabat ímolationé Chriſti í cruce, íſtituta fu
it a deo í opprobriũ & deteſtationé idolatrię, quę ípendebat̃ Ammo
ni qui ſub forma agni uel arietis ab ęgyptiis colebat̃, & aduenięte re fi
gurata ceſſare debet figura, & quæcũq; ad figurã ſũt ordinata, ergo ꝑ
ímolationé Chriſti í cruce ceſſare debuit ímolatio agni paſchalis &
cultus Ammonis, í cuiꝰ deteſtationé íſtituta fuit huiuſcemodi paſcha

lis agni imolatio: ſed extincto cultu Iouis Ammonis debuit etiã dele
ri cultus Iouis olympii: qui ex idolatria Ammonis originẽ duxit, er
go a primo ad ultimũ ꝑ imolationẽ Chriſti ĩ cruce ceſſare debuit cul
tus & idolatria Iouis olympii. Idẽ de reliquis gẽtiũ diis ĩferri poteſt,
quoꝝ cultus ex ſuperſtitiõe ægyptioꝝ ortus eſt. docẽt nãq; Herodo
tus & Diodorus ſiculus ęgyptios ſẽper fuiſſe ſuperſtitioſiſſimos, & grę
cos ab eis didiciſſe ſupſtitiones, ac deniq; a græcis ad barbaros eſſe de
riuatas quinimo ſi Herodoto creditur, cultus Iouis Ammonis ægyp
tioꝝ, præceſſit cultũ Iouis olympii plus quã per ſexdecĩ milia annoꝝ
ſimiliter & cultus Herculis apud ægyptios anteceſſit cultũ Herculis
ex Alcmena nati, quẽ græci & romani colebãt, per totidẽ, imo per plu
res annos. Eodẽ modo & cultus dei Panos, qui apud ægyptios uetu
ſtiſſimus deoꝝ putatur, præceſſit cultũ eidẽ deo ab arcadibus exhibe
ri ſolitũ. ſicq; in cæteris. Sed extincto Ioue Ammone ſummo ægyp
tioꝝ deo, extinguntur & reliqui ægyptioꝝ dii ab Ammone depẽden
tes, & uniuerſaliter omnes gentiũ dii ab ægyptiis mutuati, ergo a pri
mo ad ultimũ per imolationẽ Chriſti in cruce, deleti & extincti ſunt
omnes dii gentiũ, qđ fuit probandũ. ꝙ autẽ hæc facta fuerint die. 30.
martii patet ex ſupputatione. 14. libro expoſita, per quã probauimꝰ
paraſceuẽ paſchæ iudæoꝝ in ãno paſſionis Chriſti accidiſſe die prædic
to, & in eodẽ die Chriſtũ crucifixũ fuiſſe. oſtendimus etiã paulo ante
eodẽ die feſtũ Ammonis ab ægyptiis fuiſſe obſeruatũ, & in eo Am-
monẽ cũ cæteris diis & eoꝝ ſuperſtitione ab ægyptiis orta extĩctũ fuiſ
ſe. propter hanc multimodã, & peſſimã ægyptioꝝ idolatriã dñs Ieſus
in primordio natiuitatis ſuæ declinãs minas Herodis regis deſcẽdit
in ægyptũ potius, q̃ in aliã regionẽ uicinã, ut ĩ ſuperſtitioſiſſimos ido
latras primitias ſuę potentiæ oſtenſurus, idola ipſoꝝ primũ deiiceret
ac cõminueret. ſicut Eſaias propheta cap. 19. prænũciauerat dicẽs ecce
dñs aſcẽdit ſuper nubẽ leuẽ, & ĩgredietur ægyptũ & mouebunt ſimu
lacra ægypti a facie eius, & cor ægypti tabeſcet ĩ medio eiꝰ. ꝙ dicit ſu
per nubẽ leuẽ ſignificat corpus adhuc ĩfantile & ſãctũ, nulla peccatoꝝ
ſarcina grauatũ. ut eni Chryſoſtomus ĩquit deſcẽdit dñs in ægyptũ
quaſi medicus, ut uiſitaret eã languentẽ erroribus, & dæmones ex ea
effugaret, ac mortifera idola diſſiparet. nã ut in ſcholaſtica legitur hiſ
toria ſtatim cũ Ieſus in tẽplũ per parentes delatus eſſet idola omnia
corruerũt. & ĩ uitis patrũ legitur ꝙ Aphrodiſius præfectus ægypti ui
dẽs populũ cõmotũ, ob caſum idoloꝝ, acceſſit ad fanũ in quo ſimu-
lacra euerſa fuerant, & Ieſum puerũ ac parẽtes eius ab impetu popu
li, & a furore ſacerdotum idolorum irruentium in eos defendit. qui

poſtquam audiſſet Ieſum a iudæis crucifixum a mortuis reſurrexiſſe
profectus antiochiam,& a beato Petro apoſtolo baptizatus: Romã
cum eo uenit.a quo tandem ad gallias edocendas miſſus ſancto Pau
lo Sergio epiſcopo narbonenſi ſe aſſociauit,& ab eo ordinatus epiſ/
copus biturigẽſis prædicationis officio inſiſtens,ac miraculorum glo
ria refulgens magnam galliæ partem Chriſti nomini ſubiugauit. tra/
dunt etiam agiographi quod Hieremias quando poſt captam hiero/
ſolymam interfecto Godolia ductus fuit in ægyptum, admiratus &
deteſtatus ægyptiorum ſuperſtitionẽ, uaticinatus fuit regibus ægyp
ti,omnia idola ſubuertenda eſſe,cum uirgo pareret. quamobrem in
memoriam huius uaticinii ſacerdotes ægyptiorum in ſecreto templi
loco imaginem uirginis & pueri ſtatuerunt.cumq; poſt multa tempo
ra Ptolemæus rex iterrogaſſet ſacerdotes quid hæc ſtatua ſignificaret
reſponderunt paternæ traditionis eſſe myſterium,quod a ſancto pro
pheta maiores eorum acceperant,& ita futurum eſſe credebant. re/
deũtes ergo ad primum noſtrum inſtitutum,patet ex prædictis ægyp
tios ſemper fuiſſe ſuperſtitioſiſſimos,& ab eis ad græcos idolatriã eſſe
deriuatam,ac per extinctionem dæmonis Ammonis tempore paſſio
nis Chriſti , uel tempore aduentus eius in ægyptum, deletam fuiſſe
idolatriam Iouis olympii ex eo ortam: & aliorum idolorum ſuper/
ſtitionem ex utriſq; dependentem,ac uniuerſaliter omnes gentium
deos ſub idem tempus extinctos fuiſſe. quemadmodum,& nunc alio
oraculo ex ſcriptis gentium,& ex ſolis eclipſi ſumpto oſtendemus.

¶ Caput ſecundum diem paſſionis Chriſti ſuperius inuentum con
firmat per interitum omnium deorum gentilium eodem die factum
& hoc per ſcripta ſibyllarum & philoſophorum gentilium, tum per
ſolis eclipſim ipſo die paſſionis Chriſti factam.

POrphyrius chriſtiani nominis hoſtis acerrimus huius
oraculi teſtẽ, imo autorẽ ſe offert: qui in libro quẽ ad
uerſus chriſtianã religionẽ euomuit, fatetꝛ gentiũ deos
extictos, uel mutilatos fuiſſe, & oracula eoꝝ ceſſaſſe ꝑ
aduẽtũ Ieſu Chriſti ſic ſcribẽs. nũc uero miranꝛ homi
nes qđ tã multis ãnis ciuitas peſte uexeꝛ cũ & Aeſculapius & alii dii
lõge abſint ab ea. poſtq̃ enĩ Ieſus coli cœpit nihil utilitatis a diis con
ſequi potuimus. Idem in libro quem de reſponſis ſcripſit, defeciſſe
Apollinis oraculum græco hexametro in latinũ ſic uerſo inſinuat di
cẽs. Ablata eſt pythii uox haud reuocabilis ulli, Tẽporibus lõgis ete

nim iam ceſſit Apollo, Clauibus occluſus ſilet. ergo rite peractis, Diſ cedas patria, & redeas ad limina ſacris. Plutarchus quoq; in libro de oraculis extinctis docet Boetiam (quondam propter oraculorũ mul titudinem appellatam multiuocam) perdidiſſe omnia oracula pręter unum: nullum enim tunc in Boetia oraculum præterquam in leba dia extitit. ceſſarunt ergo per Chriſti ſaluatoris aduentum: gentilium dæorum oracula, & dæmonum reſponſa. ac tandem creſcente repu blica chriſtiana idola omnia & ſimulacra deorum deiecta, igne cre mata fuerunt, ſicut ſibylla Erythræa futurum prædixerat: opera & ſi mulacra deorum humanis manibus facta exurentur. ac rurſus. Con terent ſimulacra homines & diuitias omnes. quod autem tempore paſſionis Chriſti extincti fuerint omnes gentium dii, probari poteſt etiam teſtimonio gentilium philoſophorum, per eclipſim ſolis in ho ra mortis Chriſti factã. probat nam Theodoſius aurelius multis ar gumentis priſcos philoſophos, & phyſiologos per Saturnum, Iouẽ, Martẽ, Mercurium, Herculem, Liberum patrem, Apollinem, Aeſ culapium, Serapĩ, Oſyrim, Nemeſim reliquaq; deorum numina & nomina nihil aliud quam ſolem, uel diuerſas ſolis uirtutes ſignificaſ ſe. ſi enim ut inquit Theodoſius ſol moderatur noſtra moderantes neceſſe eſt ut ſolem omnium, quæ circa nos geruntur fateamur auto rem. nam omne illud quod eſt cauſa cauſæ eſt etiam cauſa effectuum ab ea productorum: ſed ſol eſt cauſa & moderator ac regulator om nium motuum planetarum ut aſtrologi demonſtrant: & motus pla netarum ac ſyderum eſt cauſa generationum, & corruptionum, atq; alterationum, quæ fiunt in hoc mũdo ut Ariſtoteles docet: ergo pro cedendo a primo ad ultimũ ſol (ut inquit Albumaſar) eſt prima poſt deũ cauſa omniũ generationũ, & alterationũ, quæ fiunt ĩ hoc mũdo. hoc eſt primũ & præcipuũ dei inſtrumentũ. ut enĩ Plato ait in Craty lo: priſci uiri cũ ſolẽ, lunã, ac ſtellas θέιν ideſt currere per cœlũ uiderẽt numina eſſe putarũt, & θεοὺς ideſt deos appellarũt. qđ per cœlũ cur rant. & quia Sol eſt fons cœleſtis luminis, & ut Cicero inquit dux & princeps, & moderator reliquorum luminum, & mens mundi, & cor cœli a phyſicis appellatur, ipſum ſolum deum putarunt: & omnia deorum numina ad ipſum referebant tanquam ad primam rerũ cau ſam. ſicut & Euſebius cæſarienſis docet. ſed ſol tempore paſſionis Chriſti miraculoſe defecit die trigeſimo martii, in quo fuit oppoſi tio luminarium primi menſis, ut poſtea ex ſcriptis Dionyſii areo pagitæ mõſtrabimus, ergo dies ille maxime cõgruere uidetur domini cæ paſſioni. quia in eo omnes, uel præcipui gentiũ dii extincti ſunt.

¶ Sed dicet fortaſſe aliquis Solem in hora mortis Chriſti non defe
ciſſe,neq; extinctum fuiſſe,ſed lumen eius per interpoſitionem lunę
inter ipſum et uiſum noſtrum a nobis duntaxat ſecluſum,& occulta
tum fuiſſe : ſi ergo ſol non fuit extinctus, neq; per ſolem ſignificata
aut præfigurata extingui debuerunt.huic argumento reſponderi poſ
ſet priſcos philoſophos per Apollinem,Aeſculapium,Iouem,Hercu
lem,Serapim,Martem,& Mercurium non ſignificaſſe adæquate So
lem ipſum,hoc eſt ſolis ſubſtantiam,ſed diuerſas Solis uirtutes quas
Sol in hæc inferiora influit iuxta diuerſas materiæ diſpoſitiones,quę
quidem uirtutes in perfecta Solis eclipſi deficere ſolent in terra:quia
radii recti deferentes eas non poſſunt pertingere ad terram,neq; illu
ſtrare eam . quamobrem terra obumbratur & ſolis lumine atq; uir-
tute priuatur . exempli gratia Hercules non ſignificat adæquate So
lem ipſum,ſed ut Macrobius docet, ſignificat eam ſolis poteſtatem
quæ humano generi uirturem præſtat ad ſimilitudinem deorum . ſi
enim uocabuli proprietatem inſpicere uelimus Hercules ſignificat
illuminationem a ſole procedentem nam Hercules græce dicitur ἡρα
κλῆς hoc eſt aeris gloria . quæ enim maior aeris gloria inueniri po-
teſt quam ipſius per ſolis ſplendorem illuminatio?eſt enim lumen ut
Ariſtoteles inquit actus diaphani inquantum diaphanum.ſicq; Her
cules ſolis lumen ſignificat . & duodecim eius labores duodecim ſi-
gnorum zodiaci illuſtrationem deſignant . ſic & Apollo non ſignifi
cat adæquate ſolem ipſum,ſed eam ſolis uirtutem,quæ diuinationi,
& curationi præeſt.quinimmo Apollinis nomen multiplici interpre
tatione ad ſolem refertur .Plato Solem Apollinem cognominatum
dixit ἀπὸ τοῦ παλλειν τὰς ἀκτίνας hoc eſt a iactu radiorum .
unde & ſagittæ ei tribuuntur quæ iactum radiorum ſignificant . alii
ꝙ ex multis ignibus conſtet. alii ꝙ circa polum uertatur ſolem Apol
linem dictum putant , cuius lyra ſeptem conſtans chordis , ſeptem
planetarum orbes (quorum ſol moderator exiſtit) ſignificat . Ianus
eam ſolis poteſtatem inſinuat,qua ſol exoriens,diem aperit , & occi
dens,diem claudit . quamobrem Iano claues tribuerunt. Aeſculapi
us ut idem docet eſt uis ſalubris de ſubſtantia ſolis emanans animis
corporibuſq; mortalium ſubueniens . Mercurius eſt uis interpretan
di . nam ſolis uirtus quæ ſermonis autor eſt Mercurii nomen acce-
pit . ſic & Sol motu ſuo tempora diſtinguens χρόνος hoc eſt Satur-
nus uocatur , Iouem quoq; deorum regem eundem eſſe cum Sole
Theodoſius multis indiciis probat.nam cum ait Homerus . ζεὺς ἐς
ὠκέανον . Iouem cum aliis diis epulari apud oceanum æthiopum

Iouis appellatione ſolem intelligi Cornificius ſcripſit. cui unda oceani humores uelut dapes miniſtrat. quia calor humore fouetur. quippe priſci Solem uocarunt Iouem a iuuando quando ſuo temperato calore generat animalia, & ea conſeruat. ſed quoties in materia diſpoſita aduſtionem inducit, uel ſuperfluo calore feruorem, & humorum ebulitionem cauſat, & animalia ad iram concitat, uel in furorem uertit, tunc non̄ uocatur Iuppiter hoc eſt iuuans pater, ſed turbulētus Mars ſanguinem appetens. Dionyſium quoq; & Liberum patrem non differre a Sole idem Theodoſius multis probat argumentis. nam Sol Liber a romanis appellatur: quia in motu liber & uagus eſt, ut ait Neuius. eundem græci Dionyſium uocant quaſi Διὸς νοῦν hoc eſt dei mentem: quia Solem dei mentem eſſe dixerunt. Orpheus quoq; & Ariſtoteles Liberum patrem & Solem eundem deum eſſe dixerunt. unde & Vergilius Liberum patrem pro Sole & Cererem pro Luna poſuit. dicens uos o clariſſima mundi lumina Liber, & alma Ceres. ſimiliter & deum Pana quem Arcades uenerantur, & Serapim quem ægyptii colunt, Solem ſignificare teſtantur. Nemeſim quoq; quam contra ſuperbiam colunt eam ſolis poteſtatem ſignificare aſſerunt, qua Sol ſuo lumine cuncta fulgentia obſcurat, & a conſpectu aufert. & quæ in obſcuro ſunt illuminat & conſpectui offert. ſicq; de cæteris diis oſtendi quinimmo non ſolum deorum nomina diuerſas ſolis uirtutes ſignificāt, uerum etiam ut idem teſtatur per dearum uocabula Solis poteſtas intelligi datur. nihil enim aliud (ut inquit) Minerua ſignificat quam ſolis uirtutem, quæ humanis mentibus prudentiam ſubminiſtrat. Sol ergo licet ſolus & indiuiduus ſit ſecundum ſubſtantiam: ſumit tamē diuerſa nomina iuxta diuerſas proprietates, & influxus ab eo emanantes. quēadmodum ſuperius de anima diximus, quæ una in homine exiſtens, plura ſortitur nomina, iuxta diuerſas eius operationes a uariis membris procedentes. ſi ergo omnia Deorum & Dæmonum nomina Solem ipſum, uel uarias ſolis poteſtates atq; uirtutes ſignificabant, quæ omnes in ſolari illa eclipſi die trigeſimo martii miraculoſe facta extinctæ ſunt, uel ſaltem propter interpoſitionem globi Lunæ inter Solem & terram non poterant uſq; in terram deferri, uidetur hic dies trigeſimus martii dominicæ paſſioni maxime congruere: iuxta prophetarum oracula ſuperius expoſita. quia in eo extincti ſunt omnes uel præcipui gentium dii, & deleta eſt omnis idolatria, & exaltatus eſt deus ſolus, ſed de hac Solis eclipſi poſtea ſcribemus, & oſtendemus prophetas per ſolem præfiguraſſe Chriſtum, & ob hoc ſolem

in hora mortis Chriſti eclipſatum fuiſſe. iam ergo ſufficienter oſtenſum arbitror diem trigeſimum Martii dominicæ paſſioni maxime congruere, quia in eo extincti ſunt omnes, uel præcipui gentium dii. ¶ Sed contra hæc poſſet aliquis inſtare: nam ex chronicis priſcorum manifeſtum eſt cultum deorum gentilium & idolatriam multis annis duraſſe poſt Chriſti ſaluatoris aduentum, mortem, & reſurrectionem, immo uſq; ad tempora Conſtantini imperatoris, qui regnauit anno trecenteſimo uigeſimo poſt Chriſti natiuitatem idolatria uiguit: ergo falſum eſt quod diximus dæmonum oracula ceſſaſſe, & gentium deos extinctos fuiſſe, per Chriſti ſaluatoris uictimam, & reſurrectionem. ¶ Hoc argumentum ſolui poteſt per ea quæ libro ſecundo paſchalis celebritatis de obſeruatione legalium poſt Chriſti reſurrectionem ſcripſimus. nam licet per Chriſti mortem legalia omnia fuerint mortificata & ſine fructu facta: tamen non fuerunt ilico ex hominum memoria deleta, neq; reputata ſunt mortifera, niſi poſt diuulgationem euãgelii. immo in primo eccleſiæ ſtatu non ſolum a perfidis iudæis, uerum etiam ab apoſtolis nonnullis obſeruabantur Simili modo & idolatria gentium, et ſuperſtitiones atq; idola & ſacrificia ipſorum, licet nunquam fuerint deo grata, placita, uel accepta, ſed ipſo paſſionis die penitus extincta: tamen nõ ſubito una cum Chriſto ſepelienda erat eorum memoria, ſed paulatim ex hominum præcordiis aboléda, ut tempore intermedio chriſtiana religio, & apoſtolorum fides a gentibus & mundi principibus, ferro, & igne examinata ſpurior redderetur: & uere fidei martyres hoc eſt teſtes idoneos adipiſceretur, quemadmodum deus ab æterno præordinauerat. & Chriſtus ipſe Matthęi decimo capitulo diſcipulis ſuis futurum prædixerat dicens: ecce ego mitto uos ſicut oues in medio luporum tradent uos homines in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabũt uos, & ad reges, & præſides duceminí: propter me in teſtimonium illis, & gentibus. tradet enim frater fratrem in mortem, & pater filium, & inſurgent filii in parẽtes, & morte eos afficient, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. qui autem perſeuerauerit uſq; in finem hic ſaluus erit. Idem, beati eritis cum maledixerint uobis homines, & perſecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduerſus uos mentientes propter me. Idem habetur Matthæi uigeſimoquarto, & Lucæ uigeſimo primo, ſimiliter Ioannis quintodecimo, uenit hora ut omnis qui interficit uos arbitretur obſequiũ ſe præſtare deo reminiſcamini, quia ego dixi uobis. hanc ergo armaturam Chriſti & loricam iuſtitiæ induti apoſtoli: ſumentes inſuper galeam ſalutis,

quod eſt uerbum dei, ſuccincti lumbos in ueritate, & calciati pedes in præparatione euangelii pacis, ibant gaudentes a conſpectu concilii quoniam digni habiti ſunt pro Chriſti nomine contumeliam pati. uoluit nanq; deus probare electos ſuos per tribulationes, & anguſtias ſicut aurum probatur in fornace: ut uera religio per fidem apoſtolorum & martyrum conſtatiam, ferro, & igne purgata, nitida, candida, & ſplendida, magis fieret. nam ut inquit Hilarius libro ſeptimo de trinitate hoc habet proprium eccleſia chriſtiana ut dum perſecutionem patitur, floreat: dum opprimitur, creſcat: dum contemnitur, perſiſtat: dum læditur, uincat: dum arguitur, intelligat. tunc ſtat, cum ſuperari uidetur. conſtat nanq; ex ſcriptis hiſtoriographorum eccleſiam in primo ſuo ſtatu a tempore apoſtolorum uſq; ad tépora Silueſtri papæ & Conſtatini imperatoris maxime uiguiſſe in ſpiritualibus immo pontifices omnes a Petro apoſtolo uſq; ad Silueſtrum excluſiue (uno duntaxat Marco excepto) uaria tyrannorum acerbiſſima uſq; ad mortem tormenta gaudenter pro Chriſti nomine ſubierunt, ut ueritatem religionis martyrio comprobarent. non ergo ſubito ſed paulatim delenda erat idolatria. fuit etiam difficile inueteratam licet falſam ſuperſtitionem a pueritia omni populo imbutã, ſubito euellere & eradicare. & licet deo nihil ſit difficile: tamen expediebat magis paulatim hæc fieri: ut fides chriſtiana interim magis probaretur. immo expectandũ erat donec per ipſoſmet idolatras deiicerentur & cõminuerẽtur idola. ſic eni a diuina prouidẽtia præuiſũ & præordinatũ fuit: qđ reges terrę qui propter idola perſequebantur chriſtianos, propter Chriſtũ idola delerent. & ſubiugaretur omnis poteſtas iugo Chriſti: cui data fuit omnis poteſtas in cœlo & in terra. prius ergo ut apoſtolus inquit colluctandũ erat aduerſus prĩcipes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harũ, contra ſpiritualia nequitiæ tela in cœleſtibus. colluctandum erat aduerſus impium Neronem, aduerſus Domitianum, aduerſus Traianum, Hadrianum, Marcum antonium, Verum, Lucium Commodum, Seuerum imperatores: aduerſus Decium, Valerianum, Aurelianum, aduerſus Dioclitianũ & Maximianum tyrannos: & contra alios mundi principes, ut uirtus & conſtantia martyrum per tyrannos examinaretur, & per ueros principes probaretur. primo nanq; Tiberius imperator (ſub quo Chriſtus crucifixus fuit) chriſtianorũ dogma (ut Tertulianus refert) ſuſcipiendum, & Chriſtum pro deo colendum decreuerat. Sed per ſenatum impeditus fuit. deinde Hadrianus imperator qui prius perſequebatur chriſtianos templa abſq; ſimulacro in cunctis ciuitatibus

Chriſto fieri præcepit : ut Iulius capitolinus in uita Alexādri ſcripſit eumq; inter deos recipere ſtatuit : licet diſſuaſione ſacerdotum hierophantarum a recto propoſito reuocatus fuerit. poſt hunc Antoninus pius ſtatuam Chriſto inter alios deos conſecrauit. Alexander quoq; Seuerus ab Origene edoctus, templa fieri Chriſto præcepit, & mane coram ſtatua Chriſti in ſacrario ſuo orabat. ac demum Philippus imperator reiectis omnibus diis ſolum Chriſtum adorauit, & baptiſmum, ac crucis chriſti characterem in fronte primum ſuſcepit. quamobrem & primus imperator chriſtianus nuncupari meruit. Ac tandem Conſtantinus imperator qui primum propter idola chriſtianos perſequebatur: per gratiam a deo acceptam ex perſecutore chriſtianiſſimus factus, propter Chriſtum idola deleuit: & idoloꝝ templa demoliri iuſſit, ac nomen Chriſti per uniuerſum orbem diuulgauit. & tūc penitus deleta eſt iniquitas terræ, & omnis idolatria. tūc enim crux quæ antea condemnationis ferebat horrorem, ſalutis facta eſt indicium. & quæ prius fuit pœna, tunc ad gloriam nuncupabatur. & quæ antea fuit ſupplicium latronum & facinoroſorum hominum tormentū, tranſlata eſt ad frontes imperatoꝝ, & quæ prius fuit habitaculū & poſſeſſio malignoꝝ ſpirituū facta eſt fuga dæmonum. Sub idē etiā tēpus Conſtantinus īperator per ſignū crucis Chriſti in fronte ſuſceptum, & per uexillum Chriſti in bello geſtum hoſtes ſuos uicit. & reliqui poſt eum imperatores crucis Chriſti characterem per baptiſmum ſuſceptum in fronte geſſerunt. quamobrem beatus Auguſtinus ſuper pſalmo ſeptuageſimo tertio dixit iam in frontibus regum precioſius eſt ſignum crucis, quam gemma diadematis. patet igitur ex prædictis ſolutio argumenti: quia licet dæmones uel dii gentium ipſo die paſſionis Chriſti extincti fuerint, tamen eorum memoria & idolatria non erat ſubito delenda, ſed expectandum erat donec per ipſoſmet idolatras deiicerentur, & demolirentur idola quæ adorabant. Iam ergo ſufficienter oſtenſum arbitror diem trigeſimum martii maxime congruere dominicæ paſſioni, quia in eo extincti ſunt omnes uel præcipui gentium dii. tum quia eodem die a gentibus celebratum fuit feſtum Ammonis ægyptii, feſtum Iani latini, & feſtum Iouis olimpii, qui dæmones eodem die cum ipſorum idolatria interierunt. nunc ſupereſt ut eundem paſſionis diem confirmemus per gratiam eodem die gentibus collatam.

¶ Liber decimuſſeptimus dominicæ paſſionis diem ſuperius inuentum confirmat per noua ſacramenta a chriſto inſtituta, & uocabitur hic liber noua gratia. cuius erunt duæ partes. in prima inueſtigabitur dies paſſionis per ea quæ omnibus gentibus fuerunt communia. in ſecunda confirmabitur dies inuentus per ea quæ romanis ſpeciali quodam priuilegio fuerunt conceſſa. & quia hæc noua ſacramenta erant præfigurata per ſacrificia agni immaculati, ideo primum oraculum agno deputabitur.

¶ Caput primum, trigeſimum ſecundum oraculum ſcrutatur atq; examinat: diemq; paſſionis Chriſti ſuperius inuentū confirmat per immolationem agni albi immaculati, qui eodem die toto orbe terrarum pro ſalute humani generis immolabatur. & præfigurauit Chriſtum dominum eodem die in cruce immolandum eſſe. per cuius uictimam ceſſare debuit omnis ſanguinis immolatio, & omne holocauſtum, inſtitutione noui ſacramenti, quod euchariſtiam hoc eſt bonam gratiam appellamus.

VEnit Ieſus ſaluos facere non ſolum iudæos, uerū etiam gentes omnes credentes in eum. & quia immolatio agni paſchalis fuit figura imolatiōis Chriſti in cruce, congruebat Chriſtum crucifigi eo die, quo agnus imaculatus pro ſalute humani generis immolabatur, nō ſolum apud iudæos, uerū etiam apud omnes gentes. hoc autem non potuit contingere niſi die trigeſimo martii concurrente in die illo paſcha iudæorum cum feſto Iouis olympii cū feſto Ammonis ægyptii, & cū feſto Iani latini, quēadmodū ſuperiori libro probauimus. cōcurrebat etiā cū die ſalutis gētium, & cum die pacis atq; concordiæ. quibus omnibus immolabatur agnus albus immaculatus. ergo dies ille maxime congruere uidetur dominicæ paſſioni. quia in eo ſalutaris myſterii ſacramentū cunctis tam Iudæis quam gentibus per immolationem agni immaculati præfiguratum fuit. quod autem idolis prædictis eodem die immolabatur agnus, ex ſcriptis priſcoꝝ & ex faſtis romanorum perſpicuū extat. de Iano quidem, nam autor faſtorum inquirens cur feſtū Iani uocetur agonale: inter cæteras cauſas hanc ponit, q aliqui arbitrati ſunt feſtum Iani dici agonale, uel agonalia quaſi agnalia ſubtracta e medio o littera ſic inquiens. Pars putat hoc feſtum priſcis agnalia dictū, una ſit ut proprio littera dēpta loco. quia in hoc feſto imolari ſolet Iano agnus. nec obſtat q aliqui dicāt Iano imolari arietē, quia

agnus ãniculus maſculus eſt tãq̃ aries:ĩmo ante anni cõplementũ po teſt uocari aries.qđ etiã ex ſacra ſcriptura multis in locis elici poteſt: nam ut ſuperius oſtendimus Moſes præcepit filiis iſrael hanc immo lationem agni anniculi maſculi fieri in paſcha : ob deteſtationem idolatriæ ægyptiorum, qui Iouem ammonem in forma arietis cole bant. cui ipſa die plenilunii primi menſis quo Chriſtum crucifixum diximus aries mactari ſolet, cuius pelle uilloſa recenter detracta ido lum Ammonis induebatur. pro eodem ergo accipi poſſunt agnus maſculus anniculus, & aries. quemadmodũ etiã apud priſcos aries ille aureus nõnunquam agnus uocatur iuxta illud Atrei: miſit regni ſtabilimen mei agnum inter pecudes aurea clarum coma. quod etiã confirmari poteſt ex immolatione arietis facta per Abraham pro re demptione filii ſui Iſaac in monte moria, quem montem uiſionis appellant. præfigurabat enim hæc immolatio Chriſtum dominum in eodem monte in cruce immolandũ eſſe, quẽadmodũ libro quartode cimo expoſuimus. congruebat ergo myſteriis paſſionis Chriſtũ cru cifigi debere die trigeſimo martii: quando romani agnum immacula tum deo ſuo Iano immolabant: ut per Chriſti immolationem in cruce ceſſaret immolatio & idolatria Iano exhiberi ſolita. eodem etiã die ſcilicet trigeſimo martii, qui fuit dies plenilunii primi mẽſis aries immolari ſolet deo Pani, quia ouium cuſtos putabatur ut enĩ Herodotus docet arcades deum pana colentes plenilunium obſerua bant. Similiter & Ioui deorum regi eodẽ plenilunii die ueruex hoc eſt agnus caſtus, uel aries caſtratus cui adempti ſunt teſticuli immola batur. ſolet enim Ioui multiplex ſacrificium exhiberi iuxta diuerſi tatem temporum & perſonarum. aliquando immolabatur ei iuuen cus iuxta illud. ſtatuam ante aras aurata fronte iuuencum, Iam cor nu petat & pedibus qui ſpargat arenam. & Iuuenalis qui uexat na ſcenti robora cornu. aliquando immolabatur Ioui agna alba iuxta illud faſtorum primo. Idibus alba Ioui grandior agna cadet. Ali quando ĩmolabatur Ioui ueruex de quo iam diximus: qui a ſacerdo te caſto in templo Iouis capitolini in plenilunio offerri ſolet. iuxta illud. Idibus in magni caſtus Iouis æde ſacerdos, ſemimaris flammis uiſcera libat ouis. Idus autem plenilunia ſignificant ut ſuperius o ſtendimus. nec obſtat ꝙ Vergilius dicat cælicolum regi mactabam in littore taurum. erat enim uetitum immolari Ioui taurum. ſed Apol lini & Neptuno taurus ſacer erat. ut idem ipſe teſtatur dicens, Tau rum neptuno, taurũ tibi pulcher Apollo. ſed Vergilius ĩ hac ĩmola tione tauri reſpiciens ad ea quæ erant futura: facit hoſtiam contra

riam legi ut oſtendat per immolationem tauri tanquam per hoſtiam illicitam,& non conuenientem deo non fuiſſe litatum: immo ex ira dei ſecutum fuiſſe Horrendum dictu,& uiſu mirabile monſtrum: Nam quæ prima ſolo ruptis radicibus arbor uellitur,huic atro liquuntur ſanguine guttæ Et terram tabo maculant. ſub idem etiam æquinoctii tempus immolatus fuit Ioui a Phryxo aries ille, qui primum in zodiaco locum tenet. nam cum procurante Phryxi nouerca decretum eſſet in tripode Apollinis ut Phryxus & Helles eius ſoror immolarentur,cunq; iam ad aram uelati conſtitiſſent: a Nephile matre ſuperinducta nube rapti ſunt:& datus eſt eis aries aureus quo fugerēt: Helle in mare decidit: & ab ea Helleſpōtus dictus: ſed Phryxus incolumis ad Oetam colchorum regem peruenit,& arietem quo uectus fuerat Ioui immolauit,& uellus eius aureum detractum in templo fixit. Iuppiter ob rei memoriam arietem inter ſydera collocauit. hunc aureum nonnulli dictum putant: quia nitidus,purus,& immaculatus fuit. ſed hæc aliter a mythicis, aliter a phyſiologis interpretantur. nobis in præſentia ſat eſt,iam aliqua ex parte oſtendiſſe,ꝙ die plenilunii primi menſis, hoc eſt trigeſimo die martii (quo chriſtum crucifixum diximus) immolatus fuit agnus immaculatus, non ſolum apud iudæos,uerum etiam apud omnes gentes,qui quatuor prænominatos deos,Pana,Ammonem,Ianum,& Iouem,præcipue colebant: & eorum feſta eodem die celebrabant. accidit autem tunc feſtum Iouis quod fuit feſtum mobile conſequēs lunæ motum, concurrere cum feſto Iani quod fuit feſtum fixum. accidit etiam diuino quodam nutu omnia hæc feſta ipſo paſſionis die concidere,& concurrere cum paſcha iudæorum,in quo agnus paſchalis immaculatus Chriſti figura immolabatur.eodem etiam die ſacrificabatur a gentibus agnus albus immaculatus fronte mero perfuſa: qui immolabatur paci & concordiæ: quarum feſtum eodem die a romanis celebrabatur. quemadmodum ſuperius oſtendimus. de quo ſacrificio primo faſtorum libro ſic legitur Tura ſacerdotes pacalibus addite flāmis,Albaq; perfuſa uictima fronte cadet.Dicebantur enim pacalia feſta, in quibus paci ſacra fiebant. ſicq; ipſo paſſionis die immolabatur agnus immaculatus pro ſalute humani generis, non ſolū apud iudæos,uerum etiam apud omnes gentes:qui agnus præfigurabat Chriſtum innocentem & immaculatum eodem die in cruce pro redemptione humani generis immolādum eſſe,per cuius uictimam ceſſare debuit omne holocauſtū,& omnis ſanguinis immolatio,nam adueniente re figurata, ceſſat figura: ſed hæc ſacrificia erant figura

Chriſti immolandi in cruce ut ſuperius oſtendimus, ergo per immolationem Chriſti in cruce ceſſare debuerũt. nõ enim deſiderat deus uictimã muti animalis, neq; holocauſto delectatur, neq; ſitit ſanguinem hircorum, neq; cruorem arietum bibit, neq; mãducat carnes taurorum, neq; ſacerdotem ſuum carnificem fieri uoluit. quinimmo per prophetas uoluntatis ſuæ interpretes hæc omnia deteſtatur & abominatur. quamobrem Dauid deo dixit ſacrificium & oblationem noluiſti. Idẽ in perſona dei pſalmo quadrageſimo nono dixit nũquid manducabo carnes taurorum? & ſanguinem hircorum potabo? immola deo ſacrificiũ laudis, & redde altiſſimo preces tuas. Eſaias quoq; capitulo primo dixit holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem uitulorum, & agnorũ, & hircorũ nolui. Idẽ Hieremias inſinuat capitulo ſexto dicens. holocauſtomata ueſtra non ſũt accepta mihi, & uictimæ ueſtræ non placuerunt mihi. nam ut apoſtolus ad romanos ſcripſit: non eſt regnum dei eſca & potus: ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto. Erant enim hæc omnia noui ſacrificii figura. & ergo ceſſare debuerunt adueniente re figurata. magis nanq; diligit deus pietatem, & iuſtitiam quam ſanguinis ſacrificium. quippe ut Marci duodecimo a ſcriba dictum & a Chriſto approbatum legitur. diligere deũ ex toto corde, & proximũ ſicut ſeipſũ, maius eſt omnibus holocauſtomatibus & ſacrificiis. quamobrem & Matthæi nono Ieſus dixit diſcipulis ſuis: diſcite quid ſit, miſericordiam uolo, & non ſacrificium. quod Oſee ſexto ſcriptum legitur. & ut propheta inquit: ſacrificium deo ſpiritus contribulatus, cor cõtritum & humiliatum deus non deſpiciet. Idem Zachariæ ſeptimo & Danielis tertio. in anima contrita & in Spiritu humilatio ſuſcipiemur a domino. & ut Eſaias capitulo ultimo inquit: ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos? qui immolat bouem, quaſi qui interficiat uirum, qui mactat pecus, quaſi qui excerebret canem, qui offert oblationẽ, quaſi qui ſanguinẽ ſuillũ offerat. ut enĩ chryſoſtomus in homilia quinquageſima ſcripſit Chriſtus per ſuam doctrinam tulit de medio iuge ſacrificium iudæorum: ut offerretur ſacrificium laudis in uoce, & ſacrificium iuſtitiæ in operibus, & ſacrificium pacis, per euchariſtiam. quippe ut ſapiens inquit. uictimę impiorum abominabiles ſunt deo uota autem iuſtorum placabilia. qui ſequitur iuſtitiam diligitur a domino. melior eſt obedientia quam uictima. plus nanque delectatur deus animi uirtutibus, quam aſſatarum carnium nidore quemadmodum Menander comicus eleganter ſcripſit: ſi quis o pamphile

taurorum

taurorum in ſacrificium oblata multitudine propitium ſe habiturų deum arbitratur, penitus errat, mentis leuitate ſeductus, ſed oportet iuſtitiā ſeruare, non adulterari, non uirginibus inſidiari, neq; acus quidē tenue filū ſi alienū eſt cōcupiſcere. hæc ille. deſiderat eni deus uitæ hominis integritatem, animi manſuetudinem, pietatem, iuſtitiam, patientiam, innocentiam, caſtitatem, cœlibatum, fidem, charitatem, cæteraſq; uirtutes: quas quoties homo exercet, & exhibet, toties deo ſacrificat. ad qđ ſacrificiū, neq; igne, neq; uerbenis opus eſt: neq; fibris, neq; ceſpitibus, ſed charitate & amore proximi, & his, quæ puro & intimo corde proferuntur, ſicut ſunt laus & hymnus. eſt enim tēplum dei ſpirituale, anima uirtutibus adornata, & deo deuota: iuxta illud apoſtoli templum domini ſanctum eſt, quod eſtis uos. & iterū neſcitis quia corpora ueſtra templum ſunt ſpiritus ſancti. quamobrē beatus Auguſtinus in ſermone de dedicatione templi inquit. quotieſcunq; altaris uel templi feſtiuitatem colimus, ſi fideliter & diligenter attendimus, & ſancte ac iuſte uiuimus, quicquid in tēplis manu factis agitur, totum in nobis ſpirituali ædificatione completur. Idē ſuper pſalmo. 34. decor domus dei in ſanctis eſt. quāobrē Ioānes in apocalypſi de eccleſia dixit: murus eius habet fundamenta duodecī in quibus ſcripta ſunt duodecī nomina apoſtolorū. ipſa enī ſpiritualis eccleſia cōſtruitur ex lapidibus uiuis, ut docet Petrus apoſtolus prima epiſtola cap. ſecundo tanq̄ lapides uiui ſuperædificamini. quāobrē Origenes dixit ut habetur. 16. q. 7. qui carnaliter uiuunt domū orationis ex lapidibus uiuis conſtructam faciunt eſſe ſpeluncam latronum ſuis actibus. de quo & Sixtus pythagoricus dixit templum dei eſt animus hominis. & ara uel altare dei eſt cor hominis, ſuper quod homo debet offerre uirtutes morales, atq; diuinas ſuperius expoſitas. neq; lapideas aras congeſtis in altitudinem ſaxis deus expoſtulat, neq; eburneas requirit. hæc enim quia corruptibilia exiſtunt non ſunt caſta dona: ut Plato inquit, ſed cor hominis deſiderat: & in ſuo cuiq; conſecrandus eſt pectore. Chriſtus ergo, qui ſeipſum hoſtiam præbuit, & per ſanguinem proprium in ſancta ſanctorum introiuit, ſic dilexit eccleſiam ſuam ut traderet ſemetipſum pro ea, & per ſanguinem ſuum eam ſanctificaret. per quem ceſſare fecit omne ſanguinis ſacrificium, & præcipue immolationem humani cruoris, quo priſci deos ſuos placare ſolebant. quippe athenienſes Minoi inferorum iudici ſeptem mares, totidemq; fœminas quotannis mactabant: ob necem Androgei, cui pendere pœnas cecropidæ iuſſi. carthaginēſes quoq; humanā hoſtiā Saturno offerebāt. & ſcythæ Marti.

BB

ſed perſæ ſacrificantes, deoq; gratias agentes, uiuos homines deſo/
dere ſolebant, ut refert Herodotus. lacedęmonii hominem Marti
ſacrificabant. rodii Saturno. in creta curetes Saturno pueros im/
molabant. in ſalamine inſula Diomedi homo mactabatur, qui ab
adoleſcentibus ter circum aram ductus tandem a ſacerdote haſta per
cuſſus, & rogo impoſitus cremabatur. Dionyſio apud chios ho//
mo crudeliter decerptus immolabatur. phœnices in bellorum, uel
peſtilentiæ calamitatibus, amiciſſimos homines Saturno ſacrificare
ſolebant. & in magnis periculis ſui principis dilectiſſimum ex fili//
is iugulabant. græci omnes priuſquam ad bella ſuſcepta prodirent
hominem immolabant. ægyptii corpora mortuorum condiebant, &
domi ſeruata in conuiuiis exhibebant. In laodicia ſyriæ Palladi uir
go immolabatur. & ut Ariſtoteles inquit patrem occidere apud triba
los licitum fuit. quia parentes ætate confectos iugulabant, & coctos
aduocatiſ cognatis deuorabant. galli ut ſcripſit Iulius cæſar libro ſex
to belli gallici tempore ſuo maxime dediti religionibus, pro uictimis
homines immolabant. nonnunquam ſeipſos immolaturos uouebāt
arbitrantes non poſſe deorum immortalium numen placari, niſi pro
uita hominis, uita hominis reddatur. & ut Lactanrius ſcripſit galli
Eſum atq; Theutantem humano cruore placabant. ut etiam Mar/
tianus libro ſexto inquit maſſilienſes hoſtiam humani generis immo
labant. celtæ de caluariis mortuorum pocula conficiebant. In hirca/
nia plebs canes alebat a quibus poſt mortem deuorari poſſet. ſed no
biles & optimates, ſeruos uel domeſticos educabant, ut ab eis poſt
mortem comederentur. latini quoq; & romani Ioui latiali ſacrifi//
cantes humano ſanguine litabant. & Saturno hominem e ponte
miluio in tyberim proiecerunt. & maniæ deæ matri larium humano
capite ſacrificabant. hanc ergo humani cruoris immolationem, &
omnem ſanguinis uictimam, omneq; holocauſtum Chriſtus ſalua/
tor ſuo uiuifico ſanguine in ara crucis pro redemptione humani ge/
neris effuſo, deleuit atq; extinxit. & euchariſtiæ ſacramentum, ac iuſti
tiæ, aliarumq; uirtutum animæ ſacrificium inſtituit. ſicut Malachias
propheta capitulo tertio futurum prænunciauerat dicens: ſtatim ue
niet ad templum ſuum dominator quem uos quæritis, & angelus
teſtamenti quem uos uultis, & erunt domino offerentes ſacrificia in
iuſtitia, & placebit domino ſacrificium Iuda & hieruſalem, ſicut di/
es ſæculi, & ſicut anni antiqui. erat enī idolatria abominabilis deo &
contraria legi moſaicæ, & onus cerimoniaꝶ legalium erat importabi
le gentibus, & ideo Chriſtus qui ex Iudæis & gētibus fecit unū popu

lum, remouit utrunq; . & conuertit utriuſq; legis cerimonias i ſpiritalem nouæ legis diuinum cultum, omniũ quoq; legaliũ hoſtiarũ differẽtias unius ſacrificii perfectione cõplectens, cuncta legis myſteria ſub uno euchariſtiæ ſacramento plenitudinẽ gratiæ conferente ſanciuit, contentus ſacrificio panis & uini, quæ corpus & ſanguinẽ eius repræſentãt: iuxta inſtitutionẽ Melchiſedech regis iuſti. quamobrem per hoc nouum ſacramentũ ceſſare debuit omnis ſanguinis imolatio nã ut apoſtolus inquit, cũ uenerit qđ perfectũ eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. ſed euchariſtię ſacramentũ eſt perfectũ, quia per ipſũ purgantur peccata, augentur uirtutes, & omniũ ſpiritaliũ gratiaꝝ dona afferuntur. lex autem Moſaica & eius ſacramenta imperfecta fuerũt quia non conferebant perfectionem gratiæ & gloriæ. ſi enim data eſſet lex, quæ poſſet uiuificare, uere ex lege eſſet iuſtitia. ſed concluſit lex omnia ſub peccato ut promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. nihil enim ad perfectum adduxit lex, ſed erat pedagogus noſter in Chriſto, ut ex fide iuſtificemur. & fuit introductio melioris ſpei, per quam approximamus ad deũ, per miniſterium Ieſu Chriſti, iuramento dei interpoſito. quia iurauit dominus & non pœnitebit eũ, dixitq; ad Ieſũ, tu es ſacerdos in æternũ ſecũdũ ordinẽ Melchiſedech. cuius miniſteriũ, dignius fuit leuitico ſacerdotio. ſũpſit enim Melchiſedech decimas ab Abraham patre, uel progenitore Leui, & benedixit eum. fuit ergo maior eo. nam qui recipit decimas maior eſt eo qui ſoluit eas & qui benedicit alium ſine cõtradictione maior eſt eo qui benedicitur. ſi ergo Melchiſedech fuit maior Abrahã progenitore Leui, fuit etiam maior Leui, qui adhuc fuit in lumbis Abrahæ. ſed dicet fortaſſe aliquis eadẽ ratione qua Leui tunc fuit in lumbis Abrahæ, etiam Chriſtus, qui ſecundum carnem deſcendit a Iuda fratre Leui, fuit in lumbis eiuſdem Abrahæ et ſic Chriſtus etiam decimatus fuiſſet a Melchiſedech, qui decimauit Abrahã, a quo Chriſtus ſecundum carnem deſcendit. Huic argumẽto reſponderi poteſt quod licet Chriſtus deſcenderit ab Abraham ſecundum carnem, hoc eſt ſecundum corpulentam & materialem ſubſtantiam: tamen non deſcẽdit ab Abraham ſecundum ſpiritum uel animam, neq; per rationem ſeminalem uel carnalem concupiſcentiam: quia non fuit conceptus ex ſemine uirili, ſed uirtute ſpiritus ſancti. ſicq; licet Melchiſedech fuerit maior Abraham patriarcha: tamen non fuit maior Chriſto. Sed cõtra prędicta adhuc poſſet aliquis iſtare & dicere, ſi Melchiſedech inſtituit ſacrificiũ Panis & uini & Chriſtus eiuſdẽ ſacrificii fuit executor atq; miniſter: ergo adhuc Melchiſedech maior fuit Chriſto.

quia autor ſacrificii maior eſt executore & miniſtro eiuſdē. ¶ Huic argumēto reſponderi poteſt ꝙ Chriſtus non fuit miniſter Melchiſe dech in ſacrificio panis & uini, ſed fuit principalis finis intentus ab ipſo Melchiſedech. neq; ſacrificiū a Melchiſedech inſtitutū fuit cau ſa ſacrificii a Chriſto ſanciti: ſed fuit figura & typus eius, & a Chriſto ſupplementum, & perfectionem accepit. quamobrem poſtquam hoc ſacrificium per Chriſti conſecrationem confirmatum fuit, debuit ceſ ſare ſacrificium Aaron & leuitarum. quia trāſlato ſacerdotio, neceſſe eſt ut legis tranſlatio fiat. conſtat nanq; Chriſtum non fuiſſe de tri bu leui ſacrificiis deputata, ſed de tribu Iuda, de qua nullus altari præſto fuit. & natus eſt in bethleem, quæ domus Panis interpretatur ipſe enim eſt Panis qui de cœlo deſcendit. quamobrem in Pane ſa crificium inſtituit. & factus eſt ſacerdos iuxta ordinem Melchiſe dech: non ſecundum legem mandati carnalis, ſed ſecundum uirtu tem uitæ æternæ. erat enim miniſterium ſacerdotum Aaron uile & abiectum nimis, carnifici uel tubicini potius quam ſacerdoti congru ens, ſcilicet pelles beſtiis immolatis detrahere, & ruba clangere. quis enim non abhorreat in ſanguine hoſtiarum uerſari? & manus cruore contaminatas habere? quis non obſtupeſcat audiendo quod libro ſe cundo paralipomenon legitur: ſacerdotes pauci erant nec poterant ſufficere ut pelles holocauſtorum detraherent, unde & leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos, propter multitudinem ſacrificiorum (in paſ cha ab Ezechia celebrato) immolatorum. & quoniam hęc miniſteria uiliſſima erāt, neceſſarium fuit ſurgere alium digniorem ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech. cuius ſacerdotium regale eſſet. fu it enim Melchiſedech iuxta nominis interpretationem rex iuſtitiæ, & rex ſalem, ideſt rex pacis. in hoc enim differt miniſterium nouæ le gis a miniſterio ueteris teſtamenti, quia populus dei, uel miniſteri um eius in ueteri teſtamento dicebatur regnum ſacerdotale, ut habe tur exodi decimo nono, erat enim ſacerdotium imperfectum, eo qđ per ipſum non immolabatur niſi ſanguis hoſtiarum. ſed in nouo inſtrumento, populus dei, uel miniſterium eius uocatur ſacerdoti um regale, ut habetur in epiſtola Petri: quia eſt perfectiſſimum, & per ipſū īmolatur Chriſtus, qui ſeipſū hoſtiā præbuit. intantū ergo melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Ieſus, quantū ordo ſecundum Melchiſedech melior eſt & dignior atq; perfectior ordine leuitico, & quantum ſpirituale ac perpetuum, melius eſt temporali ac corrupti bili. lex enī uetus promittebat duntaxat bona tēporalia, & corrupti bilia: ſed teſtamētū Chriſti cōcedit bona ſpiritualia & æterna. eſt etiā

Chriſti ſacerdotiũ perpetuum.multi nanq; ut apoſtolus inquit facti ſunt ſacerdotes ſecundũ legem,eo ꝙ morte prohiberentur permanere,Chriſtus autem quia manet in æternũ,ſempiternum habet ſacerdotium. unde & ſaluare in perpetuum poteſt, accedens per ſemetipſum ad deum ſemper uiuens ad interpellandum pro nobis.lex enim conſtituit homines ſacerdotes infirmitatem habentes:ſermo autẽ iuriſiurãdi qui poſt legem eſt,filium in æternum perfectum. talis enim decebat ut eſſet nobis pontifex ſanctus,innocens,impollutus,ſegregatus a peccatoribus,& excelſior cœlis factus,qui non habet neceſſitatẽ quotidie queadmodũ ſacerdotes prius pro ſuis delictis hoſtias offerre,deĩde pro populi offenſa.hoc enĩ fecit ſemel ſe offerẽdo.omnis enĩ põtifex ad offerendũ munera & hoſtias cõſtituit̃,unde neceſſe eſt & Ieſũ habere aliqd qđ offerat nihil autẽ habere potuit eoꝝ ſacroꝝ quę in ueteri teſtamẽto offerebantur,quia illa adminiſtrari & offerri poterãt per ſacerdotes ueteris legis,& erant tanquã umbræ cœleſtiũ melius ergo & perfectius ſortitus eſt miniſterium,quanto & melioris teſtamenti mediator eſt.nam ut idem inquit ſi primum illud teſtamẽtum perfectum fuiſſet,non utiq; ſecundi locus requireretur,ſed uituperans iudæos deus per Hieremiam prophetam dixit,ecce dies ueniẽt dicit dominus,& conſũmabo ſuper domum Iuda teſtamentum nouum,non ſecundum teſtamentum quod feci patribus eorum in die qua appræhendi manum eorum,ut educerem illos de terra ægypti,quoniam ipſi non permanſerunt in teſtamento meo,& ego neglexi eos dicit dominus,quia hoc eſt teſtamentum quod diſponã domuĩ iſrael,poſt dies illos dabo leges meas ĩ mentẽ eoꝝ & ĩ corda eoꝝ ſuperſcribã eas,& ero eis in deũ,& ipſi erũt mihi in populum,& nõ docebit unuſquiſq; proximum ſuum dicens,cognoſce dominũ,quoniam omnes ſciẽt me a minore uſq; ad maiorem,quia propitius ero iniquitatibus eoꝝ & peccatorũ eoꝝ iam non memorabor. dicendo autem nouum iam ueterauit primum.quod autem antiquatur & ſeneſcit prope interitum eſt. melius ergo & perfectius eſt teſtamentum nouum,quod & melioribus repromiſſionibus & iuramẽto ſancitum eſt,& meliori hoſtia conſummatum eſt,ſicut dicit ſcriptura ſacrificium & oblationẽ noluiſti corpus autem adaptaſti mihi:obtulit ergo ſemetipſum. & fuit ſacerdos & ſacrificium. ſacerdos ſecundum ſpiritum ſanctitatis,ſacrificium ſecundum carnem. & altare fuitara crucis,in qua ſanguinem ſuum fudit pro uita noſtra.Redeuntes ergo ad primum noſtrum inſtitutũ de die paſſionis dñi propoſitũ patet ex prædictis diem trigeſimum martii ſuperius per aſtrologicam

ſupputationẽ inuentum, maxime congruere dominicæ paſſioni quia in eo non ſolum apud iudæos, uerum etiam apud gentes immolabatur agnus immaculatus, qui pręfigurauit Chriſtum dominum eodẽ die in cruce immolandum eſſe, per cuius uictimam ceſſauit omne holocauſtum, & omnis ſanguinis ĩmolatio, diis gentiũ exhiberi ſolita. & per eam nouum euchariſtiæ ſacramentum uigorem accepit. quod licet pridie quam pateretur Chriſtus inſtituit: tamen per paſſionem eius & ſanguinis effuſionem efficaciam ſumpſit. ſicut ipſe cum ſanguinem ſuũ ſub ſpecie uini propinaret diſcipulis inſinuauit dicens hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

❡ Secunda pars huius libri inueſtigat tempus aduentus domini, & diem paſſionis eius per oracula quæ romanis tunc rerum dominis a ſibyllinis uatibus fuerunt reuelata. & per ſigna atq; portenta eiſdem inſinuata. nam ſub idem tempus Romæ multa prodigia uiſa ſunt. eodem etiam die quo Chriſtum crucifixum diximus conſecratum fuit Romæ tẽplũ ſalutis, & dies ille uocabatᷓ dies ſalutis populi romani, & dies pacis atq; concordię. eodem quoq; die clauſum fuit tẽplũ Iani & conſecratum fuit templum pacis & templum concordiæ. quẽadmodum nunc ſingulatim de ſingulis exponemus.

Etſi gratia dei per Ieſum chriſtum ſaluatorem noſtrũ & per apoſtolos atq; diſcipulos eius cunctis gentibus affatim fuit cõmunicata: tamẽ ſpeciali quodã munere & priuilegio romanis pręcipue fuit affluentius infuſa nõ ꝙ deus fuerit acceptor perſonaꝝ aut fautor romanoꝝ, ĩmo omnes homines uult ſaluos fieri, & ĩ omnes lumen ſuæ gratiæ æqualiter ſemper effudit. ſed in romanis abundantius hoc lumẽ fuit receptũ: quia magis erant diſpoſiti ad recipiendũ gratiã. eo ꝙ minus fuerint elongati ab ea. nã iuſtitiã ſẽper, & reliquas uirtutes morales plus cæteris gẽtibus coluerũt. ut enĩ Vegetius libro de re militari inquit romani dominiũ totius orbis obtinuerũt nõ multitudine populi nec fortitudine corporali ſed ſapiẽtia & iuſtitia cõſulũ, & prudẽtia militari. pietate etiã ac religione alias nationes ſuperarũt: ut pręclare docet Cicero de aruſpicũ reſponſis ſic diſſerẽs: patres cõſcripti licet ipſi nos amemus: tamẽ nec numero hiſpanos, nec robore gallos, nec calliditate pœnos, nec artibus græcos ſuperare poſſumus: ſed pietate, & religione, atq; hac una ſapientia ꝙ deoꝝ immortaliũ numine omnia regi gubernariq; proſpeximus, omnes gentes nationeſq; ſuperauimus. ſimiliter Liuius libro. 47. ſcripſit: ꝙ Gneo Cornelio præto

ri mulcta fuit indicta quod cum Aemilio lepido pontifice maximo iniurioſe contenderet, an ſacrorum quam magiſtratuum ius potenti us fuit. Plinius romanorum abſtinentiam commendans, dicit non de guſtaſſe eos uina aut nouas fruges priuſquam ſacerdotes primitias li baſſent. ex quibus patet romanos ſemper fuiſſe iuſtiſſimos & minus ad idolatriam propenſos. qui licet idola coluerint, tamen deos ſuos ſtupris, inceſtibus, & adulteriis non diffamauerunt. ſicut reliquæ na/ tiones & gentes Iouem ſuum contaminarunt. & ut philoſophus in quit facilior eſt tranſitus in ſymbolizantibus. fuerunt ergo romani magis diſpoſiti ad gratiam dei recipiendam. quamobrem & affluen/ tius eis infuſa fuit. hanc autem ſymboleitatem ſiue conformitatẽ diſ poſitionis reipublicæ romanorum cum lege Chriſti innuere uidetur apoſtolus ad romanos ſcribens: uocans eos oleaſtros inſertos oliuæ ueræ qui per inſertionem producunt uerum oliuæ fructum, propter conformitatem quandam & præuiam diſpoſitionem ad legem Chri ſti inducentem. quamobrem idem apoſtolus pro romanorum fide gratias deo agens: ſic ad romanos capitulo primo ſcripſit. primum quidem gratias ago deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus uo/ bis, quia fides ueſtra ãnunciatur in uniuerſo mundo, teſtis enim mi/ hi eſt deus cui ſeruio in ſpiritu meo in euangelio filii eius, quod ſine intermiſſione memoriam ueſtri facio in orationibus meis, obſecrans ſi quo modo tandem aliquando proſperum iter habeam in uolunta te dei ueniendi ad uos, deſidero enĩ uidere uos, ut aliquid ĩpartiar uo bis gratiæ ſpiritalis ad confirmãdos uos, ideſt ſimul cõſolari in uobis per eã quæ ĩuicẽ eſt fidẽ ueſtrã atq; meã. ſicq; licet gratia dei omnibus gentibus fuerit communicata: tamẽ romanis propter ſubiecti diſpo ſitionẽ abũdantius & affluentius fuit infuſa. eſt enĩ gratia dei luci ſo lis ſimillima. nã ſicut ſol omnia æqualiter illuſtrat & æquali luce ſu/ per omnia corpora irradiat: tñ lumẽ eius nõ æqualiter omnibus corpo ribus infunditur: ĩmo ſolũ ĩ corpore diaphano recipitur: dicente Ari ſtotele lumẽ eſt actus diaphani inquantũ diaphanũ. ſic gratia dei om nibus æqualiter ſine perſonaꝝ acceptione ſe offert. ut in omnia æqua liter ſe diffundat: ſed non æqualiter in omnibus recipitur: propter di uerſam ſubiecti diſpoſitionẽ. a prauis enĩ hominibus repellitur: ſicut radius ſolis a duris & denſis corporibus reflectitur. ſol nãq; in omnes ſtellas lumen ſuum æqualiter diffundit, tamen una ſtella clarius ip/ ſum recipit quam alia propter recipiẽtis diſpoſitionem. differt enim una ſtella ab alia claritate. immo luna ipſa ĩ ſuis partibus lumen ſolis diuerſimode recipit atq; reflectit. q̃obrẽ maculã ĩ ſe habere uidet̃. ſic &

gratia dei omnibus ſe offert, ſed non æqualiter in omnibus recipitur & ſicut ſol aliqua corpora ſtringit, exiccat, atq; indurat ut lutum, & aliqua mollificat ut ceram: ſic gratia dei diuerſos effectus in hominibus producit iuxta diſpoſitionem recipiẽtium. quippe his eiſdem radiis quibus deus qui eſt ſol iuſtitiæ illuminabat populum iſrael: cor Pharaonis (cui inerant luteæ cogitationes) indurauit. & ſicut ſol uiuificat & uireſcere facit: ſic gratia dei uiuificat animam & de morte ad uitã reuocat. & ſicut ſol diſtinguit & mutat tempora: ſic gratia mutat hominem & de peccatore iuſtum, de terreno cœleſtem facit. & ſicut ſol ſuis radiis purgat, illuminat, & illuſtrat aerem: ſic gratia dei animam a ſordibus peccatorũ emundat: & ne denuo labatur præſeruat: quam diu præſens fuerit. ipſa autem abſente: ſtatim obtenebratur & offuſcatur anima. conſiſtunt enim hæc in continuo fieri & non in facto eſſe: ſicut aer præſente luce uel radio ſolis non factus eſt lucidus ſed continue fit lucidus. ſi enim factus eſſet lucidus: tunc etiam abſente lumine ſolis: remaneret lucidus: quod non contingit. illuminatio ergo animæ per gratiam dei eſt in continuo fieri. & ſicut ſol oritur ſuper bonos & malos, iuſtos & iniuſtos, ſic gratia dei quæ eſt lux uera illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. & lux in tenebris hoc eſt in prauis hominibus lucet: ſed tenebræ eam non cõpræhenderunt. immo ab ea refugerunt: non propter impedimentũ ex parte lucis, ſed propter indiſpoſitionem tenebrarum. nam ſicut oculus nycticoracis, & hominis lippi, lumen ſolis abhorret: ſic praui homines gratiam gratis eis oblatam a ſe repellũt atq; reiiciunt. quippe gratia ſe habet ad animam ſicut anima ad corpus. nã ſicut anima non recipitur in corpore informi, ſed organizato duntaxat: & membris congruis formato: ſic gratia dei non recipitur in anima deformi & uitiis inquinata: ſed in ea præcipue quæ uirtutibus eſt adornata, uel ad uirtutes proxime diſpoſita: & ſicut anima uiuificat corpus: ſic gratia dei uiuificat animam. immo multo amplior eſt gratia dei reſpectu hominis quam anima reſpectu corporis. neq; ſemper requirit ſubiectum per merita diſpoſitum: quinimmo nonnunquam recipitur nullis meritis uel uirtutibus præcedentibus: ſi enim gratia meritis ſolum redderetur, iam non eſſet graria ſed debitum iuſtitiæ. neq; eſſet donum gratis datum ſed præmium uel meritum. ut apoſtolus ad romanos undecimo ſcripſit. ſi autem gratia: iam non ex operibus alioquin gratia non eſſet. idem: gratia inquit ſalui facti eſtis per fidem: & hoc non ex uobis ſed dei donum eſt. non ex operibus: ne forte quis extollatur. ipſius enim ſumus figmentum creati in Chriſto Ieſu

to Ieſu in operibus bonis,quę præparauit deus,ut in illis ābulemus.
non ſuis meritis ſed gratia dei Raab meretrix ſaluata eſt.non ſuis me
ritis latro truculentiſſimus homicida portas paradiſi una cum Chriſ
to aperuit: a quibus Iudas diſcipulus excluſus fuit.ſic Matthæus pu
blicanus euangelium ſcripſit. Zachæus publicanus factus eſt Chriſti
diſcipulus.ſic Saulus perſecutor Chriſti factus eſt eius apoſtolus.Di
cente ipſo prima ad corinthios quintodecimo: gratia dei ſum id qđ
ſum:& gratia eius in me non fuit uacua.Idē prima ad corinthios ter
tio ſecundum gratiā dei quæ data eſt mihi ut ſapiens architectus fun
damentum poſui alius autem ſuperędificat.quippe opera omnia quę
facit homo ſine gratia,ſunt tanqnam mortua,& omnes uirtutes quę
ſunt ī anima ſine gratia ſunt īformes.ſed dicet fortaſſe aliquis ſi deus
uult omnes homines ſaluos fieri cur uoluntas omnipotentis dei nō
impleatur? cur hoc donum ſine quo nemo ſaluus eſſe poteſt, ab eo
qui omnes ſaluari uult: non omnibus conferatur? cur hæc gratia dei
non omnibus infundatur? huius argumenti ſolutionem elicere poſ
ſumus ex his quæ ſuperius de uocatione omnium gētium ſcripſimus
& inferius de ſtella magorum gentibus oſtenſa ſcripturi ſumus:quia
non ſolum romanis,ſed omnibus gentibus gratia dei affatim fuit cō
municata & abunde infuſa,licet in romanis tūc rerum dominis prop
pter diſpoſitionem materiæ affluentius fuerit recepta. quamobrem
& Chriſtus ſuis uicariis ſedem in urbe roma elegit & Petrum paſſio-
nem fugientem ad urbem redire monuit. multis etiam ſignis & pro
digiis primum ſuum aduentum romanis ſignificauit.perhibent nāq;
priſci hiſtoriographi ante paucos quam naſceretur dominus annos:
factum fuiſſe Romæ prodigium publice quo denunciabatur regem
po. ro. naturam parturire. ſenatum exterritum cenſuiſſe:ne quis an
no illo genitus educaretur: eos qui grauidas uxores haberent,quod
ad ſe quiſq; ſpem traheret curaſſe,ne ſenatus conſultum ad ærarium
deferretur.quod licet Suetonius de Auguſto dictum interpretetur:
tamen de Chriſto intelligendum eſſe rerum euentus iam approba-
uit. quia non ſolum romani populi,ſed & totius orbis uerus rex fuit
ſimiliter & illud apud gentes diuulgatum,antiquis ſacetdotum litte
ris proditum fuiſſe,& in ſacris contineri,perſuaſumq; iudaico popu
lo,tunc futurum eſſe,ut uir Iudæa profectus rerum potiretur:& im
periū orbis aſſumeret.de Chriſto ītelligi debuit.licet Ioſephus,Sue
tonius,& Cornelius tacitus Veſpaſiano hoc tribuant. quod autem
ad Chriſtum referri debeat ex uerbis eorundem autorum elici poteſt
nam ut Cornelius tacitus inquit hæc perſuaſa fuerunt populo iudai

co antiquis ſacerdotũ litteris:ſed ãtiqua ſacerdotũ uel propheta℞ ſcripta,haudquaq̃ de regno tẽporali ſed de regno ſpirituali atq; cœleſti per Chrſtũ meſſiã promiſſio ĩtelligi debẽt.dicit etiã Suetonius ꝙ toto oriẽte percrebruerat uetus & cõſtans de hoc opinio.ſed uetus opinio nõ potuit referri ad imperiũ Veſpaſiani uel filiorũ eius,quod paruo tempore duraturum erat. neq; Veſpaſianus qui ſabinus fuit,ex Iudæa originem duxit. ſcribit etiam Ioſephus oraculum hoc in ſacris litteris fuiſſe repertum : ergo non debet exponi de regno temporali ſed ſpirituali. quemadmodum libro quintodecimo per prophetarũ ſcripta oſtendimus.ſibylla etiam cumæa (cuius libri in capitolio magna cura ſeruabantur)Chriſtum ſaluatorem in aureo ſæculo ſub Auguſto pacifico naſciturũ prævaticinata fuerat:de quo Vergilius ſcripſit : ultima cumæi uenit iam carminis ætas. magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo. iam redit & uirgo redeunt ſaturnia regna. iam noua progenies cœlo demittitur alto. tu modo naſcẽti puero, quo ferrea primum deſinet : ac toto ſurget gens aurea mundo : caſta faue lucina. & licet Vergilius hoc ſibyllæ uaticinium accommodet ſalonino puero ex aſinio pollione eius amico tũc nato,tamẽ ſibylla hoc de Chriſto ſub Auguſto naſciturо prædixerat.neq; enim uaticinium hoc ſalonino congruere poteſt,qui puer adhuc uita functus obiit. neq; egregiũ aliquod facinus peragere potuit. ſed Chriſto Ieſu hæc omnia conuenire uidentur. conſtat nanq; Ieſum ſub idẽ tẽpus ĩperãte Octauio auguſto in ultima mundi ætate e cœlo demiſſum nouo & mirifico quodam procreationis modo ex uirgine natum fuiſſe. & horoſcopo uirgine cœleſti ſigno aureum ſæculum & uitam beatam ĩ terrã detuliſſe. quippe ut Aratus in phænomenis docet in aureo ſæculo uirgo ideſt iuſtitia cũ hominibus habitauit. ſed poſtquã propter hominum ſcelera deprauatum fuit ſæculum,& ex aureo factum ferreum,uirgo prauorum hominum mores fugiẽs,euolauit ad ſuperos,& in cœlum locum obtinuit. ut enim aratus inquit. καὶ τότε μισήσασα δίκη κείνων γένος ἀνδρῶν ἔπταθ' ὑπουρανίη ταύτην δ' ἄρα νάσσατο χώραν παρθένος εὔκηλος. deſeruit propere terras iuſtiſſima uirgo & cœli ſortita locum qua proximus illi tardus in occaſum ſequitur ſua plauſtra bootes. rediit ergo ad nos(Chriſto nato)uirgo,ideſt iuſtitia : ſicut Dauid prædixerat:orietur in diebus eius iuſtitia,& abundantia pacis. nam Iano ab Auguſto clauſo, & pace terra mariq; parta,natus eſt ſaluator regnante iuſtitia in aureo ſæculo:quia ut Lucius florus ſcribit Auguſtus conuerſus ad pacem, primum omnia mala & in luxuriam fluens ſæculum, grauibus ſeue-

riſq; legibus coercuit. merito ergo dixit redeunt ſaturnia regna, iam noua progenies cœlo demittitur alto . ſignificans myſteriū mirifici uerbi dei incarnati per ſibyllam denunciati : tunc expectari , immo in foribus adeſſe. præterea uerſus qui ſequuntur non poſſunt conuenire ſalonino: quia Vergilius innuere uidetur prolem illā eſſe deū ex deo natum & deorum ducere uitam dicens : ille deum uitam accipiet, diuiſq; uidebit permixtos heroas, & ipſe uidebitur illis : pacatū ꝙ reget patriis uirtutibus orbē. occidet & ſerpens & fallax herba ueneni. & rurſus: aggredere o magnos aderit iā tempus honores, chara deum ſoboles magnum Iouis incrementum : aſpice conuexo nutātem pondere mundum, terraſq; tractuſq; maris cœlumq; profundum, aſpice uenturo lætentur ut omnia ſæclo. ex quibus perſpicuum eſt ſibyllam hæc ſcripſiſſe de Ieſu Chriſto ſub Auguſto naſcituro. licet Vergilius ea ſalonino accommodauerit. cōſtat nāq; ſibyllas omnem Chriſti ſaluatoris paſſionem, reſurrectionē, omnēq; eius uitam, adeo clare & diſtincte prædixiſſe, ac ſi oculis cuncta præſentialiter conſpexiſſent. quemadmodum Lactantius, Auguſtinus & alii nonnulli eccleſiæ doctores diffuſius declararūt. quorū ſcripta minime repetenda duximus. ut etiam Eutropius & Oroſius teſtātur ſub idem tempus quo Chriſtus natus fuit: romæ in tranſtyberina regione e taberna meritoria ueteranis militibus pro ſuſtentatione uitæ deputata (ubi nunc eſt eccleſia ſanctæ mariæ) fons olei e terra manauit. ac per totum diē largiſſimo riuo uſq; in tyberim defluxit : ſignificās Chriſti gratiam romanis ac gentibus cunctis romano imperio ſubiectis communicandam eſſe. oleum nanq; Chriſti gratiam ſignificat. quippe Chriſtus græce : hebraice meſſias : latine unctus dicitur. erat autem hic olei fons præſagium primi aduentus Chriſti & ſacramentorum eius in oleo & chriſmate futurorum. quemadmodum templum ſalutis humani generis die trigeſima martii a romanis cōſecratum : fuit oſtentum uel præſagium diei paſſionis Chriſti, ſicut nunc declarare aggrediemur.

¶ Caput ſecundum confirmat diem paſſionis ſuperius inuentum per ſalutem eodem die uniuerſis gentibus collatam: quia uocabatur a romanis dies ſalutis: & eodē die cōſecratū fuit romæ tēplū ſalutis.

MAgnum diuinæ dignationis myſterium fuit, ꝙ deus ī die ſalutis populi romani ſe hoſtiam fecit, ut nos ab hoſte liberaret. lauit enim nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo in ara crucis effuſo. nam ſicut ſanguis agni immaculati in phaſe iuxta legem immolati poſti

bus domorum illitus,ſaluabat filios iſrael ab angelo deuaſtante : ſic ſãguis Chriſti in ara crucis effuſus ſaluauit & liberauit omnes credẽtes in eum tam gentes q̃ Iudæos ab inſidiis diaboli,& a peccato inobedientię cui propter præuaricationem primorum parentum omnes erant obnoxii. eſt enim phaſe tranſitus domini. tranſibo ĩquit per terram ægypti nocte illa percutiamq; omne primogenitum in terra ægypti ab homine uſq; ad pecus & in cunctis diis ægypti faciam iudicia ego dominus. erit autem ſanguis uobis in ſignum in ædibus in quibus eritis,& uidebo ſanguinem & tranſibo uos,nec erit in uobis plaga diſperdens, quando percuſſero terram ægypti. habebitis autẽ hunc diẽ in monimentum, & celebrabitis eum ſolemnem domino in generationibus ueſtris cultu ſẽpiterno. hæc autẽ a deo præordinata fuerunt in figura Chriſti ſaluatoris, qui ſemetipſum hoſtiam fecit,ut redimeret nos in ſanguine ſuo,ex omni tribu,lingua, & populo,& natione. unde & Petrus apoſtolus in prima ſua epiſtola dixit, nos redemptos,non auro uel argento,ſed precioſo ſanguine agni immaculati Chriſti & incontaminati : præcogniti quidem ante mundi conſtitutionem : manifeſtati autem nouiſſimis temporibus propter nos. Paulus quoq; apoſtolus epheſiis ſcripſit : benedixit nos deus in omni benedictione ſpiritali in cœleſtibus in Chriſto : ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in caritate,qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum ſecundum propoſitum uoluntatis ſuæ in laudẽ gloriæ,& gratiæ,in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo,in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius remiſſionem peccatorum ſecundum diuitias gratiæ eius, quæ ſuper abundauit in nobis. magnis profecto myſteriis unigenitus dei filius dignatus eſt nos deo patri recõciliare. magnis inq̃ & diuinis,nõ qualia nos accipere, ſed qualia diuinã bonitatẽ exhibere decuit. nã nullis noſtris meritis præcedentibus, ſed ſua gratia & miſericordia,non modo nos ſupplicio liberauit, uerum etiam uitam per proprium ſãguinem nobis largitus eſt : quem ſub ſpecie uini diſcipulis ſuis propinans dixit,hic eſt ſãguis meus noui teſtamẽti,qui pro multis effũdetur in remiſſionem peccatorum,qui pro reconciliando mũdo pretium erit,& poculum ſalutare : ſic enim teſtamentum nouum ſanciendum erat. nam & Moſes acceptam a deo legem ueterem dedicare & ſancire uolens ſparſit in populum ſanguinem uictimarum : ut fœdus hac ratione inter deum & homines confirmaret : ſpargẽdo dicẽs: hic eſt ſãguis fœderis quod pepigit dominus uobiſcũ ſuper om-

nibus his ſermonibus. Hæc autem in figura ſanguinis Chriſti facta ſunt. nam ſicut ſoli illi qui hoc ſanguine aſperſi erant uiderũt deũ: ſic ſoli illi, qui ſanguine Chriſti redempti ſunt, deum uident: nunc per fidem & ſacramentum: & in futuro per eſſentiam atq; præſentiã. Vnde & Paulus apoſtolus ad hebræos nono inquit: nec primũ quidem teſtamentum ſine ſanguine dedicatum eſt. lecto enĩ omni mãdato legis a Moſe uniuerſo populo, accipiens ſanguinem uitulorũ, & hircorum, cũ aqua & lana coccinea & hyſſopo ipſũ quoq; librũ, & omnem populum aſperſit dicens, hic eſt ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad uos deus: etiam tabernaculũ & omnia uaſa miniſterii ſanguine ſimiliter aſperſit: & omnia pene in ſanguine ſecundum legem mundantur: & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. neq; altaria neq; templa dedicari, neq; ſacerdotes conſecrari poterant ſine ſanguine hoſtiarum effuſo. neceſſe eſt ergo exemplaria quidem cœleſtium hoc eſt tabernaculum ipſum his mundari. unde & in die expiationis ſummus ſacerdos ſemel duntaxat in anno ſancta ſanctorũ ingreſſus, coram propitiatorio, & ſuper ipſum, ſacrificiorum ſanguinem pro emundatione & ablutione peccatorum ſpargebat. Hæc autem in figura immo in umbra facta ſunt. nam ut idem teſtatur: umbram habuit lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum. impoſſibile enim fuit ſanguine taurorum, & hircorũ auferri peccata. ipſa autem cœleſtia melioribus hoſtiis quam iſtis indigent. quia mũdari debuerunt ſanguine Chriſti qui ſe ipſum hoſtiam præbuit. Ideo Ieſus ingrediens mundum dixit, hoſtiam & oblationẽ noluiſti, corpus autem aptaſti mihi. holocauſtomata pro peccato non placuerũt tibi, tunc dixi, ecce uenio: in capite libri ſcriptum eſt de me, ut faciã deus uoluntatem tuam. deniq; in cœlum reuerſurus perfectius, & non manu factum tabernaculum aditurus, non per ſanguinem hircorum aut uitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta ſanctorum æterna redemptione inuenta. Si enim ſanguis hircorum & uitulorum, & cinis uitulæ aſperſus, inquinatos ſãctificabat ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum deo, emũdauit conſcientias noſtras ab operibus mortuis ad ſeruiendum deo uiuenti. & ideo noui teſtamenti mediator eſt: ut morte intercedente in redemptione earum præuaricationum, quæ erant ſub priori teſtamẽto, repromiſſionem accipiant, qui uocati ſunt æternæ hæreditatis. Satis itaq; ex prædictis conſtare arbitror, redemptionem & ſalutẽ humani generis perfectam & conſummatam fuiſſe per ſãguinẽ Chriſti

in ara crucis effuſum. licet inchoata fuerit in prima eius incarnatio-ne. nam corpus, quod pro nobis aſſumpſit, hoſtiam deo patri i cruce obtulit: & ſanguinem ſuum pro reconciliatione noſtra fudit in pre cium ſimul & lauacrum. ut mundati a peccatis liberi a ſeruitute dia boli eſſemus. ut eni Ioãnes i prima ei⁹ epiſtola de Chriſto ſcripſit ip ſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. non pro noſtris tantũ, ſed etiã pro totius mũdi. Petrus quoq; in prima ſua epiſtola iquit, Chriſtus peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ. ut peccatis mor tui iuſtitiæ uiuamus cuius liuore ſanati ſumus. & ut Paulus apoſto lus inquit, commendat ſuam caritatem deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus Chriſtus pro nobis mortuus eſt, multo magis iuſtificati nunc in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſũ. ſi enim cum inimici eſſemus reconciliati ſumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati ſalui erimus in uita ipſius. dies ergo quo Chriſtus crucifixus fuit, & quo ſanguinem pro redemptione hu mani generis in ara crucis ſparſit, merito a Chriſtianis dies ſalutis nũ cupari poteſt. quia in eo antiquæ præuaricationis pacta, & diaboli chirographum, Chriſtus ſuo ſanguine deleuit. ſed dies trigeſima martii: in qua Chriſtum crucifixum ſuperius probauimus non ſolũ apud hebræos, ſed etiam apud romanos & gentes dicebatur dies ſalu tis: ergo maxime congruere uidetur dominicæ paſſioni, per quam ſa lus mundo conceſſa eſt: & per eam ſaluati ſunt nõ ſolum iudæi, ſed & ethnici, & gentiles, & generaliter omnes credentes in eum. Con-gruum nanq; fuit. & priſcæ diuinæ legi per figuram expoſitæ conſen taneum, ut Chriſtus crucifigeretur eo die quo paſcha hoc eſt dies ſa-lutis hebræorum, cõcurreret cum die ſalutis gentium. hoc autem nũ quam potuit contingere niſi trigeſima die martii ergo dies illa maxi me congruere uidetur dominicæ paſſioni. quod autem dies illa apud hebręos dicebatur dies ſalutis, iam ſuperius oſtendimus, quia ad ueſ peram eiuſdem diei immolabant iudæi agnum paſchalem: per cuius ſanguinem poſtibus illitum, ſaluati ſunt ab angelo deuaſtante ægyp tios: & liberati ſunt a ſeruitute Pharaonis. Sed quod apud romanos & gentes romanis ſubiectas dies trigeſima martii uocabatur dies ſa-lutis, ex libris faſtorum manifeſtum eſt. & in priſco romanorum ca-lendario die trigeſima martii ãnotatum inuenitur feſtum ſalutis: Vn de & Ouidius tertio faſtorum libro diem hunc diem ſalutis appellat quia hoc die templum ſalutis populi romani conſecratum fuit. Et eo dem die a populo frequentari ſolet, & ſacra pro ſalute humani gene-ris in eo fieri cõſueuerunt. Erat hoc templum apud portam ſalutarẽ.

nam ut Feſtus pompeius inquit: ſalutaris porta appellata eſt ab æde
ſalutis, quæ ei proxima fuit. hoc templum uetuſtate collapſum Au/
guſtus inſtaurauit: & cerimonias eius reſtituit: ut Tranquillus do/
cet. motus fortaſſe diuino inſtinctu: quia tempore ſuo ſalus mũdo
exoriri debuit. Nam quemadmodum ſuperius oſtẽdimus. cõgrue/
bat myſteriis incarnationis mirifici uerbi dei, ut templum Iani qui/
rini & belli in natiuitate eius clauderetur, & templum ſalutis huma
ni generis erigeretur. hæc ergo dies maxime congruere uidetur do/
minicæ paſſioni: quia in ea tam a iudæis, quam a gẽtibus pro ſalute
humani generis ſacra fiebant. & in eadem die per ſanguinem Chriſti
in ara crucis effuſum ſalus omnibus conceſſa fuit. ¶ Sed cõtra præ
dicta poſſet aliquis inſtare, & dicere hanc ſalutem non fuiſſe collatã
gentibus per Chriſtum, immo ſeptingentis annis ante Chriſti aduen
tum romani luſtrabant corpora ſua, & defunctorum, pro expiatione
delictorum. quamobrem & Numa Pompilius ſecundus romanorũ
rex ſecundum menſem uocabat februarium: quia februa hoc eſt pi
amina in eo fieri debebant. priſci nanq; februa eſſe dixerunt, omnia
quibus malefactorum conſcientia purgaretur, delerenturq; peccata.
de quo poeta faſtorũ inquit. Februa romani, dixere piamina patres.
Nunc quoq; dant uerbis plurima ſigna fidẽ. Deniq; quodcũq; eſt,
quo corpora noſtra piantur Hoc apud intõſos nomẽ habebat auos.
Menſis ab his dictus: ſecta quoq; pelle luperci omne ſolum luſtrãt:
id que piamen habet. Solebant nanq; priſci cæde uel ſtupro polluti
ſe aqua purgare. ut ſcribit Plutarchus in problematibus: & Mar/
cus tullius libro primo de legibus affirmat, aſperſione aquæ labem
corpoream tolli, & caſtimoniam corporis præſtari. quinimmo apud
ueteres omnis concubitus inquinat corpus: & polluit religionem.
quamobrem Tibullus ĩquit. diſcedat ab aris cui tulit heſterna gau/
dia nocte uenus. hac de cauſa contaminati nocte & inquinati mane
ante ingreſſum templi purificabãt ſe: de quo Perſius ſatyra ſecũda
indignanter dixit. hæc ſancte ut poſcas tyberino in gurgite mergis
mane caput, bis, terq;, & noctem flumine purgas. Et Iuuenalis ſa/
tyra ſexta. ter matutino tyberi mergetur, & ipſis uorticib⁹ tumidũ
caput abluet. uel timidum caput, hoc eſt uana ſuperſtitione concuſ
ſum. flaccus quoq; in ſecundo argonauticon. ſique o mihi cæde ma
dentem bacche domum: ſine fœdatum te funere pontus expiet, &
referam lotos in templa dracones. quinetiam priſci putabant nul/
lum fuiſſe nefas uel ſcelus adeo ingens, quod lauacro deleri nõ potu
iſſet. nam & parricidia hoc purgamine lauari poſſe dixerunt. ſic enĩ

(ut añtumãt) Peleus purgauit Patroclũ a cæde Clyſonomi.& Acaſtus lauit Peleũ a nece fratris ſui phoci.Sic ægeus purificauit Medeã a parricidiis & ueneficiis per eã patratis.Sic Almeõ purgauit ſeipſum a nece matris dicente faſtoꝝ poeta. Omne nefas,omneq; mali purgamine cauſam Credebãt noſtri tollere poſſe ſenes. Græcia principiũ moris dedit,illa nocentes Impia luſtratos ponere facta putat. Acto ridẽ Peleus,ipſũ quoq; Pelea phoci Cæde per æmonias lauit Acaſtus aquas. Vectam frenatis per inane draconibus ægeus Credulus ĩmerita phaſida fouit ope. Amphiaraiades in naupactoo acheloo Solue nefas dixit. ſoluit & ille nefas. ex quibus apparet quod peccata grauiora delebantur per corporis lotionem,leuiora uero per ſolã aquæ aſperſionẽ expiari poſſe putabant. fuit enĩ romæ prope portã capenã nunc appiam aqua Mercurii appellata ad quam cum conueniſſet populus romanus unuſquiſq; lauri ramo alterius caput ea aſpergebat aqua,Mercurium inuocans, ut aſperſi peccata præſertim mendacia & periuria dilueret. ſimiliter ut ſcribit Macrobius priſci diis inferis & manibus ſacra facturi pro expiatione delictorum ſolã aquæ aſperſionem faciebant. unde poeta inducens Aeneam apud ĩferos ramũ Proſerpinæ conſecraturum ſic infert. Occupat æneas aditum: corpuſq; recenti ſpargit aqua. Similiter & dido ſacra diis inferis inſtituens ait.Annã chara mihi nutrix huc ſiſte ſororẽ:Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha. Et alibi. Sparſerat & latices ſimulatos fontis auerni. Idẽ in Miſeni ſepultura.Ter ſocios pura circuntulit unda,ſpargens rore leui. quemadmodum & hac tẽpeſtate quando defuncti ſepulturæ traduntur fieri ſolet.Si ergo longo temporis ĩnteruallo ante Chriſti ſaluatoris aduentum peccata baptiſmo & lauacro expiabantur,non fuit collata ſalus & gratia abluẽdi delicta per aduentum Ieſu Chriſti. ¶ Huic argumento reſpõderi poteſt quod per huiuſcemodi luſtrationes & corporum ablutiones non auferebãtur peccata. neq; huiuſcemodi lauacra erant ſalutaria. ſed immũdi per ea reddebantur duntaxat habiles ad tẽpli ingreſſum: & ad ſacra pertractanda: habiles inquam corporaliter non ſpiritualiter. ſicut hac tempeſtate lotio manuum requiritur in ſacerdote ad ſacramẽta eccleſiæ rite & ſancte pertractanda: & tamen per eam non delentur peccata:neq; loti mundantur in ſpiritu,ſed in corpore duntaxat:qđ & Vergilius in ſecundo æneidos inſinuare uidetur: qui æneam recẽti ſanguine pollutum & cæde hoſtium maculatũ patri dixiſſe refert. Tu genitor cape ſacra manu, patrioſq; penates,me bello e tanto digreſſũ & cæde recenti attrectare nefas donec me flumine uiuo ablue

ro. errarunt ergo priſci græci in hoc ꝙ arbitrati fuerint ſcelera & crimina cædis huiuſcemodi lauacris expiari poſſe, ut idem faſtorum autor docet ſic ſcribens. Ah nimiũ faciles qui triſtia crimina cædis, fluminea tolli poſſe putatis aqua. ℭ Sed cõtra prædicta adhuc poſſet aliquis inſtare, nã ante Chriſti ſaluatoris aduentũ iudæi emundabantur a peccatis per aſperſionem ſanguinis hoſtiarũ in die expiationis ſuper propitiatoriũ, & per ſanguinẽ hircorũ, quem offerebant in cõſecratione ſacerdotũ & emũdabãtur a tactu morticinii, uel rei imundæ per conſperſionẽ cineris uitulæ rufæ, & aquæ cõmixtæ ex hoc cinere cũ ligno cedrino, hyſſopo, & cocco bis tincto (quã luſtrationis & purificationis aquã uocabãt) de qua ſcribitur in libro numeroꝝ capitulo. 19. homo qui fuerit ĩmundus, aſpergetur ex hac aqua, die tertio & die ſeptimo, & mũdus erit. ac rurſus locutus eſt dñs ad Moſen dicens accipies leuitas de medio filioꝝ Iſrael, & purificabis eos, cõſpergens eos aqua purificationis. & rurſus aqua aſperſionis purificatio eſt. quamobrem & Dauid adulterio & homicidio contaminatus de hac aqua dixit aſperges me domine hyſſopo & mundabor: lauabis me & ſuper niuem dealbabor. dominus nanq; in exodo & leuitico dixit, homo in quo fuerit uitium & macula, non accedat offerre dona deo, niſi prius hac aqua purificationis mũdatus fuerit. poſſent & alia multa adduci, per quę appareret iudæos mundari a peccato & ab immunditia per huiuſcemodi lauacra & aſperſiones in lege longo temporis interuallo ante Chriſti ſaluatoris aduentum conſcriptas. ergo ſalus, & gratia, & peccatorum remiſſio non ſunt conceſſæ per Ieſum Chriſtũ. nã & circuncíſio ante Chriſti aduentũ, originale peccatũ delebat, & gratiã cõferebat. ℭ Huic argumento reſpõdebimus per ea quæ ſuperius ſcripſimus, dicẽtesꝙ per huiuſcemodi aſperſiones, uel ablutiones corpoꝝ nõ poterãt auferri peccata: ſed ĩmundi his aſperſi uel abluti reddebantur dũtaxat idonei & habiles ad tẽpli ingreſſum, & ad ſacra peragenda uel pertractãda. habiles inquã corporaliter, non ſpiritualiter. nã ut Paulus apoſtolus ad hebræos ſcripſit impoſſibile eſt ſanguine taurorum aut hircorum, uel cinere uitulæ aquę commixto, & hyſſopo aſperſo auferri peccata: ſed inquinatos ſanctificabat duntaxat ad emundationem carnis. Et quia iudæi hoc tempore carent hac luſtrationis & aſperginis aqua, neq; eam legitime conficere poſſunt, fateantur oportet ſe immundos eſſe, Chriſtus uero ſaluator noſter per Ioannem præcurſorem ſuum lauacrum ſalutare (quod baptiſmum uocant) inſtituit. quo abluti homines redduntur habiles nõ ſolũ ad ſacra peragenda per carnis emũda-

tionem, uerum etiam per peccati expiationem, & nouæ gratiæ colla
tioné qua deus aquã regenerandis hominibus præparatã arcana ſui
luminis admixtione fœcundauit, Vt enim Ioãnes apoſtolus inquit
lex per Moſen data eſt:gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum. De
hoc lauacro ſcriptura ſancta per Ezechielé prophetã capite.36.dixit,
effundam ſuper uos aquã mundã, & mundabimini ab omnibus im
mundiciis,& iniquitatibus ueſtris,& ab omnibus ſimulacris ueſtris &
mundabo uos,& dabo uobis cor nouum .De hac aqua Eſaias capi-
te duodecimo dixit,haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluato-
ris,& dicetis in die illa,confitemini dño,& inuocate nomen eius.Za
charias quoq; capite.13.dixit,in die illa erit fons patens domui Da-
uid,& habitãtibus hieruſalé i ablutioné peccatoris & mẽſtruatę. Idé
ſequenti capitulo,in die illa exibunt aquæ uiuæ de hieruſalé,qua de
aqua Chriſtus ſaluator Ioannis quarto dixit,aqua quã ego dabo ei,
fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitam æternam. Hæc eſt aqua illa, q̃
uidit Ezechiel egredientem de templo a latere dextro, & omnes ad
quos peruenit aqua iſta,ſalui facti ſunt.tẽplũ autem fuit corpus Chri
ſti de quo ipſe dixit,ſoluite templũ hoc,& i triduo reædificabo illud
e cuius latere lancea centurionis percuſſo effluxit ſanguis, & aqua
ſanguis euchariſtiæ ſacramentũ,aqua baptiſmũ pręfigurauit.Sanguis
redemptionem noſtram,aqua purificationem emundationé,& pecca
torũ ablutionem ſignificauit. hoc uſus lauacro Conſtantinus impe-
rator cum a lepra corporis per balnea medicorum emundari non poſ
ſet, purificatus eſt: & non ſolum a corporali lepra,uerum etiam ab
animæ macula & contagione emũdatus gratiã a deo accepit,ut ex per
ſecutore chriſtianorũ fieret iperator chriſtianiſſimus, & inſtar Pauli
apoſtoli eccleſiam Chriſti per eũ prius deſtructã & deuaſtatã, magna
induſtria & ſanctimonia inſtauraret.quandoquidé non ſolũ ſpirita-
lem illam atq; cœleſté eccleſiã pia deuotione adornauit:uerũ etiã ma
terialé deo domum,atq; baſilicam magnis impenſis ædificauit,& chri
ſtianiſſimi imperatoris nomen ſibi uendicauit.gratia ergo & peccato
rum remiſſio per Ieſum Chriſtum conceſſa eſt. Ad hoc autem quod
de circũciſione obiectũ,fuit,reſpõderi poteſt,ꝙ licet per circũciſioné
remitteretur peccatũ originale,tamé per eã nõ cõferebatur gratia:quę
per baptiſmũ conceditur.uel ſaltẽ per eam non concedebatur gratia
cõiuncta gloriæ,ſicut per baptiſmũ.Redeuntes ergo ad primũ noſtrũ
inſtitutũ de die paſſionis Chriſti propoſitũ, manifeſtũ eſt ex prædic-
tis diem trigeſimũ martii maxime congruere dominicæ paſſioni: quia
ab antiquis uocabatur dies ſalutis populi romani & in eo conſecra-

tum fuit templum ſalutis. quam ſalutem iamdiu expectatam, & deſideratam, tandem romani per Chriſti ſaluatoris in cruce uictimam conſecuti ſunt, quemadmodum & nunc per alia tria templa eodem die romę conſecrata monſtrabimus.

¶ Caput tertium reliqua tria oracula ſcrutatur atq; examinat: diem q; paſſionis Chriſti ſuperius inuentum, per alia tria templa cõfirmat, ſcilicet per templum pacis ab Auguſto ædificatum, per templum Iani ab eodem clauſum, & per templum concordiæ eodem die a diuerſis conſecratum.

SIbylla tyburtina (quam per uiſum Auguſto apparuiſſe, & Ieſum tunc natum eidem monſtraſſe diximus) longo æuo antea de eo ſic ſcripſerat: naſcetur Chriſtus in bethleem, & annunciabitur in nazaret, regnante tauro pacifico fundatore quietis, hoc eſt imperante Auguſto. quod ita factum fuiſſe euentus rei probauit. Idem quoq; ſibylla cumæa (teſte Vergilio) prędixerat, Iam noua progenies coelo demittitur alto &c. nam cum cæſar Octauius per actiacam uictoriam (ſuperato Marco antonio, & Cleopatra) rerum dominus & monarcha factus eſſet pace iam per uniuerſum orbem publicata, clauſo Iano quirino templum pacis ad uiam ſacram conſtruxit: quod die trigeſimo martii dicatũ multis ſacrificiis quotannis frequentari ſolet. de hoc tẽplo primo faſtoꝝ legitur. Frõdibus actiacis cõptos redimita capillos Pax ades & toto mitis in orbe mane. Dũ deſunt hoſtes deſit quoq; cauſa triũphi. Tu ducibus bello gloria maior eris. Sola gerat miles quibus arma coerceat arma, Cãteturq; fera nil niſi pompa tuba. Eodẽ etiã die tẽplũ cõcordiæ dicatũ fuit. primũ a furio Camillo: ut docet Plutarchus in uita Camilli: de quo etiã legitur primo faſtoꝝ. Cãdida te niueo poſuit lux proxima tẽplo, Qua fert ſublimes alta moneta gradus. Nũc bene proſpicies latiã cõcordia turbã. Nũc te ſacratæ cõſtituere manus. Furius antiquũ populi ſuperator etruſci uouerat, & uoti fecerat ille fidẽ. Secundũ cõcordiæ tẽplũ dicatũ fuit a liuia Druſilla uxore Auguſti & matre Tiberii: qđ etiã cõſtructũ fuit in uia ſacra: de quo legitur libro ſexto faſtoꝝ. Te quoq; magnifica cõcordia dedicat æde Liuia, quã caro præſtitit illa uiro. Tertiũ cõcordiæ tẽplũ dedicatũ fuit a Tiberio Cæſare: ut ſcribit Suetonius ĩ uita Tiberii: de quo etiã primo faſtoꝝ legiť. Inde triũphatę libaſti munera gẽtis, Tẽplaq; feciſti (quã colis ipſe) deę. Hæc tua cõſtituit genitrix, & reb⁹, & ara: Sola toro magni digna repta Iouis. Hęc autẽ tẽpla cõſecrata erãt die 30. martii quo die chriſtũ pacis, & cõcordię autorẽ crucifixũ

diximus. ſed Iani templum Numa Pompilius ſecundus romanorũ rex, & ſacrorum antiſtes,ad infimum argiletum extruxit. ut index pacis & belli foret. & apertum in armis: clauſum in pace ciuitatem eſſe ſignificaret. de quo faſtorum primo Ianus ipſe ſic locutus eſt. Cum libuit pacem placidis immittere tectis, Libera per tutas ambulat illa uias. Sanguine lætifero totus miſcebitur orbis Ni teneant rigidæ condita bella ſeræ. Et quoties apertum erat hoc tẽplũ inuocabatur Ianus patucius,& quoties clauſum erat inuocabatur Ianus cluſius. iuxta illud. Nomina ridebis modo nanq; patucius ore, Et modo ſacrifico cluſius ore uocor. Scilicet alternas uoluit rudis illa uetuſtas Nomine diuerſas ſignificare uices. Hoc Iani templum Numa Pompilius eius cõditor, & primus ſacrorum autor primo clauſit,& rempublicam non minus religione auxit quam cæteri reges armis.eo deniq; ferocem populum redegit,ut quod ui,aut iniuria occupauerat imperium, religione atq; iuſtitia gubernaret. hic primus (ut Calphurnius ĩquit)pacis opus docuit,iuſſitq; ſilentibus armis inter ſacra tubas, non inter bella ſonare. belli portas primo clauſit. Secundo hoc Iani templum clauſum legitur a Tito Manlio conſule poſt primum punicum bellum peractum. Sed ab Auguſto ter clauſum putatur. Primo clauſum legitur poſt deuictum Marcũ antoniũ qñ Cæſar magno triumpho urbem ingreſſus Auguſtus a ſenatu eſt appellatus.quod certe ante tempus clauſum pace non ſatis firmata(rebellantibus cantabris, atq; aſturibus) denuo apertum fuit. quibus tandem deuictis Auguſtus romam rediens Iani portas ſecundo clauſit. Sed rebellantibus illyricis, atq; pãnoniis denuo aperiendæ erant belli portę. Tandem anno ab urbe condita (ut inquit Oroſius)ſeptingẽteſimo quinquageſimo ſecundo,cũ iã per uniuerſum orbem aut pax aut pactio eſſet,Cæſar auguſtus Iani portas tertio clauſit. protinus & totum pax alma effuſa per orbem. nam & reliqui populi, qui immunes a bello eſſe uidebantur magnitudinẽ romani imperii cognoſcentes, & uictoriam gentium populi reuerẽtes,legatos pro pace & amicitia ad Cæſarem miſerunt:inter quos parthi ſigna craſſiana clade rapta(quaſi uictoriæ pertinerent)ultro retulerunt:& obſides pro pace dederunt. Scythæ & ſarmatæ extremum ſeptemtrionis incolentes amicitiam populi romani poſtularunt. Indi quoq;, & ſeres in ultimo orientis habitantes pro amicitia Cæſaris impetranda gemmas, Margaritas, & elephantos ſecum pro dono attulerunt.de hoc Iano claudendo ab Auguſto Vergilius primo æneidos ſic uaticinatur. Aſpera tum poſitis miteſcent ſæcula bel

lis,cana fides & ueſta Remo cũ fratre quirinus iura dabunt:diræ ferro & cõpagibus arctis:claudentur belli portæ furor ĩpius intus ſæua ſedẽs ſuper arma & centũ uinctus ahenis poſt tergũ nodis fremet horridus ore cruento. Cũ ergo per hũc modũ aut pax aut pactio per uniuerſum orbẽ firmata eſſet,& belli portæ clauſæ permanerent,tũc natus eſt Chriſtus ſaluator noſter:in cuius ortu audita eſt a paſtoribus greges ſuos ĩ nemore paſcẽtibus angelica uox hãc pacẽ & gaudiũ omni populo denuncians & multitudo militiæ cœleſtis laudantiũ deũ & dicentiũ gloria in altiſſimis deo & in terra pax hominibus & bona uoluntas. erant enim paſtores in regione eadem uigilantes & cuſtodiẽtes uigilias noctis ſuper gregẽ ſuũ,& angelus dñi ſtetit iuxta illos & claritas dei circunfulſit illos,& timuerunt timore magno. & dixit illis angelus nolite timere,ecce euangelizo uobis gaudiũ magnũ,qđ erit omni populo quia natus eſt uobis hodie ſaluator qui eſt Chriſtus dñs in ciuitate Dauid.& hoc uobis ſignũ.inuenietis infantẽ pannis inuolutũ & poſitũ ĩ præſepio.paſtores autẽ trãſeũtes uſq; bethleẽ inuenerũt oĩa ſicut ab ãgelo prædictũ eis fuerat,& pacẽ a cœleſti militia nũciatã ĩ ſacra ſago his uerſib⁹ ſcriptã legerũt. Vos o præcipue nemoꝝ gaudete coloni. Vos populi gaudete mei.licet omne uageẽ Securo cuſtode pecus, nocturnaq; paſtor Claudere fraxinea nolit præſepia crate. Non tamen inſidias prædator ouilibus ullas Afferet, aut laxis abiget iumẽta capiſtris.Aurea ſecura cũ pace renaſcitur ętas. Et redit ad terras tandẽ ſqualore ſituq; Alma themis poſito,iuuenẽq; beata ſequuntur Sæcula,maternis cauſã qui luſit Iulis. Dũ populos deus ipſe reget,dabit ĩpia uinctas Poſt tergũ bellona manus, ſpoliataq; telis In ſua ueſanos torquebit uiſcera morſus. Et modo quæ toto ciuilia diſtulit orbe Secũ bella geret,nullos iã Roma philippos Deflebit,nullos ducet captiua triũphos. Omnia tartareo ſubigentur carcere bella, Immergentq; caput tenebris,lucẽq; timebũt Cãdida pax aderit,nec ſolũ candida uultu Qualis ſæpe fuit, quæ libera marte profuſo Quæ domito procul hoſte,tamẽ graſſantibus armis Publica diffudit tacito diſcordia ferro. Omne procul uitium ſimulatæ cedere pacis, Iuſſit, & inſanos clementia condidit enſes. Natus eſt igitur Chriſtus ſaluator noſter Marte quirino, non gradiuo, & Iano clauſo. hoc eſt eo tempore, quo per uniuerſum orbem pax aut pactio fuit. ut nos deo patri reconciliaret. quando Iani templum clauſum fuit. immo uerius ideo Ianus claudi debuit, quia Chriſtus naſciturus erat. per cuius natiuitatem omnia deorum templa claudi debebant. Hæc enim Iani clau

ſio præfigurabat,omnia idolorum delubra & templa per Chriſti ad/uentum , paſſionem & mortem claudi debere . & ſicut ſignificatum & præfiguratum fuit Chriſtum ſaluatorem naſciturum Iano clauſo ſic etiam prophetarum & ſibyllarum oraculis conſentaneum fuit,eũ crucifigi debere eo die,quo paci & concordiæ ſacra fiebant.quod fu/it die trigeſimo martii,de quo tertio faſtorum libro ſic legitur : Ianus adorandus,cum quo concordia mitis, Et romana ſalus araq; pacis erit. Videtur ergo hic dies maxime congruere dominicę paſſio ni,quod fuit probandum . Quod autem nonnulli magnæ autorita/tis uiri ſcripſerint,templum pacis in ortu Chriſti ſaluatoris corruiſ/ſe non uidetur typo natiuitatis eius conuenire . nam ut ſcriptura te ſtatur,debuit Chriſtus ſaluator naſci tempore ſummæ pacis quando caulæ belli clauſæ & pacis portæ apertæ erant. Sic enim Eſaias de tẽ/pore natiuitatis Chriſti ſcribens futurum prædixerat dicens,& con/flabunt gladios ſuos in uomeres,& lanceas ſuas in falces : non leua/bit gens contra gentem gladium,nec exercebuntur ultra ad prælium Micheas quoq; propheta tempus aduentus meſſiæ deſcribens dicit. & concident gladios ſuos in uomeres:& haſtas ſuas in ligones,nõ ſu met gens aduerſum gentem gladium,& non diſcent ultra belligera/re . Quæ omnia præcognoſcens ſibylla in ſpiritu dixit Chriſtum na ſciturum ſub tauro pacifico,hoc eſt ſub Auguſto pacem orbi per Ia num clauſum poſt multa bella concedente.de quo poeta primo fa/ſtorum ſcripſit bella diu tenuere uiros,erat aptior enſis uomere,cede bat taurus arator equo . ſarcula ceſſabant,uerſiq; in pila ligones,fac taq; de raſtri pondere caſſis erat.gratia diis domuiq; tuæ religata cate nis,iam pridem ueſtro ſub pede bella iacent.ſub iuga bos ueniat.ſub terras ſemen aratas,pax cererem nutrit,pacis alumna ceres. congrue bat ergo Chriſtum naſci tempore ſummæ pacis , immo natiuitatem eius cauſam pacis extitiſſe Dauid propheta cecinit dicens : orie/tur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis. & ut Paulus apoſto/lus inquit,Melchiſedech rex ſalem fuit figura Chriſti.Melchiſedech autem interpretatur rex iuſtitię:& rex ſalem interpretatur rex pacis. fuit ergo Chriſtus rex iuſtitiæ & pacis. Eſaias quoq; capite nono de Chriſto dixit uocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius deus fortis , pater futuri ſæculi princeps pacis. loquetur cum gentibus pa cem & poteſtas eius a mari uſq; ad mare . quamobrem Paulus ad co rinthios ultimo dixit,pacem habete,& deus pacis & dilectionis erit uobiſcum. Idem ad titum ſcripſit,gratia & pax a deo patre & Chriſ to Ieſu ſaluatore noſtro.Idem ad epheſios ſecundo dixit,ipſe eſt pax

noſtra qui fecit utraq; unum,quia ex populo iudaico & populo gen tili fecit unum populum chriſtianum . Idem ad romanos. & ad corinthios uocat eum largitorem pacis.Idem ad hebræos ultimo, deus pacis aptet uos in omni bono. Idem ad galatas , Idem ad philemonem,gratia uobis & pax a deo patre noſtro,& domino Ieſu Chriſto quamobrem Ieſus ipſe , Ioannis quartodecimo diſcipulis ſuis dixit pacem meam do uobis,pacem relinquo uobis. eſt ergo manifeſtū ex prædictis diem trigeſimum martii maxime congruere myſteriis dominicæ paſſionis:quia in eo ſacra & ſacrificia fiebant in tribus templis prædictis pro pace & concordia,& pro ſalute humani generis. & quia Ieſus uenit ſaluos facere non ſolum Iudæos,& gentes romanorum ditioni ſubiectas : uerum etiam nationes & gentes longe poſitas , uoluit etiam illis reuelare tempus ſui aduentus per ſigna & prodigia in cœlo monſtrata.quemadmodum ſequenti libro oſtendemus & per ea dominicę paſſionis diem ſuperius inuentū confirmabimus

¶ Liber decimuſoctauus qui uocatur ſtella magorum,ſex proxima uiſionis oracula ex planetis & ſtellis ſumpta examinat. ut enim Moſes legiſlator ſcripſit : creauit deus ſolem, & lunam,ac ſtellas,ut ſint in ſigna ,& tempora ,& dies,& horas.erūt huius libri ſex capitula.In primo annum natiuitatis Chriſti diemq; paſſionis eius ſuperius inuentum confirmabimus,per ſtellam magorum in ſublime uiſam . Secundo capitulo eundem paſſionis diem,per locum ſolis in prima hominis creatione comprobabimus.Tertio per diſpoſitionem lunæ diem paſſionis inueſtigabimus.Quarto per ſolis eclipſim in hora mortis Chriſti factam,eundem paſſionis diem corroborabimus . Quinto tam paſſionis,quam reſurrectionis diem per ortum atq; occaſum ſignorum demonſtrabimus.Sexto per firmamentum ſtellarum fixarum eadem confirmabimus.

¶ Caput primum de ſtella magorum.

NOluit dn̄s aduētus ſui latere indicia,neq; natiuitatis ſuæ primordia uoluit eſſe occulta,ſed mox deſiderauit ab oı̄bus agnoſci,qui dignatus eſt omnib⁹ naſci.cūctis ergo reuelauit aduētū ſuū: licet diuerſis modis.Iudæis quidē p prophetarū ſcripta & corporalē præſentiā : romanis uero & gētibus ditioni eoꝝ ſubiectis per ſibyllaꝝ uaticinia & apoſtolorū, ac diſcipulorum

prædicationem.quemadmodum ſuperioribus libris oſtendimus.ſed his qui longe habitabant,& extra romanorum iuriſdictionem poſiti erant,per ſtellas & conſtellationes in cœlo uiſas,& per ſigna in cœlo oſtenſa,natiuitatem ſuam manifeſtis prodigiis inſinuauit. tribus igitur magis,hoc eſt ſapientibus & aſtrologis,in orientali terræ plaga lõge habitantibus ſe natum eſſe ſignificauit. & admirabilem natiuitatis ſuæ modum,per ortum nouæ ſtellæ oſtendit. quæ cum præcipua claritate conſpicua eſſet,cæteriſq; ſyderibus illuſtrior, facile magorũ in ſe intuentium oculos animoſq; conuertit.& ad Chriſtum iam natum uiſendum,aliiſq; denunciandum,ac munera offerendum accelerare eos impulit.ut enim undecimo libro oſtendimus magi dicuntur qui de altiſſimis diuiniſq; rebus philoſophantur:nec ſũt dicẽdi malefici,ut uulgus arbitratur,ſed ſapiẽtes uel aſtrologi. ſtellam igitur hãc quam magos ad Chriſtum adorandum perduxiſſe euangelica docet ſcriptura,non cœleſtem ſed elementarem nonnulli fuiſſe arbitrãtur ſcilicet ex genere cometarum uel impreſſionum ignitarum, quas in aere nonnunquam apparentes aſtrologi ſtellas ſecundas uocant. alii putant fuiſſe nouum ſtellæ genus,de qua Balaam ariolus prædixerat orietur ſtella ex Iacob & conſurget uirga de iſrael. utcunq; dicatur clare inſinuat euangeliſta hanc ſtellam apparuiſſe in aere,non in cœlo dicens,& ecce ſtella quã uiderant magi in oriente antecedebat eos uſq; dum ueniens ſtaret ſupra ubi erat puer.ſed mirũ uidetur q̃ hæc ſtella a ſolis magis uiſa,ab aliis non fuiſſet animaduerſa. præter hanc ſtellam ſecundam Chriſti natiuitatem ſignificantem, aſtrologi fuiſſe arbitrantur etiam ſtellam primam,hoc eſt cœleſtem a ſolis magis & ſapientibus obſeruatam,quemadmodum inſinuare uidetur Chryſoſtomus dicens quod ſtella hæc ab omnibus uidebatur, ſed non ab omnibus intelligebatur. aſſerunt nanq; aſtrologi ſtellam hanc fuiſſe conſtellationem quandam ſyderalem hoc eſt plurium ſtellarum concurſum ſiue congreſſum, puta ſuperiorum planetarum ſaturni ſcilicet & Iouis conuentum: huiuſcemodi autem coniunctiones raro admodum contingentes,ſi in capite zodiaci uel in principio alicuius triplicitatis acciderint ſignificare putantur iuxta chaldæorum atq; magorum doctrinam magnas in mundo alterationes & non ſolum regnorum mutationes, ſed & nouos hominum conuentus, nouas ſectarum leges ac cerimónias,& noui prophetæ ortũ nonnunquam portendere ſolent: quemadmodum priſci philoſophi prodiderunt. de quo etiam in prognoſtico coniunctionis magnę ſaturni & Iouis iampridem a nobis ædito ſcripſimus. & noui prophetæ

phetę aduentum annunciauimus,quē iam aduentaſſe accepimus.hūc perſæ magnum ſophi uocant qui humili loco oriundus tenera ad/huc ætate & paruo temporis interuallo multa & potentiſſima regna ſibi ſubiugauit ſcilicet Hyrcaniā, Bactrianā, Ariam,Perſiā,Parthiā Mediam,Aſſyriam,Babyloniam,Colchos, Albanos,utrāq; Armeniam,& iam turcho magno infenſus multas prouincias ei abſtulit. & nouas legis cerimonias populis ſuis indixit. per eandem quoq; cō ſtellationem futurum prænūciauimus morbum illum contagioſum a medicis antea incognitum,quem alii morbum gallicum, alii hiſpanicū uocāt. raro enim contingūt huiuſcemodi coniunctiones & ob hoc magnarum rerum ſunt ſignificatiuæ. de hac ſtella magoꝝ quam cœleſtē uocant luculenter ſcripſerunt uiri in chriſtiana religione doctiſſimi. Albertus magnus,Henricus de mechilinia magnus eius diſcipulus,Rogerus bachon, & alii nonnulli. ac nuperrime Petrus aliacenſis ſanctæ romanæ eccleſiæ cardinalis in libello quem de legibus & ſectis intitulauit de his ſcripſit. quinimmo non ſolum doctores Chriſtiani,uerum etiam mahumetani Albumaſar,& Albucaſis,qui Chriſtum non nouerunt natiuitatem eius in cœlo per coniunctionē magnam & per ſignum uirginis ſignificatam dixerunt. Albertus quoq; magnus Albumaſaris ſententiam confirmans in ſuo ſpeculo dicit iam ſcimus ꝙ aſcendente uirgine natus fuit dominus noſter Ieſus Chriſtus. non quod ſubiiciatur ſtellarum motui aut ipſarum iudicio natorū deſideratiſſimus qui creauerat ipſas ſtellas,ſed cum extenderet deus cœlum ſicut pellē formans librū uniuerſitatis noluit litteris eiuſdem deeſſe aliquid ex eis quæ ſecundum prouidentiam ſuam in libro æternitatis ſunt ſcripta: etiam illud remotiſſimum a natura quod de uirgine naſceretur: ut profecto per hoc innueretur homo carnalis & uerus,qui non naturaliter naſcebatur. non quod cœli cō/ſtellatio eſſet cauſa cur naſceretur,ſed potius ſignum,immo uerius ipſe erat cauſa quare modus admirandæ natiuitatis eius per cœlum ſignificaretur. hæc Albertus. poſſent & alia multa philoſophorū & theologorum ad hoc teſtimonia adduci quæ tanquā huic noſtro propoſito minus pertinentia relinquemus. tum quia parum aut nihil conducunt ad diem paſſionis domini indagandum quē hoc opere inueſtigare conamur: tum etiam quia hæc de mutatione ſectarum ab aſtrologis conſcripta locum non habent in lege chriſtiana,quæ mere diuina exiſtens,nullo modo ab aſtris dependet. non enim crucifixus fuit Ieſus ob malam martis radiationem ut nonnulli ſcripſerūt,ſed quemadmodū Eſaias inquit oblatus eſt quia ipſe uoluit,ut liuores

noſtros tolleret,& dolores noſtros portaret,nam ipſe uulneratus eſt
propter iniquitates noſtras,attritus eſt propter ſcelera noſtra , & nos
liuore eius ſanati ſumus.& licet Chriſtus ipſe uideatur ſępenumero
obſeruaſſe uel reſpexiſſe horas & tempora atq; momenta ,tamen nõ
obſeruauit éa tanq̃ fatalia ſibi,ut priſcillianiſtæ putarũt,ſed tanq̃ ope
rationibus ſuis cõgruẽtia,& paſſioni eius accõmodata,ac redẽptioni
humani generis cõſentanea,a deo patre ab æterno determinata,& de
ſtinata,& a prophetis in figuris denũciata.expectabat enĩ pro die paſ
ſionis lunã quartãdecimã primi mẽſis hoc eſt paraſceue paſchæ ĩ quo
agnus ĩmaculatus ſecundũ legẽ pro redẽptione humani generis ĩmo
lari debuit,ut figuratũ figuræ reſpõderet.expectabat & alia multa cru
cis myſteria de quibus poſtea ſcribemus.ĩmo nõ ſolũ paſſionis tẽpora
ordine fieri deſiderabat,uerũ etiã ĩ aliis ſuis actionibus horas atq; mo
mẽta tẽporis obſeruaſſe uidetur.quinĩmo in primo eius miraculo de
ficiente in nuptiis uino,ſollicitãti matri ut ĩdigentib⁹ ſuccurreret reſ
põdit:quid mihi & tibi eſt mulier?nondũ uenit hora mea.ſimili mo
do diſcipulis diſſuadẽtibus ei,ne hieroſolymã accederet,& dicẽtibus
noli ĩgredi ciuitatẽ,quia quærũt te occidere,reſpondit Ieſus,nõne ſci
tis quia.12.horæ diei ſũt?ĩnuens nondũ ueniſſe horã qua morti eſſet
tradẽdus.quã cũ poſtea aduẽtaſſe & ĩ foribus adeſſe animaduerteret
eleuatis ĩ cœlũ oculis dixit.pater iã uenit hora mea clarifica filiũ tuũ.
Iudæis quoq; paulo poſt in ſe irruentibus , & miniſtris pontificum
manus in ſe coniicientibus,dixit hæc eſt hora ueſtra & poteſtas tene
brarũ : quia diabolus tenebrarũ princeps hora illa incitauerat Iudã
ut Chriſtũ oſculo pacis iudæis proderet atq; traderet . hæc ergo tẽ//
pora Chriſtus nõ obſeruauit tãquam ſibi fatalia ſed tãquã operatio
nibus ſuis & myſteriis paſſionis congruẽtia . licet fortaſſe ex tẽporũ
& conſtellationũ obſeruatione nonnulla elici poſſẽt , circa ĩperato//
rũ illius tẽporis uitas,circa Herodis tyrãnidẽ,circa iudæorũ pertina/
ciã & obſtinatiã,quæ aliquo modo nos ĩducere ualeãt ad diẽ paſſio//
nis Chriſti ĩdagãdũ . nõ obſtãte ꝙ graues nõnulli cẽſores ,& catoble
pæ hypocriſim plurimũ ardẽtis & ab aſtris influxũ omnẽ auferẽtes,
multa in cõtrariũ ſcripſerĩt & ſeuera nimis ac friuola & uerboſa argu
mẽtatiõe bonas artes detrectãtes aſtrologiã liberaliũ artiũ prĩcipẽ ĩſo
lẽter calũniari & ſub ſanctitatis prætextu temere carpere & petulãter
criminari cõtẽderĩt,q ſi ſcripta doctoꝝ ĩ chriſtiana religiõe ꝓbatiſſimo
rũ aliqñ legiſſẽt,aut lecta ĩtelligere uoluiſſẽt,nõ tã temere ſuas ĩeptias
effudiſſẽt qppe poſthabitis phyſicoꝝ & philoſophoꝝ ſcriptis ĩ aſtro/
logoꝝ ſẽtẽtiã unanimiter cõcurrẽtib⁹ ꝓbat luculẽter Ioãnes ſcot⁹ theo

logiæ doctor ſubtilis ſecundo ſētentiarum libro, diſtinctione quarta decima, aſtra non ſolum in elementis & mixtis influere, uerū etiā animata ab aſtris dirigi, immo intellectum per aſtra immutari poſſe demonſtrat: quinimmo & uoluntatem ipſam ſæpenumero ab aſtris incitari & immutari contendit, maxime quando ratio ab appetitu ſēſitiuo ſuperatur. ſicut hac tempeſtate ut plurimum fieri uidemus, ī qua libido uicit pudorem: audacia timorem: & amentia rationem ſuperauit. Similiter & mores hominū per aſtra uariari ſictus Bona uentura docet. ſanctus quoq; Thomas aquinas libro ſuo tertio cōtra gentiles multis argumentis probat, corpora hæc inferiora a deo gubernari per corpora cœleſtia tanq̄ per inſtrumenta, quinimmo intellectum & uoluntatem indirecte ab aſtris incitari & cœleſtium corporum impreſſione immutari demonſtrat. Idem teſtantur Albertus magnus & Rogerus bachon theologi īſignes. omitto ſcripta Petri aliacenſis cardinalis cameracenſis theologi celebratiſſimi, qui omnem Chriſti ſaluatoris uitam per horam natiuitatis eius ex aſtris indagare conatus eſt. male profecto cum aſtrologia actum eſſet, niſi theologos in noſtra religione doctiſſimos atq; etiā ſanctiſſimos (quorum zoili iſti non ſunt digni ſoluere calciamenta) aſtipulatores haberet: qui pro ea patrocinantur, miriſq; laudibus eam extollunt. nec habet diuina hæc ſcientia alios zoilos & calumniatores præter hypocritas & duplices homines, qui curios ſimulant & bacchanalia uiuunt, triſteſq; uultu uendunt ſanctimonias. quorum dicta & facta proculdubio ſimulata, in contrarium accipi oporteat quā oſtēdātur. quando quidē oratio ipſo℞ & uerba ſemper ſunt menti diſſona atq; contraria, iuxta uocabuli hyprocriſis interpretationem. nullum profecto eſſe uel fuiſſe unquam deteſtabilius nec pernicioſius hominū genus quam quod hyprocriſim ardet, ſupremus ille magiſter deus in ſuis ſermonibus & euangeliis ſæpenumero nos docet. Id unum ferme eſt uitium quod diuina eloquia ultra cætera deteſtantur. magiſq; in hypocritas ſaluator noſter inuectus eſt quam in cæteros facinoroſos: nunc lupos rapaces agnina pelle indutos, nunc mauſeola dealbata deforis pulchra, ſed intus fœtore plena eos appellans: nihil enim eſt q̄d crebrius repetat: aut uehemētius inſectetur, cui terribilius comminetur: quod maiori odio ſibi eſſe oſtendat: plurimis ac cōtinuatis uicibus clamans. uæh uobis hypocritæ. uidit nanq; Ieſus hanc luem peſtiferam plurima hominibus mala indies afferre ac ſibi tandem mortem & crucem comminari. Sed his omiſſis redeundū eſt ad ſtellam magorum unde digreſſi ſumus. conſtat nanq; ex prædictis

magos fuiſſe ſapientes & aſtrologos non quidẽ uulgates, ſed doctiſſi mos, & uiſione ſtellæ motos ac prouocatos fuiſſe ad quærendum & adorandum Chriſtum tunc natum. hæc autem ſtella ſiue fuit ſydus aut cõſtellatio, ſiue ſtella unica, aut noui generis cometes, ſiue quod magis uerisimile & probabile exiſtit, fuit utrunq;, & ſydus & ſtella, nihil uariat propoſitum noſtrum. quia utcunq; dicatur, fuit ſaltem index & ſignum nouæ & mirificæ natiuitatis meſſiæ iudæorum re-gis, quem Chriſtum uocant, quem Herodes alienigena, & impius regni iudæorum uſurpator, naſciturum metuebat. eſt etiam mani-feſtum per aſtrologicam ſupputationem paucis ãnis ante Chriſti ſal uatoris natiuitatem, factam fuiſſe quandam coniunctionem ma-gnam Saturni & Iouis in principio arietis, per mutationem triplici-tatis ſecundum medium motum iuxta intentionem Albumaſaris, qui per motus uniformes non diuerſos, triplicitates diſtinxit. hæc facta fuit in ſecundo gradu, & undecimo minuto arietis. fuit autem hæc coniunctio anno ſexto ante Chriſti natiuitatem, die tertiadeci-ma februarii, hora quarta decima, anno imperii Auguſti uigeſimo quarto, incipiendo annos Auguſti a monarchia eius iuxta uerſus ſu per hoc uulgatos: una quidem talis fœlici tempore nuper. Cæſaris auguſti fuit ãno bis duodeno, a regni nouitate ſui, quæ ſignificauit, poſt annum ſextum naſci debere prophetam, abſq; maris coitu de ſancta uirgine matre. per quem futuræ quærentur gaudia uitæ. po-tuit hæc coniunctio dici maxima quia per eam mutata fuit triplicitas a fine cancri ad principium arietis. fiunt enim huiuſcemodi coniun-ctiones rariſſimæ & ob hoc maximarum rerum ſunt ſignificatiuæ. ne-q; reiterari poſſunt niſi poſt ſeptingentos & nonaginta quatuor an-nos. de hac coniunctione quam natiuitatem Chriſti præceſſiſſe dixi-mus ſcripſit Petrus aliacenſis referẽs eã ad Chriſti natiuitatẽ dicẽs, ꝙ licet benedicta Chriſti incarnatio, & natiuitas in multis fuerit mira-culoſa & ſupra naturam, tamen quo ad multa huic operi deifico na tura tanquam famula creatori ſuo ſeruiens diuinæ omnipotentiæ co operari potuit, & in his per cœli aſtrorumq; uirtutem cõcurrere cum uirtute naturali uirginis matris. Erat etiam hæc conſtellatio ſignũ plenitudinis temporis natiuitatis Chriſti a prophetis, & ſibyllinis uatibus denunciati, de quo ſequenti libro ſcribemus. fuit etiam ſi-gnum pacis uniuerſalis ſub Auguſto monarcha futuræ. ex quo eli-cere poſſumus diem paſſionis Chriſti, quia crucifigi debuit eo die quo paci ſacra fiebant, qui fuit dies trigeſimus martii, quemadmodũ ſuperiori libro oſtendimus. Sequitur etiam ex prædictis Chriſtum

dñm natũ fuiſſe anno trigeſimo ĩperii Auguſti incipiendo annos regni ipſius a monarchia eius. fuit enim coniunctio illa Saturni & Iouis anno monarchiæ Auguſti uigeſimo quarto,& præceſſit natiuitatem Chriſti per annos ſex ut dictum eſt ſuperius. errauit ergo Euſebius cæſarienſis in annis duobus aſſerens dominum natum fuiſſe anno monarchię Auguſti uigeſimo octauo.ex quibus etiam inferri poteſt Chriſtum dominum crucifixum fuiſſe per duos annos tardius quam chronographi perhibuerunt. & per conſequens fuiſſet crucifixus die trigeſimo martii quemadmodum libro quartodecimo probatum fuit.Sed nunc ad oracula ex Sole & Luna ſumpta procedemus nam & dominicæ paſſionis myſterii ſol tibi ſigna dedit cum luna lumine plena.primum ſignum ſumitur ex ſole: ſecundũ ex luna: Tertium ex cõgreſſu ipſoꝝ,& ex ſolis eclipſi ĩ hora mortis Chriſti facta.

¶ Caput ſecundum,trigeſimumnonum uiſionis oraculum ſcrutatur: diemq; paſſionis Chriſti ſuperius inuentum confirmat,per ſolem in eodem gradu collocatum, in quo in prima hominis plaſmatione poſitus fuit.

FAlſo quidem ſeptem ſtellæ currentes uocantur planetæ,hoc eſt errones ſiue errantes,quia nunquam errant ſed in omni æternitate certos curſus & conſtantes motus conſeruant, nihil enĩ in cœlo temere fit, nihil a fortuna, nihil a caſu. ſed cuncta debito ordine,& cõſtanti motu,quem cæteri planetæ a ſole accipiunt, nam quanto fiũt ſoli propinquiores planetæ tres ſuperiores,tanto uelocius mouentur. tres quoq; inferiores,ſuos motus uariant iuxta diuerſum ſolis reſpectũ, non quidem diſſona neq; diſcordi uarietate,ſed conſona & regulari diuerſitate pro generatione & cõſeruatione animalium a deo optimo ab æterno præordinata & deſtinata,quam græci εἱμαρμένην, latini fatum appellant. quod philoſophi nonnulli neceſſitatem rebus imponere putabant, iuxta illud Homeri in latinum uerſi nõ eſt qui fixas parcaꝝ auertere leges,effugere aut poſſit. de quo Vergilius ait,ſtat ſua cuiq; dies breue & irreparabile tẽpus oĩbus eſt uitæ.ſed ut ſanctus Gregorius inquit abſit a fidelium mentibus ut fatum eſſe credatur niſi per fatum diuina prouidentia ſignificetur, ſicut ſtoici & Seneca uoluerunt,de quo ſanctus Auguſtinus inquit qui fatum eſſe dixerit diuinam prouidentiam,ſententiam teneat ſed linguam corrigat.neq; aſtrologi fatum in ea ſignificatione admittunt ut neceſſitatẽ rebus imponat. nam ut Ptolemæus in centiloquio ſcripſit Aſtrolo-

gus ſapiens multa mala prohibere poteſt, quæ ſecundum aſtra uetura ſunt. ſi enim mala mortis radiatio colericam tibi ægritudinem minatur, facile eam euadere uel euitare poteris, ſi coleram euacuando, regimen uitæ ad frigidum & humidum direxeris. non quod influxus cœleſtis in ſe ſit malus, immo omnis cœli conſtellatio bona eſt: uidit nanq; deus cuncta opera quæ fecerat, & erant ualde bona. ſed dicitur aliquando influxus malus, ideſt diſtemperatus, non quod malitia ſit ab aſtris ſed ab homine perperam agente. nam ſi intemperatus aliquis illecebris allectus ſe continere noluerit, non debet aſcribi peccatum cœlo ſed incontinentię eius. eſt enim in poteſtate & arbitrio hominis in medio conſiſtere, & uirtutem amplecti, atque extrema uitioſa euitare, iuxta illud, quam falſo accuſant ſuperos, ſtultiq; que runtur mortales, etenim noſtrorum cauſa malorum nos ſumus, & ſua quenq; magis uecordia lædit. ut caderet tribuit ſua certe amentia cauſam. omnis enim uirtus ideo eſt meritoria, quia cum difficultate acquiritur, & non eſſet uirtus ſi a natura fuiſſet nobis indita, ab his enim quæ a natura nobis inſunt non laudamur neq; uituperamur, ut philoſophus docet. licet ergo influxus aſtrorum ſit naturalis, tamē quilibet per liberum arbitrium euitare ipſum poteſt. exempli gratia ſol naturaliter per ſe & actu primo ſemper calefacit, tamē nemo cogitur recipere calorem eius, ſed ab excellentia ardoris eius quilibet ſibi cauere poteſt. quamobrem Ptolemæus in prooemio Almageſti dixit ſapiens dominabitur aſtris. licet pauci ſint uere ſapientes, ſed ut Salamon inquit ſtultorum īfinitus eſt numerus. omnes quippe ſequimur potius appetitum ſenſitiuum quam rationem uel intellectum, propter præuaricationem primi parentis, & amiſſionem iuſtitiæ originalis ſi enim protoplaſtus Adam non peccaſſet, appetitus ſenſitiuus ſubiectus fuiſſet & obediſſet rationi: nūc autem poſthabito dictamine rationis non obedit, immo aduerſatur ei, & nobis conſentientibus uincit rationem. nos quoq; ſpreta uel omiſſa ratione tanquam incontinentes ſequimur eum. ſed ſapiens obediens rationi reſiſtit prauis cupiditatibus & illecebris. quemadmodū Iulius firmicus de ſocrate ſcripſit. nam cum quidam ei de moribus ſuis cupiditatibuſq; dixiſſet (quas ille aſtrologica ratione collegerat) ſunt inquit ut dicis, agnoſco, confiteor (& uir prudentiſſimus latentia corporis uitia facili confeſſione detexit) ſed hæc inquit omnia a me prudentia, ac uirtutum autoritate ſuperara ſunt, & quicquid uitii ex praua concretione corpus habuerat, animi bene ſibi conſcii diuinitas temperauit. quamobrem ut idē inquit deum ſuppliciter orare & inuocare debemus, ut animum no

ſtrum cõtinentia, ſapientia, & diuinitate imbuat, qua appetitui ſenſitiuo, & prauis ſtellarum influxibus reſiſtere poſſit. omnes nanq; proni ſumus ad malum, & facile ducimur quo aſtra nos inclinant. hinc eſt quod Ioãnes ſcotus loco præallegato dixit plurimum euenire quæ ab aſtris ſignificantur, quia ut plurimum ſequimur appetitum ſenſitiuum, qui aſtris ſubiacet. nos autem non dabimus tantum aſtrologis noſtri temporis, ut dicamus eos plurimum uerum dicere, immo hac tempeſtate raro uerum denunciant. non propter defectum ſcienriæ, ſed quia non habent motus planetarum examuſſim rectificatos, immo nõnunquam in tribus gradibus a uero loco deuiant. hoc autem recti iudicii impedimentum non obſtitit priſcis aſtrologis qui ſemper uerum pronunciarunt, unde & in prouerbium deductum fuit facilius poſſe ſtellarum influxum præuideri quam præcaueri. quemadmodum non ſolum philoſophi, uerum etiam hiſtoriographi multis exemplis perhibuerunt, quorum longum nimis eſſet minimam partem enarrare. hoc ſolum his ſcriptis noſtris inſeremus: quod de Heraclio imperatore annotarunt. nam poſtquam coſdroas perſarum rex aſſyriam, chaldæam, meſopotamiam, ſyriam, atq; iudęam cœpiſſet, & ciuitatem hieruſalem deprędatus fuiſſet: crucemq; ſanctam i perſiam deportaſſet: ſeq; ut deum adorari iuſſiſſet: Heraclius imperator contra Coſdroan exercitum ducens prælio eum uicit, & filium eius captum ac baptizatum in regnum paternum reſtituit, crucemq; ſanctam a Coſdroa ſubtractam hieroſolymis, reportauit. poſt hanc glorioſam uictoriam per quam reliquos omnes imperatores prædeceſſores ſuos ſuperauerat rediens conſtãtinopolim litteris, ac ocio delectatus ad aſtrologiam ſe conuertit. cunq; iam propria induſtria per hanc artem comperiſſet maximum ſibi periculum & romano imperio diſcrimen imminere ex circuncifis per orbem terrarum diſperſis, publico edicto præcepit ut omnes iudæi & circuncifi romano imperio ſubiecti baptizarentur. adhortatus fuit etiam Siſebutum gothorum regem hiſpaniam tunc debellantem ut iudæos omnes & circunciſos in regno deprænhenſos grauioribus ſuppliciis ad Chriſti fidem compelleret, quibus tñ nõ obſtãtibus nõ ſatis præcauere potuit quí ex fœliciſſimo ĩperatore ĩfœliciſſimus fieret. nã paulo poſt a circũciſis (duce mahumeto) ĩuicẽ cõſpirantibus ſuperatus & uictus, magnã ĩperii partem amiſit. quam uſq; ĩ diem hodiernum mahumetani agareni (qui ſe ſaracenos falſo uocant) poſſidentes inhabitant. hi poſtea hiſpaniam & galliam narbonenſem ac partem italię quam priſci magnam grætiam nuncuparunt occupantes ui & armis tenuerunt donec primum per Carolũ

marcellum deinde per carolum magnum multis prælijs ſuperati & fracti ac tandem per guilhelmum normannum apulia & tota italia pulſi alienas ſedes quærere cogerentur: relictis duntaxat his qui characterem chriſtianorum & nomen per baptiſmum acceperint. quod multi titulo tenus ſuſceperunt. neq; in alio europę loco reſtiterunt præterquam in parte beticę hiſpaniæ quam granatam uocant: ſed & hos moderni catholici reges hiſpaniæ, chriſtianæ religionis zelo accéſi, temporibus noſtris penitus deleuerūt. quinimmo ut regioné omnem malis hominibus & Chriſtiani nominis hoſtibus expurgarent, non ſolum ſaracenos & mahumetanos ſed & iudæos omnes atq; maranos finibus regni pepulere, ob ſcelera per eos patrata, quia chriſtianorum ſanguine libare & ſacrificare ſolent. Simile huic quod de Heraclio narrauimus accidit etiam nobis: nam cum per aſtrologicam doctrinā (ſi ita eam ſine calumnia appellare licuerit) maximum periculum atq; diſcrimen ex iudæis & circunciſis mihi immineret: paruipendens hoc oſtentum ſpreui eius ſignificatum. arbitratus fruſtari ipſum oportere propter materiæ & cauſæ efficientis defectum, firmiſſime ratus, non poſſe imminere periculum ex circunciſis in loco in quo non ſunt circunciſi. legeram enim huius rei argumentum apud ſanctum gregorium mathematicos nimium curioſos in hoc reprehendentem quod aſſerant ſignum aquarii ſuo ortu piſcatores facere cum ī getulia aquarius etiam oriatur & tamen ibi piſcatores naſci non poſſint. quia ibi nulla ſunt maria neq; flumina. ſimili argumento reprehendit & carpit aſtrologos, qui dicunt ſignum libræ trapezitas gignere, cum multæ gentium nationes trapezitas non habeant, immo prorſus ignorét. quibus perlectis, ſic ego apud me ſyllogizabam. deficiente cauſa neceſſe eſt effectum deficere, ut beatus Gregorius innuere uidetur, quéadmodum philoſophi omnes concedendum clamant. ergo in ciuitate in qua non ſunt iudæi, neq; marani, neq; ſaraceni, neq; aliud circunciſorum genus, non poteſt ex eis periculum aliquod imminere. erat quippe ī ciuitate unus ſolus iudæus uir alioquin modeſtus & minime formidandus. Dunq; hæc apud me cogitarem ecce ſubito irruit in ciuitatem magna iudæorum maranorum & ſaracenorum cohors ex illis quos catholici reges hiſpaniæ e finibus regni ſui pepulere qui cateruatim & gregatim ut pecudes exploſi per uniuerſum terrarum orbem errantes inermes primum & ſupplices italiam īgreſſi, mox ſub hydra ſeptem capitibus uenenum euomente, & ſub equo pallido alato militare cœperunt, quæ armorum inſignia ioannes apoſtolus in apocalypſi antichriſto & perſecutoribus eccleſiæ deputauit. hi tādem

magno

magno agmine & ĩpetu ĩ ciuitatẽ Foroſẽproniẽſẽ ꝑ ꝓditionẽ irruẽtes nõ ſolũ ciuitatẽ depopulati ſũt, ſed etiã eccleſiã deprædãtes maximã & dictu horrẽdã cõtumeliã ſacroſãcto chriſti corporis euchariſtię ſacramẽto ĩtulerũt, cui⁹ ſceleris pœnã nõ ſatis cõdignã paulopoſt pepẽderũt nã poſtridie ꝙ̃ ſceleſtiſſimũ hoc flagitiũ patraſſẽt ꝑ ciuitatẽ debacchantes & ſanguinẽ chriſtianoꝝ adhuc ſitiẽtes ad pugnã egreſſi a paucis militib⁹ chriſtianis fuſi fugatiq́ꝫ: multi eoꝝ ĩterfecti fuerũt. tũc quoq; per cicatricẽ & characterẽ iudæis in circũciſione ĩprimi ſolitũ cõpertũ eſt ipſos iudęos & uerpos extitiſſe. nã cũ a ruſticis prędę cupidis cadauera ĩterfectoꝝ ſpoliarent̃ reſolutis fibulis ĩuẽta ſũt eoꝝ prępututia circũciſa eſſe. ꝗobrẽ diuino iure eccleſiaſtica ſepultura prohibiti paſſim ĩ triuiis ĩhumati iacebãt publico ſpectaculo ĩ opprobriũ circũciſoꝝ relicti donec eoꝝ cadauera a coruis & canib⁹ cõſumerent̃. hęc fuit Chriſti uidicta uix ſatis cõdigna patrato flagitio pœna. Accidit fere mihi ĩ hac ciuitatis depopulatione qđ Archimedi ſyracuſano mathematica ſciẽtia ĩſigni oli cõtigit. q dũ litteris & bonaꝝ artiũ ſtudiis operã ĩpẽderet ac geometricũ theorema ꝓ defẽſione patrię ĩ puluere deſignaret, ĩ expugnatione ciuitatis ſyracuſę ab ĩpio quodã milite ĩterfectus fuit. ſed nõdũ uenerat hora mea, prius nãq; craſſandũ erat ĩ epiſcopos, & ĩ ꝓceres ac generoſos uiros Romę, Senogallię, & alibi ſtrãgulatos q nõ fato tracti, ſed ſpõtanea uolũtate ducti iugulatorẽ quærebãt. ut eni Seneca ĩquit fata nolentẽ trahũt, uolentẽ ducũt. ſed deus iudex iuſtus: nã paucis poſt dieb⁹ omnes qui innocẽtes trucidarãt & autores ipſorũ mala morte perierũt. Sed his omiſſis redeũdo ad primũ nr̃m ĩſtitutũ de diuina ꝓuidẽtia ꝓpoſitũ: dicemus omnia crucis myſteria, & diuinæ ĩcarnationis arcana, per cœlũ fuiſſe ſignificata, & ꝑ ſtellas prędfigurata, ſunt eni aſtra omnipotẽtis dei ĩſtrumẽta, quibus hũc mũdũ gubernat & quicquid ab aſtris uel aliis cauſis naturalib⁹ fieri credit̃, ex fõte præſcientię diuinæ emanans a deo procedit. omne eni inſtrumẽtũ agit in uirtute agentis prĩcipalis, ut philoſophi omnes teſtantur, & actio ipſa non inſtrumẽto ſed agenti attribuitur, non eni ſecuris ſed homo ædificat. eſt quippe cœlum ſtellis ornatum tanquam liber diuerſis litteris exaratus, in quo deus futura omnia ab æterno conſcripſit, & in eo ordinẽ ſeriemq́ꝫ cauſarum diſpoſuit, ut cauſa cauſam ex ſe gignat & debito ordine effectus producantur. hæc eſt cathena illa aurea, ꝙ̃ Homerus e cœlo in terrã demiſſam dixit. hæc eſt συμφωνία & harmonia illa cœleſtis, quã Pythagoras diapaſon uocauit. hæc eſt ueritas illa ſempiterna ex omni æternitate fluẽs. hæc eſt illa mundi cõſtructio uel creatio quam Moſes per opus ſex dieꝝ expreſſit. oportebat enim

mundum & hominem in Chriſto renouari,& quo die Adã primus
homo plaſmatus,per eſum ligni uetiti(peccato factus abnoxius)ceci
dit:& poſteritatem omnem contaminauit:eodem ipſo die humanũ
genus per nouum Adam Chriſtum redemptorem in ligno crucis ſub
leuatũ,erigi debuit.quoniã ergo Adã primus homo ut ſcriptura teſta
tur,ſexto die poſt æquinoctiũ creatus,eodẽ die præuaricatus & ex pa
radiſo eiectus,cecidit:& conſequens æuum ac poſteritatem omnem
peccato ſuo contaminauit:uoluit deus humanum genus redemptu
rus eadem tempora reſumere,& obſeruare ut ſua paſſione & ſangui
ne tempus ipſum una cum homine purificaret. congruebat ergo hu-
mani generis redemptionem & Chriſti crucifixionem fieri die ſexto
poſt æquinoctium,ſole in eodem gradu Zodiaci collocato, in quo in
prima hominis plaſmatione poſitus fuit. conſtat autem diem trigeſi-
mum martii(qui eſt dies tertius calẽdarum aprilium)fuiſſe diem ſex
tum ab æquinoctio uernali, quod tunc octauo calendas apriles con-
tigiſſe oſtendimus.eſt etiam manifeſtum,ſolem in eodem gradu exti-
tiſſe in quo fuit in prima hominis plaſmatione,qui a Moſe legiſlato
re ſexto die poſt æquinoctium creatus perhibetur.quod ſi quis dixe-
rit hæc non congruere ſupputationibus alphonſinis,reſpondebimus
tabulas alphonſinas hac tempeſtate uſu habitas,non eſſe idoneas ad
indagandum æquinoctium uel ſolſtitium tempore natiuitatis Chri
ſti,ſed hęc magis quæri debent per obſeruationes Iulii cęſaris,Ptole
mæi & aliorum aſtrologorum illius temporis qui æquinoctium uer-
num tunc inuenerunt accidere octauo calendas aprilis,quemadmo-
dum ſuperius oſtẽdimus.ex quibus ſequitur ſolẽ die trigeſimo mar-
tii fuiſſe in ſexto gradu poſt interſectionem Zodiaci & æquinoctialis
in quo gradu Moſes docet ſolẽ fuiſſe in prima hominis creatione qui
ſexto poſt ęquinoctium die formatus perhibetur. quinimmo ex lo-
co ſolis in die & hora qua Adam mandatum dei tranſgreſſus peccauit
cognoſcere poſſumus nõ ſolũ diẽ paſſionis Chriſti ue℞ etiã horam &
minutũ mortis eiuſdẽ quãdo expirauit elicere poſſumus:per argumẽ
tũ ſuperius expoſitũ.quia Chriſtus humanũ genꝰ redẽpturus uoluit
reſumere omnia tempora quæ Adam peccando contaminauerat,pec
cauit autem Adam feria ſexta poſt meridiem, nam ut Moſes docet
Adam & Eua tranſgreſſi mandatum dei,cum audiſſent uocem domi
ni dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem abſconde
runt ſe a facie dei:eandẽ ergo horã purificandã Chriſtus in ſua morte
reſumere uoluit.qđ ita factũ fuiſſe euãgeliſtę teſtanť,aſſerẽtes Ieſum
Chriſtũ in cruce ſuſpenſum hora nona emiſiſſe ſpiritũ(habuit enim

poteſtatem ponendi animam ſuam & reddendi ſpiritum quando uo lebant)fuit autem hora nona diei,tertia hora poſt meridiem,quæ tē pore ęquinoctii eſt media inter meridiem & occaſum.ſed nunc ad ſe quens oraculum ex luna ſumptum accedamus.

❧ Caput tertiū,quadrageſimū uiſionis oraculum conſiderat.

PRoximum oraculum reddebat luna perfecta,hoc eſt lumine plena.nam ut propheta cecinit pſalmo uigeſi mooctauo luna perfecta teſtis eſt in cœlo fidelis. ipſa etenim dominicæ paſſionis teſtimoniū perhibere de/ buit,quæ in pręuaricatione primi parentis teſtem ſe præbuit.& eadem facie qua Adam tranſgreſſorem mandati dei in li/ gno uetito peccantem conſpexit:debuit etiam ſimili uultu reſpicere Chriſtum liberatorem in ligno crucis pendentem. conſtat autem ex ſacra ſcriptura Adam parētem noſtrū præuaricatum & dei mandatū tranſgreſſum fuiſſe luna lumine plena ex aduerſo ſolis in ſexto gra/ du ab æquinoctio autumnali collocata:ergo in eodem loco reperiri debuit in die paſſionis Chriſti. quia idem modus eſſe debet reforma tionis & inſtaurationis humani generis,qui fuit primæ eius creatio/ nis & lapſus: ſed hæc non potuerunt contingere niſi die trigeſima martii,ergo Chriſtus crucifixus fuit die trigeſima martii.habuit & lu/ na aliam ſignificationem in die paſſionis Chriſti,ob hoc enim paſcha & immolatio agni immaculati inſtituta fuerunt luna lumine plena. hoc eſt luna quartadecima,quia pręfigurabant Chriſtum eodem die in cruce immolandum eſſe:neceſſe fuit ergo hæc omnia in die paſſio nis Chriſti concurrere,uidelicet luna lumine plena ī ſexto gradu ab æquinoctio autumnali in oppoſito ſolis collocata,quia ſic poſita fuit eo die quo Adam primus homo peccato factus obnoxius hæc tempo ra contaminauit.neq; hæc carent myſterio uel ratione,nam ut philo ſophi perhibēt luna ſignificat corpus & humores & paſſibilitatem ip/ ſorum,& ergo luna præfigurabat ea quę pro die paſſionis pręordinata fuerāt,ſol uero ſignificat ſpiritū & uitā & ergo pręfigurabat potius re ſurrectionē Chriſti quā paſſionē eius:reſurrexit nāq; feria prima quæ deputatᷓ ſoli in qua lumē fuit creatū & ſegregatū a tenebris,& ſol eo dē die formatus fuit,ut poſtea oſtēdemus,hæc autē cōgruunt reſurrec tioni Chriſti,qui eodē die reuocatus fuit a morte & a tenebris infe/ rioribus ad lumē & uitā:reſurrexit etiā ī ortu ſolis ut cōmunis docto rū opinio tenet.ſed de his poſtea ſcribemus,nunc ſatis eſt oſtendiſſe lunā proprie ſignificaſſe paſſionē Chriſti,ſolē uero reſurrectionē eiuſ

dem.nec obſtat quod ſuperiori capitulo diximus ſolē ſignificaſſe diē paſſionis,quia hoc ītelligi debet,nō quātū ad ſubſtantiā eius,ſed quātum ad gradū uel locū in quo fuit ī prima hominis creatione & lapſu fuit enim in ſexto gradu poſt æquinoctiū:& ergo in reparatione & redēptione humani generis debuit eſſe in eodē loco & gradu , quia idē debet eſſe modus reformationis & inſtaurationis qui fuit primæ eius creationis & lapſus.ſimiliter eclipſis Solis quia defectū ex nomine importat,ſignificabat paſſionē eius & mortē,quēadmodū ſequēti capitulo oſtēdemus,& per eā dominicæ paſſionis diē ſuperius inuentū cōfirmabimus.nam & ipſa ad ſtellā magorꝝ pertinere uidetur,quādoquidē Dionyſium areopagitā Apollophanē & alios nōnullos gētiles philoſophos,in cognitionē ueri dei perduxit.

℄ Caput quartū,quadrageſimū primū uiſionis oraculū ſcrutatur:& ſolis eclipſim tēpore mortis Chriſti miraculoſe factam ac Dionyſiū areopagitam eam obſeruantem contemplatur.diemqꝫ paſſionis Chriſti ſuperius inuentum,per eam confirmat.oſtendens primum priſcos philoſophos per ſolem ſignificaſſe deū,ſed prophetas per ſolē īſinuaſſe uel præfiguraſſe Chriſtū ſaluatorē.

Difficillimum ſemper fuiſſe deū cognoſcere non ſolū philoſophi perhibent,ſed & Moſes ipſe legiſlator docet:qui cum uocatus eſſet a deo abſcondit faciem ſuā,quia non audebat aſpicere contra deum:quanto minus philoſophi ſine lumine gratiæ(quia nondū a deo uocati)fulgorē ſplendoris aſpectus eius ferre potuerūt?eſt enim īmenſa inter deum & homines diſtantia,quę diuinā maieſtatē inſpici,& ab homine intelligi nō ſinit:quippe ut propheta inquit,poſuit tenebras latibulū ſuum,& nube atqꝫ caligine circumuallauit ſe:non quod tenebris lateat,imo eſt lux ipſa:neqꝫ nube tenebroſa circumſeptus eſt,ſed lucidiſſima atqꝫ lympidiſſima,quæ oculorꝝ aciē perſtringendo offuſcat,& obtutum in ſe intuentiū obtenebrare & caligare facit.& ut idē inquit,præ fulgore in cōſpectu eius nubes trāſierunt:ad tantā enī lucē cæcutiūt omnes philoſophorꝝ oculi,qui ſic ſe habēt ad ea quæ ſūt manifeſtiſſima naturæ,ſicut oculus nycticoracis ad lumē ſolis.nā etſi præſtāti īgenio præditi fuerūt,magnoqꝫ ſtudio diuinā eſſentiā īdagare conati ſunt,nunquā tamē ad perfectā eius noticiam ſine lumine gratiæ peruenire ualuerūt.immo Platonē ipſum quē ſuper alios diuinū uocāt,dicere ſolitū,& ſcripſiſſe Apuleius perhibet,deū īuenire quidē non facile,intelligere impoſſibile.formæ enim excellētiores non poſſunt cognoſci ab intellectu humano:quia non cadunt ſub ſenſu:im-

mo excellés ſenſibile corrumpit ſenſum & deſtruit: neq; aliquid mo-uere poteſt intellectum, niſi prius fuerit in aliquo ſenſu: quia neceſſe eſt intelligentem fantaſmata ſpeculari, quamobrem excellétes formæ quæ non cadunt ſub ſenſu non poſſunt comprehendi ab intellectu, niſi per operationes ab eis procedétes uel per priuationem influxus & operationum ipſarum. & licet aſtrologi cœlo ſereno gaudeant, ta-men ſolem ipſum aſpicere non audent: ſed motum & altitudinem ip-ſius per umbram eius idagant. ſic & deus ob excellentiam formæ eius ab humano intellectu apprehendi non poteſt. nam ſicut ſol non po-teſt uideri niſi per lumen ſuum, ſic deus non poteſt cognoſci niſi per lumen ſuum mentibus noſtris infuſum, quod gratiam uocant quamobrem propheta de deo dixit in lumine tuo uidebimus lu-men, ideſt, per luméтuum cognoſcemus te. eſt enim deus lux uel lumen, non quo oculi uident, ſed quo cor uidet. quippe cogni-tio quá de deo habemus eſt quaſi per ſpeculum & in enigmate, neq; cognoſci poteſt deus niſi per reflectionem mentis noſtræ ab operatio-nibus & effectibus eius ad ipſum tanquam ad cauſam primam, ſunt enim arcana dei ineffabilia, & ab homine ſine lumine gratiæ incom-præhenſibilia, ſoloq; ſilentio pertranſeunda. quamobrem pſalmo ſex-ageſimo quarto iuxta hebraicam ueritatem propheta de deo dixit, ti-bi ſilentium laus eſt. Vnde & in apocalypſi Ioannis cũ agnus aperuiſ-ſet ſigillum ſeptimũ factum eſt ſilentium in cœlo. Dionyſius quoq; areopagita in epiſtola ad Caium ineffabilitatem diuinitatis circũſcri-bens dicit, nullo ſermone uel animo myſteriũ ipſius promi poſſe: ſed cum profertur, manet arcanum, & dum intelligitur, manet incognitũ quia non ſolum ſermonem ſed etiam cogitationem humanam ſupe-rat. oſtendimus etiam ſuperius priſcos theologos myſteria religionis ſuæ ſilentio conſecraſſe neq; fas erat profanis auribus ea exponere. un-de & apoſtol⁹ rapt⁹ uſq; ad tertiũ cœlũ dixit ſe uidiſſe arcana quæ nõ licet homini loqui. quáobré & ad romanos exclamat dicens O altitu-do diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ dei q̃ incõprehenſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles uiæ eius: quis enim cognouit ſenſum domini? aut quis conſiliarius eius fuit? de quo Auguſtinus libro quinto de tri-nitate capitulo primo dicit intelligamus deum ſi poſſumus, quan-tum poſſumus: ſine qualitate bonũ: ſine quantitate magnũ: ſine indi-gentia creatoré: ſine ſitu preſenté: ſine habitu omnia cõtinenté: ſine lo-co ubiq; totum: ſine corpore ſempiternum: ſine ulla ſui mutatione mutabilia facientem: nihilq; patientem. quiſquis deum ita cogitat et ſi nondum poteſt omni modo inuenire quid ſit, pie tamé caueat quã

tum poteſt, aliquid de illo ſentire quod non ſit. hæc Auguſtinus.
Hac de cauſa Moſi mādatum fuit, ut ſolus accederet ad locum ubi
deus erat. cæteri autē non appropinquarent. cunq; aſcendiſſet in mō
tem ubi deus erat, operuit nubes montem. deus quoq; dixit moſi nō
poteris uidere faciem meā, non enim uidebit me homo & uiuet tol-
lam manum tuam & uidebis poſteriora mea: faciem autem meam
uidere non poteris. unde & Moſes de mōte deſcendens cornutus ap
paruit. Chriſtus quoq; ſaluator noſter diſcipulis ſuis dixit, nemo co
gnouit filium niſi pater, nec patrem niſi filius, & cui filius reuelaue
rit. & Ioannis primo legitur deum nemo uidit unquam. quamobrē
Plato cum de deo loqui uellet, dicere quid ſit non fuit auſus hoc ſo-
lum de eo ſciens, quod ſciri quale ſit ab homine non poſſit. ſolum ue
ro ei ſimillimū de uiſibilibus ſolem repperit, & per eius ſimilitudi-
nem uiam ſermoni ſuo attollendi ſe ad non compræhenſibilia pate-
fecit. quod & apoſtolus ad romanos affirmat dicens inuiſibilia dei a
creatura mundi per ea quę facta ſunt intellecta conſpiciuntur. oſten
dimus etiam ſuperius priſcos philoſophos per Iouem, Apollinem,
Saturnum, Martem, & reliqua omnia uel præcipua gentilium deo-
rum nomina Solem ſignificare: quamobrem & romani annum Io-
ui & menſes ſiue calendas Iunoni deputauerunt. per Iouem Solem
per Iunonem lunam ſignificantes. Sol enim curſu ſuo annum perfi-
cit. & luna menſes ſuo motu diſtinguit. Vnde & Plato in republica
Solem uiſibilem dei filium appellat. & Anaxagoras interrogatus cur
natus eſſet, reſpondit ut uideret ſolem. Zoroaſtes omnium antiquiſ-
ſimus cuncta per ignem gigni putauit. ſanctus Auguſtinus libro de
ſpiritu & anima dixit, deus ignis eſt, & lux. idem in libro de cognitio
ne ueræ uitæ dixit, deus noſter ignis eſt. hanc ob rem priſci in ſuis
tēplis ignem perpetuum tanquam diis ſimillimum ſeruabant. eſt igi
tur deus ignis non materialis conſumens, ſed cœleſtis uiuificans. nec
obſtat qđ deuteronomii quarto deus dicatur ignis conſumens: quia
non eſt inconueniens idem reſpectu diuerſorum dici uiuificans & cō
ſumens: immo cuiuſlibet agentis duplex ſolet diſtingui actus uideli-
cet actus primus uel actus per ſe intentus, & actus ſecundus uel actus
per accidens conſequens: uerbi gratia calor naturalis hominis per ſe
& actu primo uiuificat & conſeruat hominē in eſſe: ſed per accidēs &
actu ſecundo conſumit humiditates ſuperfluas: immo reſoluēdo ſub
iectum proprium per accidens corrumpit ſeipſum. ſic calor & ignis
dei qui caritas eſt & gratia dei, mentes humanas accendit, & in de-
um dirigendo uiuificat, necnon ab omnium peccatorum ſordibus

mundas reddit,& uitiorum omniũ rubiginẽ cõſumit.eſt ergo uiuificãs & cõſumẽs reſpectu diuerſorum.perſę uero & indi nullo uocabulorum in uolucro neque poetarum figmẽtis deũ ſuũ obfuſcãtes,Solẽ pro deo colũt. animaduerterũt nãque philoſophi ſolẽ eſſe præcipuũ dei iſtrumẽtũ cu ius influentia,lumine,& motu,aliorum planetarum curſus regulantur & moderantur:quemadmodum ſuperius oſtendimus. iccirco certis dimenſum partibus orbem:per duodena regit mundi ſol aureus aſtra. eſt enim ſol maximus omnium aſtrorum quantitate,& uirtute: quantitate quidem, maior eſt tota terra centies ſexageſies ſexies. cæteris planetis uirtute præſtans,ſicut cor in animalibus præſtat reliquis uiſceribus.quamobrem & ſol quaſi ſolus nominatur & cor cœli & oculus dei nuncupari ſolet:& ut inquit Homerus ſol omnia ui dens omnia audiens. cuius calor ſalutaris eſt generans & uitam afferens:& omnia conſeruans: non conficiens:neque diſſipans:neque conſumens,ut calor ignis:ſed cuncta uigere,uiuere,uegetare, florere, & & pubeſcere faciens. quippe ut philoſophus inquit,homo & ſol generant hominem ex materia.ſole enim accedẽte ad nos,uirtutes om nes fiunt fortiores:& ipſo recedente:iterum fiunt debiliores.Iã enim apud medicos compertum eſt,quod multæ ægritudines in ſolis occaſu fiunt grauiores & in autumno pernitioſiores,ob ſolis receſſum,& uirtutis defectum. ſi enim ſol non eſſet,uita animalium non foret.uita nanque in calido & humido conſiſtit. calor aurem a ſole tanquam a fonte manat in hæc inferiora.ſol etiam humiditates conſeruat.quod ſi ſol non eſſet,aqua non flueret: neque ad generationem eſſet idonea & ut ſummatim dicam,ſi ſol non eſſet,mundus non perſiſteret:ſed ĩ confuſum chaos tranſiret. ſol enim ſuo calore cœlum extenſum tenet,& mouet,ſuoque lumine uiuificat & cuncta illuſtrat. his igitur argumentis priſci philoſophi magnam uim ſoli tribuerunt quaſi in eo uirtus dei maxime appareret. ¶ Sed quorſum hæc de ſole repetita? promiſit nobis deus per Malachiam prophetam ſolem iuſtitiæ. orietur inquit uobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ & ſanitas ſub alis eius. per ſolem Chriſtum ſignificans: qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ patris portans omnia in uerbo uirtutis ſuæ purgationem peccatorum facit. eſt enim uera lux mundi, habens in ſole tabernaculum ſuum, illuceſcens his qui in tenebris & in umbra mortis ſedent. nam ut propheta inquit, exortum eſt in tenebris lumen rectis corde. & ut Eſaias dixit, populus gentium qui ambulabat in tenebris uidit lucem magnam: & habitantibus in regione umbræ mortis lux orta eſt eis, lux inquam uera ſine

umbra:lux per eſſentiam,non per participationem . quamobrem &
euangeliſta Matthæus de Ieſu in monte thabor tranſfigurato dixit
reſplenduit facies eius ſicut ſol,& nubes lucida obumbrauit apoſto-
los comites eius.cuius ſplendoris fulgore ſtupefacti ceciderunt in fa
cies ſuas.de hac luce ſaluator ipſe Ioannis duodecimo dixit , ego lux
in mundũ ueni,ut omnis qui credit in me,ĩ tenebris nõ maneat Idẽ
Ioãnis nono,me oportet operari opera eius qui miſit me,donec dies
eſt. ueniet nox quando nemo poterit operari.quandiu ſum in mun-
do,lux ſum mundi. huius lucis candorem intuens Simeon iuſtus,uo
cauit ipſum lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis iſ-
rael. de quo Eſaias capite ſexageſimo ſcripſerat,ſurge illuminare hie
ruſalem,quia uenit lumen tuum,& gloria domini ſuper te orta eſt:
quia ecce tenebræ operient terram,& caligo populos,ſuper te autem
orietur dominus,& gloria eius in te uidebitur,& ambulabunt gen-
tes in lumine tuo,& reges in ſplendore ortus tui:leua in circuitu ocu
los tuos,& uide,omnes iſti congregati ſunt,uenerunt tibi,& erit tibi
dominus in lucem ſempiternam , & deus tuus in gloriam tuam,non
occidet ultra ſol tuus.huius enim ſplendoris claritate,ductæ ſunt ge
tes in cognitionem ueri dei . nam cum mirabilia Chriſti opera atq;
miracula per eum facta uiſibiliter cognoſcerent,facile per eum in in
uiſibilis dei cognitionem peruenerunt Vnde & Chriſtus diſcipulis
ſuis dixit,beati oculi qui uident quæ uos uidetis,dico enim uobis ꝙ
multi prophetæ & reges cupierunt uidere,quæ uos uidetis,& non ui
derunt:& audire quæ auditis,& non audierunt.confitebor tibi domi
ne pater cœli & terræ,quod abſcondiſti hæc a ſapientibus & pruden
tibus,& reuelaſti ea paruulis . fuit enim Chriſtus mediator inter deũ
& homines,& ſicut ſenſibilia non poſſunt compræhendi a ſenſu ſi-
ne medio,ſic eſſentia diuina non potuit cognoſci ab intellectu huma
no ſine Chriſto mediatore . nam ſicut uirtutes cœleſtes deferuntur
ad nos per lumen ſolis,tanquam per uehiculum,ſic per uerbum dei
quod eſt lumen ęternum a patre procedens deferuntur ad nos gra-
tiæ dei & datus eſt nobis paraclitus , hoc eſt conſolator ſpiritus ſan-
ctus,per Chriſtum mediatorem inter deum & homines,qui humani
tatem diuinitati coniunxit & ſolus legem naturæ innouauit:quia ſo
lus ſine ſemine natus eſt . per quem facta eſt reconciliatio humani
generis cum deo:expediebat enim mediatorem inter deum & homi
nes utriuſq; naturam dei ſcilicet & hominis participare : id enim ue
re medium inter aliqua dici poteſt , quod de utroq; participat . per
hoc ergo medium ducimur in cognitionem inuiſibilis dei. nam ſicut
philoſophi

philoſophi peruenerunt in cognitionem ueri dei per mirabilia ope/ra & effectus eius, inter quos ſolem præcipuum & illuſtriorem con/ſpiciebant, ſic nos per Chriſtum mediatorem inter deum & homines & per miracula quæ fecit dum in terris cõuerſaretur, ac poſtea in ſanctis martyribus continuauit, & per reuelationem ab eo acceptam, du cimur in cognitionem inuiſibilis dei. merito ergo Chriſtus per ſolẽ figuratus ſol iuſtitiæ eſt appellatus. dies quoq; quem ethnici attribue runt ſoli, iure optimo Chriſto eſt dedicatus. quia eum diuina ſua re/ſurrectione illuſtrauit & ſanctificauit. de quo propheta dixit hæc dies quam fecit dominus. & ſicut lux ſplendor uel lumen & calor con/ueniunt in una ſolis ſubſtantia, ſic pater & filius & ſpiritus ſanctus una ſunt dei eſſentia. Chriſtus ergo proprie ſplendori & candori ſo/lis aſſimulatur. unde & Chriſto in cruce deficiente & expirante ſol contra naturæ ordinem offuſcatus ſplendorem & candorem ſuũ ami ſit ſicut propheta pſalmo. 103. prædixerat, ſol agnouit occaſũ ſuũ, po ſuiſti tenebras, & facta eſt nox. tunc etiam adimpleta ſunt aliorũ pro phetarum & ſibyllarum oracula de ſolis obſcuratione in Chriſti paſ ſione prænunciata. de quo ſibylla dixit tẽpli uelum ſcindetur, & me dia die nox tenebroſa fiet. Amos quoq; propheta dixit, & erit in die illa dicit dominus, occidet ſol in meridie, & tenebreſcere faciam terrã in die luminis, & conuertam dies feſtos ueſtros in luctũ. de hoc etiã Ezechiel capitulo. 32. in perſona dei dixit Solem nube tegam & Lu na non dabit lumen ſuum, omnia luminaria cœli mœrere faciam ſu/per te, & dabo tenebras ſuper terram tuã, dicit dominus. Eſaias quoq; capitulo. 13. dixit, ſtellæ cœli & ſplendor earum non expandent lu/men ſuum, obtenebratus eſt Sol in ortu ſuo, & luna non ſplendebit in lumine ſuo. ſed dicet fortaſſe aliquis uerba Eſaiæ non poſſe expo ni de eclipſi Solis facta in hora mortis Chriſti, quia ſol non fuit ob/ſcuratus in ortu ſuo, ſed in meridie, ut euangeliſtę teſtantur. & habe/tur Matthęi. 27. Marci. 15. & Lucę. 23, A ſexta hora tenebrę factę ſũt ſuper uniuerſam terram, uſq; ad horam nonam. ſexta autem hora ab ortu ſolis computatur: factæ ſunt ergo tenebræ a meridie uſq; ad horã tertiã poſt meridiẽ. huic argumẽto reſpõderi poteſt, ꝙ Eſaias cũ dicit Solẽ obſcuratũ ĩ ortu ſuo nõ ĩtelligit hoc de ortu Solis ĩ orizõte ſed inſinuare uult Solẽ obſcuratũ fuiſſe in ortu ſuo, hoc eſt, in loco, in quo primum ortus ideſt creatus fuit. ut enim ſcriptura teſtatur, ſol in ariete & in uernali ęquinoctio creatus fuit, & in ariete tẽpore paſ/ſionis Chriſti fuit obſcuratus. de quo idem Eſaias capitulo uigeſi/mo quarto ſcripſit, erubeſcet luna & confundetur ſol, luna quippe

ipſa hora paſſionis Chriſti quaſi erubeſcens aſpicere ſceleſtiſſimum iudæorum facinus refugit, & abſcondit ſe ſub radiis ſolis, ſuiq; corporis denſitate lumen ſolis obtexit, & ſolem ipſum quaſi tenebris confuſum, a uiſu & oculis hominum ſemouit: quamobrem Ioannes in apocalypſi dixit, terremotus factus eſt magnus, & factus eſt ſol niger tanquam ſaccus cilicinus, & luna tota facta eſt ſicut ſanguis. Hieremias quoq; capitulo quarto dixit, aſpexi terram, & ecce uacua erat & cœlos & non erat lux in eis. idē capitulo quintodecimo, occidit ei ſol cum adhuc eſſet dies. de hoc Iohel propheta capite ſecundo dixit, a facie eius contremuit terra, moti ſunt cœli ſol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum, & dominus dedit uocem ſuam. Abacuch etiam propheta dixit, ſol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo, in luce ſagittarum tuarum ibunt in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. de hac admirabili ſolis eclipſi ſcripſerunt non ſolū apoſtoli & euāgeliſtę uel prophetæ, ſed & philoſophi atq; hiſtoriographi complures inter quos (autore Euſebio) Flegon olympiadarum ſupputator libro quartodecimo ita dicit, quarto anno ducenteſimæ uigeſimæ ſecundæ olympiadis magna & excellens inter omnes quæ prius acciderant facta eſt ſolis defectio: dies hora ſexta ita in tenebroſam noctem uerſus eſt, ut ſtellæ cœlo uiſæ ſint. terremotus quoq; in bithynia multas ædes nicenæ urbis ſubuertit. Lucianus quoq; martyr antiochenus iudicibus dixit, requirite in annalibus ueſtris, & inuenietis temporibus Pilati Chriſto patiente, fugato ſole interruptū tenebris diem. Tertulianus etiam ad iudices clamans dixit, hūc mūdi caſum in annalibus ueſtris relatum habetis. Origenes quoq; libro ſecundo contra Celſum huius eclipſis meminit, & in teſtimonium ueritatis chriſtianę religionis adducit. Sed nūc tandem ueniamus ad Dionyſium areopagitam athenienſem philoſophū, qui ſtupendi huius portenti admiratione ductus aram deo ignoto ædificaſſe fertur: quem poſtea per Pauli apoſtoli prædicationem (ad Chriſti fidem conuerſus) agnouit. hic epiſtolam ad Polycarpum ſmyrneorum epiſcopum ſcripſit, in qua ſanctum antiſtitem hortatur, ut totis uiribus attentare conetur, Apollophanem philoſophum Chriſti ouili adiungere. narrans ſe uidiſſe hanc ſolis eclipſim, una cum ipſo dum pariter eſſent in ægypto in ciuitate helιopoli, ſeq; magna admiratione ductū quod extra tempus congreſſus luminarium huiuſcemodi ſolis defectus contingeret: tum maxime quod luna ab oriente ſe ſoli ſuppoſuerit, ac poſt eclipſim denuo ad orientem redierit, quando quidem in aliis ſolis deliquiis luna ab occidente ſolem ſubingredi ſoleat. in tri-

bus igitur hæc eclipſis fuit ſtupenda, immo tria in ea facta ſunt mira cula: primum quod extra tempus coniunctionis luminarium ſit facta. ſecundum quod pars orientalis ſolis primo fuit obſcurata & ultimo illuminata, quod non fit in eclipſi naturali, ſed pars occidentalis ſolis primo obſcuratur, & primo illuminatur. Tertium miraculum fuit quod tranſacta eclipſi luna rediit ad orientem, ſic quod in ueſpere luna fuit in oriente, ſole exiſtente in occidente, & reſtituta fuit in priſtinum ſtatum. his itaq; miraculis ſtupefactus Dionyſius ſciſcitatus fuit ex Apollophane ſophiſta quid hæc oſtēta portenderent, qui reſpondit diuinarum rerum uiciſſitudines eſſe. tunc quoq; aſſumentes regulam Aridei inuenerunt eo tempore ſolem eclipſis moleſtias minime perpeti debuiſſe: ſed hæc naturam ſuperātia ſoli deo poſſibilia eſſe dixerūt: & aram deo ignoto (ut fertur) dedicarunt: quem poſtea per Paulū apoſtolum in areopago prædicantem agnouerunt. huius aræ inſcriptionem Hieronymus in expoſitione epiſtolæ ad Titum talem fuiſſe refert, diis Aſiæ, & Europæ, & Aphricæ, diis ignotis & peregrinis. cuius inſcriptionis myſterium latuit nō ſolum imperitum uulgus, ſed & philoſophos ipſos donec per Pauli prædicationem eis inſinuaretur, qui dum Athenas ueniſſet incitabatur ſpiritus eius in ipſo uidens idolatriæ deditam ciuitatem: diſputabat igitur in ſynagoga cū iudęis, & in foro cum philoſophis, ſtoicis, & epicureis per ſingulos dies. tandem appręhenſum eum duxerunt ad areopagum in quo magiſtratus reſidebat: ſtans autem Paulus in medio areopagi dixit, uiri athenienſes per omnia quaſi ſuperſtitioſos uos uideo, præteriens enim & uidens ſimulacra ueſtra inueni & aram in qua ſcriptum erat, Ignoto deo, quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio uobis. deus qui fecit mundū, & omnia quæ in eo ſunt hic cœli & terræ cum ſit dominus non in manufactis templis habitat nec manibus humanis colitur indigēs aliquo cum ipſe det omnibus uitam & inſpirationem & omnia: fecitq; ex uno omne genus hominū inhabitare ſuper uniuerſam faciem terræ: definiens ſtatuta tempora & terminos habitationis eorum quęrere deum: ſi forte attrectent eū aut inueniant: quamuis non longe ſit ab unoquoq; noſtrum: in ipſo enim uiuimus & mouemur & ſumus: ſicut & quidam ueſtrorum poetarum dixerunt τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. genus ergo cum ſimus dei non debemus ęſtimare auro & argento aut lapidi ſculpturæ artis cogitationis hominis diuinum eſſe ſimile. & tēpora quidem huius ignorantię deſpiciens deus, nunc annunciat hominibus ut omnes ubiq; pœnitentiam agant. quibus dictis Dionyſium areopagitam philoſo

phum cum aliis multis athenienſibus ad Chriſti fidem conuertit. ſed redeunres ad ſolis eclipſim tempore mortis Chriſti factam, conſtat ex uerbis Dionyſii eam factam fuiſſe ipſo die plenilunii, quod ex hoc maxime liquer, quia dicit Lunam poſt Solis deliquium reſiliiſſe ad Solis diametrum, hoc eſt ad radium diametraliter Soli oppoſitũ. ſed ſuperius oſtendimus plenilunium in quo iudæi agnum paſchalem uorabanr, factũ fuiſſe die trigeſimo martii, ergo Chriſtus crucifixus fuit die trigeſimo martii, quod fuit probandum. nunc ſupereſt ur per ſequens oraculum ex ortu & occaſu ſignorum ſumptum prædicta omnia confirmemus.

¶ Caput quintum, quadrageſimũ ſecundum uiſionis oraculum ad ſtellam eriam magorum pertinens examinar: & per ortum atq; occaſum ſignorum diem reſurrectionis Chriſti ſuperius inuentum confirmar. rotumq; paſſionis myſterium gentibus ſignificatum & præfigurarum fuiſſe demonſtrar.

INter cætera oracula ex cœlo ſumpta uiſus ſum uidere ſcorpiũ occidere & Pleiades releuare humeros Atlãtis: cunq; a ſomno experrectus & myſterii huius ignarus priſcorum annales & maiorum ſcripta reuoluiſſem comperi in priſco illo romanorum calendario a Numa pompilio rege ſecũdo ſacrorũ antiſtite ſeptingentis annis ante Chriſti natiuitatem ædito, die prima aprilis (qua Chriſtũ reſurrexiſſe diximus) poſt occaſum ſcorpii annotatum eſſe pleiades releuare humeros paternos, hoc eſt humeros Atlantis. quod iure optimo reſurrectioni Chriſti accommodari poteſt. Atlas nanq; cœlum ſuſtinere & ſuſtentare dicitur, nihil autem prærer deum cœlum ſuſtentat: ergo Atlas pro deo accipi poreſt. quod ergo e regione diei iam dictæ annotatum ſit pleiades releuare humeros Atlantis: ſignificaſſe & præfiguraſſe uidetur eadem die reſurrectionem Chriſti fururam eſſe. quia pleiades hoc eſt ſeptem cœleſtes & angelicę creaturæ ea die releuabãt humeros Atlantis ideſt Chriſti dei reſurgentis. nam ut Ioannes apoſtolus & euangeliſta in apocalypſi ſcripſir, ſeptem ſtellæ ſunt ſeptem angeli. priſci etiam aſtrologi has ſemptem ſtellas ſub figuris ſeprem puellarum iuuencularum depingere ſolent, quarum nomina iuxta Ararũ ſunt ἀλκυόνη μερόπητε κελαινώτ' ἠλέκτρητε καὶ στερόπη καὶ τηϋγέτη καὶ πότνια μαῖα. hoc eſt. Alcyone Meropeq; Celæno Taygeteq; Electra ſteropeq; ſimul ſanctiſſima maia. Quod autem in eodem calendario priori die annotatum eſt ſcorpium occidere præſi-

gurabat diabolum pet deſcenſum Chriſti ad inferos eodem die ſupe/ratum fuiſſe.releuantut ergo humeri Atlantis ideſt Chriſti reſurgentis poſt occaſum ſcorpii ideſt diaboli. quemadmodū & ſibylla cumęa prædixerat,occidet & ſerpens & fallax herba ueneni.ecce non minus clare ſignificata per ſtellas & præfigurata fuit reſurrectio Chriſti, quā paſſio eiuſdem.quinimmo ex prædictis elicere poſſumus non ſolum diem reſurrectionis domini,uerum etiam horam.erant nanq; hæ ſeptem ſtellę tempore reſurrectionis Chriſti in primo gradu tauri cum latitudine ſeptentrionali quatuor graduum fere, ut elici poteſt ex obſeruatione quam fecit Agrias in bithynia in anno .xii. Domitiani quemadmodum docet Ptolemæus libro ſeptimo almageſti.& oriebātur ſtellæ iſtæ ſtatim poſt ſolis ortum a dextris ſolis hora qua Chriſtus reſurrexiſſe perhibetur.quāobrē Ioānes ī apocalypſi ī uiſione quā habuit de Chriſto poſt eius reſurrectionē dixit,& habebat ī dextera ſua ſtellas ſeptem,& facies eius ſicut ſol lucebat in uirtute ſua.eſt enim ſignum aries obliquæ aſcenſionis,& ergo uelociter aſcendit.ſicq; in hora qua reſurrexit Chriſtus hæ ſeptem ſtellæ uidebantur releuare ſolē ex īferiori hemiſphærio quaſi ex baratro ad ſuperiora. Sol enim a priſcis phyſiologis uocabatur Atlas,quia ſuo calore,uigore,influentia, & lumine ſuſtētat cœlū & mouet ipſū.oſtendimus etiā ſuperius prophetas per ſolē ſignificaſſe Chriſtū.qđ ergo in priſco calendario romanoꝝ die prædicto annotatū inueniatur poſt occaſum ſcorpii in ortu ſolis ſeptē pleiades releuaſſe humeros Atlantis,ſignificat ſeptē angelos eadē hora releuaſſe humeros Chriſti reſurgētis.Circa prædicta eſt animaduertēdū ꝙ una ex ſeptē ſtellis iā nominatis quæ græce uocatur maia,hebraice maria,eſt quaſi occulta,quia ſex dūtaxat manifeſte uidētur, dicēte Arato, ἑπτάποροι λὴ ταὶ γε ἐπανθρώπους ἑιλέονται. ἑξ οἷαι περ ἐοῦσαι ἐπόψιαι ὀφθαλμοῖσιν. ου μέν πως ἀπόλωλεν ἀπευθὴς ἐκ λιος ἀστὴρ, ἐξ οὗ καὶ γενεῆθεν ἀκούομεν ἀλλὰ μάλ᾽ ἀύτως εἴρηται. hanc ſtellā occultā Aratus uocat πότνιαν hoc eſt uenerādam,pudicam,uel ſanctā,immo Cicero ſanctiſſimā nominauit,& quia crines reſolutos & expanſos habet,aliqui eā cometē hoc eſt crinitā appellāt,& mercuriū deū ſapiētię genuiſſe perhibēt.quę oīa epitheta nō icōgrue beatæ uirgini mariæ appropriari poſſēt.quæ uirgo permanēs Ieſum dei filiū ſapientiā appellatū genuit,& expāſis crinibus choro angeloꝝ releuantiū humeros Chriſti reſurgentis(non uiſa a iudæis)in ſpiritu interfuit.❡ Sed cōtra prædicta poſſet aliquis inſtare nā hoc qđ diximus pleiades releuare humeros Atlātis ānotatū eſſe ī priſco illo calēdario romano pría die aprilis īuenirī ī libris īpreſſis

ſcriptum die ſecunda aprilis,& ſcorpium occidere die prima eiuſdem
quemadmodum & quarto faſtorum Ouidius docet. de prima die apri
lis ueneri dicata atq; etiam de ſecunda ſic ſcribens. Roma pudicitia
proauorum tempore lapſa eſt, Cumæam ueteres conſuluiſtis anum.
Templa iubet fieri ueneri quibus ordine factis, Inde uenus uerſo nu
mine corda tenet. Sēper ad æneadas placido pulcherrima uultu Reſ
pice totq; tuas diua tuere nurus, Dum loquor, elatæ metuendus acu
mine caudæ Scorpius in uirides præcipitatur aquas, Nox ubi tranſie
rit cœlumq; rubeſcere primo Cœperit,& tactæ rore queruntur aues,
Semuſtamq; facē uigilata nocte uiator Ponet,& ad ſolitum ruſticus
ibit opus. Pleiades incipient humeros releuare paternos. Ex quibus
manifeſte patet ſcorpium occidere prima aprilis & pleiades releuare
humeros Atlantis ſecunda eiuſdem, ſicq; hæc nō poſſunt eſſe conſen
tanea neq; congruere reſurrectioni Chriſti, niſi dicatur Chriſtum mā
ſiſſe in ſepulchro tribus diebus & tribus noctibus ſynecdoche exclu
ſa, quod eſt contra orthodoxorum opinionem. ℭ Huic argumento
reſponderi poſſet, duplex inueniri priſcorum romanorum calenda-
rium: unum lunare a Numa pompilio ſacrorū antiſtite diuino quo
dam (ut fertur) afflatu inſtitutum: in quo faſtos dies, atq; nefaſtos an
notauit, conſtans diebus trecentis & quinquaginta quatuor ſuperad-
dito tandem die uno numeri imparis contemplatione. Aliud eſt ca-
lendarium ſolare a Iulio cæſare inſtitutum per additionem dierū de-
cem cum quadrante, eo quod ſol in diebus. 365. plus quadrante totū
Zodiacum perluſtrat: hos autem decem dies priſcæ obſeruationi ad
ditos, Iulius cęſar ſic per menſes diſtribuit: ianuario ſextili atq; decē
bri binos dies īſeruit. aprili autem Iunio, ſeptembri, atq; nouembri
ſingulos adiecit. reſpondendo igitur ad argumentum dici poſſet, pri-
mum diem aprilis annotatum in calendario impreſſo, hoc eſt in ca-
lendario Iuliano, non eſſe ex diebus calendarii Pompiliani, ſed addi
tum per Iuliū cæſarem, adeo quod ſecundus dies aprilis ī calendario
Iulii annotatus, fuerit primus in calēdario Numæ pōpilii. ſicq; Chri-
ſtus reſurrexiſſet a mortuis die dominica prima aprilis e cuius regio-
ne in priſco illo Pompiliano calendario annotatum inuenitur pleia
des releuare humeros paternos. quod ſignificabat & præfigurabat an
gelicas creaturas releuare humeros Chriſti reſurgentis poſt occaſum
ſcorpii, ideſt diaboli infernalis. nec obſtat quod Plinius libro decimo
octauo naturalis hiſtoriæ,& Cenſorinus ſcribāt ortus & occaſus ſtel-
larum annotatos fuiſſe in romano calendario ab ipſo Iulio cæſare.
nam licet cæſar dictator nouam calendarii rationem romanis inſti-

tuerit,tamen ſacra & ſacrificia obſeruabantur iuxta ordinem calendarii a Numa pompilio ſecundo romanorum rege & pontifice æditi quia ipſe fuit ſacrorum omnium & cerimoniarum præcipuus antiſtes & inſtitutor,qui romanum imperium non minus religione quã Romulus armis auxit. ℂ Sed contra prædicta adhuc poſſet aliquis inſtare.nam ut docet Macrobius primo ſaturnaliorum Iulius cæſar non addidit hos dies principiis menſium,ſed circa fines ipſorum:ne feriarum uel faſtorum ordinem a Numa ſacrorum antiſtite inſtitutum immutaret. quamobrem,neq; ante nonas,neq; ante idus, inſerere eos uoluit,ne nonarum aut iduum religionem corrumperet.ſed nec poſt idus mox uoluit adiungere,ne feriarum uiolaretur inditio.ſed peractis cuiuſq; menſis feriis locum diebus aduenis dedit, & diem aprili additum,ſextum calendas maias fecit.ergo dici non poteſt,primam illam calendarii rationem a Numa pompilio æditam,immutatam fuiſſe in principio aprilis,per additionem diei a Iulio cęſare factam.neq; occaſus ſcorpii,qui annotatur prima aprilis, neq; ortus pleiadum qui annotatus eſt ſecunda aprilis,potuit immutari per diem a Iulio cæſare aprili ſuperadditum.quod ergo legatur ſecunda die aprilis pleiades releuare humeros Atlantis non potuit ſignificare uel præfigurare reſurrectionem Chriſti ſi trigeſima die martii crucifixus fuit : niſi dicatur manſiſſe eum in ſepulchro tribus diebus & tribus noctibus ſynecdoche excluſa.quod eſt contra ortodoxorum fidei opinionem. ℂ Ideo aliter reſponderi poteſt ad primum argumentum dicẽdo diẽ trigeſimumprimum hoc eſt ultimum diem martii non extitiſſe in primo Pompilii calendario,ſed aduentitium fuiſſe & numeri imparis gratia poſtea additum.quia in prima anni lunaris conſtitutione a Numa ędita martius non obtinuit dies triginta unum,ſed triginta duntaxat.immo nulli menſium obuenerunt dies plures quam trigita:nã cum annus lunaris contineat duntaxat dies trecentos & quinquaginta quatuor,ſi per duodecim menſes hi dies diſtribuantur,obuenient alternis uicibus uni menſi triginta dies & alteri uigintinouem, iuxta quam rationem martio obtigerunt dies triginta duntaxat.ex quibus perſpicuum eſt diem trigeſimumprimum martii non extitiſſe de integritate menſis lunaris a Numa primum inſtituti,ſed aduẽtitium fuiſſe,& numeri imparis gratia(quem Pythagoras in omnibus obſeruãdum monuit)additum eſſe.quamobrem in primo Numæ calendario a die crucifixionis Chriſti quem diximus fuiſſe diem trigeſimum martii uſq; ad ortum pleiadum annotatum ſecunda aprilis, interceſſerũt ſolũ dies tres per ſynecdochen iuxta cõſuetudinem eccleſiæ cõputati.

¶ Sed contra hæc poſſet aliquis adhuc replicare, nam Macrobius primo ſaturnaliorum aſſerit diem imparis numeri cõtemplatione ſuperadditum anno, inſertum fuiſſe ianuario. ergo nõ fuit additus martio neq; potuit immutare ordinem dierũ menſis martii, neq; potuit tranſferre ortum pleiadum, neq; uariare numerum dierum intercæptorũ inter diem paſſionis & diem reſurrectionis ſuperius annotatos. ex quibus ulterius infertur, quod occaſus ſcorpii & ortus pleiadum non potuerit ſignificare reſurrectionẽ Chriſti futurã, ſi trigeſima die martii crucifixus fuit. niſi dicatur dominum in ſepulchro manſiſſe tribus diebus, & tribus noctibus ſynecdoche excluſa quod eſt abſurdũ. Ad hoc argumentum reſponderi poteſt admiſſo & conceſſo quod dies ſuperadditus anno, numeri imparis gratia inſertus fuerit ianuario, ut Macrobius ſcripſit: tamen ex hoc inferri non poteſt nullum diẽ martio fuiſſe additum, quia licet contemplatione numeri imparis unus duntaxat dies fuerit additus anno: tamen eiuſdem rei gratia omnes menſes pari dierum numero conſtantes fuerunt immutati, & impari dierum numero reformati. non per diem anno ſuperadditũ qui unicus fuit, ſed per dies ab aliis menſibus detractos. omnes inquam menſes (præter februarium diis inferis deputatum: & ob hoc parilitate dierum abominoſum) impari dierum numero reformabantur. quemadmodum libro duodecimo expoſuimus. conſtat nanq; duplex calẽdarium lunare a Numa fuiſſe inſtitutum, primum continebat dies trecentos quinquaginta quatuor: quorum menſes integrati erant alternatim diebus triginta & uiginti nouem, iuxta lunæ curſum reſpectu ſolis, quæ a coniunctione eius cum ſole uſq; ad ſequentẽ congreſſum occupat dies uiginti nouem cum dimidio plus. 44. minutis: & quia dies in calendario diuidi non poſſunt, attribuerunt uni menſi dies triginta, & alteri dies uiginti nouem. hæc fuit prima anni lunaris ratio a Numa pontifice inſtituta. iuxta quam impoſſibile fuit numerum dierum menſium excedere triginta, & ſic martius habuit dies duntaxat triginta. ſed hãc anni rationem idem Numa pompilius paulopoſt immutauit contemplatione numeri imparis (nam ut omnes menſes præter februarium diis inferis dicatum) impari dierum numero conſtitueret: ad quinquaginta dies ãno Romuli ſuperadditos, adiecit alios ſex, quos a ſex menſibus anni Romuli: pares hoc eſt tricenos dies habentibus de ſingulis ſingulos retraxit, factoſq; ex aggregatis quinquaginta ſex in nouos duos menſes ianuarium & februarium pari ratione diuiſit. & quia iuxta hunc ordinem Ianuarius adhuc pari dierum numero continebatur adiecit anno diem unum cõtra rationem

motus cœleſtis:quẽ deputauit ianuario. ſicq; omnes menſes(prę̨ter februarium Plutoni dicatum)impari dierum numero conſtabant. ſcilicet dieꝝ triginta unius uel uigintinouẽ.hoc modo.ianuarius ha buit dies uigintinouẽ.februarius tanquã abominoſus habuit dies.28 martius.31.aprilis.29.maius.31.iunius.29.quintilis.31.ſextilis.16.ſep tẽber.29.october.31.nouẽber.29.decẽber.29.ſicq; licet dies ille addi/ tus anno contemplatione numeri imparis fuerit deputatus ianua rio,nihilominus alii etiam menſes impari dierum numero fuerunt conſtituti: & ſic martius(cuius lunatio triginta dieꝝ numero cõſta/ bat contẽplatione numeri imparis)recepit diẽ unum ab alio menſe detractũ. ad hæc accedit, qđ licet primo decreto Numæ põpilii dies ille ſuperadditus anno numeri ĩparis gratia inſertus fuerit ianuario ut refert Macrobius,tamen ut idẽ ſequenti capitulo ſcripſit:dies ille quo abũdare annũ diximus eoꝝ eſt permiſſus arbitrio,qui faſtis prę/ erant,ut cũ uellent intercalarẽt.his ſic diſpoſitis reſponſuri ad argu/ mentũ dicemus Numã põpiliũ ſacrorum antiſtitẽ deſcripſiſſe primũ ſtellaꝝ ortũ atq; occaſũ & faſtoꝝ cerimonias ĩ calẽdario lunari iuxta aſtronomicã ſupputationẽ cõſtituto:in quo mẽſis martius trigita dũ taxat dies cõplectebatur.licet hũc ordinẽ poſtea ĩmutauerit addẽs ei diẽ unũ contẽplatione numeri ĩparis.ſicq; nõ ſequitur ex his Chriſtũ dñm mãſiſſe ĩ ſepulchro tribus diebus & tribus noctibus ſynecdoche excluſa,ut in argumento illatũ fuit:ſed iuxta cõputationẽ eccleſiæ tri bus diebus & tribꝰ noctibꝰ per ſynecdochẽ cõputatis mortuus fuiſſet. & licet multa ſint argumẽta quibus mora Chriſti in ſepulchro quaſi diminuta criminari a iudæis ſolet,quæ primo libro narrauimus: tñ quia obſeruatio romanæ eccleſiæ ex ſentẽtia orthodoxoꝝ fidei iã limi tauit morã Chriſti ĩ ſepulchro ad trigita uel trigita ſex dũtaxat horas, nihil ĩ præſentia de hoc ſcribere ſtatuimꝰ,præter ea quæ primo libro expoſuimus.nunc ad ſequens oraculũ examinandum accedemus.

¶ Caput ſextum,ſequens oraculum ſcrutatur.

QVadrageſimũ tertiũ oraculũ mõſtrabat cœlũ ipſũ ſtel latũ:qñ quidẽ nõ ſolũ ſeptẽ pleiades dñicę paſſionis te ſtes affuerũt:ueꝝ etiã reliquæ oẽs ſtellæ & totũ cœli fir mamẽtũ natiuitatis & paſſionis Chriſti teſtimoniũ phi buerũt.qppe ut ꝓpheta ĩquit cœli enarrãt gloriã dei & opa manuũ eiꝰ ãnũciat firmamẽtũ.cõtigit nãq; ſub idẽ tẽpꝰ quo Chriſtꝰ natꝰ fuit cõſtellatio illa rariſſima & perfectiſſima zodiacoꝝ unio uideli cet cõiũctio capitũ arietis & libræ octauę ſphæræ cũ capitibꝰ arietis & librę nonę ſphęrę:quę cõſtellatio rariſſima eſt:& nõ poteſt cõtigere ni

ſi poſt ſeptē milia annoꝝ. quippe ut aſtrologi docēt fortiſſimus tunc fuit ſydeꝝ īflux⁹ ꝓpter zodiacoꝝ cōcordiā & cōformitatem. Scripſerunt etiam nonnulli hanc conſtellationem fuiſſe cauſam pacis uniuerſalis ſub Auguſto factæ qn̄ Chriſtus naſci debuit. ℭ Sed cōtra hæc poſſet aliquis īſtare, nā iuxta ſupputationes alphonſinas & reliquas tabulas hac tēpeſtate uſu habitas coniūctio capitis arietis octauæ ſphęrę cū capite arietis nonę ſphęrę facta fuit poſt natiuitatē Chriſti ānis. 15. dieb⁹ 137. ergo nō potuit eſſe ſignū natiuitatis Chriſti, quia ſignū debet præcedere rē ſignificatā. neq; potuit eſſe cauſa pacis ſub Auguſto factę quia cauſa debet pręcedere effectū. ſed hęc cōiūctio fuit poſt mortē Auguſti, ergo nō potuit eſſe cauſa effectuū pręteritoꝝ. ℭ Ad hoc argumētū reſpōderi poteſt, qđ licet iuxta ſupputationes alphōſinas hęc cōiunctio facta fuiſſet per quindeci ānos poſt Chriſti natiuitatē, tamen iuxta opinionē Azarchelis facta fuit ante eius natiuitatē. ut enim ſuperius oſtendimus motus octauæ ſphæræ & introitus ſolis in arietē octauæ uel nonæ ſphæræ tēpore paſſionis Chriſti nō exa muſſim haberi poſſunt ex tabulis hac tēpeſtate uſitatis, propter tarditatem motus octauæ ſphærę: tū propter difficultatē & incertitudinem motus eius, & autorum diſcrepantiam: tum propter magnam tēporis intercapedinē: quia a tēpore natiuitatis Chriſti uſq; ad tēpora noſtra tranſierunt anni ſolares mille quingenti, & paruus error in principio per continuum incrementum ſemper coaleſcens, magnus fit in fine. ſed hæc uerius indagari & haberi poſſunt per obſeruationes Ptolemæi & aliorum aſtrologorum illius temporis. & licet tempore Ptolemęi nondum fuerit inuentus motus acceſſus & receſſus octauæ ſphærę, tamen motus directus fuit ei cognitus. & per obſeruationes ſtellarum ab eo factas conſtat loca ſtellarum fixarum ab Alphonſo & neotericis nō eſſe ad unguem rectificata. quemadmodum demonſtrari poteſt ſumendo aliquam ſtellam fixam uerificatam per Ptolemęum, exempli gratia, ſtellam quam uocant cor leonis, hanc Ptolemæus in anno ſecundo Antonini imperatoris inuenit in ſecūdo gradu & decimo minuto Leonis, & Alphonſus tempore ſuo inuenit eā in gradu. 19. minuto. 38. leonis, fuit ergo mota hoc temporis interuallo per gradus. 17. minuta. 28. & tamen per tabulas alphonſinas octaua ſphæra hoc temporis interuallo inuenitur mota duntaxat per gradus 15. minuta. 17. ex quibus manifeſte patet tabulas alphōſinas nō recte ſupputare motū octauæ ſphęrę & ſtellaꝝ fixarū. nam ſi per eas retroceſſerimus uſq; ad tempora Ptolemęi inueniemus cor leonis fuiſſe in quarto gradu &. 21. minuto leonis, & tamen Ptolemæ

us dicit ſe inueniſſe in ſecundo gradu & decimo minuto leonis. Idē de capite arietis & aliis ſtellis fixis intelligi debet. ſicq; per obſeruationes Ptolemęi ſtellæ fixę anticiparunt loca ſua reſpectu locorum per tabulas alphonſinas inuentorum. nam iuxta ſupputationem Alphonſi ſtellæ fixæ a tempore natiuitatis Chriſti uſq; in diem præſentem motę ſunt per gradus fere uiginti, ſed iuxta obſeruationes Ptolemęi motæ eſſent per gradus uigintitres fere. ex quibus ulterius ſequitur coniunctionem capitis arietis & libræ octauæ ſphæræ cum capite arietis & libræ nonæ ſpheræ factam fuiſſe ante Chriſti natiuitatē quod fuit probandum. ¶ Sed contra prædicta adhuc poſſet aliquis replicare, nam ut in faſtis legitur ſol ingrediebatur arietem octauæ ſphęræ quarto die antequam perueniret ad æquinoctialem, & nunc per multos dies prius pertranſit æquinoctialem antequam ingrediatur arietem octauę ſphęrę, ergo coniunctio capitis arietis octauæ ſphęræ, cum ęquinoctiali facta fuit poſt Chriſti natiuitatem. ¶ Pro ſolutione huius argumenti ſcire conuenit, quod magna fit æquiuocatio inter autores de capite arietis octauę ſphæræ, & aliter ſumitur ab antiquis, aliter a iunioribus & neotericis, priſci nanq; non cognouerūt motum acceſſus & receſſus octauæ ſphęræ, quem Thebith conſcripſit, ſed motum directum duntaxat, quem fieri dicebant per gradum unum in annis centum. poſtea compertum fuit hunc motum eſſe uelociorem, nam Albategnius inuenit ſtellas fixas moueri per gradum unum in annis ſexaginta ſex fere, ac tandem Thebith opinatus fuit hunc motum eſſe diuerſum, aliquando uelocem, aliquando tardum per motum capitis arietis & libræ octauæ ſphærę in quodam paruo circulo, dixit etiā interſectiones Zodiaci & ęquinoctialis uariari. poſt hunc Alphonſus alium motum capitis arietis octauę ſphęrę imaginatus fuit, quem aſtrologi noſtri temporis ſequuntur: ſicq; magna facta eſt ęquiuocatio uocabulorum & ſphęrarū multiplicatio. & quia hęc tueri nō poſſunt niſi ponatur decima ſphęra, addiderūt duas alias ſphęras ultra firmamentum ſtellarum fixarum. nam priſci ſumebāt initium octauę ſphęrę a ſtellis quę uocantur cornua arietis, ſed Thebith & Alphonſus dicentes caput arietis octauæ ſphęræ moueri ī paruo circulo: non accipiunt arietē octauę ſphęrę pro ſtella aliqua, ſed pro quodam puncto cœli imaginario, quem in circulo paruo moueri putant. His ſic diſpoſitis reſpondebimus ad argumentū quod hęc coniunctio capitis arietis octauę ſphęrę cum capite arietis nonę ſphęrę, non intelligitur de ſtella fixa quę eſt in cornu arietis, ſed de puncto illo cœli quem Alphonſus in tabulis ſuis annotauit, & ca-

put arietis octauæ ſphæræ ipſum uocauit, nam retrocedendo a tempore iſto uſq; ad natiuitatem Chriſti inueniemus hunc punctum fuiſſe coniunctum (ſecundum longitudinem zodiaci) capiti arietis nonæ ſphęræ: quia tunc nulla fuit æquatio motus acceſſus & receſſus.

℄ Sed contra hæc adhuc poſſet aliquis replicare, nam ſi per tabulas conſuetas indagauerimus locum capitis arietis octauæ ſphærę hoc eſt cornu arietis tempore paſſionis Chriſti, non inueniemus introitum ſolis in arietem quarto die antequam ingrediatur æquinoctialem ut Ouidius in faſtis ſcripſit, immo quarto die poſt æquinoctium, fuit enim cornu arietis tempore Ouidii iuxta obſeruationes Ptolemæi in quarto gradu poſt interſectionem Zodiaci cum æquinoctiali, immo iuxta tabulas alphonſinas fuiſſet in ſexto gradu nonæ ſphæræ ergo falſum eſt quod Ouidius ſcripſit Solem ingreſſum fuiſſe arietem quarto die antequam ingrederetur æquinoctialem. ℄ Ad hoc argumētum reſponderi poteſt concedendo ipſum. & ad autoritatem Ouidii dicemus eum non annotaſſe introitum ſolis in arietem tempore ſuo per ſupputationem inuentum, ſed queadmodū i faſtis a Numa pompilio ſacrorum antiſtite annotatum inuenit: qui in prima calendarii ſui inſtitutione ſcripſerat ſolem ingredi arietem die uigeſimaſecunda martii. quemadmodum & hac tempeſtate nobis contingit qui pro paſcha indagando adhuc obſeruamus æquinoctium uernale die uigeſimaprima martii, ubi patres in nicæna ſynodo congregati ipſum collocarunt, & tamen fieri ipſum uidemus decima uel undecima martii. ſic fortaſſe Ouidio accidit, qui introitum ſolis in arietem octauæ ſphæræ annotauit eodem die quo Numa pompilius ſacrorū antiſtes ipſum deſignauerat. ut enim libro decimo de paſchę celebratione oſtendimus, introitus ſolis in arietem octauæ ſphæræ poſtergat ſedem ſuam in calendario romano, ſicut introitus ſolis in æquinoctium anticipat ſedem in eodem calendario, quia annus Iulii cęſaris qui continet dies trecentos ſexaginta quinq; cum horis ſex, maior eſt reuolutione ſolis ab ęquinoctio donec redeat in æquinoctium, & minor eſt reuolutione ſolis a cornu arietis donec redeat ad ipſum, uel motu ſolis in ecentrico per quem priſci annum diffinierunt. Iam enim ſol ingreditur æquinoctium aliquando die decima aliquando die undecima martii, & cōiungitur cū ſtella illa quæ uocatur cornu arietis, aliquādo die ſeptima, aliquando die octaua aprilis ſicq; tā introitus ſolis in æquinoctiū quā īgreſſus eius ī arietē octauæ ſphæræ mutarunt ſedes ſuas a tempore Iulii cæſaris ī diuerſas partes.

℄ Sed contra hæc & contra ea quæ ſuperius de influentia aſtrorū

ſcripſimus poſſent adduci multa argumenta quæ Ioannes Picus mi-randula,& frater Hieronymus de ſauonorola contra influxum cor-porum cœleſtium in hæc inferiora in aſtrologos nuper ſcripſerunt. uerum quia iſta non ſunt pręſentis ſpeculationis,tum quia eorum confutatio magnum opus requirit,in aliud tempus ea differemus. neq; enim(ut philoſophus inquit)diſputandum eſt contra negantes principia dicente eodem in exordio libri meteororum quod neceſſe fuit hunc mundum íferiorem eſſe contiguũ lationibus ſuperioribus ut tota eius uirtus inde gubernetur. & magis credendum eſt experi-entiæ,& Ariſtoteli,Ptolemæo & aliis mille philoſophis atq; aſtro logis ſenibus & ætate prouectis quam uni Pico iuueni.de quo recte uaticinatus uidetur Plutarchus qui uigeſimo problemate ſic ſcriptũ reliquit.quid eſt quod latini Picum uenerentur,& ab eo uehemen-terabſtinent.eſt enim hic Picus a latinis uenerandus ob eius eloquẽ tiam atq; facundiã,latiniq; ſermonis ac ſtili ſcribendi elegantiam,ta-men uehementer ab eo abſtinendum eſt,quia temere nimis magicã artem extollens,aſtrologiam calumniatur atq; condemnat. & licet Picus omnis roſtrum habeat acutiſſimum,ut etiam robora uſq; ad me dullam pertundendo penetret,tamen ſolidiſſimam philoſophiæ ar-borem hic Picus haudquaquam pertundere poterit: etiam ſi genus ſuũ ad primum illũ Picũ Saturni filiũ & Fauni patrẽ referre præſum pſerit,qui a Cyrce illa malefica (quę ſocios Vlyſſis í feras cõuertit) edoctus,augur & magus facundiſſimus euaſit,unde & agreſtes mul-tos eximia ſua eloquentia ad ſe allexit & traxit,eoſq; ſibi obſequio ſos fecit.hic ut hiſtoriographi produnt oracula ædidit,ac poſtea lemu res huius Pici & Fauni eius filii Numã pompilium magiam docue-runt.ſed ſciat Picus aſtrologiam circeis ſuis poculis,rabie & ueneno plenis labefactari non poſſe. ſunt enim argumenta eius cauilloſa ma gis quam mathematica,ímo meras execrationes in aſtrologos euome re uidetur,cõtinuis maledictionibus & cõuitiis eos inſectans.ut autẽ cætera omittam quibus ſingulas aſtronomiæ partes ſeuera argumẽta tione criminatur:abſurdum nimis uidetur quod totam aſtrologicæ diſciplinæ ſcientiam hoc uno uel præcipuo argumento conuellere & extirpare atq; penitus eradicare contendit,cõminiſcẽs autores huius artis parũ cõcordes eſſe,ſed plurimũ íuicẽ diſcrepare,uidelicet ídos a chaldęis,ægyptios a gręcis,græcos a latinis,latinos ab arabibus,quaſi hęc ſapientũ diſcrepantia in ſola aſtrologia & nõ í aliis ſcientiis unq̃ acciderit,quãdo quidẽ græci philoſophi nõ ſolũ a gymnoſophiſtis in dis & aliis ſapiẽtib⁹ diſſentiãt,ſed íter ſe maxime diſcrepẽt,& ſtoici cũ

peripatheticis,peripathetici cum epicureis,ac cynicis,& ſinguli inter ſe digladientur.imo Ariſtoteles Platonis diſcipulus magiſtrũ repræhendit. Galenus Archigenem calumniatur,& Teſillum lacerat, ſed hæc ſapientũ diſcordia non contaminat philoſophiam, immo perficit magis,quando quę intrinſecus latent altius rimantur & inueſtigantur,& ueritas tandem ſuffoſſis cuniculis clarius eluceſcit,quinimmo ſi recte inſpiciantur aſtrologoꝝ ſcripta nullã uel modicã in eis diſcrepantiã inueniemus,licet nõnunquã nouitiis in arte(et ut ita dicã) proſelytis ad pauca reſpicientibus diſcrepare inuicẽ uideantur, ſed hæc diſſonantia(ſi qua fuerit)facile ad concordiã per profeſſores artis reduci poterit.memini cũ in cœtu aſtrologoꝝ oblatũ eſſet thema natiuitatis fratris Hieronymi iã dicti,tẽpore quo idẽ apud rẽpublicã florentinã in maximo honore haberetur,& ſciſcitatũ eſſet ab aſtrologis quẽ finẽ habiturus erat cuius illa extitit natiuitas(ignorabãt enim ꝙ fratris Hieronymi eſſet)omnes quidẽ unanimiter malã ei mortẽ ominabantur,tamẽ de qualitate mortis diſcrepabant.nã primus reſpondit eũ cuius illa eſſet natiuitas laqueo uitã finituꝝ.ſecũdus uiuũ igne cremandũ aſſeruit.tertius corpus eius flumine mergendũ & fluctibꝰ obruendũ pronunciauit.qui etſi inuicẽ aduerſari uiſi ſunt,omnes tamen ueritatẽ aliqua ex parte profeſſos fuiſſe euentus rei probauit.nã paucis poſt annis dictus frater Hieronymus palã in platea ciuitatis florentiæ ſacerdotali primũ charactere priuatus & exautoratus, patibulo ſuſpenſus & ſtrangulatus,ac ſulphure nitro & lignis aridis deſubtus accenſis,uitã ſimul laqueo & igne finiuit:corporis quoqꝫ reliquiæ,cineres & oſſa,in flumen ſunt proiecta.ecce quilibet aſtrologoꝝ aliquid ueritatis ſub nube uidit,& pronunciauit,licet inter ſe diſcrepare uiſi fuerint:omnes enĩ malã ei mortẽ ominabantur.quippe ut Iulius maternus inſinuat,hoc cõmune uidetur imo peculiare & propriũ cunctis aſtrologiæ calumniatoribus, quaſi ſacrilegii criminis & leſæ maieſtatis rei eſſent,quod uitam mala morte finiant,aut immatura morte præuenti ante tempus fatale decedant, quaſi de eis pœnas ſumpſerit fatum uel diuina prouidentia, ut idem de Plotino ſcripſit,qui cũ ſcuera argumẽtatione aſtrologicã diſciplinã & ſtellarũ influxũ turbauerit,ſeqꝫ ſũmis honoribus & dignitatibus conſtitutũ, cũ integra corporis & animi incolumitate fatali ſorte ſubtractũ putarit, grauis morbi tormẽtis,funeſteqꝫ calamitatis cõtinuatione cõſectꝰ uim fati poteſtatẽqꝫ ſenſit,& totum quicquid ei dignitatũ uel honorum collatum fuerat, erumnarumatqꝫ miſeriarum incurſione mutatum fuit, nam primum per totum eius corpus malignis humoribus

nutrita peſtis erupit, deinde per ſingulos dies ſerpente morbo minutæ uiſcerum partes defluebant, & quicquid paulo ante integrum uideras ſtatim confecti corporis exulceratio deformabat, hæc Iulius firmicus. ℭ Sed his omiſſis redeuntes ad primum noſtrum inſtitutum de ſtella magorum propoſitum, dicemus manifeſtum eſſe ex prædictis, chronographos in annis Chriſti domini numerandis erraſſe, & Chriſtum per duos annos tardius crucifixum fuiſſe quam chronographi perhibuerunt. patet etiam per cœlum præfiguratam fuiſſe non ſolum natiuitatem Chriſti, uerum etiam reſurrectionem eius per ortũ pleiadum & occaſum ſcorpii ſignificatam. immo cuncta paſſionis myſteria ante mundi cõſtitutionẽ a diuina prouidentia præordinata fuerunt quemadmodum Petrus apoſtolus in prima eius epiſtola docet dicens nos redemptos eſſe de uana ſuperſtitione paternæ traditionis non auro uel argento, ſed precioſo ſanguine immaculati Chriſti & incontaminati, pręcogniti quidem ante mundi conſtitutionem, manifeſtati autem nouiſſimis temporibus propter nos. Idem Petrus ut in actis apoſtolorum legitur, dixit Ieſum traditum per manus iniquorum definito concilio & pręſcientia dei. ut enim daniel propheta teſtatur deus abſconditorum eſt conditor, & omnia noſcit antequam fiant. & ut Paulus ad hebręos ſcripſit omnia nuda & aperta ſunt oculis eius. Sed quid opus eſt externa ad hoc ſuffragia quærere? quando ipſemet ſaluator dixit hęc omnia præordinata fuiſſe ante mundi conſtitutionem ſicut Ioannes euangeliſta capitulo. 18. ſcripſit clarifica me tu pater apud temetipſum claritate quã habui priuſquã mundus fieret apud te, ut uideant claritatem meam quam dediſti mihi quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi. ℭ Sed contra hęc poſſet inſtare magiſter Petrus de riuo uel ſectatores eius per argumenta quibus probare conatus eſt propoſitiones de futuro contingenti non eſſe determinate ueras neq; falſas, & per conſequens non poſſe præſciri a deo, nam Chriſti paſſio & crucifixio, & humani generis reparatio fuit contingens, ſicut & peccatum Adæ fuit contingẽs procedẽs ex uoluntate & libero arbitrio Adæ, neq; eſt peccatũ niſi uoluntariũ, ſed ſi Adam non peccaſſet Chriſtus non fuiſſet crucifixus, neq; humanum genus indiguiſſet reparatione, ergo crucifixio Chriſti fuit contingens, ea uero quæ ſunt contingentia non poſſunt eſſe præſcita ab ęterno, quia iuxta philoſophũ ſcientia eſt neceſſarioꝝ & impoſſibiliũ aliter ſe habere, falſum eſt ergo qđ diximus myſteria paſſionis Chriſti fuiſſe ab æterno præſcita a deo & præordinata. neq; potuerunt eſſe ſignificata per cœlum, quia quæ a cœlo ſignificantur

uel producuntur fiunt neceſſario & non contingenter, eo quod aſtra & agentia naturalia agunt ſemper uno & eodē modo & non poſſunt non agere, neq; agunt contingenter, ſed neceſſario ſaltem neceſſitate naturæ. nihil enim in cœlo fit contingenter, ſed cuncta regulari motu & debito ordine proueniunt, ergo Chriſti paſſio uel natiuitas nō potuit eſſe ſignificata per cœlum, quia reparatio humani generis per Chriſti paſſionem non fuit neceſſaria, ſed contingens, nam ſi Adam non peccaſſet, Chriſtus non fuiſſet crucifixus. ¶ Ad hęc argumenta reſponderi poteſt, quod licet aſtra tanquam agentia naturalia ſemper eodē modo & naturaliter ac neceſſario agāt actu primo & per ſe, tñ actio eoꝝ nō ſēper neceſſario recipitur in patiēte, imo nonnūquā pro diſpoſitione materiæ & per accidēs, cōtrariū effectū inducūt exēpli gratia, Sol primo ſuo actu & per ſe ſemper calefacit ſed nō ſēper neq; neceſſario calefacit me, imo cōtingit me a Sole calefieri. qui etiā aliquando pro diſpoſitione materiæ inducit in patiente effectum cōtrarium, ſicut in generatione grandinis ex nube iuxta ſententiam philoſophi per antipariſtaſim ſol inducit frigiditatem, & facit congelationem. Idem quoq; radius ſolis qui lintea aqua lota dealbat, faciem lauantis denigrat, propter diuerſam diſpoſitionem materiæ. ſicq; falſum eſt quod effectus producti a cœlo ſemper ſint neceſſarii, immo poſſunt eſſe contingentes, neq; pręſcientia dei facit rem neceſſariam, immo deus contingenter præcognoſcit rem futuram, maxime ſi eſt de futuro contingenti. non enim fit res, propter præſcientiam dei, uel quia præſcita eſt a deo: ſed quia futura eſt ideo præſcitur a deo. non enim peccauit Adam quia deus præcognouit eum peccaturum, ſed quia incontinens & ītemperatus erat, deus eum lapſurum pręſciuit. Et ſi dicatur quod ſcientia dei eſt infallibilis, ergo omnia præſcita a deo neceſſario euenient eo modo quo ſunt præſcita, quia ſi aliter euenirent iam falleretur deus qui non poteſt falli. Ad hoc argumentū reſpōderi poteſt qđ duplex eſt neceſſitas, ſcilicet neceſſitas cōſequētiæ & neceſſitas cōſequentis, neceſſitas cōſequētię cōſiſtit in illatione ſyllogiſmi uel cōſequentiæ, ſic qđ concluſio illata inferatur neceſſario ex præmiſſis rite diſpoſitis, ex hoc tamen non ſequitur conſequens eſſe neceſſarium, & ſic ea quæ ſunt præſcita a deo quantum ad noticiam dei poſſent dici neceſſario euenire quia ſcientia dei eſt infallibilis, tamen conſiderando ea in ſua natura & quantum ad cauſas propinquas & quo ad nos, contingenter eueniunt. omnia nanq; quæ ſunt in ęternitate ſunt pręſentia deo, licet habeant mobilitatem, ſucceſſionem, & contingentiam quo ad nos: exempli gratia ſit tēpus

fluens tanquam circunferentia circuli, & nunc æternitatis tanquam centrum eius, & ponamus moueri hunc circulum circa centrum ſuum: tunc ſicut quęlibet pars & quilibet punctus circunferentiæ ſemper eſt præſens centro circuli, licet uarientur reſpectu loci & poſitionis circunferentiæ: ſic etiam totum tempus fluens ſignificatum per motum circũferentię ſemper eſt pręſens nunc æternitatis ſignificato per centrum circuli. ſic ſimiliter deus qui eſt ęternus unico obtutu uidet omnia tam præterita quam futura & omnia ſunt ei præſentia ſicut centro circuli. Verum quia hæc non ſunt præſentis ſpeculationis, ſed a theologis libro primo ſententiarum diſtinctione. 39. abunde tractantur, relinquemus ea: & ad inueſtigationem diei paſſionis per ſequens oraculum procedemus: diemq; ſuperius inuentum multis argumentis per temporis plenitudinem confirmabimus.

¶ Liber decimuſnonus huius ſecundæ partis, qui eſt trigeſimuſtertius & ultimus totius operis, reſpondens ultimo ætatis Chriſti anno: reliqua octo uiſionis oracula ad temporis plenitudinem pertinentia contemplatur. & uocabitur hic liber plenitudo temporis: totuſq; deputabitur Chriſto & Paulo eius interpreti. cuius duę erunt partes. in prima per temporis plenitudinẽ quatuor oraculis inueſtigabimus primum aduentum Chriſti. hoc eſt tempus incarnationis uerbi dei. In ſecunda parte per eandem temporis plenitudinem totidem oraculis indagabimus diem paſſionis eiuſdem. ac tandem per epilogum opus terminabimus atq; claudemus.

¶ Caput primum, Pauli apoſtoli oraculum de temporis plenitudine ſcrutatur.

PAulus doctor gentium diuinæ inſpirationis lumine plenus, omniumq; oraculorum interpres, de temporis plenitudine diſputans, ſic galatis ſcripſit. At ubi uenit plenitudo temporis miſit deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret. Sed difficile eſt hanc temporis plenitudinem adamuſſim colligere, excedit enim humanum intellectum diuini operis magnitudo: ſunt quippe arcana hæc & abyſſus profunda ad quæ intelligentia hominis pertigere non poteſt. nam maior eſt huius abyſſi profunditas, quam humani ingenii capacitas. cum in deo nulla cadat mutatio, nec temporum uiciſſitudo. neq; de hoc reuelatio aliqua a deo facta memoratur quæ ſi alicui intimata fuiſſet ſaltem non latuiſſet Paulum apoſtolũ

eiuſdem ſententiæ autorem: qui tanquam uas electionis raptus uſq; in tertium cœlum, ibiq; a deo illuminatus, uidit ſecreta multa, & audiuit arcana uerba quę non licet homini loqui. galatis quoq; dixit euangeliū ab eo denunciatū ſe nō accepiſſe ab homine, ſed per reuelatione Ieſu Chriſti didiciſſe: & ſi angelus de cœlo aliter euāgelizet anathema ſit. idē prima ad corinthios ſecūdo, Nos autē nō ſpiritū hui⁹ mūdi accepimus ſed ſpiritū qui ex deo eſt: ut ſciamus quæ a deo donata ſūt nobis, quæ & loquimur nō ī doctis humanæ ſapiētiæ uerbis: ſed ī doctrina ſpiritus. Idem an quæritis experimentum qui in me loquitur Chriſtus? Difficile eſt igitur hanc temporis plenitudinem exacte indagare, tum quia nihil uel parum de ea a priſcis ſcriptum inueniatur, tum ob uariam temporum & annorum ſupputationem a prima mundi creatione uſq; ad Ieſu natiuitatem a diuerſis diuerſimode annotatam. priſci nanq; & primæ eccleſiæ doctores, necnon & græci omnes ſeptuaginta interpretum æditionem ſequentes, a prima mundi conſtitutione uſq; ad Chriſti ſaluatoris aduentum numerabant annos. 5500. ſed iuniores & latini hiſtoriographi hac tempeſtate celebrati, computant annos duntaxat. 5199. hebræi uero primo originali & moſaicæ æditioni inhærentes, multo pauciores annos numerant: quinimmo a prima mundi conſtitutione uſq; ad quadrageſimum ſecundum annum imperii Auguſti (quando Chriſtus natus fuit) annos duntaxat. 3760. interceſſiſſe autumant. quamobrem difficile uidetur hanc temporis plenitudinem examuſſim colligere. nihilominus quantum propoſito noſtro ſufficit, pro die paſſionis Chriſti indagando, hoc ſaltem animaduertendum duximus, quod Paulus apoſtolus qui Chriſtum in temporis plenitudine natum dixit, fuit natione hebræus, ut de ſeipſo ſæpenumero teſtatur. ſcripſit tamen græce, ergo ueriſimile eſt ipſum hanc temporis plenitudinem accepiſſe ex alterutra harum ſupputationum, uel hebraica, uel græca. conſiderandum eſt igitur ex qua iſtarum ſupputationum conuenientius elicere poſſimus hanc temporis plenitudinem: pro hebraica quidem hoc conferre uidetur quod Moſes legiſlator in pſalmo octuageſimo nono dixit, quoniam mille anni apud deum ſunt tanquam dies unus. per hoc nanq; Petrus apoſtolus diuinę uoluntatis conſcius in fine ſecundæ epiſtolæ ſuæ diem iudicii, & ſecundum Chriſti aduentum indagare conatur, ſic ſcribens. unum hoc non lateat uos fratres cariſſimi, quia unus dies apud dominum ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies unus. quod & beatus Hieronymus in expoſitione pſalmi iam dicti innuere uidetur quaſi opera primæ diei uaticinia ſint eorum,

quæ primo mundi millenario futura erant ut contingerent: ſic de reliquis diebus,& reliquis millenariis. Idem inſinuat beatus Ambroſius in homilia trigeſima ſexta ſuper euangelium Lucæ dicens.mille anni in conſpectu dei ſunt tanquam dies unus. ex quo ſic arguitur Moſes legiſlator in opere ſex dierum dixit ſolem a deo creatum die quarto,ſed conſtat ex ſuperiori libro per ſolem ſignificari Chriſtum ergo Chriſtus naſci debuit in quarto millenario annorum mundi iuxta hebraicam ſupputationem,quemadmodum ſol creatus fuit in quarto die conſtitutionis mundi. Quod ſi Paulus apoſtolus græce dictans,& græcis ſcribens uidelicet galatis,hanc temporis plenitudinem oſtendere nolens, græcorum ſupputationem animaduertendã putauerit: qui a prima mundi conſtitutione uſq; ad Chriſtum natũ computant annos.5500.tale huius plenitudinis argumẽtum coniectari poterit. nam cum primi noſtri parentes poſthabito dictamine rationis & intellectus ſecuti duntaxat ſenſualitatem præuaricati & trãſgreſſi ſint mandatum dei de eſu ligni uetiti: ac per huiuſcemodi prȩuaricationem originale peccatum contraxerint,quo & poſteros omnes infectos reliquerunt: congruebat tunc nouum Adam & deum aduenire,pro redemptione ueteris Adæ peccato obnoxii,& ſenſualitati ſubiecti, quando numerus quinarius annorum iuxta numerũ quinq; ſenſuum,quibus Adam peccauit,per mille & centum multiplicatus perficeretur. congruebat ergo Chriſtum naſci anno a conſtitutione mundi.5500.hoc eſt quinquies milleſimo quingenteſimo: peccauit nanq; Adam omnibus quinq; ſenſibus: uiſu quidem, quia uidit quod lignum eſſet bonum ad ueſcendum, & pulchrum oculis aſpectuq; delectabile. auditu, quia obediuit uoci mulieris & ſerpentis perperam perſuadentium. tactu,olfactu,& guſtu,quia tetigit pomum uetitum,olfecit,& deguſtauit. ſed iuxta hanc temporis plenitudinem ex priſcorum opinione deductam, ſequitur Chriſtum ſaluatorem crucifixum fuiſſe per duos annos tardius quam hiſtoriographi arbitrantur. ſequitur etiam ex eadẽ, dominum crucifixum fuiſſe die ueneris trigeſima martii in ipſo paraſceue paſchæ iudæorum, quemadmodum ſuperius libro quartodecimo capite tertio oſtendimus. ſed nunc Chriſtum ſaluatorem de primo ſuo aduentu diſſerentem audiamus.

¶ Caput ſecundum,quadrageſimum quintum oraculum ſcrutatur & annũ incarnationis uerbi dei,per tẽporis plenitudinem,ex euangelica doctrina deductam indagat: oſtendens quod tunc potiſſimum congruebat uenire Chriſtum ſaluatorem mundi, quando iudȩi(qui

prius a deo electi,& qui filii dei uocabantur)ſuperbia inflati,deo ma
xime rebelles facti ſunt.

IEſus Chriſtus ſaluator noſter cauſam ſui aduentus ſæpenumero explicans ,dixit ſe ueniſſe in mundum, non ut uocaret iuſtos,ſed peccatores ad pœnitentiam ut habetur Matthæi nono,Marci ſecundo,Lucę quito,Idem Lucę decimonono uenit filius hominis quęrere & ſaluum facere quod perierat.quamobrem & Paulus apoſtolus Timotheo ſcripſit , fidelis ſermo & omni acceptione dignus : quia Chriſtus Ieſus uenit in hunc mundum ſaluos facere peccatores quorum primus ego ſum.non enim qui ſani ſunt medico egent:ſed qui male habent . tolle morbos,tolle uulnera,nulla erit cauſa medicinę tempus ergo aduentus domini inueſtigari poterit ex tempore morborum,& abundantia delictorum . tunc enim medicus ſummopere eſt neceſſarius,quando morbi maxime abundant . uenit ergo Ieſus in plenitudine temporis delictorum,& commiſſorum:ut humanum genus ab impendente morbo liberaret,& ad deum conuerteret : elegitq; tempus medicationi congruum: quod tam quo ad iudæos,quã quo ad gentes perſuaderi poteſt. nam cum iudæis fuiſſet apud deum gratia,ob merita parentum ſuorum,qui deo ſemper & religioni obedierunt,adeo quod filii dei uocarentur(unde & illis generis magnitudo prouenit)factum eſt poſtea,ut hi(patrum fiducia)faſtu & arrogantia tumentes,rerumq; proſperarum fœlicitate corrupti,negligentes diſciplinæ & præceptorum dei,ac præuaricatores legis facti multiſq; facinoribus & impietatibus maculati,ſępenumero a deo moniti ſunt,ut reſipiſcerent: ſed prauis ſuis cupiditatibus & illecebris occæcati,a lege diuina deſciſcentes,ſalutaribus præceptis ſemper repugnarunt : quamobrem deus ut errantes ad ſe uocaret,ſuſcitauit iter eos prophetas,qui uerbis minacibus ingratum populum increparent,& ad pœnitentiam agendam hortarentur & incitarent:illi autem a prophetis increpati (diuina præcepta contemnentes) non modo uerba eorum reſpuerunt,quinetiam offenſi quod ſibi peccata exprobrarẽt, exquiſitis cruciatibus eos necauerunt :quapropter & gratiam ſibi datam perdiderunt,ob uiolatæ religionis offenſam.deſiit ergo deus mittere prophetas,ſed ubi tẽporis plenitudo aduenit:cũ uideret populũ ſuum ſuperbum maxime ſibi rebellem eſſe, & adeo lapſum ac uitiis contaminatum,ut nec lege naturæ,nec lege ſcripta,nec circunciſionis myſterio,nec prophetarũ monitis a peccato liberari poſſet)miſit in terram filium ſuum unigenitum autorem uitæ & unicum uerita

tis magiſtrum ac ducem, ſalutis humanæ procuratorem ut carnē aſſu meret, & ueræ humilitatis exemplum cunctis præberet, rebellemque populum ſuperbia inflatum, ab impietate deduceret, & per pędica tionem euangelii ad pœnitentiam conuerſum in uiam ueritatis, & ad cultum dei reuocaret. ſicut Eſaias propheta capitulo.61.in perſo na Chriſti pędicantis pędixerat, ſpiritus domini ſuper me, eo quod unxit me, ad annunciandum pauperibus miſit me, ut mederer con tritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertio nem, ut prædicarem annum placabilem domino, & diem ultionis deo noſtro: quam prophetiam Chriſtus in ſe completam fuiſſe teſta tur, ut Lucas euangeliſta capitulo quarto ſcripſit dicens, uenit Ieſus Nazareth ubi erat nutritus, & intrauit ſecundum conſuetudinem ſuam die ſabbati ī ſynagogā, & ſurrexit legere, & traditus eſt ei liber Eſaiæ prophetæ, & ut reuoluit librum, inuenit locum ubi ſcriptum erat ſpiritus domini ſuper me, propter quod unxit me: euangelizare pauperibus miſit me: ſanare cōtritos corde: prædicare captiuis remiſ ſionē: & cæcis uiſū: dimittere cōfractos in remiſſionē: prædicare annū dñi acceptū: & diē retributionis. & cū plicuiſſet librum, reddidit miniſtro, & ſedit: & omnium in ſynagoga oculi erant intendentes in eum: cœpit autem dicere ad eos, quia hodie impleta eſt hæc ſcrip tura in auribus ueſtris. hunc iudæi perfidi (quia eorum peccata expro braret) quaſi inſanum reputantes, poſt multa ſigna & prodigia ab eo facta crucifixerunt, quem deus a mortuis reſuſcitauit. quamobrem Petrus apoſtolus iudæis dixit, Viri iſraelitæ audite uerba hęc, Ieſum Nazarenum uirum approbatum a deo in uobis, uirtutibus & prodi giis & ſignis quæ fecit deus per illū in medio ueſtri ſicut ſcitis, hunc definito concilio & præſcientia dei traditum per manus iniquorum cruci affigentes interemiſtis. quem deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni: cuius omnes nos teſtes ſumus. certiſſime ergo ſciat omnis domus iſrael, quia & dñm eū & Chriſtū fecit deus hunc Ieſum quē uos crucifixiſtis. his autem auditis compuncti ſunt corde & dixerunt ad Petrum & reliquos apoſtolos, quid faciemus uiri fratres? Petrus autem ad illos inquit, pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſq; ueſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum ueſtro rum, & accipietis donum ſpiritus ſancti. &c. Venit ergo Ieſus in ple nitudine temporis delictorum, quādo iudæi ſuperbia inflati deo ma xime rebelles erant, ut per pœnitentiam ſalutarem in uiam ueritatis eos reduceret. quemadmodum ipſemet Ieſus de ſe atteſtatus fuit cum plicaret librum dicēs, hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus

ueſtris . teſtat nunc ut idem de plenitudine temporis quantum ad uocationem gentium probemus .

℃ Caput tertium, quadrageſimum ſextum oraculum ſcrutatur, & annum incarnationis uerbi dei per temporis plenitudinẽ ex delicto gentium indagat : oſtendens quod tunc potiſſimum congruebat uenire in mundum Chriſtum ſaluatorem, quando idolatria & ſuperbia inter gentes maxime uiguerunt, & quando romæ pantheon templum ædificatum fuit .

VEnit filius hominis quęrere & ſaluum facere quod perierat: quemadmodum ſuperiori capitulo oſtẽdimus: uenit ergo in plenitudine temporis delictorum, quando peccata & morbi inter gentes maxime uigebant & abundabant : omnium autem morborum ſuprema peſtis & deo maxime abominabilis eſt idolatria, & poſt eam ſuperbia omnium uitiorum radix quæ tempore Auguſti imperatoris per totum fere orbem fuerunt multiplicata . oſtendimus nanq; libro ſextodecimo gentes fere omnes priſcis temporibus unum deum ſine ſimulacro & ſine nomine coluiſſe uſq; ad tempora Cecropis primi athenienſium regis, qui Ioui primum ſacrificauit & immolauit : ſub idem tempus, quo filii iſrael a deo recedentes uitulum aureum conflarunt . fuit enim Cecrops (ut Euſebius docet) Moſi contemporaneus, hæc autem idolatria Ioui exhiberi ſolita, a gręcis primum inuẽta, breui tẽpore adeo creuit & adoleuit, ut ſub Auguſto imperatore totum fere orbem inuaſerit. & licet tardius in italiam ſerpſerit: tamẽ fortius in ea radicata, magnum incrementum Ioui dedit. perhibent nanq; hiſtoriographi romanos per annos centum & ſeptuagita deum ſine ſimulacro coluiſſe : ſed poſtquam ad idolatriam inclinari cœperunt, penitus in ea tanquã in baratro præcipitati, demerſi ſunt . adeo ut tempore Auguſti non contenti Iouis cultura a græcis mutuata, uerum etiam omnium gentium deos ſuſcipientes, templum miræ magnitudinis (quod pantheon uocant) procurante Marco agrippa romæ ædificarunt . tunc etiam in monte teſtaceo, qui uocatur omnis terra : omnium idolorum fanum conſtructum fuit . ut enim refert ſanctus Auguſtinus, romani ad gloriam magnitudinis imperii declarãdam, iuſſerant ut de ſingulis ciuitatibus romano pǫpulo ſubiectis ſingulis annis, ſinguli pugilli terræ in ſignum tributi ad urbem portarentur: ex quibus in unum locum congeſtis, & accumulatis, tandẽ monticulus excreuit, qui teſtaceus uocatur, a uaſis fictilibus quibus

terra ferebatur : ab aliis uocatur omnis terra . in hoc etiam monte paulo ante Chriſti natiuitatem fanum omnium deorum conſtructū fuit . ob hanc autem idolorum & deorum multitudinem apoſtoli nonnulli de urbe roma myſtice ſcribentes uocabāt eam babylonem quia maxime fuit dedita idolatrię,ſicut Daniel de babylone ſcripſit unde Petrus in fine primæ ſuæ epiſtolæ dicit,ſalutat uos eccleſia quæ eſt in babylone collecta .qđ beatus Hieronymus,uenerabilis Beda & Nicolaus de lyra exponunt de urbe roma:& ante eos Papias epi ſcopus hieropolitanus hoc idem ſcripſit ut docet Euſebius libro ſe cundo capite ſextodecimo eccleſiaſticæ hiſtoriæ.ubi ex ſcriptis Papiæ ſic legitur.Petrus in prima epiſtola ſua quam de urbe roma ſcripſit, meminit Marci:in qua allegorice Romam Babylonem nominauit, cū diceret ſalutat uos eccleſia quæ in Babylone collecta eſt.Ioannes quoq; in apocalypſi ſcribens de meretrice illa,cū qua fornicati ſunt reges terræ ſic dicit,in fronte eius nomen ſcriptum,myſterium,Ba bylon magna mater fornicationum & abominationum terræ.& uidi mulierem ebriam de ſanguine ſanctorum & de ſanguine martyrum Ieſu . & miratus ſum cum uiderem illam admiratione magna ,& dixit mihi angelus,quare miraris?ego dicam tibi ſacramentum mu lieris & beſtiæ quæ portat eam , quæ habet capita ſeptem & cornua decem : deinde poſt pauca ſubdit,mulier quam uidiſti,eſt ciuitas ma gna quæ habet regnum ſuper reges terræ:poſt hæc uidi alium angelū deſcendentem de cœlo habentem poteſtatem magnam,& terra illu minata eſt a gloria eius,& exclamauit in fortitudine dicens , cecidit cecidit Babylon magna,& facta eſt habitatio dæmonum,& cuſtodia omnis ſpiritus immundi,& cuſtodia uolucris immundæ,& odibilis, quia de uino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes ,& reges terræ cum ea fornicati ſunt & mercatores terrę de uirtute delitiarum eius diuites facti ſunt : & audiui aliam uocem de cœlo dicentem, exite de illa populus meus ,ne participes ſitis delictorum eius , & de plagis eius non accipiatis : quoniam peruenerunt peccata eius uſq; ad cœlum,& recordatus eſt dominus iniquitatum eius .hæc Ioannes in apocalypſi.tunc ergo cum idolorum & dæmonum cultus maxime uigeret,& abominatio ſuperbiæ cœlum pulſaret,deus condolens hu mano generi miſertus eſt ei,&miſit in terram filium ſuum unigeni tum,qui præceptis ſalutaribus formaret homines ad agnitionem ue ri dei,& ab idolatria auerteret ac humilitatis exemplum eis præberet æternæq; fœlicitatis aditum eis aperiret . de hoc tempore dixit Ioā nes euangeliſta in epiſtola ſua totus mundus in maligno poſitus eſt

& ſcimus quoniā filius dei uenit.tūc etiā(ut Euſebius in eccleſiaſtica hiſtoria capite.xiiii.teſtatur)clementia diuinæ prouidentiæ probatiſſi mum omnium,& apoſtolorum prīcipem Petrum ad urbem romam uelut aduerſum humani generis communem perniciem pugnaturū miſit ducem & magiſtrum militiæ ſuæ ſcientem diuina prælia gerere: miſit etiam Paulum uas electum,quem ſua gratia gentium doctorē fecit. quorum doctrina & prædicatione homines imbuti,& uiam ue ritatis ingreſſi, ab antiquo errore reſipiſcere cœperunt.tunc enim roma quæ prius fuit magiſtra erroris,facta eſt diſcipula ueritatis. & quę fuit propugnaculum dęmonum,facta eſt propago ſpiritus ſancti. quia per eam fides Chriſti in toto mundo annunciata & propagata fuit. ¶ Sed dicet fortaſſe aliquis hæc aduerſari ſcriptis ſuperius expoſitis ubi per uaticinium ſibyllæ diximus Chriſtum ſaluatorem naſciturum in aureo ſęculo:nunc autem iuxta prophetarum oracula concludimus eum iam ueniſſe in peſſimo ſæculo: quando maxima fuit delictorum & ſcelerum abundātia:quod a priſcis ferreum ſęculū uocatur,immo ut de ſe ipſe teſtatur,uenit tanquam medicus,qui nō deſideratur niſi tempore malo,quando morbus,uel ęgritudo,uel ma la diſpoſitio adeſt. ¶ Huic argumēto reſponderi poteſt per diſtinctio nem temporum & perſonarum. uenit nanq; ſaluator in tempore, quo iudæi maxime rebelles deo erant: uenit etiam in tempore,quo romani idolatriæ plurimum dediti fuerunt:& quantum ad hæc,ſæcu lum illud iuxta prophetas ferreum dici potuiſſet,licet poetæ & roma ni ipſum aureum uocent,propter pacem omnibus conceſſam, *iuxta* īllud,aurea ſecura cum pace renaſcitur ætas. Vel aliter reſponderi poteſt, Chriſtum ſaluatorem natum fuiſſe in ferreo ſæculo quando idolatria maxime uiguit: ſed per aduentum eius commutaſſe ſęculū & ex ferreo aureū feciſſe: ſicut ſibylla cumæa teſte Vergilio futuꝝ prædixerat Tu modo naſcenti puero quo ferrea primum deſinet,ac toto ſurget gens aurea mundo,caſta faue lucina. de quo alius poeta dixit, iuuenemq; beata ſequuntur ſæcula. quemadmodum & paulo ante per prophetiam Eſaiæ a Chriſto Ieſu in ſynagoga lectam & a ſe approbatam oſtendimus,in qua dixit ſe miſſum fuiſſe a deo ut prædicaret annum domini acceptum,& diem retributionis.hæc autē aureo ſęculo congruunt,& temporibus Chriſti & apoſtolorum ſunt conſentanea.nam poſtquam creuit reſpublica chriſtiana,& numerus fidelium multiplicatus fuit,templa prædicta quæ diis uanis & cybeli matri deorum omnium aſcripta fuerant,eliminata,& expurgata om nium dæmonū ſpurcitia,beatæ uirgini & oībus martyribus dedicata

fuerũt: nondũ enim cõfeſſoꝝ feſta ab eccleſia agebantur. primi tem/
pli a Marco agryppa cõſtructi, noua cõſecratio facta fuit tertio idus
maii. ſecũdi tẽpli dedicatio ab eccleſia celebratur dñica ſecunda poſt
epiphaniã. q̃obrẽ in introitu miſſæ illius cantatur omnis terra adoret
te deus, & pſallat tibi. redeũtes ergo ad primũ noſtrũ inſtitutũ cõgrue
bat Chriſtũ ſaluatorẽ naſci Auguſto ĩperatore regnante ſicut ſibylla
prędixerat. quia tunc plenitudo tẽporis aduenerat. quo autẽ anno im
perii Auguſti & quo die incarnatus & natus fuit ſequenti oraculo
oſtendemus.

¶ Caput quartũ, annũ & diẽ incarnationis uerbi dei ex temporis
plenitudine per æquinoctiũ & feriã primã indagat, oſtendens chrono
graphos in anno primi aduentus eius erraſſe in annis duobus: ſic q̄d
per duos ãnos tardius nat⁹ fuerit Chriſtus q̃ chronographi perhibue
rũt. & ſumiť hoc oraculũ ex uerbis Ieſu a Ioanne euãgeliſta ãnotatis.

VNigenitus dei filius diuina diſponente clemẽtia uenit
in mundũ, & corruptibilẽ carnẽ induit, nõ ut iudicet
mundum, ſed ut ſaluetur mundus per ipſum. ut Ioã/
nis tertio ſaluator de ſe inquit. Idem Ioannis duode
cimo ſic dixit. Ego lux ĩ mundũ ueni, ut oĩs qui credit
ĩ me, ĩ tenebris nõ maneat. & ſtatĩ poſtea ſubdit, nõ enĩ ueni ut iudicẽ
mũdũ ſed ut ſaluificẽ mũdũ: ſi ergo Ieſus uenit in mundũ ut ſaluũ fa
ceret mundũ protoplaſti peccato contaminatum, & in melius ipſum
reformaret, debuit reſumere omnia illa tẽpora quæ in prima mundi
creatione per deũ patrem aſſumpta, protoplaſti peccato inquinata fue
runt: quia idẽ modus eſſe debuit reformationis mundi, qui fuit pri/
mæ eius creationis: ſed ſacra ſcriptura docet mundũ fabrefactũ fuiſſe
in æquinoctio, quando facta fuit lux & diuiſa a tenebris per medi
um: congruebat ergo pro inſtauratione & reformatione mundi, ea/
dem hæc tempora præuaricatione primi parentis contaminata, a Chri
ſto redemptore purificanda reſumi. debuit ergo incarnatio mirifici
uerbi dei fieri in ęquinoctio uernali in quo doctores eccleſiæ mundũ
creatum fuiſſe aſſerunt. contigit autem æquinoctium tempore nati/
uitatis Chriſti octauo calendas apriles, quemadmodũ per obſeruatio
nes Ptolemæi & ſcripta alioꝝ aſtrologoꝝ libro decimo de paſchæ ce/
lebratione monſtrauimus. fuit ergo incarnatum mirificum dei uerbũ
ipſo die æquinoctii. quod & Chriſtus ipſe atteſtari uidetur dicens,
ego lux mundi ueni in mundum, ut omnis qui credit in me in tene/
bris nõ maneat: oſtẽdi nãq; ſuperiori libro philoſophos ꝑ ſolẽ & lucẽ ſi
gnificaſſe deũ, & ꝓphetas ꝑ ſolẽ ſignificaſſe Chriſtũ. ſi ergo Chriſt⁹ de⁹

gnificat⁹ p ſolē uenit ī mūdū ut illuminet mūdū, cōgruebat eū uenire Sole exiſtēte ī æquinoctio: quia linea æquinoctialis naturali atq; æter no hoc priuilegio īſignis eſt, ꝙ ſol ī ea exiſtēs motu diurno hoc eſt. 24. horaꝝ īteruallo, uiſitat, aſpicit, & illuminat, atq; illuſtrat uniuerſā ter rā, & oēs eius partes ſuperficiales: qđ ipſi ī alio quouis loco collocato minime cōtingere poteſt, quin ſēper aliquā terræ partē ſuis radiis pri uatā relīquat. ſed cū duo ſint æquinoctia uernale & autūnale, uidetur uernale æquinoctiū magis cōgruere his myſteriis ꝙ autūnale: quia in uernali æquinoctio ſol accedit ad nos: in autūnali elongatur a nobis. ī uernali æquinoctio dies ſuper noctes creſcere īcipiūt: in autūnali ecō trario noctis tenebræ lumē ſolis ſuperātꝰ cōgruebat ergo Chriſtū ueni re in mūdū ipſo die æquinoctii uernalis ī quo lumē pietatis adauctū diminutis īpietatis tenebris mundū nouo ſplēdore clareſcere fecit. eſt enī uernū æquinoctiū uertex tēporis, & lucis principiū: nā ante primū æquinoctiū dies nō fuit ſed tenebræ perpetuæ: Chriſtus ergo qui eſt lux mundi & ſol iuſtitiæ, uenit in mūdū ſole exiſtente in æquinoctio uernali, ob tēporis & luminis renouationē, ut totū tēpus & cōſequēs æuū ex æquinoctio tanꝙ ex uertice purificato nitidū redderet, & fuga tis ac peſſundatis tenebris æternā nobis lucē induceret. Simili argumē to probari poteſt incarnationē uerbi dei factā fuiſſe feria prima ꝙ nos dn̄icā uocamus: quia mūdus creatus fuit feria prima: ſi ergo Chriſtus uenit in mundū, ut ſaluū faciat mundū, debuit reſumere eadē tēpora pro īſtauratione & ſaluatione mūdi, quæ deus in prima mūdi creatio ne aſſūpſerat. nā quilibet bonus artifex ſui architecti prototypū imi tari ſolet. fuit ergo incarnatū mirificū dei uerbū ipſo die æquinoctii uernalis feria prima, dū ſol ī medio mūdi cōſiſteret, & noctē per æqua diuideret. ſicut propheta dixit, dū mediū ſilētiū teneret omnia & nox in ſuo curſu mediū iter haberet oīpotēs ſermo tuus dn̄e a regalibus ſedib⁹ uenit. Ex prædictis ſequitur chronographos erraſſe in ānis īcar nationis Chriſti numerādis. quia p ſupputationē tēpoꝝ a chronogra phis inductā, & ab eccleſia uſu habitā, nō poſſumus tueri īcarnationē uerbi dei, & angelicā annūciationē factā fuiſſe in æquinoctio uernali feria prima, niſi dixerimus chronographos erraſſe in ānis duobus, ſic ꝙ āgelica ānūciatio facta fuiſſet p duos ānos tardi⁹ ꝙ chronographi per hibuerūt, eo ſcilicet āno quo cycl⁹ ſolaris fuit. 12. & littera dn̄icalis. g. quia. 8. calēdas apriles ubi eccl̄ia īcarnationē uerbi dei obſeruat ānotaꝰ littera. g. errant ergo chronographi & eccleſiaſtici qui ſe cōputiſtas uo cāt dicētes annū īcarnationis uerbi dei fuiſſe ī cyclo ſolari decimum, & litterā dn̄icalē extitiſſe. b. fuit ergo incarnatum uerbū dei per duos

ãnos tardius q̃ chronographi putarũt:ipſo ſcilicet die ęquinoctii & octauo calẽdas apriles incidentibus feria prima hoc eſt die dñico,quẽadmodũ diuino myſterio cõgruebat.qđ fuit probãdũ.¶ Sed cõtra pręſdicta poſſet aliquis inſtare & dicere quod ſol non fuit creatus feria prima ſed feria quarta:neq; fuit plaſmatus eo die quo creata fuit lux ſed quarto die poſt lucẽ factam:neq; Sol creatus fuit in æquinoctio quãdo diuiſa fuit lux a tenebris:ſed quarto die poſt æquinoctiũ quæ omnia habẽtur geneſis primo.ſi ergo Chriſtus ſignificatus fuit per Solẽ nõ debuit carnẽ humanã aſſumere ipſo die æquinoctii neq; feria prima,ſed quarto die poſt æquinoctiũ & feria quarta, in qua creatus fuit Sol,qui Chriſtũ præfigurauit.¶ Ad hoc argumẽtum reſponderi poteſt iuxta cõmunẽ doctoꝝ opinionẽ,ꝙ ſol ſecundũ ſuã ſubſtantiã,& etiã quãtum ad lucẽ ſuã factus fuit primo die qñ dixit deus fiat lux.& tunc ſol per motũ ſuũ faciẽs diẽ & noctẽ diuiſit lucẽ a tenebris,& fecit ęquinoctium:licet illa lux adhuc fuerat informis uſq; ad quartũ diẽ:ut dicit Dionyſius libro de diuinis nominibus cap.quarto & cõmuniter alii eccleſiæ doctores librũ geneſis & opera ſex dieꝝ exponentes idẽ affirmant.& ergo quarto die legitur facta fuiſſe luminaria,quo ad aliquas ſpeciales uirtutes,& ad aliquos particulares effectus,quos producũt in his inferioribus.quoniã ergo Chriſtus ęquiparatur Soli:congruebat diuino myſterio ipſum incarnari in ęquinoctio & feria prima,in quibus Sol quo ad ſubſtantiã,& quo ad lucẽ ſuã creatus fuit.¶ Sed quia myſteria & ſacramẽta ĩcarnationis uerbi dei ordinantur ad paſſionẽ & reſurrectionẽ eius,in quibus redẽptio & ſalus humani generis finẽ & cõplemẽtum accepit:pauca de plenitudine tẽporis paſſionis & reſurrectionis Chriſti ſubnectemus.congruebat enim mirificũ dei uerbũ incarnari & naſci eo tẽpore & ãno,ſic ꝙ in.33 ab incarnatione eius anno,in paraſceue paſchę iudęoꝝ,in quo iuxta prophetaꝝ oracula Chriſtus crucifigendus erat,concurrerent omnia crucis myſteria,& humanæ ſalutis ĩdicia,& præſagia uel oſtẽta:quoꝝ aliqua ſuperioribus libris expoſuimus,& nunc alia nõnulla ſubnectemus,& per ea dñicę paſſionis diẽ iã inuentũ confirmabimus.

¶ Secunda pars huius libri diẽ paſſionis Chriſti ſuperius inuentum quatuor oraculis comprobat,cuius erũt tria capita.In primo demõſtrat eũ per plenitudinẽ tẽporis deductã ex æquinoctio uel feria ſexta in qua primus homo creatus fuit.In ſecũdo confirmat idẽ per ſcripta priſcoꝝ patrũ.In tertio cõprobat & cõcludit oĩa ſuperius ſcripta,per ultimum oraculũ,qđ Ieſus Chriſtus iã crucifixus ex cruce reddebat.

¶ Caput primum diẽ paſſionis Chriſti ſuperius inuẽtum confirmat

per diem & feriam in quibus primus homo creatus fuit.

SIc deus dilexit mundũ ut filiũ ſuũ unigenitũ daret, ut
omnis qui credit ĩ eũ nõ pereat, ſed habeat uitã ęternã
ſicut Ieſus de ſeipſo dixit, ego ueni ĩ mũdũ ut uitã ha/
beãt & abũdãtius habeãt. quippe ut homines deos face
ret, deus factus eſt homo. ut enĩ Ioannes apoſtolus in
prima ſua epiſtola ſcripſit, miſit deus filiũ ſuũ unigenitũ ĩ mũdũ ut ui
uamus per eũ, & ſit propitiatio pro peccatis noſtris. & ut Paulus ĩ epi
ſtola ad epheſios capite quĩto teſtat̃ ſic Chriſtus dilexit nos ut traderet
ſemetipſũ ꝓ nobis oblationẽ & hoſtiã deo ĩ odorẽ ſuauitatis. Idẽ ad ro
manos ꝑ unũ hoĩnẽ peccatũ ĩ hũc mũdũ ĩtrauit, & ꝑ peccatũ mors. hãc
autẽ mortẽ chriſt⁹ ſua morte ĩ tropheo crucis deleuit. qa lauit nos a pec
catis noſtris ĩ ſãguine ſuo, quẽ ĩ ara crucis effudit. q̃obrẽ idẽ ad hebręos
nono capitulo ſcripſit, ſanguis Chriſti emundauit cõſciẽtias noſtras
ab operibus mortuis ad ſeruiendũ deo uiuenti. debuit ergo crucifigi
Chriſtus eodẽ die, quo Adã prim⁹ homo plaſmatus, peccato factus ob
noxius, & lapſus, corruit. ex quibus ĩferre poſſumus eũ crucifixũ fuiſ/
ſe ſexta die poſt æquinoctiũ. quia idẽ debuit eſſe modus reparationis
humani generis qui fuit primæ eius creationis: ſed ſcriptura docet pri
mũ hominẽ creatũ fuiſſe ſexta die poſt æquinoctiũ, & eadẽ die per eſũ
ligni uetiti peccato factũ obnoxiũ, cecidiſſe: & tẽpora oĩa ꝑ trãſgreſſio
nẽ mãdati cõtaminaſſe: debuit ergo a lapſu releuari, & a peccato redi/
mi per exaltationẽ Chriſti in ligno crucis, & per ſanguinis eius in ara
crucis effuſionẽ die ſexta poſt æquinoctiũ: nã ſicut humanũ genus per
primũ Adã in ligno uetito peccantẽ, corruit: ſic per ſecundũ Adã in li
gno opprobrioſo & reprobo ſuſpẽſum, in priſtinã innocentiã reſtitui
debuit: ut unde mors oriebatur ĩde uita reſurgeret. ſic enim de Chriſ
to catholica canit eccleſia. de parentis protoplaſti fraude facta condo/
lens: quãdo pomi noxialis morte morſu corruẽs: ipſe lignũ tũc nota/
uit dãna ligni ut ſolueret: notauit quidẽ nõ ſolũ lignũ ĩ quo Adã pec
cauit, ſed & tẽpus & tẽporis circũſtantias ac cõditiones: quæ omnia in
hominis redẽptione a Chriſto reſumenda & purificanda erant. con/
gruebat ergo Chriſtũ ſexta die poſt æquinoctiũ (quæ fuit dies. 30. mar
tii) crucifigi. qđ fuit probãdũ. Et quia cõtingit ſextã diẽ poſt æquinoc
tiũ accidere diuerſis feriis hebdomadæ, ideo ſpecificãdo magis diẽ paſ/
ſionis Chriſti, ſimili argumẽto ĩferem⁹ Chriſtũ crucifixũ fuiſſe feria ſex
ta hebdomadæ, iuxta modũ quo hac tẽpeſtate ſeptianæ cõputãt̃. ſic ar
guẽdo prim⁹ homo creat⁹ fuit feria ſexta hebdomadæ & eadẽ uel ſimi
li feria peccato fact⁹ obnoxi⁹ cecidit: & poſteritatẽ cõtaminauit, ut ſcri

ptura docet.debuit ergo humanũ genus reformari,& a peccato mũda
ri,eadẽ,uel ſimili feria ſexta hebdomadæ:hæc autẽ eius redẽptio facta
fuit per exaltationẽ Chriſti in cruce,& per ſanguinis eius effuſionẽ. er
go cõgruebat crucifixionem Chriſti fieri feria ſexta hebdomadæ. qđ
fuit probandũ.Ex prædictis ſequitur chronographos in annis Chriſ
ti dñi numerandis erraſſe:quia iuxta uſitatã annoꝝ ſupputationẽ tue
ri nõ poteſt Chriſtũ crucifixũ fuiſſe feria ſexta,neq; die ſexta poſt æq-
noctiũ uernale.ſed ſequeretur eũ crucifixũ fuiſſe die lunæ,ſi quartade
cima luna,uel die martis,ſi quĩtadecĩa luna crucifixũ dixerimꝰ.& ante
æquinoctiũ,qđ eſt abſurdũ.quẽadmodũ ſuperioribꝰ libris oſtẽdimꝰ.

¶ Caput ſecũdũ confirmat ſupradicta omnia per duo oracula ſum-
pta ex ſcriptis priſcorum patrum.

QVadrageſimũnonũ oraculũ reddebat Theophilus epi
ſcopus cæſarienſis in epiſtola ſynodali ſic ſcribens.de-
cebat una eadẽq; die nõ ſolũ hebdomadę,ſed & mẽſis
die,ſecundũ Adã hoc eſt Chriſtũ pro humani generis
ſalute uiuifica morte ſopiri,qua ſcilicet die primũ Adã
patrẽ humani generis ipſe deus creauit.cõſtat autẽ primũ hominẽ crea
tũ fuiſſe die ſexta & feria ſexta poſt ęquinoctiũ uernale a quo primus
mẽſis auſpicatur,ergo & Chriſtus crucifigi debuit die ſexta & feria ſex
ta poſt æquinoctiũ uernale:qđ tẽpore paſſionis Chriſti contigit octa
uo calẽdas apriles,hoc eſt.25.martii.ſexta autẽ dies & feria ſexta poſt
æquinoctiũ fuit trigeſima martii:ergo dies trigeſima martii maxime
congruere uidetur dominicæ paſſioni,qđ fuit probandũ. ¶ Quin-
quageſimũ oraculũ reddebat Cyrillus patriarcha alexandrinus qui in
epiſtola ad ſynodũ carthaginẽſem ſic ſcripſit.Chriſtus eodẽ die in cru
ce obiit quo die Adã ꝑ peccatũ mortuus eſt.Sed ut doctores oẽs teſtã
tur,Adã præuaricatus eſt die ſexta & feria ſexta poſt æquinoctiũ uer
nale:ergo eadẽ die & eadẽ feria Chriſtus crucifixus fuit,uidelicet trige
ſima die martii feria ſexta ut ſuperius probauimus.nec obſtat ꝙ theo
philus & Cyrillus dixerĩt dñm crucifixũ fuiſſe alio die(nam Theo
philus ſcripſit eum crucifixũ fuiſſe decimo calẽdas apriles uel ut aliis
uiſũ eſt.11.calẽdas:Cyrillus uero ſcripſit eũ crucifixũ fuiſſe octauo ca
lendas apriles)quia hoc loco aſſumimus dũtaxat argumentũ ipſoꝝ &
rationẽ,propter q̃ hoc dixerũt & nõ eoꝝ cõcluſionẽ,ſed ex hypotheſi-
bus & præmiſſis ipſoꝝ cõcluſionẽ noſtrã probamus. ¶ Sed cõtra præ
dicta poſſet aliq̃s ĩſtare & dicere hęc de æqnoctio ſcripta nõ cõgruere
ſupputationibꝰ aſtrologicis alphõſinis:nã ſi ꝑ tabulas cõſuetas ĩueſti
gauerimꝰ diẽ æquinoctii uernalis tẽpore paſſionis Chriſti nõ ĩueniemꝰ

æquinoctiū accidiſſe octauo calēdas apriles,ſed potius undecimo ca-
lendas. Huic argumento reſponderi poteſt, ꝙ æquinoctia & ſolſtitia
tēpore natiuitatis uel paſſionis Chriſti uerius & certius haberi poſſūt
per obſeruationes priſcoꝝ aſtrologoꝝ qui illi ętati propinqui fuerūt
q̄ per ſupputationes alphonſinas,uel per alias tabulas aſtrologicas uſu
habitas:quia uera anni quātitas non fuit Alphonſo cognita,neq; hac
tēpeſtate adamuſſim eſt inuēta.ſed adhuc eſt deſiderata.& quia paruus
error in principio per cōtinuū incrementū coaleſcens tandē magnus
euadit:neceſſe eſt ut error in anni quantitate etiam paruus uel mini-
mus,ſi multiplicatus fuerit per annos mille & quingētos a Chriſti na
tiuitate uſq; in hunc diē trāſactos,creſcat in quātitatē & errorē magnū
quamobrē in annotatione æquinoctii uernalis tēpore paſſionis Chriſ
ti potius credere debemus Iulio cæſari, Tiberio īperatori, & Plinio
qui propinqui huic tēpori extitere q̄ Alphonſo multo poſt tēpore na
to.īmo per obſeruationes Ptolemęi perſpicuū eſt æquinoctiū uerna
le tēpore natiuitatis Chriſti accidiſſe die.25.martii quando uerbū dei
incarnatū fuit. quēadmodū libro decimo de paſchæ celebratione oſtē
dim⁹. ¶ Sed cōtra prędicta adhuc poſſet aliquis īſtare,quia ſuperiori
bus libris conſcripſimus cōiunctiones luminariū & lunationes primi
menſis tēpore paſſionis Chriſti per ſupputationes tabulaꝝ Alphonſi
ergo etiā ſolſtitia & æquinoctia debēt inueſtigari per eaſdem tabulas.
Huic argumēto reſponderi poteſt negādo conſequentiā,quia nō eſt ſi
mile de cōgreſſu luminariū & de introitu ſolis in æquinoctia uel ſol-
ſtitia,eſt enim q̄titas tēporis intercæpti īter duas lunationes magis cer
ta quā quantitas anni.nā ſi per tabulas alphōſinas indagauerimus cō
greſſus luminariū tēpore paſſionis Chriſti,nō erit differentia tabulaꝝ
a cōſiderationibus Ptolemæi niſi ī horis duabus.ſed ſi per eaſdē tabu
las inueſtigauerimus introitū ſolis in æquinoctiū,continget differen
tia ī duobus diebus:quia uera quātitas anni ſolaris incerta eſt & error
unius minuti creſcit in annis.1500.a Chriſto īcarnato uſq; in hūc diē
trāſactis ad horas.25. ¶ Sed cōtra prędicta adhuc poſſet aliqs īſtare &
dicere ſi mūdus creat⁹ fuit ī tēpore,magis eſt probabile eū formatū fu-
iſſe ī æquinoctio autūnali q̄ uernali,ergo Chriſtus potius crucifigi de
buit in autūno q̄ ī uere.aſſūptū probatur per Moſē legiſlatorē ī ſuo
opere ſex dierum inſinuantē deū omnia ī ſūma perfectione creaſſe.
ſic enim geneſis primo legitur,uidit deus cuncta quæ fecerat & erant
ualde bona,hoc eſt,perfecta:& protulit terra herbam uirentē & affe
rentem ſemen iuxta genus ſuum,lignumq; faciens fructum & habēs
unumquodq; ſementem ſecundum ſpeciem ſuam. quod ſi herbæ &

arbores cum ſemine & fructibus fuerunt productæ:autumno magis quam ueri hæc congruere uidentur . teſtatur etiam ſcriptura Adam protoplaſtum præuaricatum eſſe,deiq; mandatum tranſgreſſum fuiſſe,non olfactu floris aut herbæ uirentis,ſed morſu pomi iam maturi quanquam poſteris acerbi:omnes etiam fatentur primum hominem creatum fuiſſe non puerum adhuc uirentem,ſed hominem perfectũ ſibi ſimile generare potentem.ergo & ĩ terra naſcẽtia creata ſunt perfecta & ſemen iam maturum in ſe habentia.præterea quod nos qui ſumus citra æquinoctialem uerſus polum arcticum adducimus per ingreſſum ſolis in æquinoctium & in arietem,lumen ad nos deferri: &dies ſuper noctes augeri:hoc ipſum antipodes noſtri & omnes qui ſunt ultra æquinoctialem uerſus polum antarcticum inferre poſſunt per ingreſſum ſolis in libram & in æquinoctium autumnale ,quia tunc ſol ad eos accedit & dies ſuper noctes creſcere ĩcipiunt.neq; hæc refelli poſſunt per intemperiem aeris apud antipodas ut nonnulli aſſerere ſolent,quia eadem quæ apud nos eſt cœli diſpoſitio,eſt etiam apud illos, & apud omnes qui ultra æquinoctialem tantum diſtant quantum nos ab eodem citra elongati ſumus : immo hac tempeſtate noſtra per nauigationes Columbi,& Almarici,ueſputii iuſſu atq; impenſa catholicorum regum hiſpaniæ & portugalliæ compertũ eſt non ſolum ultra æquinoctialem uerum etiam ſub æquinoctiali & torrida zona homines habitare. Præterea quod mundus creatus fuit in æquinoctio autumnali teſtatur non ſolum hebræi,uerum etiam arabes atq; ægyptii quemadmodum libro octauo oſtendimus. Ad quod etiam facit textus deuteronomii.32.perfecta ſunt omnia dei opera. Sed his aduerſantur præcipui eccleſiæ doctores,Baſilius,& Ambroſius in exameron,Hieronymus,Auguſtinus , Oroſius , Damaſcenus Beda,Rabanus,Iſidorus,Petrus commeſtor, Vincentius,Linconienſis,& alii cõplures aſſerẽtes mũdũ creatũ fuiſſe ĩ æquinoctio uernali ĩ quo ſol accedit ad nos:& dies ſuper noctes creſcere incipiunt:quorũ æditioni manus apponere piaculũ eſſet . & ad argumẽta ſuperius inducta reſponderi poteſt concedendo omnia a deo creata fuiſſe perfecta:ex hoc tñ nõ ſequitur ea fuiſſe producta in autumno:quia prima rerũ creatio nõ fuit naturalis,ſed diuina & ſupra naturã:ergo ita potuit a deo fieri ĩ æquinoctio uernali ſicut autũnali:& fructus maturi ita potuerũt produci ĩ uere ſicut ĩ autũno:ĩmo ante tẽpora facta fuit mũdi & ſolis creatio, & ſol ſuo motu fecit æquinoctia & tẽpora.deo autẽ nihil eſt difficile,neq; ĩ operibus dei ratio phyſica eſt quęrẽda.q; ſi naturaliter de his loqui uelim⁹ nõ poterit ſe humanæ fragilitatis ĩtellect⁹

extendere ut originem mundi facili poſſit ratione concipere ut Iuli
us firmicus inquit,neq; aliquis interfuit eo tempore quo mundus di
uina prouidentia formatus fuit.quod autē nonnulli magnæ autori/
tatis uiri ſcripſerint mundum creatum fuiſſe quintodecimo calēdas
apriles,& ſolem in ariete creatum,ac in æquinoctio uernali poſitum
fuiſſe duodecimo calendas apriles:abſurdum mihi uidetur.quia æqui
noctia & introitus ſolis in arietem nō poſſunt habere firmam ſedem
in calendario : ſed mutant quotannis loca ſua in contrarias partes :
nam æquinoctia anticipant ſemper ſedes ſuas , ſed introitus ſolis in
arietem octauæ ſphæræ poſtponit indies ingreſſus ſuos, & poſtergat
ſedem ſuam,quemadmodum libro ſuperiori & decimo de paſchæ ce
lebratione oſtendimus.quod autem eccleſia pro paſchæ celebratione
obſeruet æquinoctium duodecimo calēdas apriles,non infert ſolem
fuiſſe creatum in martio,ſed quia tempore nicænæ ſynodi(quando
paſchalis ſolemnitatis canon fuit inſtitutus)ſol eo die æquinoctialē
circulum ingrediebatur.quamobrem patres qui ſynodo præſidebant
e regione eiuſdem diei annotarunt æquinoctium pro paſcha rite ce
lebrando:quod nunc fieri uidemus decima martii.ſed hæc requiren
da ſunt ſuperioribus libris de paſchali ſolemnitate conſcriptis.rede
untes ergo unde digreſſi ſumus,manifeſtum atq; perſpicuum eſt ex
prędictis diem trigeſimum martii maxime cōgruere dominicæ paſſio
ni,quia in eo concurrerunt omnia diuinæ paſſionis myſteria . opor
tuit enim & diuinæ naturaliq; rationi conſentaneum fuit Chriſtum
ſaluatorem crucifigi eo die quo Adam primus homo præuaricando
peccauit,qui fuit dies ſextus ab æquinoctio & feria ſexta,quam diem
ueneris uocamus:debuit etiam crucifigi in paraſceue paſchæ iudæo/
rum : quæ omnia in anno paſſionis domini concurrerunt die trigeſi
mo martii.quemadmodum ſuperius abunde probatum fuit.& iam
per ſequens oraculum idipſum confirmabimus .

¶ Caput ultimum huius libri totiuſq; operis extremum,ultimū ui
ſionis oraculum Ieſum Chriſtum in temporis plenitudine crucifix
um contēplatur: & per epilogū opus terminat.

SVpremum uiſionis oraculum reddebat ex cruce (in
medio quinquaginta oraculorꝫ erecta) mirificum dei
uerbū IESVS Chriſtus humani generis redemptor:
qui crucis patibulo ſuſpenſus iam morti proximus,&
animam deo patri redditurus,ſciens omnia propheta
rum oracula in eo tunc completa fuiſſe, magna uoce dixit conſuma
tum eſt.hoc eſt perfectum eſt myſterium reparationis humani gene/

ris: completum eſt ſacramentum inſtaurationis ruinæ qua diaboli in uidia mors per peccatum primi hominis introiuit in mundum. uoluit enim Chriſtus ſaluator omnia aduentus ſui myſteria,& cuncta paſſionis ſuæ tempora,non fatalia,ſed redemptioni humani generis congrua & opportuna,diligentiſſime ſemper obſeruare:neq; uoluit crucis ſubire tormentũ donec oĩa tẽpora per peccatũ Adæ cõtaminata & omnia crucis myſteria quæ paſſionẽ eius pręfigurauerant in diem unum concidiſſent. hæc enim tempora & myſtica ſacramẽta multa eſſe dignoſcuntur.uidelicet omnia tempora quæ in prima mundi conſtitutione & in prima hominis creatione concurrerant,& quæ per præuaricationem & lapſum Adæ contaminata fuerant,aut maculam aliquam contraxerant,omnia inquam in noua hominis inſtauratione reſumi,& una cum homine purificari & nitidiora fieri oportuit: quemadmodum ſuperius expoſuimus.Similiter omnia myſteria quę ad immolationem agni paſchalis inſtituta fuerãt,omnia inquã Chriſtus in ſua paſſione reſumere debuit.quia præfigurabant immolationem eius in cruce futuram, eodem die quo agnus immaculatus ab uniuerſo populo occiſus ſacrificaretur.ad hoc enim immolatio agni paſchalis a deo fuit ordinata, quemadmodum libro quartodecimo oſtendimus. nam ſicut filii Iſrael per ſanguinem agni paſchalis in ſuperliminari domorum conſperſum poſtibuſq; illitum,liberati fuerunt ab angelo deuaſtante: ſic nos per immolationem Chriſti in cruce(ſanguine eius in ara crucis effuſo)redempti & liberati ſumus a diabolo inſidiante,& a morte perpetua. lauit enim nos Chriſtus a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.debuit etiam crucifigi in paſcha hebræorum, nam ſicut deus in phaſe iudæorum liberauit filios iſrael a ſeruitute Pharaonis & ægyptiorum,ſic Chriſtus per ſuam paſſionẽ & ſanguinem redemit humanum genus a ſeruitute diaboli.

¶ Ad hãc quoq; tẽporis plenitudinẽ & myſterioꝝ crucis cõſũmationẽ conferre uidetur duplex illud paſcha de quo quartodecimo libro in ſolutione argumentorum a iudæis nobis obiectorum ſcripſimus. conſtat nanq; duplicem apud hebræos haberi paſchæ rationem, unã quam legitimam uocant,a Moſe legiſlatore exodi duodecimo traditam: aliam quam iudicialem uocant,in ſecunda templi inſtauratione a ſapientibus æditam.hãc tempore paſſionis Chriſti immo ſemper poſt templi ſecundi inſtaurationem iudæi obſeruarunt.Chriſtus uero legem cuſtodire uolens legitimum paſcha celebrabat: expediebat enim Chriſtum luna quartadecima agnum paſchalem iuxta legis mandatum una cum diſcipulis manducare: expediebat etiam eum

crucifigi & immolari debere eodem die quo iudæi agnum immacula tum immolabant, ut figuratum figurę reſponderet. hæc autem ambo nunquam accidere potuerunt niſi in anno in quo paſcha legale diſcrepat a paſcha iudiciali a phariſæis obſeruato. uoluit ergo Chriſtus pro ſua paſſione expectare hunc annum, in quo & paſcha legitimũ cum diſcipulis manducare poſſet, & ſequẽti die quando iudæi agnũ immolabant ipſe tanquam agnus immaculatus in cruce ĩmolaretur. ¶ Sed contra hæc poſſet aliquis inſtare nam ut ſuperius oſtendimus Chriſtus ſæpenumero repræhendit iudæos quod non obſeruabant paſcha iuxta legem Moſi exodi duodecimo ſcriptum, ſed ſecundum traditiones phariſæorum dicens Ioannis ſeptimo, nonne Moſes dedit uobis legem, & nemo ex uobis obſeruat eã: & alibi phariſæis dixit uos tranſgredimini mandata dei propter traditionem ueſtram: & rurſus irritum feciſtis præceptum dei ut traditionem ueſtram ſeruetis. ſi ergo hæc duplex paſchæ celebratio fuit reprobata a Ieſu, non potuit congruere typo paſſionis eius. ¶ Ad hoc argumentum reſponderi poteſt quod licet hæc iudæorum obſeruatio fuerit confutata a Chriſto quo ad cauſam eius, quia differebant paſcha & omnia legis feſta ut frui poſſent uoluptatibus in feſto ramorum conſuetis, ex hoc tamẽ inferri non poteſt quod myſterium immolationis agni nullam habuerit ſignificationem in paſſione Chriſti quo ad materiam uel effectum eius quia agnus immaculatus fuit typus & figura Chriſti. ſicut in ſimili Caiaphas pontifex iudæorum prophetauit cum diceret expedit ut unus moriatur pro populo ne tota gens pereat : tamen non ad intentionem ſuam: quia ipſe dictabat Ieſum interficiendum eſſe, ne populum a lege moſi auertendo perire faceret: ſed ſpiritus ſanctus qui per os eius loquebatur uoluit per hæc uerba ſignificare gentes per mortem Chriſti ſaluari debere : expediebat ergo quod Chriſtus moreretur pro populo, ne tota gens periret. ſic ſimiliter obſeruatio paſchę a phariſæis ordinata quo ad cauſam ab eis allegatam fuit a Chriſto confutata: quia tendebat ad uoluptates ipſoꝝ, tamen myſterium immolationis agni fuit typus & figura immolationis Chriſti : quia congruebat ſacramento paſſionis quod Chriſtus pridie quam paterетur ultimum ſuum paſcha facturus, agnum paſchalem iuxta legem moſi cum diſcipulis comederet ut ipſemet ſignificauit dicens deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare uobiſcum antequã patiar. erat etiam conueniens figuræ paſſionis quod Chriſtus in cruce immolaretur eodem die quo agnus immaculatus ab uniuerſo populo ſacrificabatur, ut res figurata reſponderet figuræ. ¶ Ad hanc temporis

plenitudinem & diei paſſionis ſuperius inuenti cõfirmationem acce dere uidetur: quod Matthæus euangeliſta ſcribens de precio uẽditio nis Chriſti dicit tunc impletum fuiſſe quod dictũ eſt per Hieremiam prophetam dicẽtem, & acceperunt triginta argenteos precium appre ciati quem appreciauerunt a filiis iſrael. quia numerus denariorũ pre cii ſanguinis reſpondet numero dierum menſis martii, quem roma‑ ni a Marte ſanguinis effuſore martium nuncuparunt. fuit ergo cru‑ cifixus Chriſtus trigeſima die martii iuxta precium ſanguinis trigin ta denariorũ quibus traditus fuit. & ante eũ Ioſeph qui figura Chriſ ſti extitit totidem denariis uenditus fuit. ℭ Ad hanc tẽporis ple‑ nitudinem etiam accedunt omnia fere oracula ſuperioribus libris ex poſita, quibus primum Chriſti aduentum & diem paſſionis eius cõ‑ probauimus: debuit enim naſci dominus eo tempore quo ſceptrum a Iuda fuit ablatum, ſicut Iacob patriarcha prædixerat: uoluit etiam naſci pace uniuerſali ſub Auguſto imperatore firmata, & iuſtitia re gnante, ſicut Dauid propheta cecinerat: uoluit etiam naſci definen‑ te ferreo ſæculo, ut aureũ ſæculum induceret ſicut ſibylla prædixe‑ rat. uoluit etiam carnem ſuſcipere ipſo die ęquinoctii uernalis, quia mundus eo die creatus fuit: & uoluit crucifigi ſexto die ab æquinoc tio, quia eo die primus homo plaſmatus, peccato factus obnoxius, per lignum uetitum cecidit: & conſequens ęuum contaminauit. expecta uit ergo hæc tempora ut maculam per peccatum Adæ contractam de leret, & conſequens æuum ex æquinoctio tanquam ex uertice purifi‑ cato nitidum redderet. expectauit etiam lunam lumine plenã ut per fectionem & conſũmationem operis ſignificaret. expectauit etiã lunã e ſolis regione in ſexto gradu libræ poſitam: quia Adam primus ho mo eo ipſo die quo factus fuit ſeruus peccati lunam ſic lumine ple nam in eodem gradu collocatam aſpexit. expectauit etiam primum menſem propter nouitatem & libertatem uitæ quam inducere uole bat. quippe menſis primus menſis nouorum dicitur. tum etiam quia primus menſis ex peccato protoplaſti maculã contraxerat quæ Chriſ ti ſanguine abſtergenda erat. expectauit etiam ut paſcha legale hoc eſt legitimum & paraſceue paſchæ iuxta regulam iudicum caderent ĩ die uno, immo expectauit ut inciderent ĩ die ſexto ab æquinoctio & feria ſexta hebdomadæ. ut quo die Adam creatus & in ligno uetito prętuaricatus cecidit, eodem die Chriſtus per lignum ſalutiferæ cru‑ cis humanum genus protoplaſti peccato obnoxium redempturus in priſtinam innocentiam reſtitueret. quibus etiam congruit myſteriũ creationis Euæ ut eo die quo Eua mater omnium uiuentium ex coſtã

Adæ dormientis formata fuerat, eodē die humana natura per Euam lapſa inſtauraretur per ſacramēta ſanguinis & aquę hoc eſt euchariſtiæ & baptiſmi ex coſta ſecundi Adæ ſcilicet Chriſti in cruce dormientis & uiuifica morte ſopiti defluxa. & quia uenit ſaluos facere non ſolū iudæos ueꝝ etiā gentes, expectauit ut paſcha iudæoꝝ & dies paſſionis eius concurreret cum die ſalutis gentiū, cū feſto pacis, atq; concordiæ, in quo apud omnes gentes agnus immaculatus pro ſalute populi immolabatur. eadem de cauſa expectauit ut paſcha iudæorum & dies paſſionis eius concurreret cum feſto Iouis olympii, cum feſto Iouis ammonis, & cum feſto Iani, ut idolatriam eodem die ſimulacris deoꝝ exhiberi ſolitam ſua paſſione deleret atq; extingueret. expectauit etiā ſeptuaginta hebdomadas per Danielem prophetam denunciatas. expectauit & alia prophetarum & ſibyllarum oracula de eo uaticinata quæ uel paſſionis uel reſurrectionis eius tempus eiſdem diebus futuꝝ myſtice præfigurabant: de quibus ſuperioribus libris ſcripſimus: ſicut ſunt ſtella magorum, occaſus ſcorpii, & ortus pleiadum, concordia zodiaci octauæ ſphæræ cū zodiaco nonæ ſphæræ, coniunctio ſuperioꝝ planetaꝝ & reliqua. uel ut rectius loquamur non tenuerūt deū hæc tēpora, neq; anxia mēte expectauit ea, ſed tēpora expectabāt eū. cōgruebāt enī hæc tempora paſſioni eius, & redemptioni humani generis: nā diuino iuri & prophetaꝝ oraculis conſentaneū fuit Chriſtū humani generis redemptorem his temporibus in mundum uenire, & ea quæ per prophetas denunciata erant perpeti. quamobrem Ieſus ipſe patri dixit, ego te clarificaui ſuper terram, opus conſummaui quod dediſti mihi ut faciam. Sic enim deus ab initio conſtitutionis mundi cum extenderet cœlum ſicut tympanum ineffabili ſua prouidentia futurum diſpoſuit, ut tempora omnia quæ filii ſui paſſionem myſtice præfigurauerāt, & quæ per primi hominis lapſum cōtaminata fuerāt, omnia inquam in die paſſionis eius purificanda concurrerent. quoniā ergo difficile fuit & raꝝ cuncta hæc tempora & omnia crucis myſteria in diē unum concurrere: expectabat Ieſus hunc diē myſteriis plenum cunq; tēporē nondū opportuno a perfidis iudæis quæreretur ad necē, ſeceſſit & abſcondit ſe: hoc autem myſterium ſtulti timorē putabāt: non enī erat timor, ſed tēporis idonei obſeruatio, immo plenitudinis temporis expectatio. ſeceſſit ergo & ambulauit in galilęā, quia nondū uenerat tempus paſſionis eius, ut Ioannes euangeliſta docet. non enī uolebat in iudæam ambulare quia quærebant eum iudæi interficere, cunq; a fratribus inuitaretur ut aſcenderet hieroſolymam ad diem feſtum reſpondit eis Ieſus dicens aſcendite uos ad diem feſtum hunc,

ego enim non aſcendam ad diem feſtum iſtum, quia tempus meum nondum impletum eſt.hæc cũ dixiſſet ipſe manſit in galilæa, ut autē aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum, non manifeſte, ſed in occulto.iudæi ergo quærebant appræhēdere Ieſum, ſed nemo miſit in eum manus quia nondum uenerat hora eius.Simi liter Ioannis octauo.nemo appræhendit eum, quia nondum uenerat hora eius.eodem capitulo, tulerunt iudæi lapides ut iacerent in Ieſum Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templo. Similiter & in feſto encæniorũ hoc eſt in feſto dedicationis templi Ioannis decimo, dum Ieſus in porticu templi ambularet ſuſtulerunt lapides Iudæi ut lapi darent eum, & quærebant eum appræhendere, ſed exiuit de manibus eorum. Idem Ioannis undecimo Ieſus iam non palam ambulabat apud iudæos, ſed abiit ĩ regionē iuxta deſertũ. Idē Ioannis. 12. abiit Ie ſus & abſcõdit ſe ab eis. Idē Marci tertio, exeuntes autē phariſæi ſtatĩ cum herodianis conſilium fecerunt aduerſus Ieſum quomodo eum perderent, Ieſus autē cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare.ſic & alias ſæpenumero iudæi conati ſunt appræhendere & interficere eum quĩ immo in nazareth ubi erat nutritus uoluerunt ex uertice montis præcipitare eum, Ieſus autem tranſiens per medium illorum ibat. ex quibus colligitur Ieſum dedita opera ſeceſſiſſe & abſcondiſſe ſe, non præ timore ut mortem aufugeret uel paſſionem declinaret (immo ob latus eſt quia ipſe uoluit) ſed ut tēpora paſſioni ſuæ congrua expecta ret, & temporum plenitudinem obſeruaret: deſiderabat enim hunc diem myſteriis plenum in quo omnes paſſionis conditiones & crucis figuræ concurrerent. quod ergo Chriſtus paſſus & crucifixus fuit a iudæis, non eorum poteſtati, ſed diuinæ diſpenſationi aſcribendum eſt.ſic & tempus paſſionis non fuit in poteſtate iudæorum, ſed a deo præordinatum: ipſi enim iampridem uoluerunt interficere eum, nõ tamen potuerunt: neq; tunc potuiſſent niſi ipſe Chriſtus permiſiſſet nam ut inquit ipſe nemo tollet animam meam a me, ſed ego ponam eam a meipſo, poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. quoniam ergo difficile fuit & rarum hęc tēpora & omnia crucis myſteria in diem unum concidere: expectabat Ieſus hunc diem myſteriis plenum a deo præordinatum: expectabat hunc diem cunctis diuinarum diſpenſationum ſacrificiis conſecratũ: expec tabat hanc temporis plenitudinem. cunq; iam hæc omnia aduētaſſēt & in diem unum concurriſſent, non ſubterfugit amplius paſſionem, ſed ſponte ad crucem acceſſit, & ſubleuatis in cœlum oculis dixit, pater clarifica nomē tuum, iã uenit hora ut tranſeam ex hoc mundo,

iam uenit hora ut clarificetur filius hominis:iã enim tempora omnia, & temporum myſteria paſſioni meæ congrua,& redemptioni humani generis conſentanea de proximo inſtant:pater manifeſtaui nomẽ tuũ hominibus,clarifica filium tuum,ut filius tuus clarificet te:uenit ergo uox de cœlo dicens,& clarificaui & iterũ clarificabo.tunc(conuocatis in unum duodecim diſcipulis)ingreſſurus ciuitatem ſanctam cõmune prophetarum ſepulchrum,ſupplicii locum ſponte petiit:de quo Lucæ xiii.herodianis mortem ei comminantibus dixerat,non licere prophetam perire extra hieruſalem : & tanquam omnia prænoſcens ſingula quęq; ſibi uẽtura prędixit eis,Marci octauo,Matthæi.16.&.20.Lucæ 18.dicens:ecce aſcendimus hieroſolymam ,& conſummabuntur oĩa quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis,tradetur enim gentibus,& illudetur,& flagellabitur,& conſpuetur ,& poſtquam flagellauerint occident eum,& die tertia reſurget.ſed hoc myſterium latebat apoſtolos:ignorabant enim hæc a deo eſſe præordinata pro ſalute humani generis recuperanda, immo ut Lucas euangeliſta teſtatur,apoſtoli nihil horum intellexerunt , & erat uerbum illud abſconditum ab eis & non intelligebant quæ dicebãtur.ſed poſtquam glorificatus fuit Ieſus tunc recordati ſunt quia hæc erant ſcripta de eo,ut habetur Ioannis.xii quod etiã ex hoc coniici poteſt,nam ut Matthæi.19. legitur,ſub idem tempus quo Chriſtus hæc de paſſione ſua futura apoſtolis annunciauerat,Petrus interrogatus a Ieſu quem eum dicerent eſſe homines,reſpondit tu es Chriſtus filius dei uiui:at ille inquit , beatus es ſimon bariona,quia caro & ſanguis non reuelauit tibi,ſed pater meus qui in cœlis eſt:& ego dico tibi,quia tu es petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meã,& portæ inferi nõ pręualebunt aduerſus eam:& tibi dabo claues regni cœlorum & reliqua . exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis,quia oportebat eum ire hieroſolymam & multa pati a ſenioribus & ſcribis & principibus ſacerdotum,& occidi & tertia die reſurgere.Petrus uero commotus & cõturbatus ex ſermone iſto,aſſumens Ieſum ſeorſum cœpit increpare eũ dicens,abſit a te dñe:propitius eſto tibi: non erit tibi hoc:timuit enĩ Petrus ne per mortẽ & corruptionẽ formæ hominis uel ſerui,periret forma dei . & non cogitauit quod per formam dei reuiuiſceret forma ſerui . quamobrem dominus qui paulo ante uocauerat eum beatum,commutans denominationem inquit , uade retro ſathana , ſcandalum es mihi,quia non ſapis ea quę dei ſunt:ſed ea quę hominum.tunc Ieſus conſtanti animo crucem appetens,inuitabat diſcipulos ad imitationem ſui dicens,ſi quis uult uenire poſt me,abneget ſe

metipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me: qui amat animam ſuam perdet eam,& qui odit animam ſuam in hoc mundo,in uitam æternam cuſtodit eã.cunq; iã ciuitati appropinquaſſet miſit Petrum & Ioannem ut paſcha ſibi pararent.ueſpere autem facto diſcumbentibus ſimul animi ſui affectum expromens dixit,deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare uobiſcum antequam patiar:& cœna facta cũ iam diabolus intraſſet in cor Iudæ ſcariothis,ſciens Ieſus diem paſſionis ſuæ ſacris myſteriis plenũ,& cunctis figurarum ſignificationibus refertum atq; perfectum,in foribus iam adeſſe, ſponte ad paſſionem acceſſit,& diſcipulis a ſomno excitatis dixit,uenit hora,ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum:ſurgite eamus,ecce qui me tradet prope eſt:& adhuc eo loquente uenit Iudas ſcarioth unus de duodecim præmio illectus ut Ieſum traderet,& cum eo turba multa quærentes eum capere:Ieſus autem ſciens omnia quæ uentura erãt ſuper eum,in occurſum eorum uadens,ſponte obtulit ſe illis dicens: ego ſum quem quæritis. & rurſus Petro furenti, & gladio percutienti ſeruum pontificis dixit, mitte gladium tuum in uaginam: calicem quem dedit mihi pater non uis ut bibam illum?ſicq; raptus & ad domum Annæ primum perductus eadem nocte Caiaphæ pontifici præſentatus fuit.& conuenerunt omnes ſacerdotes & ſcribæ & ſeniores ſummi uero ſacerdotes & omne conſilium quærebant aduerſus Ieſũ teſtimonium,ut eum morti traderent:nec inueniebant:multi autem teſtimonium falſum dicebant aduerſus eum:& conuenientia teſtimonia non erant.exurgens autem ſummus ſacerdos in medium interrogauit Ieſum dicens tu es Chriſtus filius dei benedicti? Ieſus autem dixit illi ego ſum:& uidebitis filium hominis ſedentem a dextris uirtutis dei, & uenientem cum nubibus cœli. tunc ſummus ſacerdos ſcindens ueſtimenta ſua ait,quid adhuc deſideramus teſtes? audiſtis blaſphemiam:quid uobis uidetur?qui omnes condemnauerunt eum eſſe reum mortis. & cœperunt quidam conſpuere ĩ eum & uelare faciem eius, & colaphis eum cædere dicentes,prophetiza nobis Chriſte quis eſt qui te percuſſit? & confeſtim mane conſilium facientes ſummi ſacerdotes cum ſenioribus & ſcribis & uniuerſo concilio uincientes Ieſum duxerunt & tradiderunt pontio Pilato præſidi homini gentili a ſenatu populoq; romano rectori iudæorum conſtituto.ut adimpleretur quod paulo ante de morte ſua diſſerens prædixerat ſe tradendum eſſe gentibus,ut illuderetur,flagellaretur,conſpueretur, & occideretur.adducunt ergo Ieſum a Caiapha in prætorium,& ipſi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, ſed ut

manducarent paſcha. exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? tunc iudæi de multis & præcipue de tribus criminibus falſo accuſarunt Ieſum: primum q̃ totum populum a galilæa uſq; in hieruſalem commouerit: & a lege Moſi auertere conatus fuerit: & quod ĩ deum blaſphemauerit: quia filiũ dei ſe fecit. ſecũdo quod iudæos ad rebellandũ contra romanos incitare uoluerit: quia cenſũ & tributa Cæſari danda negaſſet. tertio quod ſe meſſiam hoc eſt regem iudæorum fecerit. ſuper primo, quia ad legem moſaicam ſpectabat: Pilatus tanquã gentilis non inquiſiuit: neq; de ſecundo curauit, forte quia falſum eſſe cognouit, quod cenſũ Cæſari dandum negaſſet: quandoquidem ſuper hac quæſtione a pharisæis calumniæ cauſa interrogatus Ieſus, petiiſſet ſibi monetã oſtendi, quam cum imagine Cæſaris inſcriptam uidiſſet, reſpondit danda cæſari quæ cæſaris ſunt, & quæ dei ſunt deo. Sed ſuper tertio duntaxat inquiſitionem fecit, an ſcilicet rex iudæorum eſſet. & facto examine cum nullam in eo cauſam calumniæ inueniſſet, dixit iudęis nihil inuenio cauſæ in hoc homine. quemadmodum Ieſus ipſe pridie prędixerat diſcipulis ſuis dicens, uenit princeps huius mundi & in me non habet quicquam. quærebat ergo Pilatus dimittere eum. ſed iudęi inuidiæ ſtimulo concitati, iuſtum damnare ſatagentes, mortem Ieſu ſolicitabant dicentes, ſi non eſſet hic malefactor non tibi tradidiſſemus eum, commouit populum docens per uniuerſam iudæam incipiens a galilæa uſq; huc. Pilatus autem audiens galilæam interrogauit ſi homo galilæus eſſet: & ut cognouit quod de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eum ad Herodem (qui & ipſe hieroſolymis erat illis diebus) ut rem gratam Herodi faceret, tum etiam ne contra eum quem innocentem, & inſontem, ac per inuidiam traditum cognouerat, ſententiam mortis dare cogeretur. Herodes autem uiſo Ieſu gauiſus eſt ualde, erat enim cupiens ex multo tempore uidere illum, eo quod audierat multa de eo, & ſperabat ſignum aliquod uidere ab eo fieri. interrogabat autem illum multis ſermonibus, at ipſe nihil illi reſpõdebat. ſtabant autem principes ſacerdotum & ſcribæ conſtanter accuſantes eum. tandem ſpreuit illum Herodes cum exercitu ſuo, & illuſit indutum ueſte alba, & remiſit ad Pilatum. tunc Pilatus conſiderans Ieſu innocentiam & iudęorum ueſaniam ac crudelitatem, iterum uoluit dimittere eum: & conuocatis principibus ſacerdotom & magiſtratibus ac plebe dixit illis: obtuliſtis mihi hunc hominem quaſi auertentem populum: ecce ego coram uobis interrogans nullam cauſam inuenio in homine iſto, ex his in quibus eum accuſatis. Sed neq;

Herodes, nam remiſi uos ad illum, & ecce nihil dignum morte ac-
tum eſt ei. uoluit ergo Pilatus dimittere Ieſum ſed iudæi inualeſ
cebant magis accuſantes eum, & mortem eius flagitantes. tunc
Pilatus conſiderans inſtantiam iudæorum aliam quærebat occaſio
nem dimittendi Ieſum: nam per diem feſtum neceſſe erat dimit
tere eis unum ex uinctis: impetrauerant nanq; iudæi a romanis,
ut ſingulis annis in paſchali ſolemnitate præſes dimitteret eis unũ
ex uinctis quem uoluiſſent: in memoriam liberationis ipſorum
a ſeruitute ægypti & manu Pharaonis. ſciens ergo Pilatus quod
per inuidiam tradidiſſent Ieſum, & quærens dimittere eum, pro-
poſuit eis Ieſum innocentiſſimũ, & Barabban ſceleſtiſſimum, qui
propter homicidium & ſeditionem fuerat miſſus in carcerem, ſpe
rans ut Ieſum dimittendum eligerent: dixit ergo ad eos Pilatus:
eſt conſuetudo uobis ut unum ex uinctis dimittam uobis in paſ-
cha, quem uultis uobis de duobus dimitti? uultis dimittam uobis
regem iudæorum? ſed põtifices liuore perciti concitauerunt turbã,
& perſuaſerunt populo, ut Barabban homicidã & ſeditioſum libe
randum peterent, & Ieſum morti tradẽdum poſtularent. tunc om
nis multitudo ſucclamare cœpit dimitte nobis Barabban Barab-
ban. Pilatus uero iterum reſpondens ait illis, quid ergo uultis fa-
ciam regi iudæorum? tunc illi uociferantes crucem Ieſu uiolentis
uocibus flagitarunt, clamãtes crucifige crucifige eum, at ille tertio
dicebat ad eos, quid enim mali fecit? illi uero magis clamabant cru
cifige eum. tunc Pilatus animaduertens nequiciam iudæorum ali
am quærebat occaſionẽ dimittendi Ieſum dicens, nullam cauſam
mortis inuenio in homine iſto: corripiam ergo illum flagris, &
emendatum dimittam. at illi inſtabant uocibus magnis poſtulan
tes ut crucifigeretur. Pilatus ergo Ieſum caſtigatum & flagellatũ
ac ſpinis coronatum & colaphis cæſum eduxit foras, ut reſtitueret
eum iudæis dicens, ecce adduco uobis eum foras emendatum & ca
ſtigatum, ut cognoſcatis quia nullam ĩuenio ĩ eo cauſam mortis.
illi autem non contenti hac animaduerſione magis inualeſcebant
& clamabant, tolle eum crucifige eum. dicẽtes nos legem habemus
& ſecũdum legem debet mori, quia filiũ dei ſe fecit. ſed Pilatus ho
mo ethnicus & gentilis (erat enim natione gallus lugduno oriun-
dus) ſpernens has moſaicæ legis conſtitutiones & cerimonias itez
quærebat dimittere Ieſum dicens, ego non inuenio cauſam mortis
in eo, ſi ſecundum ueſtram legem reus eſt mortis, accipite eũ uos,
& ſecundum legem ueſtram iudicate eum. iudæi autem uidentes ſe

illudi a præſide,quia non licebat eis interficere quempiam,magis inſiſtebant & diris uocibus clamabant tolle eum, crucifige eum comminantes inſuper præſidi & dicentes, ſi hunc dimittis non es amicus Cæſaris: omnis enim qui ſe regem facit contradicit Cæſari. cum audiſſet Pilatus hos ſermones cœpit timere,ne per calumniam & accuſationem iudæorum, indignationem Cæſaris incurreret. uidens ergo Pilatus quod nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, uolens placere populo dimiſit eis Barabban homicidã Ieſum uero adduxit foras,& adiudicauit fieri petitionem iudæorum, tradiditq; eum uoluntati eorum. qui liuore perciti Ieſum innocentem turpiſſimæ morti addixerunt, iterum ſuccIamantes crucifige crucifige eum. tunc Pilatus ſedens pro tribunali,& ſententiam definitiuam proferens crucis patibulo addixit Ieſum.tradiditq; eum iudæis ut crucifigeretur: cuius ſententiæ uerba latine pronunciata hic ſubnectemus.erat enim uetus romanorum decretum,ut iudices & præſides per prouincias conſtituti,omnes ſententias,& omnia acta publica latino ſermone dictarent: quo ſcilicet romanæ linguæ honos per omnes gentes uenerabilior diffunderetur. neq; romani græcis, aut iudæis,aut barbaris,unquam reſponſa niſi latine dabant: cogebanturq; græci & barbari loqui per latinum interpretem non ſolum romæ,ſed etiam in græcia, in ſyria, in iudæa, in ægypto,aphrica,& aſia.hãc ergo Pilati de Chriſto ſententiã his uerbis annotatam inuenimus. ℭ Nos Pilatus & deorũ immortalium uoluntate, & romanorum principum ac ſenatus auctoritate,præſes iudæorum prouinciæ conſtituti:cupientes prouinciam fidei noſtræ creditam uacare malis hominibus quemadmodũ & grauis præſidis intereſt: omni ui omniq; induſtria romano imperio propagando,& paci perpetuæ ſeruandæ conſulere geſtimus: uerum quia in præſentiarum Ieſum nazarenum hominem ſeditioſum atq; ſeductorem inuenimus: qui uſq; adeo in ſua temeritate confiſus eſt: ut non ſit ueritus contra fas legeſq; imperiales regnum ſibi aſciſcere iudæorum: eundem tanquam hominem factioſum,& bonorum uitæ ac pacis moribus inſidiantem, ultimis ſupplicijs deputamus,ne uel ipſe audeat tale aliquid poſthac:& cæteri ſint ad inuadenda imperia tardiores. ſed quia turpiſſime degentes turpiſſimo ſunt afficiendi ſupplicio: nefarium hominem quaſi latronum & factioſorum principem,patibulo crucis addicimus romanorum uero atq; diui Cæſaris imperium precamur maneat ſemper,& deorum immortaliũ pietate,& bonoꝝ principum æquitate

ſeruatum. hæc Pilatus. Iuſſitq; cauſam mortis in titulũ cruci affigi,
quia regẽ ſe fecerat iudęorũ, tribuſq; liguis latina, hebraica, & græca
ſcribi, hoc modo. Ieſus nazarenus rex iudæorum. ישוע נוצרי מלך יהודים
ἰησοῦς ὁ ναζωραῖος ὁ βασιλεὺς τῶν ἰουδαίων. tunc milites præ-
ſidis ſuſcipientes Ieſum duxerunt eum in atrium prætorii, & con-
gregauerunt ad eum uniuerſam cohortem, & poſt illuſiones multas
eduxerunt eum extra ciuitatem ut crucifigerent. ſicq; Pilatus Ie-
ſum (quem paulo ante innocentem iudicauit) mori turpiſſimę ad-
dixit. hanc autem Chriſti ſaluatoris innocentiam & ſententiæ ini
quitatem iudex ipſe pontius confeſſus fuit in epiſtola ad Tibe-
rium Cæſarem data in qua fatetur Ieſum fuiſſe hominem innocen
tem & pium, ſed accuſatione, calumnia, acclamatione primorum
ſacerdotum & principum iudæorũ ſe coactum fuiſſe ut morti eum
addiceret ob Ieſæ maieſtatis crimen quia ſe regem iudęorum fecerat
quam epiſtolam & ſi aliquando putaui eſſe apocrypham, tamẽ quia
apud Tertulianum legi Pontium Pilatum pœnituiſſe quod Ieſum
innocentem condemnaſſet, quinimmo eum conſcientia chriſtianũ
factum, Tiberio Cæſari omnem rerum ordinem de Chriſto expo-
ſuiſſe: inſeremus hic epiſtolam Pilato his uerbis aſſcriptam. De Ie
ſu Chriſto quem tibi plane poſtremis meis declaraueram nutu tan
dem populi acerbum (me quaſi inuito & ſubtimeſcente) ſuppliciũ
ſumptum eſt: uirum hercle tam pium & ſeuerum nulla unquam
ætas habuit aut habitura eſt. ſed mirus extitit ipſius populi conatus
omnium ſcribarum principum & ſeniorum conſenſus ſuis prophe
tis & more noſtro ſibyllis contramonentibus hunc ueritatis lega-
tum crucifigere: ſignis etiam ſupra naturam apparentibus dum pen
deret & orbi uniuerſo philoſophorum iudicio lapſum minantibus
uigẽt illius diſcipuli opere & uitæ cõtinentia magiſtrũ nõ mẽtiẽtes,
immo in eius nomine ubiq; unicuiq; beneficentiſſimi. niſi ego ſe-
ditionem populi prope æſtuantis exoriri pertimuiſſem, fortaſſe ad
huc nobis uir ille uiueret: & ſi tuæ magis dignitatis fide compul-
ſus, quam uoluntate mea adductus, pro uiribus non reſtiterim ſan
guinem iuſtum totius accuſationis immunem uerum hominum
malignitate inique in eorum tamen (ut ſcripturæ interpretantur)
exitiũ pati & uenũdari. Vale. ſicq; Ieſus innocens per iniquã Pilati
ſententiam morti turpiſſimæ adiudicatus fuit. quamobrem Pilatus
pœnitentia ductus qđ ſanguinem iuſtum condẽnaſſet ſeipſum ĩter
fecit ut Beda in chronicis teſtatur: inſtar Iudę traditoris Chriſti qui
laqueo ſe ſuſpendit. Extat & alia ad Tiberium Cæſarem epiſtola

Chriſti ſaluatoris innocentiam exponens necnon & corporis ſta/turam & membrorum habitudinem declarans quæ Lentulo attri/bui ſolet his uerbis. Apparuit temporibus iſtis & adhuc eſt homo magnæ uirtutis cui nomen eſt Ieſus Chriſtus qui dicitur a genti/bus propheta ueritatis,quem eius diſcipuli filium dei uocant,ſu/ſcitans mortuos & ſanans langores. homo quidem ſtatura proce/rus & ſpectabilis., uultum habens uenerabilem , quem intuentes poſſunt diligere & formidare,capillos habens coloris nucis auela/næ præmaturę,planos fere uſq; ad aures ,ab auribus uero infra cin cinnos criſpos aliquantulum ceruleores & fulgentiores ab hume/ris uentilantes , diſcrimen habens in medio capitis iuxta mo// rem nazaræorum,frontem planam & ſereniſſimam,cum facie ſine ruga & macula aliqua,quā rubor moderatus uenuſtat, naſi & oris nulla prorſus eſt repræhenſio,barbam habens copioſam & impu/berem capillis concoloratam,non longam,ſed medio bifurcatam, aſpectum habens ſimplicem & maturum , oculis honeſtis glaucis uariis & claris exiſtentibus,in increpatione horribilis,in admoni/tione placidus,& amabilis,hilaris,ſeruata grauitate,qui nunquam uiſus eſt ridere,flere autem ſic,in ſtaturā corporis propagatus & rec tus,manus habens & brachia uiſu delectabilia , in eloquio grauis & rarus,& modeſtus,ſpecioſus inter filios hominum & reliqua. uo lui has epiſtolas his ſcriptis noſtris inſerere, quia euangelicæ doc/trinæ conformes exiſtunt,& Chriſti ſaluatoris innocentiam ac pu ritatem demonſtrant. tum quia Tertulianus in apologetico ſcri/bit Tiberium per litteras ex ſyria & palæſtina ad eum miſſas de ui ta & morte Ieſu ac diſcipulorum doctrina & miraculis certiorem factum,& iam de ſanctitate ac diuinitate Chriſti perſuaſum,detu liſſe ad ſenatum cum prærogatiua ſuffragii ſui , ut chriſtianorum dogmata inter ſacra reciperentur,& Chriſtus deus haberetur ,ſed quia Tiberius (ut tranquillus ſuetonius ſcriptum reliquit) ſpeciē quandam priſtinæ libertatis induxerat,reſeruatis ſenatui ac magi/ſtratibus & maieſtate priſtina & poteſtate,neq; tam paruum quic/quam,neq; tam magnum publici priuatiq; negocii fuit,de quo nō ad patres conſcriptos referretur: hancobrem indignatus ſenatus quod non ſibi prius ſecundum morem delatum eſſet,ut de ſuſci/piendo cultu prius ipſe decerneret, conſecrationem Chriſti recu/ſauit:edictoq; conſtituit exterminandos & eliminando. ..e ex ur be chriſtianos,præcipue cum & Seianus præfectus Tiberii ſuſcipiē dæ religioni obſtinatiſſime contradiceret. Tiberius tamē per edictū

accuſatoribus chriſtianorum mortem comminatus eſt. ſed redeuntes ad Chriſti innocentiam, & temporis plenitudinem unde digreſſi ſumus, & ad finem operis atq; laboris properantes, ultimam libello manum impoſituri dicemus perſpicuum eſſe ex prædictis Ieſum Chriſtum innocentem, ob calumniam iudæorum ſanguinem iuſti ſitientium per iniquam pilati ſententiam turpiſſimæ morti adiudicatum fuiſſe. quem milites præſidis ſuſcipientes poſt multas illuſiones eduxerunt extra ciuitatem, ne uirtus crucis ſaluaret ciuitatem iudæorum clamantium ſanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros & exeuntes inuenerunt hominem paganum cyrenæum nomine ſimonē, hūc angariauerūt ut tolleret crucem eius & baiularet eā poſt Ieſum pagani itaq; peregrini & gentiles Chriſtum ſequentes & crucem eius portantes facti ſunt hæredes regni cœlorum, abdicatis & repudiatis iudæis. duxerunt ergo Ieſum ad montem caluariæ ubi crucifixerunt eum in temporis plenitudine ſicut prophetæ futurum prædixerant, & agnus paſchalis immaculatus eodem die immolatus præfigurauerat, ut iam manifeſto complerentur & comprobarētur effectu quæ diu fuerāt multis figuraꝝ promiſſa myſteriis. ſicq; Ieſus inocens a perfidis iudęis morti traditus arcanū humanę reparationis īpleuit ſacramētū ſicut diuina prouidētia ab æterno pręordinauerat, nō ut mortē ſētiret: ſed ut ſua morte uniuerſoꝝ fideliū mortē morti traderet, & cūctorum mortem ſua morte compenſaret: ſuaq; glorioſa reſurrectione uinceret mortem & uitam donaret ſempiternā. utq; per ſuam mortem deſtrueret eum qui mortis habebat imperium ideſt diabolum, & liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxii erant ſeruituti. poſtquam autem cruci affixus erat iam morti proximus, animam deo patri redditurus (habuit enī poteſtatem ponēdi animam ſuam & iterum reſumendi eam) ſciens omnia crucis myſteria & prophetarum ac ſibyllarum oracula in eo completa, & integre perfecta eſſe, inclinato capite & præuento carnificis officio ſponte exhalans ſpiritum uoce magna dixit. כלה. hoc eſt conſummatum & perfectum eſt.

FINIS.

LAVS. DEO. AETERNO.

¶ Totius operis peroratio.

¶ Habes ſub compendio lector ſtudioſe pauca hæc de die paſſionis Ieſu Chriſti per me excogitata & elucubrata: quibus ſi deſiderio tuo ſatiſfeci, de inuentis deo gratias agam. ſin minus deo ſupplicabo ut meliorem inueſtigandi modum & tibi & mihi inſpiret ut enĩ Aratus ĩ phænomenis inquit πάντα γὰρ οὔπω ἐκ Διὸς ἄνθρωποι γινώσκομεν, ἀλλ' ἔτι πολλὰ κέκρυπται. nondum ex deo cognoſcimus omnia, ſed multa adhuc occultantur & latent, quippe ut philoſophus primo ethicorum docet ſcientiarum incrementa in tẽpore fiunt, & facile eſt inuentis addere: utcunq; ſit quia ad complementum operis perueni deo gratias ago, ꝗ ad finem deſiderii & ſatiſfactionem uoti me perducere dignatus eſt. uouerã quippe deo me ſcripturum libros trigintatres ad uineam & agrum dominicum pertinentes iuxta annos triginta tres quibus deus in humanis uixiſſe creditur: & quia quatuordecim annos ſub Auguſto imperatore peregit, quatuordecim primos libellos paſchali rationi deſtinaui: reliquos uero decem & nouem libellos dominicæ paſſioni deputaui: quia totidem annis ſub Tiberio uixiſſe putatur. quos iam cum dei laude aliqua ex parte abſoluiſſe uideor, hortor etiam lectorem quinimmo rogatum eum uelim ut hęc ſcripta mea ſolita proteſtatione accipiat, non tãquã propoſitiones aut concluſiones, quia nihil aſſerere uel affirmare ĩtẽdo, ſed tanquam quæſtiones & problemata, & quaſi libamenta quædã quibus ĩgenui animi ad ĩueſtigationẽ diei paſſionis Chriſti ſtimulo ueritatis ĩdagãdæ ĩcitari, ꝓuocari, & inſtigari poſſint. ut enim diuus inquit Hieronymus, non e definito aſſerimus quæcunque ſcribimus ſed ea lectoris arbitrio derelinquimus. ſic & nos hæc ſcripſimus ut præſtemus diligentiam perquirendi potius quam affirmandi temeritatem: quando quidem per hæc ſcripta noſtra nullum præcipuum diem dominicę paſſioni appropriare intendimus niſi quem romana eccleſia deputandum decreuerit. & ſi placet magis Chriſtum dominum crucifixum fuiſſe octauo calẽdas apriles, habes libro decimo quomodo id perſuaderi poſſit. neq; enim alicui inuito hæc ſcripta noſtra ingerenda duximus, ſed pro lectoris arbitrio & uoluntate aut approbanda, aut peſſundanda in medium proferemus. quamuis mihi dubium non ſit, non defore malignos interpretes qui (non memores ſententiæ epigrammatarii poetæ dicentis, improbe facit qui in alieno libro ingenioſus eſt) labori noſtro detrahant, & in malam partem

ſcripta noſtra interpretentur, inſultentq; criminantes quod nouæ aliquid inuentionis mihi uſurpare audeam, & priſcos chronographos in certamen uocare contendam: quorū calumnias æquo animo & iuxta euangelicam doctrinam patienter feram: eoſq; hortabor, ut meliorem modum inueſtigandi diem paſſionis Chriſti docere ſatagant: quo a perfidorum iudæorum calumniis & contumeliis immunes eſſe poſſimus: quando quidem hac ſola de cauſa laborem hunc aggreſſus ſum, ut diem paſſionis Chriſti indagarem: & iudæorum argumentis reſponderem: quod ſi cenſores iſti aliam uiam indigandi diem paſſionis domini magis idoneam docuerint nullum mihi cum chronographis certamen reſtabit. quamobrem finem operi imponens ſycophantis & calumniatoribus meis hoc reſpondebo quod Paulus apoſtolus prima ad corinthios ſecundo dixit: ſcripſi uobis non in ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ ut chronographos arguerem, ſed ut annunciarem uobis teſtimonium Chriſti, non enim iudicaui me ſcire aliquid inter uos niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum. ſtudioſis uero dicam una cum apoſtolo opus claudens: gratia domini noſtri Ieſu Chriſti & caritas dei & communicatio ſpiritus ſancti ſit cum omnibus uobis Amen.

¶ Finis & deo gloria.
¶ Τέλος καὶ θεῷ δόξα.
¶ תם ונשלם הללויה.
¶ Tam uniſlam haleluia.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Hieronymus Poſthumus Foroſempronienſis lectori. S.

Si qua lector cãdidiſſime ĩ hoc opere errata offẽdes, ea correctori
nõ adſcribas uelĩ, ſed chalcographis: qui cũ docti nõ ſint, ſæpenume
ro literas ĩuertãt, dictiones pro dictionibus, & ſubſultãtes ſyllabas
reponãt neceſſe eſt. Inſuper ne neſcius oĩum exiſtas, ſcire debes Ioã
nẽ Baptiſtã æthiopẽ aduleſcẽtulũ ĩberbẽ excuſoriæ artis tyrociniũ
in hoc opere exercuiſſe. quicquid igitur male & perperã ĩpreſſum in
ueneris calami cuſpide tranſfodies, ac iugulabis. Et ſi error aliquis
in tabulis & numeris eaꝝ cõmiſſus fuerit, habes canonẽ per quẽ ta
bulas corrigere, & nouas tabulas cõponere poteris.

Annotabimus tamen errores aliquos in tranſcurſu inuentos,
in quibus impreſſores hallucinati ſunt.

a.3.ĩ p̃a.pag.religioe ꝓ religione.a.6.ſecũ.pa gina.exohrtati ꝓ exhor
tari.a.6.ĩ ſecũ.pag.ingulatus ꝓ iugulatus.a. 7.ĩ p̃a pag. aggreſſam ꝓ
aggreſſus.b.3.in ſecũ.pag..aggreſſam ꝓ aggreſſi.d.2.in tabula unicu
iſq; ꝓ uniuſcuiuſq;.f.7.ĩ p̃a pag.cycli ꝓ cyclo.h.4.ĩ ſecũ.pag.antiſti
dis ꝓ antiſtitis.h.4.in ſecũ.pagina reſmu pſerũt.ꝓ reſumpſerũt.h.
h.8.undecmũ ꝓ undecimũ.i.5.ĩ p̃a pag.mãſis ꝓ mẽſis.i.7.in p̃a pag.
referuare ꝓ reſeruare.k.3.ĩ.ſecũ.pag.per mẽſes ꝓ bremẽſes.l.2.ĩ ſe
cũ.pag.debemus ꝓ uidemus.l.3.ĩ p̃a.pag.decẽnouenalii. pro decẽ
nouenalis.l.6.ĩ ſecũ.pag.unã pro una.n.2.in p̃a pag.nc.ꝓ nũc.o.2.
pag.p̃a.Anno.1504.pro.1502.t.2.&.t.3.ĩ p̃a pag.liber quartuſdeci
mus ꝓ tertiuſdecimus.A.2.ĩ ſecũ.pag.fulcitã ꝓ fulta.A.3.ſcribẽſdũ
pro ſcribẽdũ. A.5.arbitrari ꝓ arbitrati. B.1.ĩ.2.pag.in.pro ni.B.2.
ĩ ſecũ.pag.affligẽtis pro affligetis.B.7.ĩ p̃a.pag.pſalto pro pſalterio
C.3.ĩ ſecũ.p̃a nullã pro nulla.2.ill pro illa & habet ꝓ habet.D. p̃a.
pag.ſexta.ꝓ ſexta.E:5.ĩ p̃a pag.delẽdã ꝓ delẽda.F.4.ĩ p̃a.pag. Hie
roymus pro Hieronymus.G.1.pag.p̃a.liber octauus pro quintus.
H.4.ĩ ſecũ.p̃a.ĩcepto pro inepto.H.8.ĩ p̃a.pag.nãq; ꝓ nãq;.K.2.
p̃a.pag.ueninies ꝓ ĩuenies.K.6.ĩ colũnula romaon ꝓ romano.K.
7.ĩ.2.pag.cũ pro eũ.O.2.ĩ p̃a pag.cõtiget pro cõtinget.& cõtigerit
pro cõtigerit.P.2.ĩ.ſecũ. pag.facerãt ꝓ facerẽt &hoſpirẽ ꝓ hoſpitẽ.
Q.6.ĩ ſecũ.pag.perii pro ĩperii.R.3. ĩ p̃a pag. iudicarẽ pro indica
rẽ.R.7.ĩ ſecũ.pag.iibro pro libro.R.6.ĩ p̃a pag.approbãdũ pro ap
probãdã.V.5.p̃a pag.neneris.pro ueneris.X.7.ĩ ſecũ.pag.deutrono
mii ꝓ deuteronomii.Y.2.ĩ p̃a pag.loo ꝓ loco.Y.5.ĩ p̃a pag.ſides ꝓ fi
des.Y.7.ĩ p̃a pag.erat ꝓ eat & Herules ꝓ Hercules.Z.1.ĩ ſecũ. pag.
uarietatẽ ꝓ uarietatũ.Z.7.ĩ p̃a pag. quẽ pro quã ĩ ſecũ.pag.cõſenta
neã ꝓ cõſctaneũ.EE.4.ĩ p̃a.pag. decim uſnonus ꝓ decimuſoctau⁹

¶ Chriſtophorus Pierius Gigas Canonicus Foroſempronienſis.

¶ AD LECTORES.

Quod clari ingenio naſcantur ubiq; per orbem
  Auctores: nulli eſt(credite)res dubia.
Hic eſt e multis ſolus qui uicerit omnes
  Paulus, cui ſtudium ſcire futura dedit.
Quid Phœbus Phœbeq; ualent: quid ſidera cœli
  Omnia ab ingenio peruia facta ſuo.
Erratum nullus Chriſti qui dogmata ſeruat
  Nouerat: id clare te docet iſtud opus.
Numine proq; coli ut poſſet res defuit una
  Sum natus latio dicere nanq; nequit.

¶ Hieronymus Poſthumus Foroſempronienſis.

Perfectum quis carpet opus? ceſſabit acerbus
  Liuor, nam Pauli ſum liber altiloqui.
Ingenium natura dedit cui noſcere curſus
  Aſtrorum,& magno ſcribere digna deo.
Me toto inſpecto dices pro Iuppiter, unus
  Omnia ſcire poteſt? liuide triſtis abi.

¶ Blaſius Benuerardus Vrbinas.

Non hic inuidiæ rabies, neq; dura laboret
  Cenſura, eſt omni parte opus eximium.
Mome procul fuge & ad latebras,& ad horrida teſqua,
  Iſta tua non eſt indiga falce ſeges.
Tu lolium legere,& lappas, tribuloſq; ſuetus,
  Hiſce nouis abſunt quæ mala gramina agris.
Ergo late, aut ſi non potes hoc, confuſus honora,
  Poſtquam omni exiuit parte opus egregium.

¶ Regiſtrum libri.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t
A B C D E F G H I K L M N O ꝵ P Q R S
T V X Y Z AA BB CC DD EE FF GG

¶ Omnes ſunt quaterni præter .b..ꝵ. & .GG. qui ſunt terni. & t. eſt quinternus.

¶ Impreſſum Foroſempronii per ſpectabilē uirū Octauianū petrutiū ciuē Foroſemproniēſem ipreſſoriæ artis peritiſſimū Anno Domini.M.D.XIII. die octaua Iulii. cū priuilegio a ſūmo pōtifice Leone decimo autori operis cōceſſo, ꝙ nullus poſſit iprimere neq; iprimi facere neq; uēdere dictos libros ſine licētia autoris ſub excōmunicationis latæ ſentētiæ librorūq; amittēdorū pœna: quēadmodū patet i breui apoſtolico ſuper hoc confecto, cuius exemplar in principio operis poſitum eſt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

[illegible] Google